BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LVIII
D
31
NAPOLI

LEGATORIA
Mola Salvatore
Via Giovanni Paladino, 19
NAPOLI

Digitized by Google

LVIII
P
34

ORIGINES
ET
ANTIQUITATES
CHRISTIANÆ

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NAPOLI



Vera effigies Ven. Servi Dei GREGORII LOPEZ *Matriten.*
primi Anachoretæ in Indijs Occid., qui obijt in Oppido S.tæ Fidei in osculo Dni
20. Iulij 1596.; dicata Regiæ Majestati Elisabethæ Farnesiæ Hisp. Reginæ
à R.P. M. Scotiæ Proti Fr. Bernardino Membrive O.P. Regio Præd.re Supr. In-
quisit. Hisp. Qualif.e, Emi., et Rmi. Gntis, ac Card. Pipia Hisp. Exsocio,
Regum Mag. Brit. Iacobi III., ac Poloniæ Aug. III. Theologo, Sac.
Cong. Rit. Consult.re, ac hujus Causæ Romæ Postulatore.

...ntor Ettore delin. — Ioan... ...eschi sculp. Romæ Sup. perm. ...

FR. THOMÆ MARIÆ
MAMACHII
ORD. PRÆD. THEOLOGI CASANATENSIS

ORIGINUM ET ANTIQUITATUM CHRISTIANARUM

LIBRI XX.

TOMUS SECUNDUS

ROMÆ MDCCL.

IN TYPOGRAPHIO PALLADIS
EXCUDEBANT NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI
SUPERIORUM FACULTATE.

Digitized by Google

Digitized by Google

VENERABILI SERVO DEI
GREGORIO LOPESIO
PRIMO IN INDIIS OCCIDENTALIBUS
ANACHORETÆ

FR. THOMAS MARIA MAMACHIUS

SI doctiſſimi, ampliſſimaque dignitate præſtantes viri libros a ſe perſcriptos eorum, qui jam deceſſerant, & a quibus, dum viverent, multis, magniſque beneficiis aucti fuerant,

Digitized by Google

memoriæ dedicandos putarunt; verendum profecto mihi non erat, ne aliqui exſiſterent, qui me reprehendendum exiſtimarent, propterea quod Tibi, Venerabilis Serve Dei, volumen alterum Originum, & Antiquitatum Christianarum inſcribere conſtituerim, ut qui multis nominibus me Tibi obſtrictum, devinctumque perſpicerem, eſſeque homines & pios, & Tui ſtudioſos, quibus plurimum debebam, viderem, qui hoc ut agerem, non hortarentur modo; ſed etiam flagitarent. Cum enim res egregie abs Te, præclareque geſtas non ſermone vulgi; ſed oratione illorum imprimis celebrari intellexiſſem, qui docti, qui ſapientes, qui æqui virtutis æſtimatores haberentur, & eſſent; atque in ea omnia, quæ de Te ipſo a Tuis civibus, illuſtribuſque ſcriptoribus aliarum gentium memoriæ commendata fuerant, inquiſiſſem; ac mihi vera eſſe perſuaſiſſem; ita equidem ſum affectus, ut ſingulari in exiſtimatione Te, magnoque in honore haberi oportere contenderem. Atque non mea ſolum, ſed late longeque propagata, plurimorumque ſapientum virorum conſen-

ſenſu firmata opinio, fecit, ut cauſſam Tuam, defenſionemque aliquando ſuſciperem : ac deinceps multis indiciis, ipſoque exitu rerum perſpicerem, & gratam fortaſſe Tibi meam operam, diligentiamque fuiſſe; & iis, qui me, uti pro Te ipſo dicerem, impulerunt, neque inutilem, neque, ut arbitror, injucundam. Quod ſi nihil umquam commodi, & utilitatis Tui cauſſa percepiſſem, induxiſſet me tamen virtus, integritas, caſtitas, atque innocentia morum, quibus Te in Europa, atque in America vixiſſe ſcimus; inſignis præterea, tamque late patens, nulloque ſtudio, ut ferunt, abs Te parta doctrina, amor denique in Deum, atque incredibile ſtudium, quo in homines ceteros, imprimiſque barbaros ferebare, quorum ſaluti, etſi non ſermone, prece nihilominus, & exemplo Tuo proſpicere curabas; ut cum de primordiis, & incrementis Chriſtianæ Religionis in omnibus Orbis Terrarum regionibus diſceptarem, in Te unum mentem converterem, tuoque nomini volumen ſecundum hujuſce operis inſcribendum cenſerem.

Utque principio de virtute dicam, quis

neget, fuiſſe Te jam inde a puero animo a rebus, quæ intercidant, ita alieno, ut miſſis divitiis, commodis, honoribus, quos Tibi polliceri patria videbatur, in ſolitudinem ſeceſſeris, ubi omni cura, ſtudio, ſollicitudine, quæ ad ſalutem ipſa per ſe minime conferret, ſolutus, cum Deo, cui Te ipſum credideras, quique Te unice delectabat, colloquerere? Jam vero cum opera propinquorum, qui ægre ferebant, abs Te, in quo ſpem fortunarum, præſidiumque locaverant, ſe, rem ſuam familiarem, omnia, quæ ingenium, quæ virtus Tua, quæ Regis erga Te voluntas promitterent, contemtui haberi, coactus es domum repetere; quotuſquiſque eorum, qui Te cognoſcerent, fuit, qui Te ipſum in aula, ut in templo quopiam ſumma cum religione verſari non admiraretur? Nactus autem navim, atque opportunum in Americam navigandi tempus, ut Deo ductori aſſentirere, clam Tuis in Mexicum profugiſti, ubi rebus omnibus, ne iis quidem exceptis, quæ Tibi ex uſu erant, divenditis, & pecunia, quam collegeras, egenis diſtributa, in extremos Te ejus regni receſſus abdidiſti, ut
ne

Digitized by Google

ne quis reperiretur, qui mentem Tuam a contemplatione rerum æternarum avocaret, & pacem, tranquillitatemque animi, qua gauderes, perturbare poſſet. Quo quidem in loco cum in Chichimecos Anthropophagos incidiſſes tantum oratione, prece, exemplo valuiſti, ut illi ſuæ obliti feritatis, non ſolum Tibi non obſtiterint, ſed adjutores etiam fuerint, ut tugurium, in quo verſarere, conſtrueres. Qua re factum eſt, ut plerique omnes ſimilem Te Magno Antonio fuiſſe arbitrarentur, quod ille feras, Tu barbaros, immaneſque homines mites reddideris, & manſuetos. Quod ſi hoc vitæ genus, quod profitebare ſingulare cuiquam, minuſque aptum, quod ceteris ad imitandum proponeretur, viſum eſt; commendandum tamen, & litteris conſignandum erat; ut aliis, ſi non exemplo (ſuſcipi namque a nemine ſine ſuperiore inſtinctu, afflatuque debet) admirationi ſaltem eſſet, multoſque excitaret, ut in ſervis ſuis mirabilem eſſe Deum confiterentur. Jam vero in ea inſtitutione,quam ſumma conſtantia ipſos triginta ſex annos, quoad nempe vixi-

ſti,

ſti, abs Te fuiſſe conſervatam conſtat, etſi erat aliquid, quod a communi magnorum, virtuteque excellentium hominum ratione, ac diſciplina recedere videretur, inerant tamen perplura, quæ efficerent, ut mortales, qui tuum illud de fuga conſilium, factumque admirarentur, iidem probitatem imitari poſſent. Nam ſi quis religionem, tuamque in fide ſervanda conſtantiam, ſi ſpem, quam omnem in Deo, non in præmiis humanis poſueras, ſi amorem, & caritatem, qua in ſummum illud, atque infinitum bonum imprimis, tum in homines ducebare, quaque fiebat, ut nihil arduum, nihil grave, nihil laborioſum, nihil moleſtum eſſe judicares, ſi Prudentiam, Juſtitiam, Fortitudinem, Temperantiam, & alia animi Tui ornamenta conſideret, næ ille facile intelliget, eo Te quoque nomine celebrari oportere, quod ita inſtitutus, informatuſque eſſes, ut non admiratores modo habere poſſes, ſed etiam imitatores virtutis Tuæ. Ac ſi Anachoretarum veterum, Stylitarumque a Majoribus noſtris oratione, ſcriptiſque celebrata inſtitutio eſt; propterea quod religionis, pietatis, virtutiſ-

que

que cultu, ac perſeverantia in eo vitæ ſtatu oſtendiſſent, divinitus ſe ad aſperam illam, & ſingularem vivendi rationem fuiſſe vocatos; futurum arbitror neminem, qui, cum animo res abs Te geſtas collegerit, comprehenderitque Tuam in ſuſcepto conſilio ſtabilem, firmamque conſtantiam, ceu Anachoreticæ diſciplinæ reſtitutorem non eſſe magnopere laudandum putet. Cum enim fidem fundamentum eſſe religionis, atque ſalutis plane cognoſceres, iis decretis omnibus, quæ a Chriſto tradita Eccleſiæ fuerunt, ita aſſentiebare, ut quidvis perpeti malles, quam dubitare non dicam de dogmatibus (nam eſt id quidem commune omnium, qui ſe Catholicos eſſe gloriantur, ea ut credant) ſed de iis quoque rebus, quæ ad diſciplinam, rationemque loquendi ſpectarent, quæ Sedi Apoſtolicæ probaretur. Quinetiam erat hoc tibi conſuetum, ut nullum diem præterire ſineres, quo non caput aliquod ſacrorum Bibliorum, quibus noſtra & doctrina, & bene vivendi præcepta continentur legeres, ac diligenter mente verſares, dareſque operam, ut magis magiſque in fide confirmareris, nihilque Te fu-

ſugeret eorum, quæ agenda cuique eſſent; qui Orthodoxam profiteretur religionem. Neque conſtans hæc Tua, perpetuaque in rebus religionis exercitatio continere ſe poterat, quin ſeſe plerumque multis indiciis conſpicuam faceret. Modo enim verbis, modo habitu ipſo corporis, modo aliis ſignis oſtendebas de Deo Te cogitare, ei Teipſum, reſque tuas omnes offerre, ejus Te curæ committere, orare atque obſecrare, ut ejuſdem voluntate res quæque ut in Cælo, ita quoque in Terris obſequerentur. Honorare inde Virginem Deiparam, ſalutare, invocare, Tibi ut adeſſet, Teque contra impetus hoſtium tueretur, venerari ejus imagines, quas apud Te retinere conſueras, obteſtari eam denique, ut ſuo Te Filio Redemptori generis humani commendatum habere vellet. Convertere Te deinceps ad Sanctos ſolebas, eiſque atque ipſorum imaginibus honores adhibere, quos adhiberi jure poſſe Eccleſiæ perpetua traditione demonſtraretur. Quæ res cum ab iis, qui Te cognorunt, quique Tecum de Te, de Tua vivendi ratione, deque ſtudiis egerunt, memoriæ proditæ ſint, non

Digitized by Google

eſt cur a quoquam revocari in controverſiam poſſe videantur. Ac dici vix quidem a mortalium quoquam poteſt, quam fuerit in Te virtus ſpei excellens, cum ſic Te Dei curæ, providentiæque commiſiſſes, ut ejus miſericordia fretus plane confideres, nihil umquam eorum, quæ ad Te pertinerent, Tibi Tuæque ſaluti, quam unam expetebas, conduceret, defuturum. De caritate autem in Deum, quid loquar? quem cum ſemper præſentem contemplareris, ſic affici conſueveras, ut nullum fere temporis momentum excidere paterere, quo non Te in eo virtutis genere exerceres. Itaque flagrabas amore Divinarum rerum, qui ſane amor cum Te admirabilem in modum incenderet, in cauſſa erat, cur altius Tuæ menti, quæ ad auctorem bonorum omnium attinent, imprimerentur; cetera vero, ſi quæ umquam fuerunt, & ſi quidem umquam, ea ſane contigerunt perraro, ad quæ imbecillitate naturæ convertiſſes cogitationem, vix leviter Teipſum tangerent, ac ne veſtigium quidem ſui in animo Tuo relinquere viderentur. Quamobrem mirabile non erat, quod cum ad ſacerdotem ac-

 cede-

cederes, accedebas autem perſæpe, ab eoque peteres, ut Tibi corporis Chriſti Servatoris ſumendi facultatem daret; rogatus quidquam ne admiſiſſes, quod minus recte abs Te actum putares (nam erat ei compertum ne Sanctos quidem viros omni prorſus culpa vacare ſolere) nihil Tibi ſuccurrere affirmares, quamvis conſcius humanæ debilitatis, eorumque memor, quæ ab Johanne in Priore Epiſtola ſcripta fuerant: SI DIXERIMUS QUONIAM PECCATUM NON HABEMUS, IPSI NOS SEDUCIMUS, peccatorem Te eſſe confitereris. Ex qua re plane conſtat inter Te, & Catharinam Fliſcam Genuenſem matronam, ſanctiſſimam feminam hoc interfuiſſe, quod Tu, qui jam inde a teneris, ut ajunt, unguiculis Te ipſum Deo conſecraras, leviſſimarum, ſi quas contraxeras, macularum, propterea quod arctiſſime ſummo bono conjunctus eſſes, memoriam nullam haberes; illa ob eamdem cauſſam, ne eorum quidem piaculorum, in quæ fortaſſe ante inciderat, quam vitam agere innocentem, perfectamque cœpiſſet, reminiſceretur. Itaque ut ſcriptum de Te a Majoribus noſtris fuit, ſic traditum de Catharina eſt,

Deum

Deum ſolum ſpatio aliquot annorum illam habuiſſe ducem, dumque mors impenderet, muniri Sacramentis Euchariſtiæ, extremæque unctionis petiiſſe, pœnitentiæ vero non item, quod nihil ipſi eorum veniret in mentem, quæ cum ætas vigeret, minus aliquando caute feciſſet. Atque is amor tam vehemens, quo arctiſſime Deo conjunctus eras, diffundebat ſeſe, efficiebatque, ut homines, quanti eos, Dei ejuſdem cauſſa penderes, quantaque caritate complectereris, cognoſcerent. Namque, ut mittam de egenis dicere, quibus, ut modo animadverti, largitus es quidquid apud Te rerum, & pecuniarum erat; cujuſnam tanta orationis vis, tantaque facultas, & copia eſt, ut eloqui pro dignitate poſſit, quam inſigni in Noſocomiis erga miſeros, qui adverſa valetudine confligarentur, miſericordia uſus, quibuſque laboribus perfunctus fueris, ut eos non ſolum conſolareris, ſed rebus etiam omnibus adjuvares? Erat ſcilicet pleriſque omnibus, qui Te intuerentur, admirationi, cernere virum ditem olim, fortunatum, e tanta familia, amore in Deum, atque in proximos incitatum,

 egen-

egentem, miſerum, in ſumma rerum inopia verſari, idque eniti, ac laborare, ut ſibi omnia, nihil aliis deeſſet, quod ad vitam commode ſuſtentandam conferret. Quid? ſi divino conſilio in ſolitudinem revocatus, cum corporibus curandis dare operam abſens nequires, tantum ſermone, hortatu, & ſi opus erat, minis, ac redargutione valuiſti, ut eos, qui ſceleſte, improbeque viverent, induxeris ad virtutem, & pietatem colendam? Jam vero eos, qui faſtu, luxuque perditi videbantur, cum Te etiam, atque etiam interdum rogaſſent, ut ipſos ad Te adduci patereris, conſidereſque fore, ut ſi eiſdem, quod poſcerent, negaſſes, ad ſanitatem converterentur, ſic eis ad Te aditum intercluſiſti, ut modo Te convenirent, ſe imperata factuiros promitterent. Cumque fidem non fefelliſſent, obſecraſſentque deinceps Te, ut poſt mortem Tuam eorum recordareris, ita eiſdem geſſiſti morem, ut multis ſignificationibus, qui ſuperſtites manſerunt, intellexerunt, Te quod pollicitus fueras ſervaſſe, Tuiſque jam precibus, ut eſt credibile, impetraſſe, ut mortem, qualis homines Chri-

Chriſtianos decebat, obirent. In adminiſtrandis autem Tuis, aliorumque rebus, qui ad Te petitum conſilium accedere ſolerent, nonne ita Te continebas, ut uno ore omnes laudarent, admirarenturque Tuam ſingularem prudentiam? Quodſi fuerunt nonnulli, quos tamen perpaucos fuiſſe intelligo, qui facta quædam Tua, dictaque reprehendi oportere dicerent, hi certe aut inveſtigandæ veritatis cauſſâ dixerunt, aut non animadverterunt, quæ peculiari afflatu, inſtinctuque Dei ab optimis hominibus fiunt, ea interdum nobis, vel incaute, vel temere fieri videri, cum ingenia noſtra, quæ velut anguſtiis, limitibuſque contineantur, non modo non aſſequi INSCRUTABILIA SAPIENTIÆ DIVINÆ JUDICIA, ſed ne ſuſpicari quidem poſſint. Jejunia vero, vigilias, ceteraque omnia, quibus corpus in SERVITUTEM REDIGERE ſtudebas, quæque ad temperantiæ virtutem pertinent, incredibili quadam cura, ac diligentia fuiſſe abs Te obſervata, qui neget, arbitror equidem futurum neminem. Quo in genere eo laudandus es magis, quod ſic Te cruciares, ut reprimere cupiditates, ſi quæ orirentur poſ-

poſſes ; non opprimendum corpus judicares; ne, ſi oneri cederet, ineptum ad ea, quæ velles, perficienda redderetur. Age vero, de fortitudine, conſtantiaque animi Tui, quid dicam, qua ne voluntati Dei, qui Te ducebat, reſiſteres, nihil veritus pericula, in quæ Te ipſum conjicere videbaris, collegiſti Te, atque ſic tecum conſtituiſti: tranſeundum vaſtiſſimum mare, abeundum in Americam, ad ea loca penetrandum, quæ a trucibus, feriſque hominibus incolerentur, cumque tempus monuiſſet, alio migrandum, curandumque,ut inde ſive plueret, ſive æſtus ferveret, in Templum ſtatis diebus contenderes, diviniſque myſteriis intereſſes, quin iis auſcultares, qui aut modum faciundum, aut in urbem redeundum arbitrarentur? De juſtitia nihil attinet dicere, quæ adeo Tibi cordi fuit, ut ne ii quidem inficiarentur, qui (ita ut fit, ubi quiſquam in aliquo genere oritur excellens, ut ſint, qui nonnihil in ipſo inveniant, quod eſſe reprehendendum putent) Tuam vivendi rationem non ſolum non probarent quandoque, ſed etiam carpere auderent. Quid? ea virtus, quæ inve-

ćta in mundum a Chriſto eſt, & quam appellamus humilitatem, annon adeo Tibi fuit peculiaris, ut Te, reſque Tuas omnes nihili penderes, moleſteque ferres quidquid de Te ab iis, qui Teipſum cognoſſent, aliqua cum laude Tua dici conſueſſet? Prætermitto reliqua etſi majora fortaſſe; ne longior ſim, quam poſtulare ratio videatur. Sed præterire tacitus nullo modo poſſum, quod eſt de doćtrina, atque eruditione Tua, quæ ſane tanta fuit, ut qui Te ne primis quidem grammaticæ artis elementis dediſſe operam certo ſcirent, non ſolum mirarentur, ſed etiam iis anteponendum cenſerent, qui cum acutiſſimis, præſtantiſſimiſque ingeniis valuiſſent, ætatem contriverunt in colendis ſtudiis litterarum. Itaque Cardinalis Aguirrius, & Jacobus Benignus Boſſuetius, quorum alter Hiſpaniæ, alter Galliæ illuſtre decus, atque ornamentum fuit, & in iis Te, qui caſte, integre, ſanćteque vixiſſent, & ob egregios libros, qui perſcripti abs Te fuiſſent, imprimiſque ob Commentarios in Apocalipſin *, qui pleni ſunt rerum optimarum,

* *In Apocal. n.*XI. *pag.*24. *edit. an.*1689. „ C' eſt a quoi avoit travaillè „ ce Saint Homme Gregoire Lopez une des merveilles de nos Jours.

rum , in litteratiſſimis viris numerandum exiſtimarunt. Ac Boſſuetius quidem, cum opus Tuo ſimile pararet, Te unum omnium maxime delegit, quem velut exemplar imitaretur. Cum igitur hæc tanta de Te magnorum virorum, qui Te norant, Tuoſque libros perlegerant , tot rebus abs Te ipſo præclare geſtis firmata opinio fuerit, erit ſane, cur jure ſperare quiſque noſtrum poſſit, fore, ut qui Te in Beatorum numerum referri poſtulant, iidem BENEDICTO XIV. Pontifice, cujus cum in ceteris facultatibus ſingularis, tum in hac, quæ eſt de Ritibus ſumma doctrina, atque eruditio eſt , voti compotes, Te aliquando more Sanctæ Romanæ Eccleſiæ venerentur. Nam ſi qua eſt, Tua iſta eſt cauſſa ſcilicet, digna ingenio, ſapientia, doctrina Pontificis, qui non ſuperavit modo virorum, qui noſtra memoria doctiſſimi judicarentur; ſed etiam, ſin minus ſuperavit, æquavit ſaltem gloriam ſuperiorum. Atque id ſane mihi optatum maxime eſt, modo & laudi Deo Optimo Maximo, & utilitati Eccleſiæ eſſe poſſit.

Digitized by Google

PRÆFATIO

CUM de Origine, Propagationeque Chriſtianæ religionis generatim diſſeruiſſem hujuſce libri parte ſuperiore; tum ſeries ipſa rerum hortari, & poſtulare ratio videbatur, ut in hac altera regiones quaſque veluti luſtrarem, & quæ religionis ejuſdem in eis initia, qui progreſſus, quæ viciſſitudines fuerint, accurate, ut poteram, diligenterque deſcriberem. Eſſe namque hoc munus ab eo ſuſceptum perſpiciebam, qui Origines, & Antiquitates reipublicæ, vel ſocietatis, vel ſectæ cujuſquam explicare aggrederetur, ut non ſolum quibus præſidiis nata, atque confirmata univerſe, ſed quorum etiam opera amplificata ſit, atque in varias civitates, provinciaſque manarit, ſingillatim, diſtributeque ageret, idque contenderet, ut ne quid inconſiderate prætermitteret, neve negligenter tractaret eorum, quæ ad rem maxime pertinere exiſtimarentur. Quamobrem Dionyſius Halicarnaſſeus, & Joſephus harum rerum imprimis, doctrinarumque periti, cum hæc omnia ſatis explorate cognita habuiſſent, libros, quibus Romanorum, Judæorumque hiſtoriam illuſtrarunt, ἀρχαιολογίας βίβλους appellaverunt, quaſi in primordiis, ſucceſſionibus, & incrementis deſcribendis tota originum rerum publicarum earumdem gentium contineretur. Fecit igitur ratio, atque horum, quos dixi, aliorumque multorum, qui in hoc genere doctiſſimi judicarentur, exiſtimatio, & auctoritas, ut non modo mihi illorum exemplum

Digitized by Google

ad imitandum proponerem, ſed etiam a Binghamo hanc partem fuiſſe neglectam mirarer, qui ſibi onus explicandarum Eccleſiaſticarum originum ſuſcepiſſet.

Itaque cum in eam ſententiam veniſſem, etſi multa collegeram, quæ plane perſpiciebam mihi aliquando uſui futura, tamen avocandum a rebus ceteris animum, ac veteres, novoſque ſcriptores conſulendos putavi, ut quæ ab iis vel ſparſim, vel data opera diſputata eſſent, & meam curam, diligentiamque fugiſſent, in commentarios referre, dumque tempus poſceret, paucis complecti opportune poſſem. Intelligebam autem rem eſſe magni momenti, atque hujuſce loci propriam fere nullam, quam Hiſtorici noſtri aut non copioſe explicarint, aut ſaltem breviter non comprehenderint. Quare ut Euſebii, Rufini, Socratis, Theodoriti, Sozomeni, Evagrii, Theodori Lectoris &c. ita Baronii, Pagii, Natalis Alexandri, Tillemontii, Gardeboſci &c. Annalium, Hiſtoriarumque volumina primum legi; dedique poſt operam, ut quæ a Proteſtantibus Caſaubono, Bebelio, Hottingero, Baſnagiis, Moshemio dicta eſſent pernoſcerem; iiſque uterer, quæ recte, vereque ſcripſiſſent; rejicerem vero contra, vel tacitus præterirem, quæ aut levi conjectura nixa, aut malevolentia, fraudeve conficta viderentur.

Cumque legendo comperiſſem, floruiſſe olim, ac noſtra etiam memoria homines, qui omnem in hunc locum illuſtrandum operam, atque diligentiam contuliſſent; committendum non putavi, ut me quiſquam vel conſulto eorum nomina tacuiſſe, quorum laboribus profeceram, judicaret, vel negligentiæ nomine accuſandum arbitraretur, quod doctos viros, & in hoc argumenti genere magna cum laude verſatos ne conſulendos quidem exiſtimaſſem. Jam vero cum diu multumque conquiſiſſem, ſic reperi: ab Arnoldo Mermanno editum Antuerpiæ an. 1582. *opuſculum fuiſſe, cujus hæc eſſet inſcriptio:* Theatrum converſionis Gentium totius Orbis, ſive Chronologia de vocatione omnium populorum, & propagatæ per univerſum Orbem fidei, Chriſtianæque religionis deſcriptio. *Rurſum anno* 1614. *hanc ipſam* deſcriptionem *Priori volumini* Chronici Chronicorum *Joh. Gualteri, ſive Jani Gruteri fuiſſe inſertam, atque vulgatam Francofurti. Sed eum Auctorem & breviter, minuſque caſtigate omnia complexum eſſe, & rationem cenſuiſſe perſæpe non locorum habendam, ſed temporum.*

Pro-

Digitized by Google

Prodiiſſe præterea in lucem an. 1584. *Argentorati, an.* 1621. *Wirtembergæ, an.* 1661. *Francofurti Johannis Pappi* Hiſtoriam Eccleſiaſticam de converſionibus Gentium, Perſecutionibus Eccleſiæ, Hæreſibus, & Conciliis Oecumenicis. *Quod quidem opus & exiguum eſſe, & cum ab homine ſcriptum ſit, qui Proteſtantium partibus ſtuderet, nonnulla continere, quæ cum Romanæ Eccleſiæ doctrina pugnent. Inde Thomam ab Jeſu Carmelitam ex eo inſtituto, quod* Diſcalceatorum *vocant, virum ſingulari & eruditionis, & virtutis exiſtimatione illuſtrem anno* 1613. *Antuerpiæ edidiſſe* de Converſione omnium gentium procuranda libros duodecim, *quos, cum pauca de adductis olim Ethnicis ad Chriſtiana ſacra complecterentur, vix prodeſſe quidquam Origines Antiquitateſque Chriſtianas ſcribenti poſſe.*

Atque hujuſmodi quidem eſſe Franciſci Orlendii Ord. Præd. de Orbe ſacro, & Profano *libros, qui anno* 1728. *Florentiæ publicari cœperunt. In priore namque volumine* Diœceſeon, Provinciarum, & Metropoleon diſtributio explicatur, *quæ res ad inſtitutum non pertinet; in ceteris autem tribus Eccleſiarum quarumdam Italiæ primordia ſic deſcribuntur, ut omnis ejus Auctoris oratio Ughelli perſæpe, interdum autem vulgi opinionibus niti, maximeque confidere videatur. Vulgatum denique anno* 1731. *ab Johanne Alberto Fabricio viro de ſecta Lutheranorum celebre illud opus fuiſſe, quod* Salutaris lux Evangelii toti Orbi per divinam gratiam exoriens, ſive notitia Hiſtorico Chronologica Litteraria, & Geographica Propagatorum per Orbem totum Chriſtianorum Sacrorum &c. *inſcriberetur. Sed is ſcriptor etſi mihi, quod candide fateor maximopere profuit; modo tamen Alphabeticum, modo Geographicum, modo Chronologicum ordinem, methodumque ſequutus eſt, multaque comprehendit, quæ ad oſtentandam eruditionem omnino ſpectarent, ad propoſitum autem nullo modo. Nam Philippi Nicolai* de Regni Chriſti apparentibus notis, & hodierna propagatione Eccleſiæ per Europam, Aſiam, Africam, & Americam, *Johannis Schopſii* de Academia Jeſu Chriſti, *Petri Streithagenii* De Floro Chriſtiano, *Roberti Millari Angli* de Propagatione Chriſtianiſmi &c. *Thomæ Tanneri* de Origine, & Incremento primæ Dei Eccleſiæ, *Johannis Kahleri* de Prædicatione Eccleſiæ Univerſali, *aliorumque, ſi qui ſunt, de eodem argu-*

mento Commentarios, & diſputationes nuſquam vidi. Mitto autem Orationes, *atque* Programmata, *eorumque* Diſſertationes, *qui cum de veritate Chriſtianæ religionis agere cœpiſſent, tum ſibi de illius quoque initiis, & propagatione agendum judicarunt; propterea quod & perbreves, & tanta copia ſint, ut earum catalogum texere non modo longum, ſed etiam opus moleſtiæ plenum eſſet.*

Iis igitur libris, quos inquirendo inveneram, perlectis, animum ad eos conſulendos converti, in quibus primordia, progreſſuſque Chriſtianiſmi in certis quibuſdam regionibus explicari ſcirem. Itaque Orientem Chriſtianum *Michaelis Lequienii Ord. Præd.*, Italiam *Ferdinandi Ughelli Abbatis Ciſtercienſis, Gabrielis Bucelini Monachi Benedictini, & Marci Hanſitzii Soc. Jeſu* Germaniam, Galliamque ſacram *Sammarthanorum ſedulo verſare, & quæ alii permulti commentati eſſent cognoſcere curavi, qui ſingularium aliquot Eccleſiarum Hiſtoriam illuſtrarunt, quoſque nunc omittendos puto, propterea quod eos opportune commemorarim, cum tempus, rerumque ſeries exhortarentur. Quod ſi plures etiam tacitus prætermiſi, eorum vel nullam notitiam habebam (ingenui namque, beneque inſtituti viri eſt fateri ſe neſcire, quod neſciat) vel ſi habebam, partim mihi quidem ipſorum in promtu opera non erant; partim, ſi erant, in quartum hujuſce operis librum rejiciendam cenſui mentionem.*

Sed his, quæ reperi, eruditorum virorum operibus ita ſum uſus, ut quæ ab illis minus vere, minuſque caſtigate dicta eſſe arbitrarer, corrigerem; idque, velut facultates ingenii ferebant, eniterer, ac laborarem, ut ſi perpauca ab iiſdem non animadverſa in hac altera Libri ſecundi parte minime invenirent hi, qui res a me novas expoſcerent, nihil ſaltem, quod non accurate dictum videretur, offendere valerent. Atque ii ſcilicet, qui ab Inſtitutionum Antiquariarum ſcriptore inventa, per ſummam injuriam, nova poſtulant; videant ne nimium moroſi ſint, cum ne ab iis quidem, trita quæ ſint multorum ſermone, prætermitti conſtet, qui ſe data opera novi aliquid explicare profiterentur.

Sed redeo ad rem. Equidem cum in Palæſtina ortum Servatorem Chriſtum fuiſſe, indeque jam in Orbem terrarum univerſum manaſſe Evangelicam doctrinam viderem, ducendum mihi eſſe ex ea Provincia orationis exordium, atque hinc in alias regiones progrediundum exiſtimavi, ut qui Geographicam deſcriptionem

nem

nem Originum, Propagationiſque Chriſtianæ religionis perficere conſtituiſſem. Sed quo minus plura, quæ ad inſtitutum pertinere viderentur, hoc volumine comprehenderim, & magnitudo operis, & feſtinatio, ut cetera, quæ eſſem pollicitus, explicarem, fuerunt impedimento. Satis autem lectoribus a me eſſe factum putaram, ſi paucis, quod erat propoſitum, expoſuiſſem, libroſque indicaſſem, ex quibus cognoſcere poſſent cetera, quæ deſiderari, ſibique ex uſu eſſe arbitrarentur. Jam vero huic item alteri libri ſecundi parti perficiendæ P. Franciſcus Pollidorius Ord. Præd. S. T. L., de quo in priore volumine diximus, quamquam aliis curis, ſtudiiſque diſtinebatur, maximo tamen mihi adjumento fuit. Quod eo ſcripſi, ut omnes, quanto me ſibi beneficio eruditus juvenis obligarit, cognoſcerent.

NOS

NOS

FR. ANTONINUS BREMOND

SACRÆ THEOLOGIÆ PROFESSOR,

AC TOTIUS ORD. PRÆD. HUMILIS MAGISTER GENERALIS, ET SERVUS.

HArum ſerie, noſtrique auctoritate officii, facultatem, quantum in nobis eſt, concedimus Tibi Ad. R. P. Magiſtro F. Thomæ Mariæ Mamachio Provinciæ noſtræ Romanæ, Theologo Caſanatenſi, ut poſſis typis mandare Tomum ſecundum Operis, cui titulus: *Originum, & Antiquitatum Chriſtianarum Libri XX.* a Te compoſitum, de mandato noſtro reviſum, & approbatum a duobus Ordinis noſtri Theologis, videlicet ab *Adm. R. P. M. F. Thoma Pio Schiara Bibliothecæ Caſanatenſi Præfecto*, & *A. R. P. M. F. Johanne Thoma de Boxadors Cathedratico Caſanatenſi*, ſervatis de jure ſervandis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. In quorum fidem &c.

Datum Romæ in noſtro Conventu S. Mariæ ſuper Minervam die 20. Julii 1750.

FR. ANTONINUS BREMOND.

Magiſter Ordinis.

Regiſtr. pag. 8.
Fr. Joſeph. Thomas Tavella Sac. Theol. Mag. & Socius.

APPRO-

Digitized by Google

APPROBATIONES

VOlumen alterum *Originum & Antiquitatum Chriſtianarum*, Reverendiſſimi Patris Magiſtri Ordinis mandato legimus, in eoque nihil non ſecundum doctrinam Fidei & morum, nihil non graviter, eleganterque, & pro dignitate clariſſimi Mamachii noſtri Auctoris ſui ſcriptum deprehendimus. Ita quidem &c.

Fr. Pius Thomas Schiara Ord. Præd. Caſanatenſi Bibliothecæ Præfectus.
Fr. Johannes Thomas de Boxadors Ord. Præd. Cathedraticus Caſanatenſis.

IN hoc ſecundo volumine *Originum & Antiquitatum Chriſtianarum*; in quo de prima Eccleſiarum per univerſum Orbem origine diſſeritur, quæcumque ad rem elucidandam, quantum operis ratio, & inſtitutum patitur, conferre poſſunt, gravi, ac maturo judicio diſcutiuntur, atque omnia ſuis locis aptiſſime diſponuntur a Cl. Auctore R. P. M. Fr. Thoma Maria Mamachi Theologo Caſanatenſi; elegans, ornata, & gravis oratio cum ſumma eruditione conjuncta eſt. Quamobrem dignum cenſeo, cum nihil contra fidem, bonoſque mores contineat, qui publico litterarum bono in lucem emittatur.

Dabam Romæ in domo Oratorii S. Hieronymi Charitatis die 20. Julii 1750.

Joſephus Catalanus Presbyter Oratorii S. Hieronymi Charitatis.

PROTESTATIO.

DEcretis Urbani VIII. aliorumque Pontificum Maximorum obtemperans, teſtor, ſi quæ de Martyribus, aut Apoſtolis variarum gentium (quibus hæ appellationes non eſſent auctoritate Sedis Apoſtolicæ tributæ) rebuſque a Miſſionariis geſtis, dixi; eo me conſilio dixiſſe, quo dici a permultis intelligo, ut a Lectoribus non aliam fidem, quam mere humanam, qualis adhiberi privatis hiſtoricis ſolet, poſcerem.

IMPRI-

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Palatii Apoſtolici.

F. M. De Rubeis Arch. Tharſ. Viceſg.

IMPRIMATUR,

Fr. Joſephus Auguſtinus Orſi Sac. Palatii Apoſt. Mag. Ord. Prædic.

Digitized by Google

INDEX

LIBRORUM, CAPITUM, ET PARAGRAPHORUM.

LIBRI SECUNDI PARS ALTERA.

In Provinciis Romanorum, atque in Regionibus, quæ variis regibus parebant.

CAPUT I.

QUibus modis conſtituta in Palæſtina Chriſtiana religio fuerit poſt Martyria Sanctorum Apoſtolorum. Pag. 1

§. I. *Epiſcopi, qui Hieroſolymitanam, finitimaſque Eccleſias gubernarunt, rem Chriſtianam amplificaverunt.* ibid.

§. II. *De initiis, & progreſſu Chriſtianæ Religionis in Palæſtina ſecunda.* 24

§. III. *De origine, propagationeque religionis in tertia Palæſtina.* 26

§. IV. *De Peregrinationibus veterum Chriſtianorum in Palæſtinam.* 27

§. V. *Refellitur eorum ſententia, qui peregrinationes in Palæſtinam ſuſceptas reprobandas putant.* 38

§. VI. *De ſtatu Chriſtianiſmi in Palæſtina a tempore, quo redacta in poteſtatem Perſarum fuit, ad noſtram uſque ætatem.* 52

§. VII. *De lumine Sancti Sepulcri.* 65

CAPUT II.

De Origine, & Progreſſu religionis in reliqua Syria. 73

§. I. *Atque imprimis in Phœnicia.* ibid.

§. II. *In Syria Cœle.* 80

§. III. *In Arabia Petræa reliqua.* 84

§. IV. *In Seleucide.* 86

§. V. *In Commagene Provincia.* 91

CAPUT III.

In Cilicia. 92

CAPUT IV.

In Oſroene, & Meſopotamia. 94

CAPUT V.

In Chaldæa, & Perſide. 97

CAPUT VI.

In Inſula Cypro. 100

CAPUT VII.

In Iſauria. 102

CAPUT VIII.

In Licaonia, & Cappadocia, 103

CAPUT IX.

In Armenia minore, atque majore. 105

CAPUT X.

In Ponto Polemoniaco & Helenoponto. 115

CAPUT XI.

In Paphlagonia, & Galatia. 118

CAPUT XII.

In Provinciis Honoriade, & Bithynia reliqua, Phrygia Salutari, & Pacatiana, Piſidia, & Pamphilia. 121

CAPUT XIII.

De origine, progreſſu, ſtatuque præſenti religionis in Lycia, Caria, Lydia, & Aſia minore. 131

CAPUT XIV.

In Cycladibus Inſulis. 150

CAPUT XV.

In Helleſponto. 157

CAPUT XVI.

In Inſula Creta, inque Provinciis Achaja, & Macedonia. 158

CAPUT XVII.

In Provinciis Thracicis. 170

CAPUT XVIII.

In Provinciis Illyrici: Epiro Vetere, Epiro Nova, Prævalitana, Dacia, Dardania, Dalmatia, Theſſalia, Pannonia, & Noricis. 194

CAPUT XIX.

De Origine, & Progreſſu religionis Chriſtianæ in Dania, Norvegia,

gia, Svecia, Livonia, Finnonia, Lapponia, Iſlandia, & Gronlandia. 208

CAPUT XX.

De Initiis, & progreſſu Chriſtianæ religionis in Germania, Helvetia, Rhetia, Belgio, & Batavia. 214

CAPUT XXI.

De Origine, & propagatione Chriſtianæ religionis in Italia. 222

§. I. *Ac primum quidem Romæ.* ibid.

§. II. *In oppidis quibuſdam Romanæ, & nonnullis aliis Metropolibus ſubjectis.* 237

§. III. *In Campania, ceteriſque Provinciis Italiæ.* 241

§. IV. *De Imperatoribus Romanis, qui propenſiore in Chriſtianos voluntate fuerunt, permiſeruntque, ut eorum in Italia potiſſimum propagaretur religio.* 245

CAPUT XXII.

De Origine, & Propagatione Chriſtianæ religionis in Galliis. 261

§. I. *Gallia non Viennenſis modo, ac Lugdunenſis, ſed omnis, diu ante ſeculum* III. *incolas habuit, etſi non magno numero, qui noſtra religionem profiterentur.* 263

CAPUT XXIII.

De ortu, & progreſſu religionis Chriſtianæ in Hiſpania. 276

CAPUT XXIV.

De Origine, & Propagatione Chriſtianæ religionis in Britanniis. 291

CAPUT XXV.

De Origine, & progreſſu Chriſtianæ religionis in Proconſulari, Mauritaniis Tinguitana, ac Cæſareenſi, Numidia, & Byzacena Provinciis Africæ. 307

CAPUT XXVI.

De ortu, & propagatione Chriſtianæ religionis in Inſulis Africæ vicinis. 324

CAPUT XXVII.

De Primordiis, & Propagatione Chriſtianæ religionis in America, & Inſulis, quæ ad eam Orbis terrarum partem attinent. 326

CAPUT XXVIII.

De Ortu, & progreſſu, & adverſis rebus religionis Catholicæ in Japonia, viciniſque Inſulis. 340

CA-

CAPUT XXIX.

De Origine, vicibuſque Chriſtianæ religionis in Sinenſi Imperio, & Tartaria Magna. 373

CAPUT XXX.

De Ortu, & progreſſu Chriſtianæ religionis in Imperio Magni Mogolis, Bengala; Malabaria, Tonquino, Cochinchina, Siamo, & in Inſulis adjacentibus. 424

CAPUT XXXI.


De Ortu, & progreſſu Chriſtianæ religionis in Ægypto, Libya, Abeſſinia, Congo, Monomotapa, Guinea &c. 465

ΠΑΡΕ'ΡΓΟΝ

Floruerint ne multi primis Eccleſiæ ſeculis Chriſtiani nobiles, atque eruditi, an omnes ex infima plebe, atque imperiti fuerint? 473

LIBRI

Digitized by Google


Perge
Side
ISAURIA
CYPRUS
Salam
Baqdad
Tyrus
Pasingris
Ptolemais
Carmelus
Dor
Cæsarea
Joppe
Ascalon
Judaea
Gaza
Raphia
Euphrates
ÆGYPTI FINES
Petr

NAPOLI

LIBRI SECUNDI
PARS ALTERA
DE ORIGINE, ET PROPAGATIONE RELIGIONIS CHRISTIANÆ
IN PROVINCIIS ROMANORUM, ATQUE IN REGIONIBUS, QUÆ VARIIS REGIBUS PAREBANT.

CAPUT I.
Quibus modis conſtituta in Palæſtina Chriſtiana religio fuerit poſt Martyria Sanctorum Apoſtolorum.

§. I.
Epiſcopi, qui Hieroſolymitanam, finitimaſque Eccleſias gubernarunt, rem Chriſtianam amplificaverunt.

SYRIA eſt Aſiæ regio diviſa in Provincias majores (1) quinque. Harum unam *Commagenem*, alteram *Seleucidem*, tertiam *Cœleſyriam*, quartam *Phœnicem*, quintam *Palæſtinam* vocant. *Palæſtina*, de qua eſt nobis priore loco dicendum (propterea quod orta in ea primum religio Chriſtiana fuerit) tributa erat omnis in partes tres; quarum unam incolebant *Galilæi*, ſecundam *Samaritæ*, tertiam qui ab Juda Jacobi Patriarchæ filio *Judæi* appellantur. *Galilæi* vergunt ad ſeptem-

1 Strabo *lib. xvi. pag. 1086. al. 749. tom. II. nov. edit.*

ptemtriones, continentur Jordano flumine, finibus Samaritarum, Phœnicum, & Cœleſyriorum, attinguntque, qua parte ad occidentem ſolem pertinent, mediterraneum mare. *Samaritæ* medii ſunt inter *Judæos*, *&* *Galilæos*. *Judæi* a montibus Epharaimi initium capiunt, ſpectant ad lacum Aſphaltitiden, attingunt a Philiſtæis mediterraneum mare, vergunt ad meridiem, & protenduntur ad Ægyptum uſque, & eam Arabiæ partem, quam Petræam vocant. His partibus tribus, quas diximus, quatuor aliæ, quæ ſunt trans Jordanum fluvium, *Peræa*, *Batanæa*, *Trachonitis*, atque *Ituræa* conjungi ſolent. *Peræa* Amoritharum regio initium capit a *Lacu Geneſarethano*, vergitque in auſtrum ad *Arnonem* amnem. *Batanæa* ſita e regione Galilææ eſt. *Trachonitis* Arabibus proxima, conjuncta eſt Batanææ qua ſpectat ad orientem ſolem. A ſeptemtrionibus *Auranitis* eſt, quæ eadem atque *Ituræa* erat, aut finibus ita implicatis, ut dignoſci hoc tempore, dijudicarique nullo modo poſſint. *Palæſtina* ab Antiquis una nominabatur. Sed quinto fere ſeculo tres ſunt (1) *Palæſtinæ* dictæ, quarum primæ *Hieroſolyma* (2), alterius *Scythopolis*, (3) tertiæ *Petra* urbs Arabiæ metropolis erat. Ac prima


1 Poſt medium ſeculum IV. cum Ammianus Marcellinus ſcriberet, nondum erat in partes trer Palaſtina diviſa. Nam *lib.* XIV. *cap.* VIII. *pag.* 43. *edit. an.* 1681. unam nominat. *Syriarum enim ultimam Palæſtinam* eſſe affirmat. Quinetiam ne tum quidem tres Palæſtinæ numerabantur, cum Theodoſius ſenior Imperium Populi Romani obtineret. Etenim, Hiſtoricus Zoſimus *lib.* IV. *hiſt. cap.* XLI. *pag.* 452. *editionis Cellarii an.* 1679. *Palæſtinæ univerſæ* ab Theodoſio præfectum fuiſſe Hilarium ſcribit. Ergo Honorio, & Theodoſio ſecundo Imperatoribus ea eſt facta, mea quidem opinione, diviſio; quod nullum ejus ante veſtigium reperiri poſſe videatur. Contra *in cod. Theodoſiano lib.* VII. *tit.* IV. *de Erog. milit. Annon. lege* XXX. quæ data eſt X. *Kal. Apriles Honorio VIII. & Theodoſio III. Coſſ*, hoc eſt anno 409., hæc leguntur: *Limitanei milites & poſſeſſorum utilitate conſpecta per primam, ſecundam, & tertiam Palæſtinam hujuſcemodi norma proceſſit &c.* Adeundus *Jacobus Gothofred. Comment. in legem eamd. tom.* II. *cod. Theod. pag* 358. *edit. an.* 1665. Id autem non impedit, quin poſt aliquando etſi tres erant, duæ tamen Palæſtinæ numerarentur. *Cod. Theod. lib.* XVI. *tit.* VIII. *& ſeq. l.* XXIX. Quæ vero prima Palæſtina fuerit, mox liquebit. Interea quoniam hujus metropolim aut Hieroſolymam, aut Cæſaream fuiſſe conſtat, confirmari inde magis magiſque poſſunt, quæ de *Tiberiano* non Samariæ, ſed Judææ imprimis Præſide dial *lib.* 1. *cap.* II. §. XXIV. *pag.* 100. Adeundus Relandus *lib.* 1. *cap.* XXXIV. *pag.* 206. *edit. an.* 1714.

2 Sic enim *notitiæ Eccleſiaſticæ* poſtulant, præſertim poſteaquam Epiſcopus Hieroſolymorum dignitatem Patriarchæ conſequutus eſt. Ceterum ante & civilis, & Eccleſiaſtica Metropolis *Cæſarea* fuit. Prima autem Palæſtina, ut civilis diſtributio poſtulabat, Judæa vocabatur. Qua de re conſulendi Carolus a Sancto Paulo *Geographia Sacra lib.* XSS. *pag.* 299. *ſeqq. Edit. an.* 1704. Hadrianus Relandus *De Palæſtina lib.* 1. *cap.* XXXIV. *pag.* 207. *ſeqq.* & Michael Lequienius *Orientis Chriſtiani tom.* III. *pag.* 118. *ſeq.*

3 In oppidis Palæſtinarum trium indicandis non civilem, ſed Eccleſiaſticam diſtributionem ſequutus ſum. Nam Eccleſiaſticæ a civilis diviſione diſcrepans erat omnino ratio, ut eſt a Lequienio *ibid. pag.* 126. *ſeq.* animadverſum.

Digitized by Google

Digitized by Google



BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III
NAPOLI

Digitized by Google

prima Palæſtina Judææ, atque Samariæ oppida fere univerſa continebantur.

In eam quemadmodum introducta a Chriſto, & dilatata religio noſtra fuerit, ſatis eſt accurate oſtenſum parte ſuperiore (1). Sequitur ut explicem quibus præſidiis poſt martyria Sanctorum Apoſtolorum propagata etiam atque etiam ſit ab Epiſcopis,qui ejus Provinciæ Eccleſias adminiſtraverunt. Ordiar autem ab Hieroſolymitis, quorum jam initio ampliſſima auctoritas fuit, quod ei urbi præeſſent, quæ Palæſtinæ olim univerſæ caput exiſtimabatur, delectaque præ ceteris fuerat, ut in ea fundamenta novi fœderis jacerentur, offerreturque perenne illud a Servatore Chriſto ſacrificium pro ſalute generis humani, atque in Apoſtolos Spiritus Sanctus immitteretur, ut bene inſtituti, confirmatique in ſententia, inde (quod oraculis Prophetarum declaratum erat) proficiſcerentur, importarentque in alias urbes, atque regiones doctrinam, quam a divino Magiſtro Jeſu accepiſſent. Principio igitur ſatis conſtat, vivis Apoſtolis, Jacobum item Apoſtolum, quem veteres ob generis cum Deipara Virgine, & Joſepho conjunctionem *fratrem Domini* appellabant, dictum fuiſſe Epiſcopum Hieroſolymorum (2). Is quum ſingulari virtutis, ſanctitatiſque morum

 exiſti-

1 *lib.* II. *cap.* IV. *ſeqq.* tom. I.

2 Conſule quæ dixi *lib.* II. *cap.* VI. §. II. *pag.* 315. *tom.* I. Euſebius lib. II. *Hiſt. cap.* I. *pag.* 44. *Edit. Cantabrig.* „ Jacobum, *inquit*, qui frater Domini dicebatur . . . . hunc, in- „ quam, Jacobum, qui ob eximiam virtutem juſtus ab antiquis cognominatus eſt, Hieroſoly- „ mitanæ Eccleſiæ Epiſcopatum primum accepiſſe perhibent. Et *cap.* XXIII. *pag.* 77. Judæi in „ Jacobum fratrem Domini, cui Epiſcopalis Hieroſolymorum ſedes ab Apoſtolis tradita fuerat „ ᾧ πρὸς τῶν ἀποστόλων ὁ τῆς ἐπισκοπῆς τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις θρόνος ἐγκεχείριστο rabiem convertunt &c. Hæc Euſebius mutuatus ab antiquis ſcriptoribus eſt. Prior enim locus decerptus eſt ex Clementis Alexandrini ſexto Hypotypoſeon libro: alter eſt Hegeſippi. Confer Hieronymum *de Scriptor. Eccleſiaſt. cap.* IV. *pag.* 101. *tom.* IV. *opp. edit. Martianæi Paris. an.* 1706. & Auctorem *Conſtitutionum Apoſtolicar. lib.* VIII. *cap.* XXXV. *pag.* 421. *tom.* I. *Apoſtolic. PP. edit. ann.* 1724. qui de Jacobo agens Ἐπίσκοπος, inquit, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν Ἀποστόλων Ἱεροσολύμων χειροτονηθεὶς *Epiſcopus a Chriſto & Apoſtolis Hieroſolymorum ordinatus eſt*. Epiphanium Hæreſi XXIX. *num.* 3. & *Hæreſi* LXXVIII. *n.* XIII. & XIV. *tom.* I. *opp. edit. Petavii*: Cyrillum Hieroſolymitanum *Catecheſi* IV. *pag.* 34. *edit. Paris. anni* 1640. & *Catech.* XIV. pag. 152. Chryſoſtomum *Homil.* XXXVIII. *in Epiſt.* I. *ad Corinth. tom.* X. *opp. pag.* 355. *edit. Paris. Monach. ſancti Mauri an.* 1732. & *Homil.* III. *in Acta pag.* 26. *Tom.* IX. *Homil.* XXXIII. *pag.* 253. & *Homil.* XLVI. *pag.* 345. eoſque ſcriptores, qui de ſucceſſionibus Epiſcoporum Hieroſolymitarum commentarios ediderunt. Sunt autem Patres, & hi quidem magni, ac veteres, qui Chriſti voluntate Jacobum conſequutum Hieroſolymitanum Epiſcopatum fuiſſe cenſeant, ut eſt animadverſum a Tillemontio *Vit. S. Jac. minor. art.* IV. *pag.* 410. *T. I. H. E. edit. Paris.* Ergo ille, ut inter ſe antiquos ſcriptores componat, ſolemni ceremonia ab Apoſtolis celebratum fuiſſe, quod erat

Digitized by Google

exiſtimatione floruiſſet, quam plurimos ad Chriſtiana ſacra perduxe-

erat decretum a Chriſto ſcribit, atque hoc pacto mentionem fieri ordinationis Jacobi in aliquot vetuſtis Martyrol. vel die 27. vel 29. Dec. Vide Bolland. t. Maii p. 23. & Mabillon. *Liturg. Gall. p.* 196. His autem omnibus adimere ſine ratione auctoritatem velle, hominum eſt non veritatis amore, ſed contentionis ſcribentium. Ac Jacobum quidem Chriſti propinquum, & Apoſtolum Hieroſolymis aut ſemper, aut ſaltem fere ſemper conſtitiſſe, tam eſt perſpicuum, ut revocari in controverſiam nullo modo poſſit. Itaque quoties Paulus in eam urbem venit, ad Jacobum adiit. Vide *Galat. c.* 1. *v.* 18. & *c.* 11. *v.* 9. *Act.* xv. *v.* 13. xxi. 31. Quinetiam ſi quid actum publice in cœtu Hieroſolymitano fuit, actum quidem certe eſt, cum Jacobus præſto adeſſet. Conſule *Actor. cap.* xii. *v.* 17. Rurſum, qui Hieroſolymis venerant Antiochiam, quo tempore in hac urbe Cephas, & Paulus agebant, hi miſſi a Jacobo dicuntur. *Ad Gal. cap.* II. v. 12. Quæ res plane indicat primas in Hieroſolymitana Eccleſia obtinuiſſe Jacobum partes. Sed qui contra, ita ut paullo ante animadverti, pugnant, hi argumentis ad evertendam veterem, ſatiſque bene conciliatam ſententiam plane inanibus abutuntur. Salmaſius, qui Diſſertationem contra Dionyſium Petavium edidit, cujus hæc eſt inſcriptio *Wallonis Meſſalini de Epiſcopis, & Presb. contra D. Petavium Lojolitam diſp. pag.* 21. *edition. an.* 1631. & Samuel Baſnagius in *Annalibus Politico Eccleſiaſticis ad annum* 33. *n.* clxxxi. nam ceteros ne ſim longus prætereo, ſic ſtatuunt. Jacobum: ſi dictus Antiſtes Hieroſolymitanus fuiſſet 1. *Epiſcopum* a Scriptoribus Hagiographis fuiſſe appellandum. 2. Apoſtolum minime fuiſſe. Quemadmodum enim collegarum ordinatione Apoſtolus egere potuiſſet? *Salmas. pag.* 22. *Baſnag. ibid.* Ac diſcrepare quidem Apoſtolum ab Epiſcopo ita, ut qui præditus priore eſſet, is ſecundam obtinere nequiret dignitatem. Nam Apoſtolorum ex uno Chriſto, Epiſcoporum vero ex Chriſto ſane, at ope hominum, auctoritatem manare. Rurſum Epiſcopum addictum uni Eccleſiæ eſſe oportere, Apoſtolum contra, non item. Pugnare autem, ut qui ab uno Chriſto poteſtatem accepit, idem non acceperit ab uno Chriſto, quique nulli peculiari cœtui addictus eſt, is addictus uni tantum Eccleſiæ fuiſſe cenſeatur. Sed nihil eſt, quod expedire tam facile poſſim. Ad primum enim quod attinet, quis neſciat, fuiſſe multa a Scriptoribus Hagiographis prætermiſſa, quæ tamen ſciamus eſſe omnino vera? Baſnagius ecce Petrum Romam veniſſe non negat. Id vero a ſacris Scriptoribus nuſquam eſt memoriæ commendatum: quod tamen & grave erat, & dignum, quod ſilentio non præteriretur. Cur vero illi prætereundum putarint eſſe, ne ſuſpicari quidem poſſumus. Sexcenta proferre ad rem eamdem demonſtrandam liceret. Sed quoniam alio propero, auctor Lectori ſum, ut Petavium conſulat *lib.* 1. *de Hierarch. Eccl. cap.* viii. §. iv. At Diaconorum ordinatio prætermiſſa ab Luca in *Actis* non fuit. Quid ſibi hoc genere argumenti Baſnagius velit, non video. Si enim quidquam inde, quod Epiſcopatu Jacobum Hieroſolymitano dejiciat, concludere liceret, vereor ne qui ſic ſtatuunt, fateri cogantur, Ananiam, & Silam, & Johannem Marcum, & alios, quorum fit in Actis Apoſtolorum mentio, repente extitiſſe, quin impoſitæ illis umquam manus, aut delecti ab Apoſtolis ipſis fuerint, & enunciare Chriſtum, fungique miniſterio cœpiſſe; propterea quod a nullo ſcriptorum ſacrorum memorata eorum inſtitutio ſit. Qua re quid dici poteſt abſurdius? Quod ſi Lucæ, aliorumque ſilentium non efficit, delectos illos ab Apoſtolis, ut tanto officio fungerentur, minime fuiſſe, quid eſt, quod uno eo everti Jacobi Epiſcopatus Hieroſolymitanus poſſit? Nam alterum Salmaſii, Baſnagiique argumentum ne oratione quidem eget. *Ordinatum* enim ab Apoſtolis Jacobum, quaſi ante Epiſcopi poteſtate careret, neque cenſeo ipſe, nec ullus umquam accuratus ac diligens ſcriptor fuit, qui putaret, eſſe credendum. Quod ſi qui fuerunt, qui dicerent, hi *ordinationis* nomine, non *impoſitionem manuum, traditionemque* poteſtatis Epiſcopi, ſed *electionem*, indicaverunt, qua factum eſt, ut certæ, deſtinatæque Eccleſiæ ille idem Apoſtolus curam ſuſciperet. Itaque quod Hieronymus dixerat *ordinatum* Jacobum Hieroſolymorum Epiſcopum ab Apoſtolis fuiſſe, ſic vertit Sophronius, ut judicet, *ordinationis* vocabulo intelligi *conſtitutionem* oportere. ἐπισκόπου κατεστάθη ὑπὸ τῶν etc. Confer Petavium *l.* 1. *Hierarch. Eccleſ. cap.* viii. *n.* x. Ac neſcio equidem, cur *Epiſcopus* qui eſt, idem & eſſe, & dici Apoſtolus non poſſit. Non enim pugnat, ut quiſquam unius Eccleſiæ, in qua ſedem fixerit, præcipue curam gerat, quin alias deſerat. Ac Jacobus etſi Hieroſolymis manebat, tamen ſcribendo docere exteros, confirmareque in officio conſueverat. Extant autem ejus litteræ, quæ ſunt ad duodecim tribus, quæ erant in diſperſione, ſcriptæ. Nam etſi Combefiſius *tom.* 11. *Auctarii Biblioth. PP. pag.* 840. & 849. non ſatis conſtare defendit, cui nam e tribus Jacobis, qui tum floruiſſe feruntur, adſcribendæ hæ lit-

duxerat (1) . Itaque ob religionem , juſſu Anani Pontificis Hebræorum, aliorumque, quorum erant ab inſtitutione Chriſtiana averſi

litteræ ſint , tamen Jacobo minori tribui oportere oſtendunt præter veteres , Nanus Tillemontius in vita Jacobi *H. E. Tom. I. pag.*678. *edit. Pariſ. not.* xv. Natalis Alex. H. E. Sec. I. p. 36. edit. 1699. Petrus Dan. Huet. *Demonſt. Evang. Prop.* t. n. xt 1. Calmetius *Proleg. in Epiſt. Jacobi* , ali que . Ex qua re ſequitur, non ita fuiſſe eum uni Eccleſiæ addictum , ut in alias quas inſtituere vellet , ejuſdem auctoritas , atque etiam diligentia non extenderetur . Nam qui Apoſtolos curſores vellent , ut hac illac vagarentur incertis ſedibus , pedemque diu in uno loco numquam figerent , eorum eſt magnis in erratis ſententia . Vacavit enim Johannes Apoſtolatu aceeſſe eſt, ut qui Epheſi agere ſoleret . Quæ res , cum alibi demonſtranda ſit , nunc omittatur . De Petro autem quid dicam ? quem ſedem Romæ locaſſe (quamquam aliquando inde ſecederet, regionesque alias prædicatum Evangelium peragraret) tum traditum ab iis fuerit, qui proxime attigerunt ætatem Apoſtolorum , revocari in controverſiam nullo modo poteſt . Etſi enim conceſſa a Chriſto Apoſtolo eatque promulgandi ubique gentium Religionem , tum ligandi , ſolvendi , Eccleſias inſtituendi , Epiſcopos , Presbyteroſque creandi poteſtas eſt (qua facultate *Apoſtoli* omnino dignitas continetur) tamen neque omnes univerſum mundum circumcurſurunt , ut qui regiones inter ſe fuerint partiti , & alius eorum alio migraverit , neque erat neceſſe , ut qui eam ſe facultatem eſſe conſequutum cognoſceret , is nullum locum deligeret , in quo ſibi potiſſimum , velut in ſede quapiam , eſſe conſiſtendum arbitraretur . Quod cum demonſtratum exemplo Johannis, ac Petri fuerit, qui id quidem fecerunt , quod jus ſibi eſſe cenſerent , tum etiam efficit , Jacobum , qui Hieroſolymis præcipue manſerit, dignitate Apoſtoli non eſſe dejiciendum. Quod ajunt, a ſolo Chriſto Apoſtolorum , Epiſcoporum autem poteſtatem a Chriſto per homines manare , componi cum novi Teſtamenti locis quibuſdam non poteſt . Num illud *a Chriſto per homines* , quale tandem eſt ? An quia homines imponunt manus presbytero , conſecrantque Epiſcopum , per *homines* confertur Epiſcopo a Chriſto poteſtas ? Hoc ſi ita eſt , ut eſt revera , Paulus a Deo per *homines* dictus Apoſtolus ſit oportet . *Act.* xii 1. 1. *ſeq.* Quare erit Apoſtolus , quem Deus per homines conſtituerit . Sin autem idcirco creari a Deo *per homines* Epiſcopi dicantur , propterea , quod deligi ad id miniſterii genus ab hominibus ſoleant , etſi Deus afflatu , inſtinctu , gratiaque ſua , ut eligantur efficiat , jam illud quoque ſequitur , Matthiam a Deo per homines fuiſſe Apoſtolum factum , cum electus is fuerit ad Apoſtolatum obeundum . *Act.* 1. 24. *ſeq.* Quamobrem tota illa adverſariorum de Apoſtoli , Epiſcopique conſtitutione inconſtans eſt , omnibuſque partibus nutat oratio . Nam ut nihil impediebat , quo minus a Deo *per Apoſtolos* Apoſtolus crearetur , eligereturque , ita cauſſa nulla erat, cur ab uno Chriſto Epiſcopus conſtitui nequiret. Adeundi Petavius *lib.* 1. *De Hierarch. Eccleſiaſtica cap.* v. *ſeqq.* Tillemontius *Monument. H. E. tom.* 1. *in Jac. Min. Vit. not.*1. & viii. *pag.* 663. & 673. *edit. Paris.* Baronius ad *an.* XLIV. *n.* 37. Natalis Alexander *Hiſt. Eccl. ſec.* 1. *cap.* vii 1. *pag.* 17. *ſeq. edit. Lucenſis an.* 1734. & e Proteſtantibus , ut innumeros mittam , Joh. Henricus Michaelis *Introduct. Hiſt. Theolog. ad Epiſt. Jacobi edit. Halæ Saxonum an.* 1722. Thomas Ittigius *Hiſt. Eccleſ. ſec.* 1. *ſectione* v. *num.* xv. *ſeqq. pag.*446. *edit. an.* 1709. qui contra multos , impri miſque Henſchenium ad 1. *Menſis Maii diem*, oſtendit Jacobum Minorem eumdem atque Jacobum Alphæi fuiſſe ; adeoque, ejus ſententia, Jacobus Apoſtolus idem , atque ille eſt , qui dictus Epiſcopus Hieroſolymorum fuit . Neque vero hominem moror negantem , hunc Jacobum Epiſcopum fuiſſe *proprie* contra omnium *PP.* fidem . Nam ſuis aſſentire , quam veteres conſectari maluit .

a De virtute Jacobi Clemens Alex. apud Euſebium in altero *Hiſt. Eccl. libro c.* 1. *p.*44. *ed. Cantabrig.* , inquit . [illegible] *Jacobum* , *quem & Juſtum cognomento veteres propter virtutem appellaverunt* . Similia ſcripſerat Hegeſippus , cujus locum laudat *cap.* xxiii. *ejuſdem libri pag.*78. Euſebius . Nam [illegible] , inquit , [illegible] : *ob excellentiam virtutis ipſius appellatus eſt Juſtus.* Addit alia pleraque Hegeſippus , quibus magis magiſque ſanctitatem Jacobi perſuadere lectoribus poſſit . Sed magnam partem non a proteſtantibus ſolum , ſed a noſtris etiam , imprimiſque a Tillemontio *Mon. Hiſt. Eccl. t.* 1. *in calce.* Orſio *Hiſt. Eccl. lib.* 1 I. *n.* vi. *pag.* 211. 214. *& ſeq. edit. an.* 1747. rejiciuntur . Conſentit Joſephus *lib.* xix. *Antiquit. cap.* ix. *pag.* 976. *tom.*1. *opp. edit. Havere.* , cujus locum mox afferemus . Atque eſt ille ipſe Hegeſippus auctor , fuiſſe etiam ex

iis

Digitized by Google

averſi animi, lapidibus appetitus interiit (1). Quæ res non noſtris hominibus modo, ſed etiam Judæis pleriſque, ac eorum aliquibus, qui Phariſæorum ſuperſtitione tenerentur, magnæ offenſioni fuit. Ergo Joſephus hiſtoricus, qui ei ſectæ jam uſque a puero ſeſe obſtrinxerat, & expugnatam urbem, & everſum templum, & Judæos redactos in poteſtatem populi Romani ſcripſit, propterea quod in Jacobum Jeſu Chriſti fratrem animadvertiſſent (2). Interim Chriſtianorum, qui Hieroſolymis,

tis multos ab Jacobo Chriſtianos factos, qui unam aliquam e ſectis ſeptem Judæorum conſectabantur. Loco enim mox indicato ,, τινὲς ὦν τῶν ἑπτὰ, inquit, αἱρέσεων τῶν ἐν τῷ λαῷ τῶν προγεγραμμένων μοι ἐν τοῖς ὑπομνήμασιν, ἐπυνθάνοντο αὐτοῦ, τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα. ἐξ ὧν τινὲς ἐπίστευσαν, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός.... ὅσοι δὲ καὶ ἐπίστευσαν διὰ Ἰάκωβον. πολλῶν οὖν καὶ τῶν ἀρχόντων πιστευόντων, ἦν θόρυβος τῶν Ἰουδαίων, καὶ γραμματέων, καὶ Φαρισαίων λεγόντων, ὅτι κινδυνεύει πᾶς ὁ λαὸς Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν προσδοκᾶν. κ. τ. λ. Quidam e ſeptem ſectis, ,, quæ apud Judæos erant, de quibus in ſuperioribus libris ſcripſiſſe memoravimus, interrogave- ,, runt enim, quodnam eſſet oſtium Jeſu. Quibus ille Jeſum eſſe Salvatorem reſpondit. His audi- ,, tis eorum quidam crediderunt, Jeſum eſſe Chriſtum. Quotquot autem crediderunt, per Ia- ,, cobum *ſane crediderunt*. Multis igitur divitum credentibus, tumultus exſiſtebat Iudæo- ,, rum, & Scribarum, & Phariſæorum dicentium, quod periclitatur omnis populus Ieſum, ut ,, Chriſtum, expectans ,,. Quæ ſane cur vera eſſe non poſſint, non video. Nam Apoſtolum dediſſe convertendis Iudæis operam, certum, multos autem adduxiſſe ad ſacra noſtra, non ſolum per ſe verum, ſed etiam, ſicuti Hegeſippo ſcriptore fere temporum illorum, conſtitutum, confirmatumque magis eſt.

1 Ioſephus loco indicato notatione ſuperiore ,, Ananus Iunior, *inquit*, quem Pontificatum ,, accepiſſe jam diximus, ferox erat ingenio, & inſigniter audax, ſectam etiam Sadducæorum ,, ſequebatur, qui præ ceteris Iudæis in judiciis acerbi, & immites, quemadmodum antea indica- ,, vimus. Talis igitur cum eſſet Ananus, opportunum ſibi tempus adeſſe ratus, eo quod Feſtus ,, quidem vita exceſſiſſet, Albinus vero adhuc in itinere eſſet, concilium Iudicum cogit, indu- ,, ctoque in concilium fratre illius *Ieſu*, qui dicebatur *Chriſtus*, Iacobus ei nomen, & cum eo ,, quibuſdam aliis, in eos, ut legis violatæ reos cum accuſationem inſtituiſſet, ſtatim lapidan- ,, dos tradidit. Sed quicumque inter cives moderatiſſimi, legiſque obſervandæ ſtudioſiſſimi ha- ,, bebantur, graviter hoc tulerunt ,,. Euſebius loco modo indicato *pag.* 81. alterum Ioſephi locum recitat. Sic autem habet ,, Iacobus ob ſingularem juſtitiam adeo celebris apud omnes, & ad- ,, mirabilis fuit, ut Iudæorum prudentiſſimi hanc fuiſſe cauſſam exiſtimaverint ſecutæ mox obſi- ,, dionis Hieroſolymorum. Quam quidem non ob aliud ſibi contigiſſe, quam propter ſcelus in ,, Iacobum admiſſum ipſe etiam Ioſephus ſcripto teſtari minime dubitavit, cum ait: *Hæc omnia* ,, *contigerunt Iudæis propter Iacobum juſtum fratrem Ieſu, qui dicitur Chriſtus; qui cum eſ-* ,, *ſet juſtiſſimus, nihilominus ab Iudæis necatus fuerat*. Atque horum ſimilia ex Ioſepho multo ante protulerat Origenes in priore *contra Celſum libro num.* XLVII. *edit. Monach. S. Mauri tom.* 1. *opp.* Scio eſſe aliquos, qui Origenem, Euſebiumque lapſos fuiſſe memoria putent, eaque, quaſi eſſent ex Ioſepho excerpta, produxerint, quæ Iudæus ille hiſtoricus nuſquam ſcripſiſſet. Verum cur ſine ratione vetuſtiſſimis ſcriptoribus adimenda ſit auctoritas, quum ſciamus vitiatos interdum quibuſdam in locis Ioſephi codices fuiſſe, aſſequi nullo modo poſſum.

2 Longe aliter Iacobi Martyrium deſcribit Hegeſippus loco indic. Equidem Ioſepho aſſentior ſcriptori, cujus in hac re caſtigatior eſt oratio, & æquali temporum illorum. Conſule ejus verba *not. ſuperiore*. Qua in re magnos mihi viros eſſe intelligo conſentientes. Vide Valeſium in *not. ad lib.* II. *H. E. Euſebii cap.* XXIII. *pag.* 41. *edit. an.* 1659. Orſium *l. cit.* Non enim tanti ſunt momenta eorum pendenda, qui Petrum Halloixium in *not. ad cap.* III. *Hegeſippi pag.* 522. *ſqq. tom.* II. *Vit. & Document. Illuſtr. Eccleſ. orient. Scriptor. edit. an.* 1636. & Henſchenium *tom.* I. *Act. SS. Menſis Maii. pag.* 22. *ſeqq.* ſequuti, Hegeſippi narrationem, quod ad genus Martyrii attinet Flavianæ eſſe anteferendam putant.

lymis, atque in reliquis Palæſtinæ urbibus degebant, pars maxima ita colebat religionem, ut ritus etiam legis Moſaicæ ſibi eſſe obſervandos arbitraretur. Qua de re tamen non una omnium erat ſententia. Qui ab Jacobo diſciplinam acceperant, etſi legi Moſis ſtudebant, tamen neque cogi ad eam colendam Ethnicos, qui noſtris ſacris initiarentur, debere, neque ea prætermiſſa quidquam inde Judæum Chriſtianum factum detrimenti capere poſſe putabant. Contra qui turbarum auctores in Syria extiterant, quorum jam fuerant impetus ab Apoſtolis in Hieroſolymitano concilio repreſſi (1), non ſolum eos, qui Judæi, ſed etiam ceteros, qui Græci origine fuiſſent, ſine cultu illius legis beatos eſſe in gloria ſempiterna poſſe negabant. Utriſque vero hæſit *Nazarenorum* vocabulum, quamquam eis potiſſimum tributum eſt, quorum ſecundo (2) loco meminimus.

Qui Hieroſolymam incolebant, cum mortuo Jacobo, obſideri aliquamdiu poſt civitatem vidiſſent, memores oraculorum, quæ fuſa a ſanctis viris ante aliquot annos de ejus urbis excidio fuerant, inde ſibi excedendum, & *Pellam* (3), quod

1 De hac re agam paullo poſt, ubi de Hieroſolymitis Epiſcopis e circumciſione agam, qui ad Hadriani tempora floruerunt.

2 Vide *Actor. Apoſtolicor. cap.* xv. & Epiſt. Pauli ad Galatas *cap.* v. Diu horum ſectam perduraſſe animadvertit Salmaſius *in lib. de Coma pag.* 496. Atque ex eo genere fuerunt fortaſſe, quos Hieronymus *Epiſt. ad Auguſtin.* lxxxv. *pag.* 623. *tom.* iv. *opp. edit. Pariſ. Martianæi*, deſcribit hoc modo: „ Uſque hodie per totas Orientis Synagogas inter Judæos hæreſis eſt, quæ „ dicitur Minæorum, & a Phariſæis nunc uſque damnatur, quos vulgo Nazaræos nuncupant, qui „ credunt in Chriſtum filium Dei, in quem & nos credimus. Sed dum volunt & Iudæi eſſe & „ Chriſtiani, nec Iudæi ſunt, nec Chriſtiani „. Multa de Nazaræis collegerunt Tillemontius *t.* i. *not.* iv. *in vitam S. Matth. pag.* 692. *edit. Pariſ.* Honoratus Niquetus S. J. in Hiſtoria *tit. crucis lib.* 1. *cap.* xv. *pag.* 103. & e Proteſtantibus Thomas Ittigius de Hæreſiarchis *Ætatis Apoſt. pag.* 69. *& ſeqq.* Ioachimus Langius *in Hæreſiologia ſec.* 1. *Diſſert.* iv. Joh. Guillelmus Baierus *Diſſert. de Nazarenis Chriſto, Chriſtianis, & hæreticis edit. Jenæ an.* 1692. & Johannes Laurentius Moshemius *in Vindiciis Antiquæ Chriſtianorum diſciplinæ adverſus Iohannis Tolandi Nazarenum edit. Kil.* 1720. Confer quæ dixi *pag.* 102. *tom.* 1. hujus operis.

3 Euſebius *lib.* III. *Hiſt. Eccl. cap.* v. *pag.* 93. *edit. Cantabrig.* „ Sed & cum univerſa plebs „ fidelium, *inquit*, Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, ex oraculo, quod viris quibuſdam Sanctiſſimis „ divinitus editum fuerat, ante initium belli ex civitate migrare, & oppidum quoddam trans „ Iordanem, *Pellam* nomine incolere juſſa fuiſſet, jamque omnes, qui Chriſtum crediderant, „ relictis Hieroſolymis, ſedes ſuas Pellam tranſtuliſſent: ita & regia urbe, quæ totius gentis „ caput eſt, & univerſa Iudæa viris ſanctis deſtituta, tum demum divina illos ultio ob tot admiſſa tum in Chriſtum, tum in ejus Apoſtolos ſcelera corripuit, totamque illam impiorum „ ſobolem funditus delevit. Ita fit, ut Epiphanius Hæreſi xxx. §. 2. *Poſt excidium Hieroſolymorum*, dicat [illegible] *in Pella quadam Decapoleos Urbe frequentes habitaſſe Christianos*. Tum autem elapſos Hieroſolymis noſtros viri eruditi cenſent, cum Ceſtius obſidionem paullulum ſolvit, ut eſt traditum ab Joſepho *lib.* II. *de Bello cap.* xx *pag.*

quod *Batanææ* Provinciæ, ſive potius *Decapoleos* oppidum erat, confugiendum exiſtimarunt. Ex qua re conjectura intelligere (1) poſſumus, fuiſſe permultos, qui cum exitum habere, quæ Jeſus diu ante, quam eveniſſent, futura prædixerat, viderent, divinitus datam eſſe, quam ille docuerat, religionem colligerent, creviſſeque proinde in Palæſtina numerum Chriſtianorum. Interea *Simeon* Cleopæ filius Epiſcopus dictus eſt (2), qui reſtitutis aliqua ex parte Hieroſolymis, eo cum ſociis religionis revertit, curavitque, ut latius noſtra inſtitutio propagaretur. *Simeone* Sadducæorum, atque Phariſæorum ſcelere (3) ſublato, *Judas*,

pag. 206. *tom.* II. *opp. edit. Havere.* Conſule Orſium *lib.* II. *H. E. Num.* XXVIII. *pag.* 274. Eodem ſpectant, quæ ante Orſium animadverterunt Henricus Hammondus *Annot. in Matth. cap.* XIV. Pearſonus in Annalibus Paulinis *ad an.* 66. & Johannes Guillelmus Bajerus *Diſſert. de Chriſtianorum migratione in oppidum Pellam imminente Hieroſolymorum excidio edit. Jenæ an.* 1694.

1 Vide Marci Evang. *cap.* XIII. 2. Matth. XXIII. 38. Lucæ XIII. 35. XXI. 24. Confer Euſebium *lib.* III. H. E. *cap.* VII. *pag.* 98. *& ſeqq. edit. Cantabr.*

2 Euſebius *lib. eodem cap.* XI. *pag.* 105. *Edit. Cantabr.* „ Poſt Martyrium Jacobi, & continuo ſubſecutam Hieroſolymorum expugnationem, fama eſt Apoſtolos, ceteroſque Domini „ diſcipulos, qui adhuc ſuperſtites agebant, ex variis locis in unum convenisse, & .... in „ commune conſuluiſſe quis in Jacobi locum ſuccedere mereretur. Omnes itaque uno conſenſu „ Simeonem filium Cleopæ ... Epiſcopali ſede dignum judicaverunt.

3 Nam hæreticos, quos Hegeſippus apud Euſebium l. III. cap. XXXII. accuſatores Simeonis fuiſſe ſcribit, non alios quam Phariſæos, Sadducæoſque fuiſſe cenſeo, qui idcirco hæretici appellentur, quod diviſiones, ſectaſque apud Judæos conſtituerent. Sic autem ille habet *pag.* 127. *Edit. Cantabrig.* „ Ex hæreticorum, *inquit*, numero quidam Simeonem Cleopæ detulerunt, „ quod ex ſtirpe Davidis oriundus & Chriſtianus eſſet. Atque ita Simeon cum annos centum ac „ viginti natus eſſet martyrium ſubiit principatu Trajani Auguſti, Attico Conſulari Legato „ Syriam adminiſtrante: Hujus ipſius, atque aliorum, qui propinqui ſervatoris Chriſti fuiſſent, fortitudine, virtuteque repreſſam tempeſtatem, quæ coorta in noſtros fuerat, pacemque Eccleſiæ redditam fuiſſe, auctor eſt loco eodem Hegeſippus, quem Lector, ſi placet, conſulat. Quinetiam hæretici, vivo Simeone, audere quidquam in Hieroſolymitana Eccleſia palam metuebant, quod tanti Præſulis auctoritate deterrerentur. Adiſis Euſebium *ibid. pag.* 128. Atque magnum numerum Chriſtianorum ex circumciſione viguiſſe cum electus *Judas Juſtus* ſucceſſor Simeonis eſt, confirmat Euſebius *l.* III. *H. E. cap.* XXXV. *pag.* 129. Hos autem adductos ad Chriſtianiſmum opera imprimis Simeonis ejuſdem, credibile eſt. Verba Euſebii ſunt hujuſmodi: μυρίων ὄντων, ἐκ τῆς περιτομῆς εἰς τὸν Χριστὸν τηνικαῦτα πεπιστευκότων. *Innumerabilibus exiſtentibus, qui ex circumciſione tunc temporis in Chriſtum crediderant.* Judam autem ſucceſſorem Simeonis vocat Epiphanius Hæreſi LXVI. §. XX. *p.* 368. *t.* I. Non diſcrepant Syncellus *Chronogr. inter Script. Hiſt. Byzantinæ p.* 345. *ed. Paris an.* 1652. Henſchenius, & Papebrochius *tom.* III. *Maji Act. SS. Tract. Præim. p.* 4. *num.* 15. ſcribunt, vidiſſe membranam octingentorum circiter annorum ſe, in qua is Epiſcopus [illegible] Judas *Juſtus* appellaretur. Euſebius lib. III. *Hiſt. cap.* XXXV. *pag.* 129. Judæorum quendam *Juſtum* nomine factum poſt Simeonem Epiſcopum Hieroſolymorum affirmat. Magnam autem vim hominum fuiſſe ab Juſto permotam, uti ſe religioni noſtræ dederet, etſi ab antiquis diſtincte, dilucideque non eſt ſcriptum, tamen aliquot ſcriptores teſtantur, quorum neque eſt inepta, neque a ſimilitudine veritatis aliena ſententia. Adeundi Bollandiani *Act. SS. tom.* III. *M. Maji. pag.* 4. *num.* 16. Non enim minus fuiſſe in amplificandis Eccleſiæ ſuæ finibus diligentem Juſtum credendum eſt, cum ea ætate qui florebant ejus ſimiles viri, admirabilem in modum propagarint Chriſtianam religionem. Confer Euſeb. *l.* III. *cap.* XXXVII. *pag.* 135. *Edit. Cantabr.*

Judas, cui ob egregiam virtutem acceſſerat cognomen *Juſti*, Eccleſiam Hieroſolymorum adminiſtravit ſummo commodo populi, & laude nominis Chriſtiani. Sequuti deinde ſunt *Zachæus*, *Tobias*, *Beniaminus*, *Johannes*, *Matthias*, *Philippus*, *Seneca*, *Juſtus*, *Levi*, *Ephræmus*, *Joſephus*, *& Judas*, (1) qui ad ætatem Hadriani Auguſti vitam produxit. Quo fere tempore quum Judæi graviter ſervitutem ferrent, Barcochebæ, de quo ſupra demonſtratum eſt, ductu ſeditionem fecerunt, armiſque ſeſe in libertatem vindicare conati (2) ſunt. Ea re intellecta, Cæſar Julium Rufum, qui tum in Britannia cum imperio verſabatur, in Palæſtinam miſit, quod unum omnium virtute, bellique ſcientia florere cognoſceret. Qui cum diuturna obſidione incredibilem Judæorum multitudinem fame, ſitique necaſſet, ceteros impulit, ut ſeſe Romanis dederent., quorum partem vendidit, partem aſportari in Ægyptum juſſit. His rebus perfectis, Hadrianus e ruinis Hieroſolymorum in proximo loco urbem condi curavit, & Æliam Capitolinam appellari fecit, cavitque, ne quis Judæorum eo deinceps accedere auderet (3). Si quis contra feciſſet, hunc reum capitis eſſe oportere ſanxit. *Æliam*, quod, ei ante quam rurſum everſa Hieroſolyma fuiſſent, in mentem venerat, coloniam Romanam eſſe voluit. Igitur quum iis, qui genere Judæi erant (4), in nova urbe agere non liceret, ejus gentis Epiſcopi Hadriani tempore ceſſarunt, qui-

1 Euſeb. *lib.* IV. *cap.* V. *pag.* 144. *Edit. ejuſd.* „ Epiſcoporum, qui Hieroſolymis præfuerunt, „ *inquit*, tempora ſcripto ſervata, nuſquam reperire potui. Omnes quippe brevi admodum „ tempore ſediſſe perhibentur. Illud tantum ex veterum ſcriptorum monumentis didici ad illam „ uſque obſeſſionem Judæorum, quæ Imperante Hadriano contigit, quindecim Epiſcopos conti- „ nua ſucceſſione illi Eccleſiæ præfuiſſe, quos omnes origine fuiſſe Hebræos memorant, & fidem „ Chriſti ſincere, atque ex animo ſuſcepiſſe, adeo ut ab illis, qui de hujuſmodi rebus judicium „ ferre poterant, Epiſcopali officio digniſſimi cenſerentur. Quippe tunc temporis univerſa Hie- „ roſolymorum Eccleſia conflata erat ex Hebræis fidelibus, qui jam inde ab Apoſtolorum „ ætate ad illam uſque obſidionem permanſerant „. Recenſet deinde nomina Epiſcoporum, quos numeravi.

2 Confer Euſebium *lib.* IV. *cap.* II. *pag.* 140. & *cap.* VI. *pag.* 144. *& ſeqq. edit. Cantabrig.* & quæ diſputata a nobis ſunt *tom.* I. *pag.* 309. *not.* I. & Tillemontium *tom.* II. *Vit. Imp. p.* 282. *& ſeqq.*

3 Conſule locum modo indicatum *tom.* I. *pag.* 309. *notatione* I.

4 Non Judæi ſolum origine; ſed etiam ipſi e circumciſione erant, colebantque Judaicos ritus. Conſule mox laudatum Euſebii teſtimonium. Accedit Sulpicii Severi Hiſtorici graviſſimi auctoritas. Nam *l.* II. *Hiſt. c.* XLV. *p.* 155. *ed. an.* 1734. *t.* IV. *opp. Sigon.* „ Quia, *inquit*, Chriſtiani ex Judæis po- „ tiſſimum putabantur (namque tunc Hieroſolymæ nonniſi ex circumciſione habebat Eccleſia Sa- „ cerdotem) militum cohortem cuſtodias in perpetuum agitare juſſit Hadrianus, quæ Judæos „ omnes

que deinceps Ælienſem Eccleſiam gubernarunt, Græcis avis, parentibuſve prognati erant. Eorum primus *Marcus* eſt dictus, quem obiiſſe martyrem (1), auxiſſeque numerum Chriſtianorum ferunt. Sequuti ſunt *Caſſianus*, *Publius*, *Maximus*, *Julianus*, *Cajus*, *Symmachus*, *Cajus* alter, *Julianus* alter, *Capito*, *Maximus* alter, *Antoninus*, *Valens*, *Dolichianus* (2), *Narciſſus* (3), *Dius*, *Germanion*, *Gordius*, (4) rurſumque *Narciſſus*, cujus vitæ ſanctiſſime inſtitutæ ratio mirifice auxit numerum Chriſtianorum, *Alexander* Martyr (5), *Mazabanes*, *Hymenæus*, *Zabdas*, *Her-*

„ omnes Hieroſolymæ aditu arceret. Quod quidem Chriſtianæ fidei proficiebat: quia tum pene „ omnes Chriſtum Deum ſub legis obſervatione credebant. Nimirum id Domino ordinante diſ- „ poſitum, ut legis ſervitus a libertate fidei, atque Eccleſiæ tolleretur „. De his Chriſtianis ex circumciſione, qui, ut ſcribit Euſebius, τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ γνησίως *fidem Chriſti ſinſincere ſuſceperant, Chriſtumque Deum* credebant, ut Sulpicius animadvertit, conſule, ſi licet, Pearſonum *Diſſ.* 1. *cap.* 1. *Succeſſion. Primor. Epiſcop. Rom. pag.* 6. *edit. an.* 1688. & Bullum *in Judicio Eccleſiæ Catholicæ &c. pag.* 20. *edit. an.* 1703. Conſulto autem Sulpicius, *pene omnes Chriſtum Deum crediuiſſe* dixit, quod eſſe aliquos Hieroſolymis conſtaret, qui Chriſtianos ſe dicerent, Chriſtoque adimerent divinitatem, quos noſtri longe ab Eccleſia arcendos eſſe judicabant. Horum numero habendi Cerinthus, & ii, qui Ebionæi, & Nazaræi ab Orthodoxis etiam appellabantur. Confer Euſebium *lib.* III. *cap.* XXVII. *pag.* 121. *&* *cap.* XXVIII. *pag.* 123. De his multa, poſt Irenæum lib. I. contra Hæreſes *c.* XXVI. *p.* 105. *&* *l.* V. *c.* I. *p.* 293. *edit. Monachor. S. Mauri an.* 1710. & Origenem *lib.* II. *contra Celſum num.* 61. *edit. novæ Monach. S. Mauri Pariſ. t.* 1. *opp.* diſputant novi, Maſſuet. *Diſſ. Præv. in Iren. p.* LXV. *ſeq.* Tillemontius *Monum. H. E. t.* II. *p.* 58. *ſeq.* 116. *ſeq. edit. Pariſ.* Natalis Alex *H. E. ſec.* I. *pag.* 298. *ſeqq. edit. Luc.* Nourrius Apparatu *in Bibl. SS. PP. t.* I. *p.* 9. *ſeqq. edit. an.* 1703. Bullus *ib.* aliique. Animadvertendum eſt autem, ab Iudæis non hæreticos illos modo, ſed etiam omnes, qui e circumciſione Chriſtiani facti erant, fuiſſe *Ebionæos vocatos*, qua de re adeundus Origenes *lib.* II. *contra Celſum num.* I. *editionis Mon. S. Mauri Pariſ. &c.* Nam „ *Ebion*, inquit, apud Judæos pauperem ſonat, & „ *Ebionæi* illi vocantur, qui e Iudæis Jeſum pro Chriſto receperunt „. Itaque ut Ethnici *miſeros* nos, atque ignobiles appellabant, quod obſervatum *lib.* I. *cap.* II. §. XIII. *&* XVI. *pag.* 88. 90. a nobis eſt; ita *Ebionæos* Iudæi appellabant. Cum Juſtinus Martyr Hadriani etiam tempore vixiſſet, recenſque tum eſſet Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, quæ ritus Moſaicos coluiſſet, memoria, eo fortaſſe conſilio non reprobare eorum Chriſtianorum morem ſe dixit, qui legis ceremonias obſervarent, quod tam inſignem cœtum ſuperſtitionis damnare non auderet. *Dialogo cum Tryph. pag.* 265. *edit. Pariſ. an.* 1615.

1 Euſebius *lib.* IV. *H. E. cap.* VII. *pag.* 119. *edit. Pariſ. an.* 1659. Adeundi Bollandiani *Act. SS. tom.* III. *menſis Maji pag.* XI. *Hiſt. Patr. Hier. num.* 16.

2 Vide Euſebium *lib.* V. *H. E. cap.* XII. *pag.* 176. *edit. an.* 1659.

3 Confer Euſebium *ibid. &* *cap.* XXV. *pag.* 194. *&* *lib.* VI. *cap.* IX. *pag.* 210. ubi „ de hoc „ Narciſſo, *inquit*, multa quidem alia ſtupenda commemorant civitatis illius incolæ a fidelibus „ continua ſucceſſione velut per manus ſibi tradita „. Explicat mox, quæ præclare a tanto viro geſta fuerunt, ut commodis Eccleſiæ ſuæ proſpiceret.

4 Euſebius *ibid. cap.* X. *pag.* 211. Vide Bollandianos *ibid. pag.* XIII. *num.* XXVI. *& ſeqq.* & Lequienium *tom.* III. *Orientis Chriſtiani pag.* 147. *& ſeq.*

5 Euſebius *lib.* VI. *cap.* XI. *pag.* 212. quo loco Alexandrum, cum alterius Eccleſiæ Epiſcopus fuiſſet, inſtinctu divino delectum fuiſſe Hieroſolymorum Antiſtitem ſcribit. Confer quæ ſubdit *ibid. cap.* XIX. *pag.* 222. *&* *cap.* XX. *pag.* 222. ubi Bibliothecam ab Alexandro fuiſſe Hieroſolymis extructam ſcribit. *&* *cap.* XXXIX. *pag.* 234. *edit. ejuſd. Pariſ.* quo loco illum Martyrio fuiſſe, Decio Imperatore, perfunctum teſtatur. *&* *cap.* XLVI. *pag.* 248. Vide Lequien. *ibid. pag.* 151.

Digitized by Google

Hermon (1) & *Macarius* (2), qui Conſtantini Imperatoris Chriſtiani tempore magna virtutis opinione illuſtris fuit. Is perpurgata ſacra loca, quæ Ethnicorum ſuperſtitione polluta erant, extructumque ad Chriſti Servatoris ſepulcrum vero Deo templum, ſuamque civitatem Chriſtianam pene univerſam factam, & ſignis ſalutis noſtræ publice ornatam vidit (3).

Etſi loco Hieroſolymorum Æliam Capitolinam Hadrianus condi, coloniamque Romanam eſſe, atque appellari juſſit tamen poſt ejus urbis excidium, cujus Veſpaſianus, & Titu; cauſſæ fuerunt, Cæſarea, quæ ante Herodis Magni tempora *Tur-*

1 Euſeb. *ibid. & lib.* VII. *cap.* V. *pag.* 251. Lequien. *ibid. & ſeqq.* & Bollandiani *ibid. pag.* XIV. *& ſeqq.* Rurſum Euſebius *lib.* VII. *cap.* XIV. *pag.* 263. *& cap.* XXXII. *pag.* 289. In menæis Græcorum ad d. 7. Martii ab Hermone plures in alias regiones miſſi fuiſſe Epiſcopi, imprimiſque in Tauroſcythicam prædicatum Evangelium feruntur.

2 De Macario videndus Theodoritus *lib.* I. *Hiſt. cap.* V. *pag.* 21. *edit. Valeſii an.* 1673. qui Arii Epiſtolam ad Euſebium Nicomedienſem recenſet, qua graviter hæreticus de Sancto Præſule queritur, quod noſtram doctrinam de Verbo divino defenderet, *& lib. eod. cap.* XVII. *pag.* 46.

3 Confer Theodoritum *lib.* I. *cap.* XVI. *pag.* 45. *& ſeq.* Ubi: „ adjiciam, *inquit*, ea quæ „ circa ſepulcrum Servatoris noſtri geſta ſunt. Nam cum didiciſſet (Conſtantinus) Inſanien„ tes .... Dæmonum cultores .... ſepulcrum quidem Domini congeſta humo adobruiſſe; deſuper „ vero fanum impudicæ dæmonis extruxiſſe, ut virginis partum ludibrio afficerent; primo qui„ dem execrandum illud ædificium deſtrui juſſit .... Deinde vero Eccleſiam maximam, ac pul„ cherrimam eodem in loco ædificari præcepit. Verum hæc evidentius oſtendit Epiſtola ipſa, „ quam ad Eccleſiæ illius Antiſtitem miſit. Erat hic Macarius ille, cujus ſupra mentionem fe„ cimus, qui etiam maximæ Synodo interfuerat, & una cum aliis impietatem Arii proſtra„ verat „. Refert mox Theodoritus Epiſtolam Conſtantini, quam conſulere lector poterit. Vide Euſebium *lib.* III. *de vita Conſtantini cap.* XXV. *& ſeqq. pag.* 497. *& ſeqq.* Sozomenum *H. E. lib.* I. *cap.* II. *pag.* 403. *edit. an.* 1668. *& lib.* II. *cap.* I. *pag.* 440. Sed de hac re erit opportune diſſerendum quo loco de ſacris ædificiis agemus. Eodem fere tempore Helenam Conſtantini matrem Hieroſolyma perveniſſe, crucemque Chriſti Servatoris reperiſſe memoriæ traditum a Scriptoribus antiquis eſt, imprimiſque Rufino *l.* I. *c.* VIII. *H. E. p.* 223. *ſeq. edit. an.* 1523. Cyrillo *Hieroſolym. Catech.* IV. *num.* X. *pag.* 57. *& num.* XIX. *pag.* 146. *edit. Toutei*, *& Epiſt. ad Conſtantium num.* 2. *pag.* 352. Sozomeno *lib.* II. *cap.* I. *pag.* 440. *& ſeqq. edit. modo laudata*. Prodigia vero tum pleraque a Deo fuiſſe patrata, magnamque proinde civium vim ſacris Religionis Chriſtianæ ſemet addixiſſe, facile colligi ex iis poteſt, quæ ſcripta ab Euſebio ſunt *lib.* III. *de vita Conſtantini cap.* XXVIII. *pag.* 499. *edit. Pariſ. modo indicata*, *& Commentar. in Pſal.* LXXXVII. *pag.* 549. *tom.* I. *Collection. Montfaucon. Veter. PP. edit. an.* 1706. Confer Toutæi notationes *in Cyrilli epiſt. ad Conſtantium loco mox laudato*. Sozomenum *loc. cit. alioſque*. Adeundi Bollandiani *tom.* II. *Actor. menſis Martii ad diem* X. *pag.* 34. *& ſeqq.* & *tom.* I. *menſis Maii ad diem* 3. *pag.* 361. Natalis Alexander *Hiſt. Eccl. ſect.* IV. *cap.* VI. *pag.* 226. *tom.* II. *edit. Lucenſis an.* 1734. Gretſerus *lib.* I. *de Cruce cap.* LXII. *pag.* 190. *ſeqq. edit. an.* 1600. *tom.* I. Ceteros tum commemorabo cum de Cruce, ſanctiſque imaginibus agam. Veſtem præterea ſacram aureis filis contextam, qua tum uteretur, cum baptiſmum adminiſtraret, dono Macario Conſtantinus Auguſtus dedit, ut eſt auctor Theodoritus *lib.* II. *cap.* XXVII. *pag.* 111. *edit. Pariſ. an.* 1673. De ceteris Epiſcopis Hieroſolymorum, deque rebus ab ipſis, imprimiſque a Maximo, qui Macario, & Cyrillo, qui Maximo ſucceſſit, geſtis, conſulantur Lequienius, & Bollandiani locis indicatis.

ris Stratonis vocabatur, fueratque jam ſedes Præſidum Romanorum, Metropolis Judææ Provinciæ conſtituta eſt (1). Aberat ea Hieroſolymis (2) millia paſſuum LXXIII, incolaſque Apoſtolorum tempore habebat, qui Chriſtiana (3) inſtituta conſectarentur. Sed quis ejus Eccleſiæ primus Epiſcopus fuerit, non ſatis conſtat. Nam quod aliqui tradiderunt, Zachæum (4) Publicanum, de quo ſupra demonſtratum eſt, primum Cæſarienſium Antiſtitem fuiſſe, probatis monumentis ſtatui nullo modo poteſt. Simile autem eſt hujus, quod ſcriptum a nonnullis eſt de Cornelio Centurione (5). Hunc enim, ut eſt a Petro Apoſtolo baptizatus, militia ſe abdicaſſe, functum-

1 Conſulendi Strabo *lib.* XVI. *pag.* 1100. *tom.* II. *edit. novæ*, Plinius *libro* V. *cap.* XIII. *pag.* 567. *tom.* I. *edit.* Harduini *an.* 1685. Joſephus *lib.* I. *de Bello cap.* XXI. *pag.* 106. *tom.* II. *opp. edit. Havērc.* Ethoiea autem potius, quam Judæa condita, ſeu potius reſtituta ab Herode Cæſarea eſt. Itaque cum bellum Judaicum ferveret, Cæſarienſes Ethnici, impetu in cives Hebræos facto, hos omnes interfecerunt. Qua de re adeundus Joſephus *lib.* II. *cap.* XVIII. *pag.* 196. & *ſeq. edit. Havērc.* Ante excidium Hieroſolymorum, Præſides Judææ Provinciæ Cæſareæ agebant. Vide *tom.* I. *lib.* II. *pag.* 335. *hujus operis*. Tacitus *lib.* II. *Hiſtor. cap.* LXXIX. *pag.* 359. *edit. an.* 1668. „Haud dubiæ deſtinatione, *inquit*, diſceſſere Mucianus „Antiochiam, Veſpaſianus Cæſaream. Illa Syriæ, hæc Judææ caput eſt„. Multoque magis Cæſarea Metropolis, poſt everſam urbem Hieroſolymam, fuit. Ergo Ammianus Marcellinus *lib.* XIV. *c.* VIII. *pag.* 43. *edit. an.* 1681. (vixit autem is Hiſtoricus IV. ſæculo) ultimæ Syriarum Palæſtinæ urbes numerans, primam omnium Cæſaream ponit. Coloniam vero dictam Cæſaream fuiſſe conſtat ex nummis, exque teſtimoniis veterum, quæ recenſet Cellarius *lib.* III. *cap.* XIII. *Geogr. Antiq. pag.* 441. *tom.* II. *edit. an.* 1732. Dubium autem nullum eſt, quin Cæſarienſes Epiſcopi diu Metropolitico jure uſi ſint, ſibique ſubjectos habuerint Epiſcopos Hieroſolymitas. Quod ſane quoniam alio loco demonſtrandum eſt, nunc, ut brevior ſim, prætermitti poteſt. Interim vide Carolum a Sancto Paulo *Geog. Sacra libro* III. *pag.* 299. & *ſeq. edit. an.* 1704.

2 Vetus Itinerarium Hieroſolymitanum *pag.* 601. *editionis Veterum Itinerarior. curante* Petro Weſſelingio. *edit. Amſtel. an.* 1735. Sic habet: *Item per Nicopolim Cæſaream mil.* LXXIII. At ex iis, quæ paullo ante conſtituta ab Auctore Itinerarii ſunt, ut codices poſtulant, 68. *mil. paſſuum*, *non vero* 73. colliguntur. *Item*, inquit, *ab Hieroſolyma ſic. Civitas Nicopolis* XXII. *civitas Lydda* X. *mutatio Antipatrida* X. *mutatio Betthar.* X. *civitas Cæſarea* XVI. Atque hi numeri ſummam dant *m. p.* 68. Itaque in alterutrum locum error irrepſerit neceſſe eſt. Equidem prætermiſſum quidpiam a librariis *in manſionibus*, *mutationibuſve* numerandis cenſeo. Omnino enim LXXIII. *m. p.* numerari ab auctore debuerunt. Ac Joſephus *lib.* I. *de Bello cap.* III. *pag.* 59. ſexcenta ſtadia Hieroſolymis Stratonis Turrim diſtare ſcribit. *T.* II. *opp. edit. Havērc.* Jam vero 74. *m. p.* ſtadia efficiunt 584. qui ſane numerus ſtationum, etſi non æquet 600. Joſephi, tamen proxime ad eam ſummam accedit. Contra 68. *m. p.* longe minorem efficiunt numerum ſtadiorum. Confer Hadrianum Relandum *lib.* II. *Palæſt. cap.* IX. *pag.* 443. & *ſeq. tom.* I. *edit. an.* 1714.

3 *Act. Apoſt. cap.* 2. *v.* 1.

4 *Vide Conſtitutionum Apoſtolicarum librum* VII. *cap.* XLVI. *pag.* 327. *edit. Coteler. an.* 1672. & Lequien. *Orient. Chriſt. tom.* III. *pag.* 533.

5 Adiſis *eumdem ibid.* & Lequienium *ibid.*

ctumque Cæſareæ Epiſcopatu fuiſſe, nemo uſquam veterum, cujus aliqua ſit auctoritas, monumentis mandavit litterarum. Nec vero certiora ſunt, quæ de Theophilo primo, deque ſecundo Zachæo Conſtitutionum Apoſtolicarum auctor (1), & Prædeſtinatus (2) a Sirmondo vulgatus tradiderunt. Quare ante Theophilum, qui Commodo Imperatore florebat (3), quinam Cæſarienſibus Chriſtianis præfuerint, incertum omnino eſt. Quamquam ne illis quidem aſſentirer, qui nullum omnino tamdiu fuiſſe, qui tam veterem, tamquam illuſtrem Eccleſiam gubernarit, defenderent. Quo namque tempore Cornelius initiatus myſteriis noſtris eſt, fuerunt alii Cæſareæ, qui, ut eſt in Actis (4) Apoſtolorum, ejus exemplum imitarentur. Atque Eccleſia, quæ ab Apoſtolis conſtituta in ea urbe fuit, aucta, magis magiſque eſt Sanctorum Virorum opera, quorum a Deo ſignis, atque prodigiis confirmata oratio eſſet. Igitur Cæſarienſes Chriſtianos Epiſcopis ad Commodi tempora caruiſſe numquam concedam. Secundo autem ſeculo fere exeunte, quæ invecta in Cæſarienſium civitatem eſt, ea multis partibus crevit Eccleſia, atque Theophili potiſſimum, ejuſque miniſtrorum opera ſtabilita eſt. Quo tempore cum ortæ inter Aſianos, & Victorem Pontificem Maximum de celebrando paſchate diſſenſiones fuiſſent (5), curatum ab eodem Antiſtite fuit, ne quid ex ea re detrimenti Cæſarienſes Chriſtiani caperent. Theophilo ſucceſſit Theoctiſtus, qui pari cum laude in ea Eccleſia regenda verſatus eſt (6). Huic medio fere ſeculo tertio vita functo ſuffectus (7) eſt Dom-

1 Idem *Conſtitut. Apoſt. auctor. ibid.* Confer Lequienium *ibid. pag.* 538.

2 *Lib.* I. *cap.* XI. & XIII. *tom.* I. *opp. Sirmondi pag.* 467. *edit. an.* 1696. Adeundus Lequienius *pag.* 538. *Tomo cit.*

3 Vide Euſebium Cæſarienſem *lib.* V. *cap.* XXII. *pag.* 190. *edit. Pariſ. an.* 1658.

4 Loco *modo indic.*

5 Confer Euſebium *lib.* II. *cap.* III. *H. E. pag.* 42. *ejuſd. edit.*

6 Euſebius *lib.* V. *cap.* XXIII. *pag.* 190. *ſeqq.* & *cap.* XXV. *pag.* 194. Vide Lequienium *ibid. pag.* 538. *ſeq.*

7 Euſebius *lib.* VI. *cap.* XIX. *H. E. pag.* 222. *ejuſd. edit.* datam fuiſſe a Theoctiſto operam, ut recte Cæſarienſes inſtituerentur, ſcribit. Nam ſedem, eo Epiſcopo, Origenes conſtituerat Cæſareæ. Hac de re quum conqueſtus Demetrius Alexandrinus fuiſſet, quod nefas eſſe arbitraretur, ab laico concionem haberi, ſi Epiſcopus adeſſet, reſponſum ſic eſt a Theoctiſto, & Alexandro Hieroſolymorum. ὅπου γοῦν εὑρίσκονται οἱ ἐπιτήδειοι πρὸς τὸ ὠφελεῖν τοὺς ἀδελφούς, καὶ παρακαλοῦνται τῷ λαῷ προσομιλεῖν, ὑπὸ τῶν ἁγίων ἐπισκόπων. *Ubicumque enim reperiuntur, qui fratribus prodeſſe poſſint eos ſancti Epiſcopi rogant, ut ad populum conciones habeant*: Eumdem Epiſcopum Euſebius *lib. eod. cap.* VIII. *pag.* 209. δόκιμον *probatum* dicit. Contra Hæreticos ab eo multa cura actum, auctor idem Euſebius eſt *lib. eod. cap.* XXVI. *pag.* 248. Quin etiam veri-

Domnus, qui aliquos ſtrenue pro fide in ſua Eccleſia (1) certaſſe vidit, quemque Theotecnus Origenis auditor excepit (2), qui an. 264. interfuit Synodo Antiochenæ, quæ errores Pauli Samoſatenſis damnavit; quo fere tempore Martyribus (3) etiam claruit Cæſarienſis Eccleſia. Inde Agapius Epiſcopatu potitus eſt, qui eo nomine maxime celebratur, quod laborarit, ut ſuorum civium utilitati, ſalutique proſpiceret. Poſt Agricolaum ſunt qui Cæſarienſibus Chriſtianis præfuiſſe ferant, quorum tamen a viris aliquot eruditis ſententia reprobatur. Hoc certum eſt, cum Conſtantinus teneret imperium populi Romani, Euſebium ſingulari doctrinæ, eruditioniſque opinione claruiſſe. Quæ ſane opinio multo illuſtrior fuiſſet, ſi litterarum ſcientiæ morum integritatem, & rectam adjunxiſſet fidem. Sed cum Arianis partibus ſtuderet, eſſetque animo alieno ab Athanaſio Epiſcopo Alexandrinorum, non ſibi modo, ſuæque Eccleſiæ, orbique Chriſtiano, quod ad ſe pertinebat, detrimento fuit; ſed

veriſimile eſt paſſum illum quo tempore Ethnici in noſtros ſæviebant permulta incommoda fuiſſe, dediſſeque operam ut reſtituta Eccleſiæ pace, omnes unam atque eamdem de Religione tuerentur ſententiam. Lege Euſeb. *H. E. lib.* VII. *cap.* V. *pag.* 251. *ſeq.* Lequienium *Chriſt. Orient. tom.* III. *pag.* 542.

1 Euſeb. *H. E. lib.* VII. *cap.* XIV. *pag.* 263. *edit. ejuſd.* De Martyribus Priſco, Marco, & Alexandro conſule Euſeb. *cap.* XII. *pag.* 339. *edit. Cantabrig.*

2 Euſeb. *ibid.*

3 Euſebius *cap.* XV. *pag.* 263. Marini militis martyrium narrat, oſtenditque qua cura tuendæ, propagandæque Religionis Theotecnus Epiſcopus teneretur. Habet autem hoc modo: „ Theotecnus civitatis Epiſcopus ad illum accedens, & ſermocinando longius eum abſtrahens, „ prehenſa manu ad Eccleſiam perducit. Cumque interius ad ipſum altare eum ſtatuiſſet, re„ ducta tantiſper ejus chlamyde, gladium illi, quo præcinctus erat oſtendens, mox ſanctorum „ Evangeliorum codicem ex adverſo locat, jubens ut ex duobus utrum mallet, eligeret. Mari„ nus nihil cunctatus, protenſa dextra, codicem cum apprehendiſſet, his cum verbis Theo„ tecnus compellavit: adhære igitur Deo, ejuſque virtute roboratus, conſequere, quod ele„ giſti: Vade in pace. Poſt hæc regredientem illum ab Eccleſia, præco præ foribus Prætorii „ evocare cœpit. Jam enim præſtitutum tempus effluxerat. Admotus igitur tribunali, cum majo„ rem, quam antea alacritatem fidei oſtendiſſet: ſtatim inde, ita ut erat, ad ſupplicium ad„ ductus, martyrio coronatus eſt „. Ex quibus etiam verbis conſtat, ſacras ædes III. ſeculo Cæſareæ, Euſebio teſte, fuiſſe. Atque jam diu ante ab auditoribus Apoſtolorum ejuſmodi ædificia facta memorat *lib.* III. *cap.* XXXVII. *pag.* 169. *edit. ejuſd.* Ac Theotecno Epiſcopo Aſtyrium Senatorem Cæſareæ ſumma Religionis laude floruiſſe, idem ille eſt auctor Euſebius *lib.* VII. *cap.* XVI. *pag.* 264. Quin etiam interfuiſſe hunc martyrio Marini, & cadaver ſancti viri humeris ſuis impoſuiſſe, ac ſepulcro condidiſſe ſubdit. Martyrem item obiiſſe Aſtyrium legimus in Martyrologio Romano *ad d.* III. *Martii*. Redeo ad Theotecnum. Is quod orthodoxam doctrinam vitiari non ferret, ad ſynodos Antiochenas ſe contulit, erroreſque Pauli Samoſatenſis una cum aliis permultis Epiſcopis damnavit. Euſeb. *lib.* VII. *cap.* XXVIII. *pag.* 278. *edit. ejuſd.* & *cap.* XXX. *pag.* 279. *cap.* XXXII. *pag.* 288. ubi „ apud Cæſaream, *inquit*, Palæſtinæ „ poſt obitum Theotecni, qui Eccleſiam illam ſumma cum cura gubernarat, ſucceſſit Aga„ pius. Hunc plurimum laboraſſe ſcribit Euſebius *ibid.* & populi, cui præerat, commodis benigne con-

Digitized by Google

ſed etiam minus celebratus eſt, quam mereri ob egregia monumenta, quæ poſteris reliquerit, potuiſſet (1). Namque, ut erat vafer, & malus, circumvenit Imperatorem, impetravitque, ut viri permulti doctrinæ, atque virtutis laude excellentes graves calamitates perferrent, in exiliumque demum pellerentur. Cumque magno numero Cæſarienſes cives ad ſuas opiniones tuendas pertraxiſſet, ubi deceſſit, ſucceſſores habuit, qui ejus, & morum & ſententiarum ſectatores (2) eſſent. Ariana hæreſi Sanctorum Virorum laboribus expugnata, Epiſcopos nacta Cæſarea eſt Orthodoxos, qui caſte, (3) integreque dignitatem ſuſtinerent. Sed quo tempore hi verbo, ſcriptis, laboribus continere in fide ſuos, arcereque finibus hæreticos curabant, eodem hoſtes religionis aliquando invadere

conſuliſſe, eunctoſque, ac præſertim pauperes liberalitate ſua ſublevaſſe „. Hujus circiter temporibus magno numero Cæſarienſes pro Chriſto certarunt, martyreſque obierunt. Confer Euſebium lib. de Martyribus Palæſtinis *cap.* 1. *& ſeq. pag.* 406. *& ſeq. H. E. edit. Cantabrigenſis*, Ruinartium *Act. Martyr. ſincera pag.* 286. *& ſeqq. edit. Veron. an.* 1731. *& ſeqq.* Stephanum Evod. Aſſemanum virum eruditiſſimum *Act. Mart. tom.* II. *pag.* 166. *ſeqq.* ſcriptoreſque ceteros, quos *ibid. ſeqq. paginis* laudat. Martyriis igitur, doctrina, curaque Epiſcoporum, atque presbyterorum, reliquorumque orthodoxorum aucta mirifice fuit Cæſarienſis Eccleſia. De Agricolao confer quæ viri egregii veterum monumentorum auctoritate freti conſtituerunt, ut Tillemontius *tom.* VI. *Hiſt. Eccl. pag.* 201. *tom.* VII. *pag.* 42. & Lequienius *loc. cit. pag.* 547. & Valeſius in *vita Euſebii hiſtor. præfixa*.

1 Adeundus Athanaſius *Apolog.* II. *Adv. Arianos tom.* 1. *opp. edit. Montfauc. pag.* 195. *& Apolog.* 1. *pag.* 130. *& libro de decretis* Synodi *Nicænæ pag.* 210. 227. *&* 238. *& lib. de Synodis pag.* 727. Conſule veterum teſtimonia, quæ collegit, Hiſtoriæque Euſebij præfixit Valeſius. Ac perſuadere ſane mihi non poſſum, cum Euſebii ad Cæſarienſes Epiſtolam, ejuſque in Pſalmos commentarios, aliaque opuſcula conſidero, ejuſque in Athanaſium, ſanctoſque viros res impie, ſceleſteque geſtas animo colligo, veram eſſe illorum ſententiam, qui liberare hominem ab Arianæ hæreſeos non lube ſolum, ſed etiam ſuſpicione conantur. Nam quæ Valeſius in ea, quam paullo ante indicavi, Euſebii vita animadvertit, ut efficiat, Euſebium, poſt ſynodum, rectum fuiſſe de Trinitate dogma ſequutum, levia ſunt, quam ut a nobis extorquere aſſenſionem poſſint: vide Tillemontium *Vit. Euſeb. art.* x. *ſeq. tom.* VII. *Mon. Hiſt. Eccleſ. pag.* 67. *Edit. Pariſ. an.* 1706. Baronium ad *an.* 340. *num.* XXVIII. & *alibi*. Petavium *lib.* 1. *De Trinit. cap.* 11. *ſeqq. tom.* II. *Theologic. Dogmat. pag.* 56. *ſeqq. edit. Paris*. Natalem Alexandrum *Hiſtor. Eccl. ſec.* IV. *Diſſert.* XVII. *pag.* 255. *edit. Lucenſis an.* 1734. & Montfauconum *Prælimin. in commentar. Euſeb. in Pſalm. cap.* v. *ſeq. tom.* 1. *Collect. veter. Patrum*.

2 Adiſis Athanaſium *Apolog. contra Arianos num.* LXXXVIII. *pag.* 203. *tom.* 1. *opp.* Confer etiam eumdem Athanaſium *lib. De ſynodis tom.* 1. *opp. P.* II. *pag.* 726. ubi de Acacio Euſebii ſucceſſore agit. Conſule præterea ſcriptores Eccleſiaſticos, qui IV. ſeculi Hiſtoriam ſuis commentariis illuſtraverunt, ut Teodoritum, Sozomenum, Socratem, & recentiore memoria Baronium, Tillemontium, Fleurium, Orſium &c. De Philumeno, Cyrillo, Euzojo adeundus Lequienius *l. ind. pag.* 562. *tom.* III.

3 Ex horum numero Gelaſius fuit, quem ſtudio orthodoxæ Religionis, ac pietatis claruiſſe ſcribit Theodoretus *lib.* v. *H. E. pag.* 206. *edit. Pariſ. an.* 1673. Vide Lequienium *ibid.* Huic Johannes, poſt Eulogius, deincepſque alii ſuffecti ſunt, qui perinde virtutis, veræque doctrinæ ſtudioſi fuerunt. Conſule Tillemontium in *vita S. Porph.* 703. *tom.* x. *edit. Pariſ.* & Lequienium *Chriſt. Orient. ibid. pag.* 563. *& ſeqq.*

Digitized by Google

dere, ſacras ædes incendere, ludoſque, qui alieni ab religione recta eſſent, populo proponere (1) non dubitarunt. Cumque poſt Schiſma a Michaele Cerulario reſtitutum plerique Orientis Præſules ſequuti religionem Conſtantinopolitanorum Imperatorum eſſent, factum quoque eſt, ut in iis Cæſarienſes numerarentur. Poſt Latini, cum in Palæſtinam profecti, ſacra loca in poteſtatem Eccleſiæ redacturi, eſſent, anno 1101. Cæſaream expugnarunt, Balduinumque ſui ritus Epiſcopum dixerunt, cui mortuo alii deinde ordine ſubrogati ſunt, quorum ad annum 1266. catalogus deſcribi poteſt (2).

Urbs Dororum ad littus eſt mediterranei (3) maris media inter Cæſaream, & Carmelum montem. Ante extremum quartum ſeculum Epiſcopos (4) nullos habuit, quod poſteaquam everſa, atque devaſtata fuit, nemo ad eam uſque ætatem de ipſa reſtituenda cogitarit. Sed eo fere tempore, de quo modo diximus, cum rurſum ædificata eſſet, e proximis civitatibus Chriſtiani, (vigebat enim ea tunc imprimis religio) qui eam incolerent, venerunt. *Jamniæ* autem (5), quæ fuerint Chriſtianiſmi primor-

1 Factum id quidem circa annum 484. fuit, quo fere tempore Samaritæ ſeditionem concitarunt, ſibique Juſtuſa latrone præfecto, Cæſaream ceperunt, & multis interfectis, ſancti Procopii Eccleſiam cremarunt. Sed victi tandem ab Aſclepiade Exercitus Romanorum duce; & Iuſtuſa occiſo, ſynagoga Samaritarum, quæ Gargaridæ erat, converſa in ædem ſacram, Deoque in honorem B. M. V. dicata eſt, curatumque ut S. Procopii Eccleſia reſtitueretur. Vide *Chron. Paſch. pag.* 327. *edit. Pariſ. an.* 1688.

2 Adeundus VVillelmus Tyrius *lib.* x. *Hiſt. cap.* xv. *pag.* 784. *tom.* II. *Geſt. Dei per Franc. edit. an.* 1611. *&* *cap.* xvI. *ibid. lib.* xI. *cap.* Iv. *pag.* 797. *lib.* xv. *cap.* xvI. *pag.* 881. *lib.* xvII. *cap.* I. *pag.* 910. & xxI. *pag.* 923. *lib.* xvIII. *cap.* xx. *pag.* 945. *lib.* xx. *cap.* I *pag.* 976. *cap.* xIII. *pag.* 981. *lib.* xxI. *cap.* x. *pag.* 1003. *ſpicileg. Acherianum tom.* xII. *edit. an.* 1675. *pag.* 644. *Et continuation. Hiſtor.* Willelm. *Tyrii Gallice ſcriptam apud Martenium. tom.* v. *veter. monum. col.* 710. *num.* xIv. & 712. *num.* xvII. & *col.* 742. n. xI. Matthæum *Pariſ. pag.* 427. *edit. an.* 1644. & Lequienium *tom.* III. Orient. *Chriſt. pag.* 1288. *& ſeqq.* Cæſar nunc Cæſaream vocari novi Itinerariorum ſcriptores teſtantur. Sed de ſchiſmaticis Epiſcopis, qui ad noſtram ætatem præfecti Cæſarienſibus ſunt, vide Lequienium loco *indic. pag.* 571.

3 Cum Plinius floreret, vix ruinas urbis cernere licebat. Vide ejus *lib.* v. *cap.* xIx. *pag.* 572. *tom.* I. *edit. Hard. an.* 1685. S. Hieronymus in Epitaphio *S. Paulæ viduæ Ep.* LxxxI. *tom.* Iv. *pag.* 673. *edit. Martianæi. Mirata*, inquit, *ruinas Dor urbis quondam potentiſſima &c.*

4 Epiſcopum Dorenſium omnium primum, quem veteres nominent, fuiſſe Fidum obſervat Lequienius *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 575. fretus Cyrilli Scythopolitæ teſtimonio *in Vit. S. Euthymii apud Coteler. tom.* II. *Monum. Eccl. Græca pag.* 305. *num.* cxxII. *Edit. an.* 1681.

5 Id quidem verum eſt. Arbitror tamen jam inde a primis ſeculis Eccleſiæ, Jamniorum ſaltem aliquos noſtris ſe legibus obſtrinxiſſe. Nam neglectos ab Apoſtolis, eorumve diſcipulis eos fuiſſe, qui non longe ab urbibus, in quas ipſi ſe contuliſſent, diſtaret, numquam credam. Abeſt enim Jamnia x. circiter m. p. ab Joppe oppido. Quum Diocletianus in Chriſtianos ſæviebat

mordia , non ſatis conſtat . Quod idem eſt de (1) *Nicopoli* , deque *Sozuſa* (2) exiſtimandum .

Aſcalon in ora maris Syriaci urbs eſt , cujus fit interdum in ſacris litteris mentio . Attingit a meridie Gazenſium fines , quaque ad Septemtriones vergit, ab Azotiis XVIII. circiter m.p. (3) diſtat . De primordiis Chriſtianæ religionis in ea civitate cum inquirerem , ſic reperiebam . Fuiſſe ejus incolas admodum deditos ſuperſtitionibus . Nam etſi erant aliqui fortaſſe in ea Chriſtiani , hos tamen & exiguo numero , & multis preſſos incommodis fuiſſe . In his Arem , Promum , & Eliam martyras , qui adducti in ſupplicium quarti ſeculi initio ſunt , numerari omnino oportere (4) . Poſt ubi potitus Conſtantinus imperio eſt , cavitque, ne quis in noſtros, religionis cauſſa, animadvertere auderet , dilatari paullulum in oppido Eccleſiæ fines , deincepſque ſub Conſtantio extendi latius cœpiſſe (5) . Sed Juliano Imperatore , quem animo eſſe a noſtris ſacris alieno conſtabat , quum Ethnici plus ſibi , quam antea, quidvis licere (6), arbitrarentur , conjuratione facta , comprehenſiſque Presbyteris , atque virginibus , horumque ventribus diſſectis, ac hordeo

bat , fuerunt e Jamniis , qui ſumma conſtantia ſupplicia , mortemque perferrent . Adiſis Euſebium *lib. de martyribus Palæſtinis cap.* XI. *pag.* 428. *Hiſt. Eccl. edit. Cantabrig.* Epiſcopalis Urbs fuit . Epiſcopos ejus nonnullos numerat Lequienius *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 587. *ſeqq.* Vicum nunc eſſe , *Zaniamque* vocari ſcribit Maſius .

1 *Nicopolis* olim *Emmaus* vocata diſcrepat a *Caſtello*, quod in Evangelio Lucæ *cap.* XXIV. *verſ.* 13. memoratur . Conſule Hadrianum Relandum *Palæſt. lib.* II. *cap.* VI. *pag.* 426. *tom.* I. *edit. an.* 1714. Diſtat ab Hieroſolymis millia paſſuum circiter XXII. Seculo III. ei urbi , tunc enim eſt reſtituta , Nicopoleos nomen tributum eſt . Conſule Hieronymum catalogo *Scriptor. Eccleſ. cap.* LXIII. *tom.* IV. *pag.* 118. *edit. Martian.* Jam inde a Synodi Nicænæ temporibus Epiſcopos habuit . Sed inducere animum nequeo , ut ante in ipſa , quum in proximis urbibus degerent , Chriſtianos nullos fuiſſe putem . Epiſcopos numerat Lequienius *ibid. pag.* 594. *ſeqq.*

2 De Sozuſa vide Hadrianum Relandum *Palæſt. Illuſtr. lib.* III. *pag.* 1021. *tom.* II. *edit. an.* 1714. *pag.* 773. *ſeqq.* ubi de *Gadara* .

3 Vide Cellarium *l.* III. *cap.* XIII. *n.* CCCV. *ſeq. pag.* 507. 509. & *notationes* VVeſſeling. *in Itiner. Anton. pag.* 151. 200.

4 Euſebius *de Martyrib. Palæſt. cap.* X. *pag.* 426. *H. E. edit. Cantabr.*

5 Nam eis Imperatoribus Epiſcopos Aſcalonis Eccleſia habebat , quorum duos nominat Lequienius *tom.* III. *Or. Chriſtiani pag.* 598.

6 Non quod Imperator juſſiſſet Chriſtianos interfici ; nam hoc Ethnicis ſpecie quadam ſimulationis fictæ vetuerat , ut ex ejus *Epiſt.* VIII. quæ eſt ad Artabium *pag.* 376. *opp. edit. Lipſ. an.* 1696. *&* *Epiſt.* XLIII. *ad Ecebolum pag.* 424. *&* *ex Sozomeno lib.* V. *Hiſt. Eccleſ. capite* V. *pag.* 600. *edit. an.* 1668. plane conſtat ; ſed quod Ethnici ſub Imperatore Ethnico majores ſpiritus ſumere , inque Chriſti ſectatores graſſari auderent . Confer Socratem *lib.* III. *Hiſt. Eccl. cap.* I. *&* *ſeq. pag.* 168. *&* *ſeqq. edit. an.* 1668. & quæ dixi *lib.* II. *pag.* 447. *tom.* I. Adeundus præterea vir Clariſſimus Stephanus Evodius Aſſemanus in Actis *SS. Mart. Or. & Occid. T.* II. *pag.* 220. *&* *ſeqq. edit. an.* 1748.

repletis, vorandos porcis (1) objeciſſe. Extincto Juliano, cum milites Jovianum Imperatorem ſalutaſſent, qui Chriſtianus eſſet, liberam noſtris fuiſſe & reſtituendorum templorum, & colendæ (2) religionis ſuæ poteſtatem datam. Nam Valentem, qui poſt Jovianum tenuit Orientis Imperium, demtis Orthodoxis (3), in quos eſſe acriter ſæviendum decrerat, propterea quod Arianorum patronus, ac defenſor eſſet, ceteris permiſiſſe, ut quam vellent, religionem conſectarentur. Ita Civitates, quæ in Palæſtina malorum Dæmonum religionibus obſtrictæ erant, nihil eſſe cauſſæ vidiſſe, quamobrem a patriis ritibus ſibi eſſe diſcedendum cenſerent. Sed Theodoſium ſeniorem, poſtque Arcadium, deindeque Theodoſium alterum, quibus incrementa religionis maxime curæ erant, ſeveritate legum, virorumque ſanctorum opera, ut reliqua ejus Provinciæ oppida, ſic Aſcalonem, a ſuperſtitione ad religionis veræ ſtudium deduxiſſe (4). Igitur Epiſcopos Aſcalonitas ab eo tempore nactos magnam partem graves, ac ſapientes eſſe, qui populum in officio continerent, remque Chriſtianam amplificare conarentur. Hoc ſtatu diu cum fuiſſent, ab Saracenis tandem, qui Palæ-

1 Conſule Theodoritum *lib.* III. *Hiſt. Eccl. cap.* VII. *pag.* 129. *& ſeqq. edit. an.* 1673. ubi „ Aſcalonitæ inquit, & Gazæ, quæ urbes ſunt Palæſtinæ, virorum ſacerdotii honore præ„ditorum, & mulierum, quæ perpetuam virginitatem profeſſæ fuerant, ventres diſſecuerunt, „ & hordeo poſtea repletos, porcis vorandos præbuerunt.

2 Nullum enim, qui privatam vitam degere vellet, ad religionem Chriſtianam cogendum cenſuit. Confer Themiſtium *orat. Conſulari pag.* 70. *edit. Harduini an.* 1684. Quod vero reſtituit ædes ſacras noſtris, reddique Eccleſiis, quæ ad ipſas ante Juliani tempora ſpectabant, Epiſcopoſque Orthodoxos ad ſedes quoſque ſuas redire ſtatuerit, conſtat teſtimoniis Sozomeni *lib.* VI. *cap.* III. *pag.* 640. *edit. an.* 1668. Theodoriti *lib.* IV. *cap.* II. *edit. an.* 1673. *pag.* 532. Præterea publica ſacrificia Ethnicorum abrogari juſſit. Vide Socratem *lib.* III. *c.* XXIV. *pag.* 202. *ſeq. edit. an.* 1668. Quinetiam iis qui Ethnicis præfecti erant τοῖς ἡγεμόσι τῶν ἐθνῶν, Sozomeno *l.* VI. *c.* III. *pag.* 640. teſte, edixit „ ut in Eccleſias convenirent, divinum numen ſtudioſe cole„rent, ſolamque Chriſtianorum fidem, his qui præeſſent, eſſe colendam.

3 Nam in Epiſcopos, & Clericos, qui Arianis aſſentiri nollent, crudelitate ſumma eſt uſus. Sed de hac re alias.

4 Igitur Theodoſio I. Imperatore Epiſcopo utebantur Aſcalonitæ Auxentio, qui contra Macedonium egit, Synodoque interfuit Conſtantinopolitanæ, quæ anno 381. celebrata eſt. Arcadii, Theodoſiique II. temporibus vixit Jovianus, quem Palladius in Hiſtoria Lauſiaca *col.* 143. *tom.* I. *Bibl. PP. Græcolat. edit. Pariſ. an.* 1624. memorat, *& virum pium*, atque *eruditum* appellat. Is ad Dioſpolitanam Synodum *an.* 415. venit, & Pelagii hæreſiarchæ decreta damnavit. Confer Auguſtinum *lib.* I. *contra Julian. cap.* V. *pag.* 307. *Tom.* X. *par.* I. *edit. Pariſ. Monach. S. Mauri.* & Tomum II. conciliorum *edit. Pariſ. Labbei an.* 1671. *col.* 1532. Inde Leontius ſucceſſit, qui etſi anno 449. latrocinali Synodo Epheſinæ contra Flavianum Epiſcopum Conſtantinopoleos ſuffragatus eſt, tamen anno 451. factum revocavit, & Chalcedonenſi concilio ſubſcripſit. Vide *tom.* IV. *Conciliorum edit. Labbei Pariſ. pag.* 82. & Lequienium, qui deinde Antonium, Dionyſium, alioſque numerat, qui Leontio ſucceſſerant. *Tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 599. *ſeqq.*

Digitized by Google

Palæſtinam ſub poteſtatem redactum venerant, ſubactos magnam calamitatem (1) accepiſſe. Inde Francos, Latinoſque ceteros, qui ægre ferrent, ſacra loca, in quibus peracta eſſet *redemtio* generis humani, a Muhamedanis teneri, prohiberique ſe, quo minus in ea ſibi accedere liceret, in Palæſtinam exercitum tranſduxiſſe, medioque ſeculo duodecimo Aſcalona expugnaſſe, ac pene (2) evertiſſe, quod aliter capi oppidum non poſſe cognoviſſent. Hos, quum animadvertiſſent in vico Epiſcopum cum dignitate conſiſtere nequire, auctores ei, ut Bethleemum contenderet, ſedemque conſtitueret, fuiſſe, conſequutoſque eſſe, ut qui ante Aſcalonis, iidem in poſterum tempus *Aſcalonis*, atque *Bethleemii* Epiſcopi (3) nominarentur. Sed pulſis iterum Latinis, oppidoque, quod nunc *Scalona* vocatur, excedere coactis, incolas, qui pauci egenteſque ſunt, quorum aliqui ad Muhamedum defecerant, impetrare non potuiſſe, ut ne perpetuo ſub Turcarum ditione, atque imperio eſſent.

Gazæ initio noſtri aut nulli, aut exiguo numero fuerunt. Poſt ita eſt res Chriſtiana in civitate ſanguine martyrum amplificata, ut jam quarto ſeculo magna in celebritate verſaretur. (4) templaque haberet, in quæ populo concurrere, remque divi-

 nam

1 Ut ceteras mittam, celebris eſt, quam anno circiter 940. eveniſſe narrat Helmacinus *l.* II. *Hiſt. Saracenica cap.* 1. *pag.* 209. Muſlimos enim, ſcribit, neſcio qua re commotos, conjuratione facta, in templum Chriſtianorum, quod Deo in honorem B. Mariæ dicatum erat, irruiſſe, iiſque omnibus, quæ in eo erant, direptis, illud tandem, Judæis adjutoribus uſos, incendiſſe, atque evertiſſe. Epiſcopum Ramlam, quæ ab Lydda prope aberat, profugiſſe, ibique quoad vixit, manſiſſe.

2 Confer Willelmum Tyrium *lib.* XVII. *cap.* XXX. *pag.* 299. *Edit. an.* 1611. & Lequienium *l. c. pag.* 1275. & *pag.* 643. & *pag.* 598.

3 Igitur Græci, Latinique Bethleemi uno, eodemque tempore fuerunt. Namque anno 1169. quo Raguel pro Græcis Eccleſiam Bethleemiticam, Radulphus eamdem pro Latinis adminiſtrabat. Primum narrat *Doſitheus* Patriarcha Hieroſolym. *in Hiſt. pag.* 1213. alterum Willelmus Tyrius *lib.* XVIII. & *ſeqq.* Adeundus Lequienius *locis citatis*. Non eo autem dico translatum Aſcalonis Epiſcopum Bethleemum fuiſſe, quo ante eam translationem Bethleemitæ Epiſcopo carerent, ſed quo expugnata Aſcalone, Epiſcopos Bethleemitas latinos, circa annum 1110. conſtitutos, fuiſſe etiam poſtea medio ſeculo XII. Aſcalonitas dictos, Græcos autem Aſcalone profectos Bethleemitas, & Aſcalonitas appellatos putem. Confer Lequienium *loco indicato*.

4 Conſule, quæ diſputat de urbe Gaza Cellarius *l.* III. *cap.* XIII. *pag.* 511. *tom.* II. *edit. an.* 1732. Hippolytus *pag.* 42. *tom.* I. *edit. an.* 1706. & Dorotheus Philemonem, ad quem ſcripta a Paulo epiſtola eſt, Gazæ Epiſcopum fuiſſe nugantur. Sed hos ego larvatos ſcriptores, quorum jam eſt a magnis viris exploſa auctoritas, nihil moror. Hoc certum eſt, fuiſſe aliquos primis ſeculis in urbe illa Chriſtianos. At incolas maxima parte Jovis Cretei fuiſſe ſuperſtitione detentos, quem Marnan vocabant. Stephanus ad *v.* γάζα *p.* 78. *ſeq. edit. an.* 1684. „ Hinc & apud illos Jovis Cretei „ ſacra ſunt, quem ut putamus, Marnam vocant. „ Hieronymus quoque *Ep.* LVII. *al.* VII. *ad Laetam pag.*

nam facere liceret. Quodſi Juliano Imperatore nonnihil Ethnicorum ſcelere incommodi (1) accepit, quod multi exagitati, laniati, interemti Chriſtiani ſuerint, tamen ita, ut fieri ſolebat, poſt tempeſtatem, reſtituta pace, majus eſt decus, atque ampliorem gloriam conſequuta. At qui primi omnium Epiſcopi ejus civitatis ſuerint, nemo uſquam veterum ſcripſit, cujus ad noſtram ætatem libri pervenerint. Silvani omnium, quorum eſt ad nos traducta memoria, primi fit in monumentis Eccleſiæ mentio, quem Diocletiano Auguſto martyrio ſuiſſe coronatum (2) conſtat. Ei Aſclepas vir magnæ ſanctitatis, (3) orthodoxæque doctrinæ laude excellens ſucceſſit, qui catholicæ religionis cauſſa, incredibili ſuorum dolore, actus in exilium, poſteaque majore eorum lætitia reſtitutus eſt. Huic alii deinde ſuffecti ſunt. (4) : Nunc urbs a Turcis, Græcis, Armeniſque inco-

pag. 591. *tom.* IV. *opp. edit. Martinæi* „ Marnas Gazæ luget incluſus, & everſionem templi „ per timeſcit. Huc ſpectat nummus Hadriani apud Spanhemium *De Uſu & Præſt. numiſm. p.* 269. *t.* II. *edit. an.* 1671. ΓΑΖΑ ΜΑΡΝΑ Δ.ΡΡ. *Gaza Marna* CLXXXIV. Tertio ſeculo exeunte, quartique initio adducti aliquanto plures fuerunt, non ut crederent modo, ſed etiam ut ſeſe conſecrarent Chriſto, proque illo ſupplicia perferrent. De martyribus autem qui Gazænam Eccleſiam illuſtrarunt, conſule Euſebium *lib. de Martyribus Palæſt. poſt l.* VIII. *H. E. c.* III. *pag.* 411. *edit. Cantabrig.* quo loco de *SS. MM.* Timotheo, Agapio, Thecla, & aliis octo agit. Aſſemanum *t.* II. *Actor. Sanctor. Martyr. pag.* 181. *ſeqq.* & Martyrolog. *ad d.* XIX. *Aug.* Nam quod ad templa ſpectat, Marcus S. Porphyrii Epiſcopi Gazenſis auditor in vita *Porphyrii ejuſd.* apud Bollandianos *ad d.* XXVI. *Februar. num.* XX. *pag.* 648. antiquam Eccleſiam memorat, quæ ab Aſclepa Epiſcopo Gazenſi fuiſſe extructa diceretur.

1 Gregorius Nazianzenus *orat.* III. *in Julianum pag.* 87. *tom.* I. *edit. an.* 1690. Julianum carpens „ Eccur Gazæorum, inquit, qui apud eum (Julianum) in admiratione erant, propterea „ quod ipſius magnificentiam prope præſentiebant, effrenis audacia? .. Illi enim virgines caſtas „ & mundo ſublimiores, quæque via etiam umquam viris in conſpectum venerant, in medium „ productas, veſtibuſque nudatas ... ac poſtea proſciſſas, atque diſſectas ... ferociſſimis porcis „ immiſſis hoc ſpectaculum objecerunt, ut ſimul cum hordeo carnes laniari, atque caedi perſpicerent „. Similia ſcribunt Theodoritus *l.* III. *H. E. c.* VII *p.* 129. *edit. an.* 1673. Sozomenus *lib.* V. *H. E. cap.* IX. *ſeq. pag.* 605. *ſeqq. edit. an.* 1668.

2 Euſeb. *lib.* VIII. *cap.* XIII. *edit. Pariſ. pag.* 308. & de *Martyribus Palæſtinis cap.* VII. *ibid. pag.* 328. Martyrolog. Romanum *ad D.* IV. *Maii*. Menologium Baſilii, Bollandiani *tom.* I. *Menſis Maii pag.* 468. *num.* I. *edit. Antuerp.*

3 Lequienius *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 605. *& ſeq.*

4 Nam Irenion, extincto Juliano, cum Gazenſem Eccleſiam Joviano Imperatore adminiſtraſſet, & ad Theodoſii ſenioris extrema tempora vitam produxiſſet, ſanctitate vitæ, atque doctrina exemplo aliis, uti eum imitarentur fuit, Eccleſiaſque extruxit, in quæ Chriſtiani oratum congregarentur. Confer vitam S. Porphyrii a Marco ſcriptam apud *Bolland. ad* XXVI. *Februar. n.* 21. *pag.* 647. *& n.* XVIII. *pag.* 648. *tom.* III. *menſ. Febr.* Sequuti ſunt Epiſcopi Æneas, deindeque Porphyrius, qui tanta vitæ innocentia floruit, ut Arcadii, Theodoſiique junioris temporibus mirifice celebraretur. Vide Act. SS. *loco ind. per tot.* Itaque multos Ethnicos ad Chriſti religionem traduxit. Sed cum alios pertinacia deſiſtere nolle animadverteret, Conſtantinopolim contendit, atque ab Imperatore Arcadio petiit, ut ſibi templa idolorum evertendi poteſtatem concederet. Quod cum tandem, ut optarat, impetraſſet, in patriam revertit, edictumque publica-

Digitized by Google

incolitur (1). Non minore erant initio IV. ſeculi ſuperſtitione, atque improbitate morum incolæ portus Gazæ, quem veteres vicum *Majumam*, hoc eſt *Navale Gazæ* vocabant. Sed quo tempore Conſtantinus principatum in Republica Populi Romani obtinebat, ſic repente immutati Majumani animis fuere, ut communi conſilio Chriſtiani facti, ne veſtigium quidem idololatriæ ullum in civitate eſſe reliquum vellent. Quod ubi enunciatum eſt, Conſtantinus tot hominum ſalute vehementer gaviſus, ſummopere homines collaudavit, magniſque honoribus affecit, locumque urbem eſſe (2), & ab Conſtantia ſorore (3), *Conſtantiam* appellari juſſit. Gazæi, qui moleſte ferrent, propriis Majumanos magiſtratibus uti, ereptumque ſibi eſſe locum, quem ante in poteſtate habuiſſent (non enim decere Imperator exiſtimaverat, ut

blicavit, quo ædes Deorum, fanumque ipſum Marnæ dirui, in media Gaza Eccleſiam extrui, & Xenodochium adjungi præſcribebatur. Erant tunc in oppido idolorum templa omnino octo *Solis*, *Veneris*, *Apollinis*, *Proſerpinæ*, & *Hecates*, & quod dicebatur *Hierion*, & *Tycheon*, & *Marnion*. His omnibus everſis novum templum vero Deo extructum, quintoque poſt anno dedicatum eſt. Tulerunt id quidem ægerrime Ethnici, quamobrem infeſti noſtris erant, inſidiaſque Epiſcopo perabant, quibus hominem in manibus habere, perdereque poſſent. *Bollandiani ibid.* Tillemontius *Tom.* x. *H. E. pag.* 701. *ſeqq.* 843. *ſeqq. edit. Pariſ.* Poſt Imperatorum, Epiſcoporumque ſtudiis, qui ſupererant cultores Deorum, miſſis idolis, meliora conſilia ceperunt, ſeque Chriſto, ut poſtulabat ratio, addixerunt. Vexata tamen interdum a Monophyſitis deinceps Gazenſis Eccleſia eſt. Confer Lequienium *Or. Chriſt. tom.* III. *pag.* 615. *ſeq.* Sed ubi capta ab Saracenis urbs eſt, quo in ſtatu cœtus Chriſtianorum fuerit, etſi conjici quidem poteſt, monumentorum tamen auctoritate oſtendi non poteſt. Poſt qui Gazæ vixerunt Chriſtiani, Græcorum ſunt partes ſequuti. Adeundus Lequienius, qui Doſithei Patriarchæ locum de Mato Gazenſi refert, cæteroſque qui deinde vixerunt, quique noti ſunt, numerat *ibid. pag.* 619.

1 Stephanus Evodius Aſſemanus *tom.* II. *Actorum Sanctorum Martyrum pag.* 186. *not.* 4. „ Hodie, *inquit* (*Gaza*) a paucis Mahomethanis habitatur, habetque principem „ proprium, ex Conſtantinopolitani Imperatoris arbitrio pendentem, quem *Emir*, ſeu du„ cem *Gazæ* vocant. „ Remittit mox Lectorem ad Michaelem Nau apud Baudrandum. Sed Græcos ſaltem aliquos in eo oppido verſari cenſeo, primo, quod David Cytræus de *ſtat. Eccleſ. in Græcia* ſcribat, nunciatum ſibi a Libadurio Theſſalonicenſi fuiſſe, Gazæ metropolim adminiſtratam circa ann. 1569. a neſcio quo fuiſſe, qui Germani Patriarchæ Hieroſolymorum propinquus eſſet: ſecundo, quod anno 1666. Payſius Ligaridius civis meus eam Eccleſiam regeret. Vide *lib.* III. *de perp. fid. circa præſent. real. in Sacram. Euch. pag.* 58. *ſeqq. edit. an.* 1669. Tertio, quod eamdem dignitatem an. 1672. obtineret Chriſtodulus, qui interfuit Synodo Bethlecmiticæ, apud Harduin. *tom.* XI. *concil. col.* 267. Quarto, quod circa an. 1685. Pantaleo Alumnus Collegii Græci Romæ Gazenſium Metropolita eſſet: quinto denique quod hoc ipſo ſeculo Parthenius creatus Antiſtes Gazenſium fuerit. Vide Lequien. *ibid. pag.* 620. *ſeq.* Conſentit Thevenotus *Relat. d' un Voyage fait au Levant par.* II. *cap.* XXVI. *pag.* 362. *edit. Pariſ. an.* 1669. „ La ville, inquit, eſt fort petite. Il y a un bezeſtein en aſſez bon ordre, il y a une Egliſe des „ Grecs aſſez grande, dont l'arcade du milieu eſt ſoutenue par 2. gros pilliers de marbre avec „ leurs corniches d'ordre Corinthien ... il y a encor une Egliſe d'Armeniens.

2 Vide Euſebium *lib.* IV. *de vita Conſtantini cap.* XXXVIII. *pag.* 647. *edit. Cantabrig.* & Sozomenum *lib.* II. *Hiſt. Eccleſ. cap.* V. *pag.* 450. *edit. an.* 1668. & *lib.* V. *cap.* III. *pag.* 597. Chronologi anno circiter 331. dediſſe Majumanos Chriſtianæ religioni nomen putant.

3 Ita quidem Euſebius, cui equidem aſſentior, quod ea ætate viveret. Nam Sozomenus ab *Conſtantio* Conſtantini filio *Conſtantiam* fuiſſe appellatam cenſet *locis modo indicatis*.

Digitized by Google

ut qui dediti idololatriæ eſſent, Chriſtianis jus dicerent, remque horum privatam, publicamque adminiſtrarent) uti Julianum adeptum imperium, noſtrumque eſſe inimicum cognorunt, legatos ad eum mittunt poſtulatum, ſuis ut Portum reſtitui, quæque ab Conſtantino contra ſtatuta erant, reſcindi, atque irrita eſſe præciperet. Accepta oratione eorum, Julianus imperat (1) ab uno Gazæos, atque Majumanos magiſtratu regi, hoſque poſtremos, qui gratia apud principes ſuperiores valuerant, Conſtantienſes deſinere vocari, locumque *maritimam Gazæorum partem* deinceps appellari jubet. Civilis igitur *Majumæ* gubernandæ ratio ſub Juliano, poſteriſque Imperatoribus hoc ſtatu fuit. Sed Eccleſiæ diſcrepans omnino erat. Nam cives Antiſtitibus diverſis utebantur, dieſque feſtos ſuorum Martyrum ſeorſim celebrare, atque commemorare in concione Epiſcoporum, qui ſuo cœtui præfuiſſent, nomina ſolebant, ac fines indicabant, in quos invadere Gazæorum præſules non poſſent. Verum ſeculo quinto, mortuo M jumæ Epiſcopo, is qui tum Gazænam Eccleſiam moderabatur, ſedem illius occupare, Clerumque ſubjicere conatus eſt; quod nefas eſſe urbem unam atque eamdem a duobus Epiſcopis regi diceret. Quare commoti Majumani cives ab Epiſcopis Provinciæ, ut Synodum cogant, utque cauſſam cognoſcant, petunt; jus enim ſe ſuum perſequuturos, quod quum cauſſa pietatis conceſſum eſſet, per ſummam injuriam ſibi ab Gazæis temeritate, atque avaritia ductis deripi numquam paterentur. Dies concilio conſtitutus eſt. Ubi Epiſcopi in unum locum convenerunt, & quam ob cauſſam, quo conſilio, cujus Principis voluntate datus eſſet Majumanis Epiſcopus viderunt, Gazæno Præſuli ut Majuma cederet, Clerumque, atque Eccleſiam, quæ in oppido erat, ab alio Antiſtite, quem ipſi deſignaſſent, adminiſtrari ſineret, juſſerunt.

Joppe etſi prædicatum fuit a Petro Apoſtolo Evangelium, erantque proinde jam uſque a primo ſeculo, qui noſtris ſacris, myſteriiſque initiati (2) eſſent, tamen quos ante quintum ſeculum urbs illa Præſules, qui Eccleſiam gubernarent, habuerit,

1 Sozomenus *lib. v. cap. 111. pag. 597.*
2 Vide *tom. 1. hujus operis pag. 298. ſeq.*

Digitized by Google

rit, ignoramus (1). Rama præterea eſt oppidum, quod poſt Raphia dictum eſt. In eo, quod aliis item Palæſtinæ civitatibus, ut Saripheæ, & Eleutheropoli evenit, quamquam eſt veriſimile fuiſſe a Chriſti Servatoris diſcipulis promulgatam Chriſtianam Religionem, quæ tamen noſtrorum hominum inſtitutio fuerit, & quibus illi Epiſcopis uterentur, ignotum eſt (2). Bethleemum (quo in oppido diximus, natum fuiſſe Servatorem Chriſtum, oſtendique deinceps ab ethnicis conſueſſe locum, in quo Deum Chriſtianorum, ac Redemtorem generis humani, qua eſt homo, in lucem editum conſtaret) etſi olim incocolas habuit Chriſtianos, caruit tamen ad eam ætatem Epiſcopis, qua Latini, Francique contra Saracenos Godefridi Bullonii ductu bellum geſſerunt (3). Antripatrida etſi Paulum fuiſſe perductum Lucas in *actis* Apoſtolorum teſtatur, tamen qui eo ſeculo in urbem eamdem Evangelium nunciatum venerint, non conſtat (4). Eleutheropoleos, ut urbis, ita Eccleſiæ obſcura primordia fuerunt. Nam Simonem, cui acceſſerat cognomen Judæ, & Juſtum Chriſti Servatoris auditorem religionem in eam intuliſſe, cœtumque Chriſtianorum collegiſſe, quamquam eſt memoriæ traditum a Pſeudo-Dorotheo, tamen ſunt, qui non eſſe credendum putent (5).

Samaritidis regionis præcipua urbs *Samaria* fuit, quæ poſt a Cæ-

1 Quæ fuerint Joppes primordia, quæ ante propagatam Chriſtianam religionem ſuperſtitio, qui demum Epiſcopi, oſtendit Lequienius *tom. III. Orient. Chriſt. pag.627. ſeqq.*

2 Confer Lequien. *ibid. pag.630.*

3 Conſule quæ dixi *lib. II. p. I. cap. IV. §. II. pag. 234. not. I. tom. I.* Quid autem quarto ſeculo geſtum ab Helena Conſtantini matre Bethleemi fuerit, quæ ædes conſtructæ, quæ itinera ab ea in idem oppidum ſuſcepta ſcribit Euſebius *lib. III. cap. XLI. pag. 600. ſeqq. edit. Cantabrig.* De ejus oppidi Epiſcopis adeundus Lequienius *tom. III. Or. Chriſt. pag. 642. ſeqq.*

4 Vide *Act. Apoſt. cap. XXIII. v. 31.* Quinto primum ſeculo ejus urbis Epiſcopi Polychronii ſit in tabulis Eccleſiaſticis mentio. Adeundus Lequienius *ibid. pag. 581.*

5 Confer Bollandianos ad *d. XXI. m. Junii tom. IV. pag. 67. num. 2. edit. Antuerp.* Hadrianum Relandum *Palæſt. Illuſtr. tom. II. pag. 751. edit. an.* 1714. In Martyrologio *Rom. ad d. XXIV. Januar.* legimus Ananiam, a quo Paulus baptizatus eſt, Eleutheropoli Evangelium prædicaſſe. Initio quarti ſeculi Eccleſia in oppido conſtituta erat. Nam Alphæus, cujus meminit Euſebius *l. de Mart. Palæſt. cap. I. pag. 409. Cantabrig.* Eleutheropolita civis fuit. Confer *Acta* Martyrii apud *Aſſeman. tom. II. pag. 178.* Eadem Zebinæ Martyris patria fuit. Euſeb. *lib. de Mart. Palæſt. p. 424.* Eodem fere tempore Petrus, qui & Balſamus dictus eſt, Eleutheropolita Martyr floruit. *Vide Editionem Veronenſem Act. SS. Mart. ſincer. Ruinartii pag. 441.* & Bollandianos *in Prælim. ad t. I. Maii. pag. 12. & Aſſem. ibid. pag. 206. ſeqq.* Ea ipſa in urbe S. Epiphanius Epiſcopus Salaminiorum natus eſt. Anno circiter 796. captum oppidum a Saracenis, atque everſum, neque reſtitutum a quoquam poſt fuit. Vide Lequien. *ibid. pag. 634.*

Digitized by Google

a Cæſare Auguſto *Sebaſte*, hoc eſt *Auguſta* (1) dicta eſt. In ea Johannis Baptiſtæ (2) oſſa ante Juliani Auguſti tempora ſervabantur. Ejus incolæ permulti baptizati a Philippo Diacono, confirmatique a Petro, & Johanne Apoſtolis fuerunt (3). Qui illius initio Epiſcopi fuerint, a nemine, quod ſciamus, proditum memoriæ eſt. Quod idem fere eſt de Hiericuntinis, Libyadenſibus, Sicamazenſibus, Azotiis, Gerariis, Minoidenſibus, Zabulonitis, & Archelaiditis Epiſcopis dicendum (4).

§. II.

De initiis, & progreſſu Chriſtianæ religionis in Palæſtina ſecunda.

Scythopolis, quæ omnium Decapoleos urbium princeps erat, *ſecundæ Palæſtinæ* Metropolis (5) habetur. In ea quid actum a noſtris ante quartum ſeculum fuerit, qui Præſules vixerint, quoſque progreſſus religio fecerit, judicari ex vetere aliquo monumento non poteſt. Sed cum prope ab iis locis abeſſet, in quibus magno numero Chriſtiani florebant, quibus quidem Chriſtianis nihil erat antiquius, quam ut late, longeque doctrina, inſtitutioque noſtra propagaretur, nullum dubium eſt, quin ex eo tempore, quo Apoſtoli peragrare Palæſtinæ urbes cœperunt, aliqui ſaltem in ea fuerint, qui Chriſtum Redemtorem eſſe generis humani confiterentur, ejuſque præcepta colerent, Nazarethi autem etſi ab ipſo Servatore Jeſu primum, & ab Apoſtolis deinceps explicata Evangelica doctrina fuit, tamen

1 S. Hieronymus in *caput* 1. *Oſee t.* III. *opp. p.* 1241. *edit.* Martianæi „ Samaria, *inquit*, „ quæ & ipſa altera urbs fuit, Metropolis decem tribuum, quæ poſtea ab Auguſto Cæſare appel„ lata eſt Auguſta, id eſt σεβαστὴ, in qua oſſa Johannis Baptiſtæ condita ſunt.

2 Confer Hieronym. ibid. & in *Abdiam p.* 1455. *tom. eod.* Theodoretus *lib.* III. *Hiſt. Eccl. cap.* VII. *edit. an.* 1673. ſcribit, gentiles ſub Juliano „ Sebaſte Johannis Baptiſtæ arcam ape„ ruiſſe, & oſſibus igne conſumtis, cineres hac, & illac diſperſiſſe „. A Chriſtianis tamen plura eorum fuiſſe conſervata colligitur ex Hieronymo Epiſt. 86. quæ inſcribitur *Epitaphium Paulæ tom.* IV. *opp.*

3 *Act. Apoſt. cap.* VIII. *v.* 5. *ſeqq.*

4 Confer Lequienium *tom.* III. *orient. Chriſt. pag.* 651. *ſeqq.*

5 Vide Relandum *tom.* I. *Palæſt. Illuſtr. pag.* 992. *edit. a.* 1714. & Lequienium *ibid. pag.* 682. *ſeq.*

tamen quum animis incolæ obfirmatis in ſuperſtitione ante Conſtantini tempora eſſent, locum Chriſtianis nullum concedendum, in quo tuto conſiſterent, putabant. Poſt ubi potitum imperio eſſe eum viderunt, qui Chriſtianis rebus non faveret modo, ſed etiam ſtuderet, optimum factu eſſe incolæ ab Judaiſmo, a quo divinitus deterriti eſſent, diſcedere, veramque religionem amplecti judicarunt (1). Pellæ, ut paullo (2) ante dictum eſt, Chriſtiani ante excidium Hieroſolymorum erant, quos poſteris magnum attuliſſe ad ſalutem momentum conſtat. Tiberias ab Judæis præcipue his, qui Galilæi origine eſſent, ad ætatem uſque Conſtantini obtinebatur (3). Itaque nemini in ea Chriſtianorum degere licebat. Sed quarto ſeculo cum Ellelus Judæorum Patriarcha ad noſtros acceſſiſſet, ſeque religioni veræ dedidiſſet, impetratum a Conſtantino eſt, ut Tiberiade, Diocæſareæ, Nazarethi & Capernaumi, aliiſque in oppidis templa vero Deo dedicarentur, in quibus nulla ante reperiebantur. Quo tempore templum, quod ædificari ab Hadriano cœperat, commutatum in Eccleſiam Chriſtianorum fuit. Sed *Hippi*, *Itabæ*, (4) *Hamathunte*, *Capitoliade*, *Caparcotiæque* Palæſtinæ ſecundæ oppidis (5), quæ origines, quique progreſſus Chriſtianæ religionis fuerint, colligi ex nullo vetere monumento poteſt. Certum tamen eſſe cuique debet, in iis nonnullos, ſaltem primis tribus Eccleſiæ ſeculis, Chriſtianos floruiſſe.

1 Vide Epiphan. Hæreſi xxx. *pag.* 136. *tom.* 1. *opp. edit. Pariſ. Petav.*

2 *Pag.* 7. *hujusce tom.*

3 Vide Epiphanium Hæreſi xxx. *num.* 4. *tom.* 1. *opp. edit. Pariſ. Petav. pag.* 127. *ſeqq.* ubi „ Fuit, *inquit*, Joſephus quidam .... Tiberiadenſis .... qui Beatæ memoriæ Conſtantini ſenioris Imperatoris ætate vixit, a quo etiam comitis dignitatem accepit cum ea poteſtate, ut cum in urbe ipſa Tiberiadis, tum Diocæſareæ, Capharnaumi, ac vicinis aliis in oppidis Eccleſias in Chriſti honorem extrueret .... Hic Joſephus ex illorum erat ordine, qui apud Judæos principem locum dignitatis obtinent, quos quidem ſecundum Patriarcham Apoſtolos nominant. Aſſident hi Patriarchæ .... Erat tum Patriarchæ nomen Ellel .... Moriens Ellel vicinum Epiſcopum Tiberienſem arceſſit, ab eoque lotione ſacra ſub vitæ exitum per medicinæ ſpeciem expiatur. Quum enim Epiſcopum per Joſephum, velut medicum evocaſſet, faceſſere juſſis omnibus, ſupplex illum interpellat, his verbis: Quæſo te, mihi ut Chriſti ſignum impertias. Tum acceitis miniſtris aquam inferri jubet .... Patriarcha ſacro baptiſmate, ac divinis myſteriis initiatus eſt. His peractis, & Patriarcha vita functo, Joſephus viſis, prodigiiſque permotus, ſtudere rebus Chriſtianis cœpit. Cumque vexatus ab Judæis eſſet, ad Conſtantinum adiit, impetravitque, ut Tiberiade, Capharnaumi, Nazarethi ſibi templa in Chriſti Servatoris honorem extruere liceret. Vide Epiphanium *ibid. n.* v. *ſeqq. pag.* 128. *& ſeqq.* Tillemontium *tom.* vii. *monum. Hiſt. Eccl. pag.* 293. *Edit. Pariſ.* Orſium *H. E. t.* iv. *p.* 113. *& ſeqq. edit. Prima an.* 1749. & Boliand. *t.* v. *Jun. p.* 238. *ſeq.*

4 Vide Lequienium *ibid. pag.* 710. *& ſeqq.*

5 Confer Lequienium *ibid.* ~~*pag.*~~ 722. *& ſeqq.*

§. III.

De origine, propagationeque religionis in tertia Palæſtina.

PAlæſtinæ tertiæ Metropolis *Petra* eſt, a qua Arabiæ pars nomen accepit, quæ *Petræa* eſt a majoribus appellata. Aberat ab Aila portu Arabici ſinus millia paſſuum fere (1) decem. In ea quæ primis tribus ſeculis ratio Chriſtianæ religionis fuerit, incertum eſt. Nam etſi in illa Arabiæ parte Apoſtolos Evangelium promulgaſſe, noſtrorumque hominum aliquos vixiſſe accepimus, quibus tamen ad eam rem perficiendam modis uſi ſint, quos inſtituerint, cujuſmodi Epiſcopos Eccleſiis præfecerint, ſtatui nullo modo poteſt; propterea quod aut perierint, aut nulla a Patribus ſcripta fuerint monumenta, in quibus de primordiis Chriſtianæ religionis in urbe Petra mentio fieret. Eſt hoc ipſum de initio, & propagatione Chriſtianiſmi *Auguſtopoli*, *Aradi*, *Characmobæ*, *Eluſæ*, *Zoaræ*, *Areopoli*, *Ailæ*, *Metrocomiæ*, *&* *Medabæ* ſtatuendum (2). Phœnum Chriſtianos permultos Maximino Imperatore fuiſſe exulatum miſſos, quod ad metalla damnari, interireque, quam ejurare Chriſtum mallent, auctor eſt Euſebius in eo libro, qui de Martyribus Palæſtinis (3) inſcribitur. Ab his autem nullum incolarum fuiſſe ad noſtram religionem colendam inductum, numquam concedam. De Eccleſia Pharani, an ulla ante ſeculum IV. fuerit, nihil habeo certi, quod dicam. Quinto ſeculo Saracenorum (4), quos *Nomadas*, vel *Scenitas* vocant, permulti in eam Palæſtinæ regionem venerunt, quæ ad meridiem ſpectat, cumque ſingulari prodigio a S Euthymio vehementer laboranti Aſpebeto ſanitatem repente reſtitutam vidiſſent, Chriſtianam religionem amplexi

1 Alcundus Cellarius *Diſſert. de Amœnit. Hiſtor. & Geograph. ex Itiner. S. Pauli Apoſt. num.* VII. *pag.* 153. *edit. an.* 1712.

2 *Lequien. pag.* 727. *& ſeqq. tom.* III.

3 *Cap.* VII. *pag.* 418. *edit. Cantabrig.* Confer S. Athanaſium, qui *in Epiſt. ad Solitar. vitam agentes tom.* I. *opp. pag.* 340. *edit. Montfauc.* Euſebianorum ſcelere Eutychium fuiſſe apud Phœnum ad metalla damnatum ſcribit. Conſule etiam Theodoritum *lib.* IV. *Hiſt. Eccl. cap.* XXII. *edit. Pariſ. an.* 1673. quo loco recenſet, quæ hæreticorum improbitate geſta ibidem IV. ſeculo fuerunt, ut eſt a Petro Alexandrino memoriæ commendatum.

4 Vide Euthymii vitam a Cyrillo Scythopolita ſcriptam *num.* 18. *ſeqq.* apud Coteletium *t.* II. *Monum. Eccl. Græcæ pag.* 216. & Lequienium *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 763.

plexi ſunt , Eccleſiamque conſtituerunt , quæ *Parembles* , ſeu *Caſtri* appellabatur , propterea quod nullas urbes , quas incolerent, nullaſque fixas ſedes,in quibus agerent, haberent, vitamque proinde in caſtris degerent .

§. IV.

De Peregrinationibus veterum Chriſtianorum in Palæſtinam .

ERat Chriſtianæ conſuetudinis diu etiam ante , quam delatum ad Conſtantinum imperium eſſet , ut loca , in quibus Chriſtus conſtiterat , totque res , tamque magnas pro ſalute generis humani perfecerat , in honore haberent , atque in ea frequentes oratum convenirent (1) . Intelligebant enim , qui ad ſepulcra Martyrum adire , ſtatiſque diebus vigilias agere ſolebant (2) vitio ſibi dari non poſſe , quod eo imprimis congregarentur , ubi ſervator Martyrum cruci affixus , ſepultuſve eſſet . Quæ res , cum Ethnicis , uti quidem veriſimile eſt , malevolentia , odioque incitatis minime placeret , eos ut ad Ælium Hadrianum Imperatorem adirent , permovit , ex eoque peterent , ut conſecrari locum , ibique ſimulacrum falſæ cujuſpiam divinitatis poni juberet . Chriſtianos enim pro ſummo ſuo erga Jeſum ſtudio deterreri ab agendis conventibus aliter nequire . Etenim homines, qui ab Deorum ſuperſtitione tantopere abhorrerent, numquam commiſſuros , ut ubi extare idola cognoſſent , ſuorum quemquam religionis cauſſa verſari paterentur . Nam ſi conſilium , quod ipſi daretur , ſequutus Imperator eſset, ſciret ſeditionum periculum nullum in poſterum futurum . Chriſti ſectatores , etſi a Barcocheba non ſteterant , neque arma ceperant ; immo vero inſignem calamitatem ab iis , qui rebellaſsent , acceperant; profectos tamen ex Judæis eſse ; verendumque propterea , ne ſuæ aliquando originis reminiſcerentur, junctiſque viribus , una conjurarent , bellumque Populo Romano inferrent . His cauſſis adductus Hadrianus oppleri ſepul-

 crum

1 Confer Sozomenum *lib.* II. *H. E. cap.* I. *pag.* 43. *& ſeq. edit. Cantabrig.*

2 De hac re erit opportunius diſſerendum , ubi de ſacris veterum Chriſtianorum conventibus agam . Interea conſule *Acta* Martyrii Polycarpi apud Euſebium *lib.* IV. *cap.* XV. *Hiſt. E. pag.* 172. *Edit. Cantabrig.*

crum terra, jactoque aggere, atque lapide conſtrato, baſim fieri, eique ſtatuam Veneris imponi fecit: ratus hoc modo, ſi non Chriſti, at ejus ſaltem, in quo fuerat conditus, deleri memoriam loci poſſe (1). Sed res ſecus, atque ſibi Ethnici perſuaſerant, evenit. Quamvis enim acceſſu, aditque loci ſibi eſſe interdictum

1 Niſi enim ita res ſeſe habuiſſet, cur Ethnici induxiſſent Imperatorem, ut ad Sancta loca Deorum ſtatuas poni juberet? Atque ea quidem de cauſa collocata ibidem ſimulacra fuiſſe judicat Sozomenus loco mox indicato. Ac Jovis quidem ſtatuam impoſitam ſepulcro fuiſſe auctor eſt Hieronymus *Epiſt. ad Paulinum* XLIX. *al.* XIII. *tom.* IV. *opp. pag.* 564. *edit. Martianæi*. Nam Veneris ſimulacrum in loco, ubi cruci affixus ſervator eſt, collocatum ſcribit. Alexander Monachus, quem ſeculo V. vixiſſe ferunt, in eo ſermone, qui de *Inventione S. Crucis inſcribitur*, editusque eſt a Gretſero *de Cruce p.* 1512. *Edit. an.* 1616. „ Ceterum, *inquit*, cum fideles, „ ea traditione locum ſacri Golgothæ, qui jam obrutus, obſcuruſque erat, didiciſſent, quotidie „ ad illud accedentes adorabant, quod Idololatræ conſpicati, diabolo inſtigante, ædem illic ſta„ tuæ impuræ dæmonis Veneris conſtruxerunt. Similia perſequitur Georgius Hamartolus in Chro„ nico, cujus locum refert Stephanus Moynius *Not. & obſerv. ad Varia Sacra pag.* 429. *& ſeq. tom.* II. Contra videtur agere Euſebius in III. de Vita Conſtantini Libro *cap.* XXVI. *pag.* 592. „ *edit. Cantabrig.* Habet enim hoc modo „ Illud monumentum, ad quod Angelus olim e cælo „ delapſus admirabili luce radians, ſaxum revolverat .... Hanc ſpeluncam ſalutarem impii „ quidam, ac profani homines funditus abolere in animum induxerant, ſtulte admodum opinati, „ ſe hoc modo veritatem eſſe occultaturos. Itaque non ſine ſummo labore, plurima humo aliun„ de advecta, aggeſtaque totum locum replevere. Quem cum mediocri altitudine extuliſſent, & „ lapide conſtraviſſent, ſub hac tanta congerie ſacram ſpeluncam obtexerunt. Dehinc perinde ac „ ſi nihil amplius ipſis ſupereſſet, ſupra illud ſolum, infauſtum prorſus animarum ſepulcrum extru„ xerunt; obſcuras mortuorum ſimulacrorum cavernas in honorem laſcivæ dæmonis, quam Vene„ rem vocant ædificantes: ubi execranda ſacrificia ſuper profanis, & impuris altaribus offerebant. Theodor. *l. ſup. cit. p.* 15. Sozom. *l.* II. *c.* I. *p.* 44. *edit. Cantabr.* „ Cum univerſum locum tam Reſurre„ ctionis, quam Calvariæ muro circumſepſiſſent, eum exornaverant. Ac primo quidem ſolum la„ pide conſtraverant, deinde templum Veneris extruxerant, & ſimulacrum conſtituerant, eo con„ ſilio, ut qui Chriſtum illic adorarent, Venerem colere viderentur. Paulinus Nolanus Jovis quidem in Calvariæ montis loco, in quo cruci affixus Servator eſt, ſimulacrum fuiſſe locatum ſcribit, contra atque viſum Hieronymo fuerit. *Epiſt.* XXXI. *alias* XI. *ad Severum pag.* 190. *edit. Veron. Muratorii*. Cumque in hac re variæ ſint veterum ſententiæ, factum eſt, ut novi etiam inter ſe ſcriptores diſſideant. Igitur Fronto Ducæus in Euſebii opinionem videtur eſſe propenſior, quod ceteris hic Hiſtoricus antiquior ſit. Confer ejus *not. in mox indic. epiſt. Paulini p.* 903. *edit. ejuſd.* Addere poterat, tum Euſebium floruiſſe, cum Conſtantini juſſu dejecta, quæ Ethnici erexerant, ſimulacra fuerunt, vidiſſeque fortaſſe ea, ut qui non longe ab urbe Hieroſolyma ageret, antequam everſa fuiſſent. Non diſcrepat Orſius *lib.* XII. *H. E. num.* LVIII. *pag.* 94. *t.* V. *primæ ed.* Eadem eſt Samuelis Baſnagii Calviniani opinio *ad an.* 326 *n.* VI. Baronius *ad a.* 137. *n.* V. quum diſſidere inter ſe veteres animadvertiſſet, ſimulacra tantum Hadriani juſſu fuiſſe ibidem locata dixit, quin aliud quidquam eſſe ſtatuendum arbitraretur. Cujus ſane tutior eſt ſententia. At Jovis in ſepulcro ſtatuam fuiſſe locatam cenſent alii, in quibus numerari Stephanus Moynius in *Not. ad varia ſacra indic.* & Johannes Laurentius Moshemius in ea *Commentatione*, quæ de *lumine Sancti Sepulcri inſcribitur, p.* 9. *ed. an.* 1736. debent. Hadriani autem juſſu fuiſſe iis in locis ſimulacra poſita, cenſent Moynius, & Moshemius *loc. indicatis*. Non diſſentit Andreas Schimidius opuſculo de *tumba ſervatoris cap.* I. *ſection* II. §. I. *pag.* 18. *edit. an.* 1703. Neque eſt id ipſum alienum a ſimilitudine veritatis. Nam ſuperſtitioni fuiſſe addictum Hadrianum, ſæviſſeque aliquando in eos, qui Chriſtum colerent, cum ex aliis monumentis multis, tum ex iis, quæ *tomo* I. *pag.* 429. *& ſeqq.* collegimus, plane conſtat. Jam vero recens erat Barcochebæ Hebræorum Ducis in Romanos conjuratio. Qui autem Hieroſolymis agebant Chriſtiani, Judæi fuerant origine, judaiciſque inſtitutis, etſi Chriſtum Deum confiterentur, & colerent, vivebant, ut eſt ſupra *pag.* 20. *hujus cap.* demonſtratum. Eſt igitur credibile, Ethnicos, qui infeſti Judæis, noſtriſque eſſent, acceſſiſſe ad

Digitized by Google

terdictum noſtri viderent, quod in hoc genere nihil habere cum hoſtibus nominis Chriſtiani commune vellent, tamen ea, quæ tradita a majoribus fuiſſent, memoria tenebant, ut ſi forte per tempus licuiſſet, ſtatuam dejicere, eggeſtaque humo, ſepulcrum detegere, neque decipi in eo aſſignando poſſent (1). Quarto ſeculo, extinctis Tyrannis, qui delere gentem Chriſtianorum ſtatuerant (2), idque jam omnibus modis conati fuerant, cum ſumma totius Imperii militum voluntate in unum Conſtantinum, quem non favere Chriſtianis rebus modo, ſed obſtrictum eſſe etiam conſtabat, delata eſſet; noſtri opportunum adveniſſe tempus arbitrati, quo jamdiu cogitata ſibi perficere liceret, ei ut ſe monumenta Chriſti Servatoris haberent, quamque indigna eſſent, quæ in iis ab inimicis perpetrarentur, proponunt. Ille nihil cunctatus miniſtros ad ſe evocat, & quid fieri velit, oſtendit. Ubi hos imperata facere, ac tolli ſimulacrum Deæ, expiarique locum, & ſepulcro Jeſu inædificari (3) Baſilicam, aliaque templa extrui cœpiſse divulgatum eſt; fuerunt, qui

ad Imperatorem, eique perſuaſiſſe, Chriſtianos, qui tum ſibi temperaverant ab ſeditione, diuturnitate temporis conjungi cum Hebræis, ex quibus orti eſſent, facile contra Romanum Imperium poſſe, propterea quod homines ſimiles moribus, eademque gente nati, ſi inter ſe aliquando diſſidebant, tamen ſæpe ſocietatem inire, inque alios inſurgere, qui diverſis omnino uſibus, inſtitutiſque delectarentur: Itaque Hadrianum impuliſſe, ut quemadmodum Porci figuram ad portas Æliæ; ita ad ſancta loca ſimulacra Deorum poni juberet. Sed ſac nihil tale Imperator præceperit (intelligo enim fuiſſe aliquos, qui eum hac culpa liberandum putarent) ſimulacra tamen Deorum iis locis conſtituta fuiſſe ſcelere Ethnicorum, ajentibus antiquis Euſebio, Rufino *lib.* 1. *Hiſt. Eccl. cap.* VIII. *pag.* 223. *edit. an.* 1523. Hieronymo, Paulino, Sozomeno, Alexandro Monacho, aliiſque, revocari in controverſiam nullo modo poteſt. Cur autem factum id fuit, niſi ut Chriſtiani, quo minus eo adoratum venirent, impediantur?

1 Vide Euſebium *l.* III. *de vita Conſtantini cap* XXVI. *pag.* 593. *edit. Cantabrig.* Alexandri Monachi locum relatum notatione ſuperiore. Paulinum *ibid.*, qui ab Hebræis etiam detectam veritatem loci, ita ut eſt a Sozomeno ſcriptum, refert. Negari tamen nequit, quin prodigiis confirmata noſtrum hominum perſuaſio fuerit, ut eſt ab Euſebio *ibid. ſeqq.*, Sozomeno *l.* II. *c.* 1. *p.* 44. *edit. Cantabrig.*, aliiſque animadverſum.

2 Neque vero delere tantum nomen Chriſtianorum ſtatuerant, ſed etiam deletum ſua opera exiſtimabant, ut conſtat ex iis, quæ diximus *pag.* 83. *tom.* 1. *&* *pag.* 450. *ſeqq.* Extat præter eam quam *pag.* 83. mox indicata retuli, altera inſcriptio apud Padillam *Hiſt. Eccl. Centur.* III. *cap.* 1. *pag.* 147. Baronium *ad an* 304. *num.* VIII. Gruterum *pag.* CCLXXV. Boldetium *oſſervaz. ſopra i Cimit. lib.* II. *cap.* XX. *pag* 634. Floreз *Hiſp. Sacr. tom.* III. *pag.* 185. quæ ſic habet:

DIOCLETIAN. CÆS. AVG.

GALERIO. IN. ORIENTE. ADOPT.

SVPERSTITIONE. CHRIST.

VBIQVE DELETA

ET CVLTV. DEOR. PROPAGATO.

3 Confer Euſebium, & Sozomenum locis mox indicatis.

qui ſibi patria aliquantiſper cedendum, atque in Palæſtinam religionis ergo abeundum arbitrarentur. In his Helena Conſtantini Auguſti (1) mater fuit. Quæ cum Hieroſolymam profecta, inſigniora loca, quæ rebus a Chriſto mirifice, ſancteque geſtis conſecrata fuerant, ut Auguſtam, Chriſtianiſque moribus fæminam decebat, perluſtraſſet, conſilium contendendi Bethleemum cepit. Eo ut pervenit, & ſpeluncam, in qua Jeſus Servator naſci voluerat, Adonidis falſi, contaminatiſſimique numinis ſtatua olim ab Ethnicis profanatam, jacere, negligique (2) animadvertit, idque jam neque ſuæ, neque populi Chriſtiani dignitatis eſſe intellexit, eo in loco templum vero Dei fieri, dedicarique (3) curavit. Noſtri, qui diſperſi ubique terrarum erant, ut quæ acta ab Imperatore, matreque fuerant cognorunt, majore numero, quam antea umquam conſueviſſent, in Palæſtinam concurrere cœperunt (4). Nam ſuperiore tempore, etſi permulti iter in eam Provinciam inſtituerant, atque illuc religionis ergo acceſſerant, ubi nihil impii, ſacrilegique auſi hoſtes fuiſſent; eorum tamen pars maxima, quod ſepulcrum, quod Calvariæ, atque Olivarum montes, quod antrum Bethleemiticum, in quibus, magnis rebus perfectis, ſuum erga nos amorem Chriſtus demonſtrarat, templis, ſimulacriſque dæmonum occupari ſcirent, detinebantur, quo minus tanta multitudine

1 Adeundi Euſebius *lib.*III. *de vita Conſtantini cap.*XLII. *pag.*601. *ſeqq. edit. Cantabrig.* iique omnes, quos numerant, ſequunturque Baronius *ad an.*CCCXXVI. *n.*XXXVIII. *ſeqq.* Gretſerus *tom.*I. *de cruce lib.*I. *cap.*LXII. *ſeqq.* & *lib.*I. *De ſacris Peregrinationibus cap.*V. *per tot.* quo loco pietatem ejuſdem Imperatricis Auguſtæ a novatorum calumniis vindicat. Tillemontius *t.*VII. *Monum. Hiſt. Eccl. pag.*3. *ſeqq. edit. Pariſ.* Orſius *loco indic.*

2 Hieronymus loco *ſupra cit.* „ Bethleem, inquit, . . . lucus inumbrabat Thamus, id eſt „ Adonidis, & in ſpecu, ubi quondam Chriſtus parvulus vagiit, Veneris amaſius plangebatur „. Paulinus Epiſtola mox indicata ad Severum „ In Bethleem quoque, *inquit*, ... infames „ hominum amores, morteſque coluerunt . . . Ibi Veneris amaſium, miſtæ ſemiviris planxere meretrices „. Sed Baronius *ad an.*CCCXXVII. *n.*XVII. non probat, quod eſt de ſimulacro Adonidis Hadriani tempore ad ſpeluncam Bethleemiticam collocato, profanatoque impio ritu nativitatis Chriſti loco. Nam eſt auctor Origenes in primo contra Celſum libro, ut eſt etiam a nobis obſervatum *tom.*I. *pag.*234. oſtenſum fuiſſe ab Ethnicis locum in quo natus, & præſepe, in quo poſitus Deus Chriſtianorum fuerat. Hoc ille contra vetus Hieronymi teſtimonium. Nec vero quidquam impediebat, quo minus Ethnici locum, & præſepe oſtenderent, etſi locata ibidem ſtatua Adonidis fuiſſet. Fatendum tamen eſt, de ea re nihil Euſebium dicere, qui tamen de perpurgato ſepulcri loco plura diſputat.

3 Euſebius l.III. *de vita Conſt. cap.*XLIII. *ſeq. pag.*601.

4 Vide Euſebium *lib.*VI. *Demonſtrationis Evang. cap.*XVIII. *pag.*288. *edit. an.*1628. Cyrillum Hieroſolymitanum *Catecheſi* XVII. *n.*XVI. *pag.*272. *edit. Toutai* Hieronymum Epiſt.XLIV. *ad Marcellam al.*XVII. *pag.*550. *edit. Martianæi tom.*IV. *opp. ſeqq.*

tudine Hieroſolymam, Bethleemumque proficiſcerentur (1), quanta & optabant, & ratio poſcere videbatur. Igitur Arabes, Meſopotamii, Armenii, Perſæ, Ægyptii, Æthiopes, Græci, Itali, Galli, Hiſpani, Britannique permulti, qui (2) Chriſto devoti erant, neque periculis, in quæ ſane magna conjiciebantur, neque æſtu, frigore, laboribus, quæ omnia declinari nequire perſpiciebant, deterreri ſe, quin tam longum, tamque difficile iter ſuſciperent, patiebantur. Sed res ipſa hortari videtur, quoniam ventum in hunc locum eſt, nominatim viros aliquos, mulierеſque numerare, quæ miſſis commodis, quibus abundare domi ſolerent, ei ſeſe itineri poſt Helenam commiſerunt.

SECULO IV.

Itaque ex iis, qui, vivo Conſtantino, e Gallia in Palæſtinam ſeceſſerant, celebris ille Burdigalenſis fuit, qui ſacris locis peragratis, ut in patriam eſt reverſus, civium ſuorum, aliorumque commodo itinerarium ſcripſit, quod cum ab diligentibus viris alias, tum his annis paucis a Weiſellingio notationibus illuſtratum, publicatumque eſt. Hujus ſunt exemplum S. Hilarion (3), Philorhomus (4) Presbyter, qui ſub Juliano floruit, imitati. Fuerunt præterea, qui ante Juliani tempora a S. Triphilio Epiſcopo Leucoſiæ in Cypro Inſula fuiſſe eodem conſilio Hieroſolymam iter inſtitutum (5), ſcriberent. Eſtque illud memoriæ traditum a Pſeudo Amphilochio de Baſilio Magno

1 Id innuere videtur Hieronymus *Epiſt.* XLIX. *ad Paulinum pag.* 564. *tom.* IV. *opp.*

2 Hieron. *Ep.* XLIV. *l. c.* „ Longum eſt nunc ab aſcenſu Domini uſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporum, qui Martyrum, qui eloquentium in doctrina Eccleſiaſtica virorum venerint Hieroſolymam, putantes minus ſe religionis, minus habere ſcientiæ ... niſi in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primum Evangelium de patibulo coruſcaverat ... Nec hoc dicimus, quod renuamus regnum Dei intra nos eſſe, & ſanctos viros etiam in ceteris eſſe regionibus, ſed quod hoc aſſeramus, vel maxime eos, qui in toto orbe ſunt primi, huc pariter congregari. Ad quæ nos loca non ut primi, ſed ut extremi venimus, ut primos in eis omnium gentium cerneremus. Certe flos quidam, & pretioſiſſimus lapis inter Eccleſiaſtica ornamenta monachorum, & virginum chorus eſt. Quicumque in Gallia fuerit primus huc properat. Diviſus ab orbe noſtro Britannus, ſi in religione proceſſerit, occiduo ſole dimiſſo, quærit locum fama ſibi tantum, & ſcripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Perſas, quid Indiæ, & Æthiopiæ populos, ipſamque juxta Ægyptum fertilem monachorum, Pontum, & Cappadociam, Syriam Cœlen, & Meſopotamiam, cunctaque orientis examina &c.

3 Hieronymus *Epiſt.* XLIX. *ad Paulinum pag.* 564. „ Hilarion, *inquit*, quum Palæſtinus eſſet, & in Palæſtina viveret, uno tantum die vidit Hieroſolymam, ut nec contemnere loca ſancta propter viciniam, nec rurſum dominum loco claudere videretur.

4 Confer Palladii ex Hiſtoria Lauſiaca locum, quem recitat Baronius ad *an.* 362. *n.* LXXIV.

5 Vide Bollandianos *ad d.* XIII. *Junii tom.* II. *ejus menſis pag.* 683.

Magno: hunc ſcilicet in Palæſtinam ſacra loca viſitatum (1) veniſſe. Quod cur revocari in dubium debeat, ne ſuſpicari quidem poſsum. Atque eum Hieroſolymis aliquamdiu conſtitiſſe, teſtis eſt ipſe in litteris, quas adverſus Euſtathium Sebaſtenum ſcripſit (2). Aggreſſus idem iter Gregorius Niſſenus Baſilii frater fuit (3). Quo autem tempore Theodoſius Senior imperium obtinebat, Andronicus Argentarius, religionis cauſſa, una cum uxore profectus in Judæam (4) loca Chriſti adoratum fuit. Quod ipſum Philaſtrius Brixienſis (5), Porphyrius (6) Epiſcopus Gazæorum, Rufinus Aquilejenſis, Hieronymus presbyter, ſociique, quos ipſe nominat, Monachus ille, cujus fuit a Baſilio improbatum iter (7), aliique innumeri (8) fecerunt. Eodemque in genere ſingularis optimarum feminarum *Melaniæ* (9), *Paulæ* (10), *Fabiolæ* (11), & *Euſtochii* (12) laus apud majores noſtros fuit. Nam etſi ortæ familiis Conſularibus in Urbe erant, divitiiſque abundabant; tamen rebus omnibus, ipſiſque propinquis, quibus nihil habere in patria carius poterant, relictis, maturandum putarunt, ut quam celeriter liceret, in Palæſti-

1 Apud Roſweidum *De vitis PP. lib.1. pag.154. edit. an.1615.*

2 *Epiſt.*ccxxiii. *n.2. pag.337. t.III. opp. edit.* ... *Monachor. S.Mauri. Et ep.* xlv.

3 Vide *ejus Epiſtolam, qua sturis Hieroſolymam profectionem* ... *tom II. opp. p.1084. edit. an.1615.*

4 Conſule, quæ refert Gretſerus *lib.1. de ſacris Peregrinationibus cap.* vi. *Menolog. Græcorum ad diem* ix.*Octob.* & Surius *ad* xxvi. *ſept.*

5 Vide Bollandianos *tom.* iv. *Julii pag.384.*

6 Adeundi Bollandiani *tom.*III. *pag.545. Febr.* Lequienius *tom.* III. *pag.611.* Tillemontius *tom.* x. *pag.703. ſeqq. edit. Pariſ. de Ruf. & Mel. peregr.* Vide Roſweid. *loc. cit. p. 429. ſeq.*

7 Epiſt. xlv. *al.* iv. *tom.* III. *pag.* 133.

8 Confer Bollandianos *tom.*2. *menſis Martii pag.*270.

9 Hieronymus Epiſt. II. *al* v. *ad Florentium*, qui Hieroſolymam ſe contulerat, ut peregrinis operam navaret ſuam, *pag.4. tom.* iv. *opp. editionis Martianæi*, ubi „ Heliodori, *inquit*, „ fratris a te adjuta neceſſitas mutorum enim poteſt ora laxare, quibus gratiis, quo ille præco- „ nio peregrinationis incommoda a te fota ferebat? . . . Et quia frater Rufinus, qui cum Sancta „ Melania ab Ægypto Hieroſolymam veniſſe narratur, individua mihi germanitatis caritate con- „ nexus eſt, quæſo ut Epiſtolam meam huic Epiſtolæ tuæ copulatam reddere non graveris &c. „ Conſule, quæ collegerunt Baronius *ad an.* 372. xcvi. *& ſeqq.* & Tillemontius *vit. S. Melan. tom.* x. *Mon. Hiſt. E. art.* II. *& ſeq. pag. 596. & ſeqq. edit. Pariſ.*

10 Conſule Paulæ, & Euſtochii litteras ad Marcellam, quæ extant apud Hieron. Epiſt xliv. *al.*xvii. *tom.*iv. *opp. pag.545. ſeqq.* quibuſque eam hortantur, ut Palæſtinam petat Chriſti loca adoratura. Adeundi etiam Hieronymus *Epiſt.*xxvIII. *al.*xcix.*pag.66. & Epiſt.*lxxxvi. *al.*xxvIII. *pag. 673. ſeqq.* Baronius ad *an.* 385. *n.*xx. Tillemontius *tom. eod. in vita Epiphanii pag.5: 8. edit. Pariſ.* Gretſerus *lib.1. de ſacris Peregrin. cap.*III. *pag.2. ſeqq. tom.* iv. *opp.* & Bollandiani *tom.* II *Menſis Januarii ad diem* xxvi. *pag.714. ſeqq. edit. Antuerp.*

11 Hieron. *Epiſt.*lxxxiv. *ad Oceanum al.*xxx. *pag.661. tom. eod.*

12 Confer notationem 10, quæ ſpectat ad Peregrinationem Paulæ.

Digitized by Google

læſtinam proficiſcerentur. Qua in re haud minorem *Athanaſiæ* Andronici Argentarii uxoris virtutem fuiſſe, ſcriptum veteres (1) reliquerunt.

SECULO V.

Poſt viri graviſſimi *Synodius* (2) Euthymii magiſter, idemque *Euthymius* (3), *Stephanus* (4), *Armenii* plus quadringenti (5), *Petrus Anachoreta* (6), *Jacobus Diaconus* (7) Edeſſenæ Eccleſiæ, qui de vita, rebuſque a Pelagia geſtis libellum publicavit, illuſtreſque dignitate, atque virtute feminæ *Eudocia* (8) *Auguſta* Theodoſii II. Imperatoris uxor, *Melania Junior* (9) cum *Piniano* marito, *Albina* (10), *Paula* junior (11), *Marana*, *& Cyra* (12) idem iter ingredi non dubitarunt.

SECULO VI.

Sequuti deinde horum exemplum *Theodorus* Siccorum Archimandrita (13), ejuſque auditores *Evagrius*, *Andreas*, *Arſimus*, *Johannes Archidiaconus*, atque *Martinus* fuerunt. Eodemque ſeculo *Simeon*, cui *Sali* cognomen ob ſimulatam ſtultitiam tribui (14) ſolebat, ejuſque ſocius *Johannes*, & *Germanus* Pari-

1 *Menolog. Græci. ad d.* IX. *Octobr.* Surius *ad d.* XXV. *Februar.* & Gretſerus l. c. *cap.* VI. *pag.* 19.

2 Vide Euthymii vitam apud *Coteleriùm tom.* II. *Monum. Eccleſiæ Græcæ pag.* 244. *n.* LIV.

3 Conſule *eamdem vitam pag.* 208. *n.* X.

4 Ibid. *pag.* 245. *n.* LIV.

5 Ibid. *pag.* 234. *num.* XLIII. „ Accidit enim, multitudinem Armeniorum, ὐκ ἔλαττον ἢ τετρακοσίες τὸν ἀριθμὸν *non minus quam quadringentorum* numero ad Jordanem a Sancta Civitate deſcendere &c.

6 Adiſis Theodoritum *Religioſ. Hiſtor. cap.* IX. *pag.* 220. *tom.* III. *opp. edit. Sirmondi*. Sed hanc peregrinationem ad ſuperius ſeculum pertinere arbitror.

7 Vide vitas PP. apud Roſweidum *pag.* 380. *edit. Antuerp. an.* 1615.

8 Socrat. *lib.* VII. *c.* XLVII. *pag.* 395. *edit. Cantabrig.* & Gretſerus *l.* 1. *de ſacris Peregrin. pag.* 18. & Baronius *ad an.* 438. *n.* XV.

9 Hieronymus Epiſt. LXXXI. *al.* LXXIX. *pag.* 646. *tom.* IV. *opp. edit. Martianæi*, Baronius *ad an.* 419. *n.* CII. Ex ea Hieronymi Epiſtola plane colligitur, Innocentium Presbyterum, Euſebiumque Cremonenſem idem ſuſcepiſſe iter.

10 Confer quæ collegerunt Baronius *loco mox indic.* & Roſweidus *vit. PP. pag.* 794.

11 Hieronymus *ibid.*

12 Adeundi Theodoritus *Hiſtor. Relig. cap.* XXIX. *pag.* 894. *tom.* III. *opp. edit. Sirmondi*, & e novis Bollandiani *tom.* I. *menſis Auguſti pag.* 226. *edit. Antuerp.* Iidem Bollandiani referunt earum acta ab Theodorito literis commendata, aguntque de earum itineribus Hieroſolymam.

13 Vide acta a Metaphraſte ſcripta, quibus nihil eſt, cur, Eleuſio non repugnante, in hac re fidem eſſe denegandam putem, apud Surium *tom.* II. *ad d.* XXII. *Aprilis pag.* 636. *edit. an.* 1578. Bolland. *tom.* III. *Aprilis pag.* 36. *ſeqq.* Confer etiam, quæ ex Eleuſio producit Gretſerus *ibid. cap.* VI. *pag.* 21.

14 Conſule Acta ab Leontio ſcripta *apud Surium ad d.* 1. *menſis Julii tom.* IV. *pag.* 3. & Bollandianos *tom.* I. *Jul. pag.* 138. *edit. Antuerp.*

ſienſium (1), *Licinius* (2) Turonenſium, *Martinus* Galicienſium (3), & *Johannes Chuzibita* Cæſareenſium Palæſtinorum (4) Antiſtites, Sanctique viri *Cadorus* (5), *David* Menevenſis (6), *Petrocus* (7) Abbas, *Berthaldus*, & (8) *Amandus*, *ac Potentinus* (9) de profectione cogitarunt.

SECULO VII.

Atque eorumdem locorum adorandorum cauſſa *Anaſtaſius Perſa* Martyr, qui poſt rem ſtrenue, fortiterque pro religione geſtam in extremum (10) cruciatum venit, *Heraclius* (11) *Auguſtus*, & *Petrus Telonearius* Hieroſolymam contenderunt. Sophronius anno 633. Patriarcha (12) trium Palæſtinarum erat, Eccleſiamque Hieroſolymitanam Antiſtes moderabatur. Is quod Monothelitarum errorem manare in dies latius videret, metueretque, ne gravius inde Chriſtiana reſpublica detrimentum caperet, Stephanum, quem ad Sedem Apoſtolicam nuncium mittere conſtituerat, ad ſe evocavit, atque ad montem Calvariæ adductum; hic tuam, inquit, obſtringito Chriſto Servatori generis humani fidem. Cum ille, quod juſſus fuerat, feciſſet; tum Sophronius: nunc, inquit, tuæ, noſtrumque omnium ſaluti proſpicito. Quam magnis itineribus potes Romam contendito, ubi ſedes veritatis locata a Deo eſt, ac rerum omnium, quæ in oriente ab improbis gerantur, facito Pontificem certiorem. Quod ſi promiſſis non ſteteris, fidemque fefelleris, ſcito te impune minime laturum. Suas enim ipſe per ſe Chriſtus injurias ulciſcetur, cui tu judici reddes extremo mundi tempore rationem. Tantus ſcilicet honor *ſacris locis Chriſti* (ſic enim ea majores

1 Ita quidem in quibuſdam Aimoini codicibus legi animadvertunt Editores *Collectionis novæ edit an.* 1741. *ſcriptor. Hiſt. Gall. tom.* III. *pag.* 69. *not.* 2.

2 Gregor. *Turon. l.* v. *cap.* xxxviii. *tom. eod. pag.* 155.

3 Proditum id eſt memoriæ a S. Gregorio Turonenſi *l.* II. *Hiſt. Franc. c.* xxxix. *pag.* 183. *Inter ſcript. Hiſt. Gallor. tom.* II. *edit. nov. an.* 1739.

4 Vide Menææ *Græcor. ad d.* xxviii. *Octob. pag.* 148. *edit. Rom. an.* 1727. *tom.* I.

5 Confer Bollandianos *tom.* II. *Januar. pag.* 604. *edit. Antuerp.*

6 Audeundi iidem Bollandiani *tom.* I. *Martii pag.* 44.

7 Iidem *tom.* I. *Junii pag.* 401.

8 Iidem *ad d.* xvi. *Junii pap.* 99. *tom.* III.

9 Iidem *ad d.* xviii. *Jun. pag.* 576. *tom.* III.

10 Vide Acta Synodi Nicænæ ſecundæ *Actione* iv. *pag.* 175. *tom.* iv. *Conciliorum Editionis Harduini*. Adiſis Baronium ad *an.* 621. *n.* x. *ſeq.*

11 Conſer quæ collegit Baronius *ad an.* 628. *n.* I. *ſeqq.*

12 Vide *Act. ſeu ſegretal. concilii Lateran. ſub Martino Pont. Max. an.* 649. *habiti p.* 712. *ſeqq. tom.* III. *Concilior. Editionis Harduini*.

majores appellabant) adhibebatur. Interim ſegniores noſtri, ne ei ſe itineri committerent, fieri cœperunt, propterea quod barbaros Principes vererentur, qui Palæſtinam in poteſtatem redegerant Saracenorum (1). Etſi enim Saraceni eo Chriſtianis aditum patere facile permittebant, tamen quod noſtris cogniti eorum mores, perſpectique eſſent, committendum non putabant, ut iter aggrederentur plenum periculorum. Quamquam non deerant, qui magno animo, quidvis ferendum potius, quam deterrendos ſe ab inviſendis ſignis, locisque ſalutis noſtræ eſſe, arbitrarentur. In horum numero Arculphus (2) Epiſcopus Gallus fuit.

SECULO VIII. & IX.

Sed ubi enunciatum eſt, Saracenos æquiore, quam eſſet divulgatum, imperio uti, Chriſtianiſque ſine magno periculo in Palæſtinam iter facere licere, *Wilibaldus* Epiſcopus Aicſtadenſium (3), aliique permulti (4) retineri nequiverunt, quin eo alacres, plenique fiduciæ properarent. Initio noni ſeculi multo frequentiores noſtrum hominum in eam Provinciam commeatus erant, quo tempore Sanctus *Johannes* Epiſcopus Gothiæ Hieroſolymam animo adorandi venit (5). Ejus rei præter ceteras, quæ afferri poſſent, hæc etiam fuiſſe cauſſa videtur. Quum Carolus magnus Imperator, & regni amplitudine, & rerum præclare geſtarum gloria unus omnium maxime floreret, graviterque ſacrorum locorum omnium caſum pateretur; ſibi, ſuiſque perſuaſit, ſi ad Aaronem Calipham, qui principatum in Syria obtinebat, ſcripſiſſet, ſe facile, quæ vellet, impetraturum.

E 2 Igitur

1 De capta ab Saracenis Hieroſolyma *dicam* §. vi.

2 Vide *Joh. Mabillonii acta SS. Ord. S. Benedicti ſec.* III. *part.* II. *pag.* 499. *ſeq.* & Bedam *lib.* v. *Hiſt. Eccl. c.* xvi *tom.* iv. *opp. pag.* 231. *edit. an.* 1612.

3 *In vita* S. Wilibaldi apud *Bollandianos pag.* 405. *edit. Antuerp. tom.* II. *Julii* hæc habentur „ Tunc erant cum ſancto Wilibaldo ſeptem contribules illius, & ipſe fuit octavus. Confe-
„ ſtimque pagani Saraceni reperientes, quod advenæ, & ignoti homines illuc veniſſent, tule-
„ runt eos, & captivos habebant, quia neſciebant de quali fuerant regione, ſed ſpeculatores
„ illos eſſe exiſtimabant. Et captivos eos ducebant ad quemdam ſenem divitem, ut videret,
„ & agnoſceret unde eſſent. At ille ſenex interrogavit eos, unde eſſent, aut quali fungerentur le-
„ gatione. Tunc illi reſpondentes, ab exordio totam intimaverunt ei itineris ſui cauſſam. Et
„ ille ſenex reſpondens ait: *frequenter huc venientes vidi homines de illis terræ partibus iſtorum contribules: non quærunt mala, ſed legem deorum adimplere cupiunt.* Tum inde illi
„ pergentes venerunt ad Palatium, ut rogarent illos viam tranſire ad Hieroſolymam &c. Vide Mabillonium *Act. SS. O. S. Bened. tom.* iv. *pag.* 372. *ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1672.

4 *Vide notationem ſuperiorem.*

5 Adeundi Bollandiani *tom.* v. *Junii pag.* 199. *edit. Antuerp.*

Digitized by Google

Igitur ad eum legatos miſit poſtulatum, ut ſi fieri ejus voluntate poſſet, ſacrum Imperator ſepulcrum in poteſtate haberet, in eoque faceret, quæ ſibi ex uſu eſſe (1) viderentur. Re impetrata, Carolus introduci in locum eundem Latinos, ædes, quibus peregrini hoſpitio reciperentur, extrui, Bibliothecam (2) parari, & dona Chriſto ab ſe data Hieroſolymam deferri, atque in templum importari juſſit. Anno DCCCIX. Aarone, Carolo vero anno DCCCXIV. mortuis, magna eſt rerum in Palæſtina commutatio facta. Nam Saraceni ad ingenium reverſi, in Ædem ſepulcri impetum interdum facere, cuſtodes vexare, ac ſuperbe, crudeliterque in eos agere audebant, qui ex Europa, aliiſque orbis terrarum partibus Hieroſolymam adorandi voluntate veniſſent. Itaque quum Latini, qui in urbe manſerant, ceterique hoſpites Chriſtiani ſpe videndi deinceps cujuſquam ſuorum civium fere omni dejecti eſſent, communemque proinde calamitatem miſerarentur, lucis quoddam genus præter conſuetudinem magno ſabbato in lampadas templi deſcendere, eaſque accendere (3) animadverterunt. Id ut conſtanter experiundo quotannis contingere cognorunt, inductis in eam opinionem ſunt, ut ſi publicatum eſſet, ſuorum aliquos ſaltem novitate, ac rei magnitudine permotos eodem conceſſuros, ſibique ſolatio futuros confiderent. Quæ res ita omnino, ut illi proſpexerant, evenit. His enim nunciis intellectis egredi e ſuis civitatibus magno numero Chriſtiani, Hieroſolymamque oratum ſecedere ſtatuerunt. Eorum, qui ſequuti hujuſmodi conſilium ſunt, Theophanes, & Theodorus fortiſſimi viri fuerunt, qui Theophilo Imperatore pro Sanctis Imaginibus pugnarunt (4), duoque illi Monachi, quorum alter (5) Nicolao I. Pon-

1 Ita quidem Egiohardus *in vita Caroli Magni cap.* XVI. *pag.* 95. *tom.* V. *ſcript. Rer. Gallicar. edit. an.* 1744. Jacobus Baſnagius, qui ſuo more omoia rapit in pejorem partem, contra atque proditum ab Eginhardo memoriæ ſit, alio conſilio Aaroois amicitiam a Carolo exoptatam ſcribit. *tom.* 12. *Hiſt. par.* 1. *Des Juifs. pag.* 40. *edit. an.* 1716. Confer, ſi licet, quæ habet Johannes Laurentius Moshemius *Diſs. de Lumine Sancti Sepulcri pag.* 18. *edit. an.* 1736. Vide præterea Barooium, & Pagium ad *an.* 800. & Cointium *Annal. Eccl. Francor. ad an.* 800. 801.

2 Monachus Bened. Aoonymus, cui Mabillonius ſuo arbitratu indidit Bernardi nomen: *Comment. de locis ſanctis n.* 10. *pag.* 524. *tom.* IV. *Act. SS. O. S. Benedicti edit. Pariſ.*

3 De hac re agam §. hujuſce capitis extremo.

4 Conſule Jambos Theophili, quos refert Cedrenus *pag.* 521. *par.* II. *inter ſcript. Hiſt. Byzant. edit. Pariſ. an.* 1647.

5 Is eſt Monachus ille, cujus *de locis ſanctis* commentarium refert *loco mox indicato* Mabillonius

Digitized by Google

Pontifice, alter aliquamdiu poſt Hieroſolymam pervenit, uterque vero de rebus, quas in itinere vidiſſet, commentarios ſcripſit. Bernardus (nam ſecundo id nomen erat) lumen, de quo ſupra demonſtratum eſt, viſum ab ſe fuiſſe (1) affirmavit. BB. *Salome*, *&* *Juditha* (2), ſociæque hoc ipſo ſeculo Bethleemum, Hieroſolymam, aliaſque Palæſtinæ Provinciæ urbes peragrarunt, in quibus aliquem eſſe locum Chriſti præſenſentia conſecratum acceperant.

SECULO X. & XI.

Deinde *Conradus* Conſtantienſis Epiſcopus, *Johannes* Abbas (3) Parmenſis, S. *Lietbertus* Epiſcopus Cameracenſis (4), ſec. XI. ejuſque ſocii, & S. *Udalricus* (5), nam ceteros, ne ſim longus prætereo, rati excitari ſe magis magiſque ad pietatem, virtutemque colendam poſſe, ſi quod actum ante ab aliis magna eorum utilitate fuerat, feciſſent, in Syriam navigarunt, Hieroſolymæque locis ſacris omnibus viſis, Bethleemum petierunt, atque ad ſpeluncam adducti divinum numen adorarunt. Idem eſt a *Poppone* (6) Abbate, ſociiſque itineris *Roberto*, & *Lauro*, a SS. *Gerardo* (7), *Gualtero* (8), *Poppone* Trevirenſi (9), *Simeone* Recluſo (10), *Davino* (11), *Helmerado* (12) Presbytero, & a *Guil-*

lonius. Nicolao autem I. Summo Pontifice profectus Hieroſolymam eſt, ut conſtat *pag.* 523. Hunc Monachum eumdem atque Bernardum eſſe, quem Willelmus Malmesburienſis *de Geſtis regum Angliæ l.* IV. *cap.* II. *pag.* 209. & Albericus in Chronico *ad an.* 570. *edit. Leibnit. tom.* II. *Acceſſion. Hiſtoriæ. pag.* 18. memorant, Mabillonius putat, *tomo eodem* IV. *SS. O. S. Bened. pag.* 502. Sed vereor, ne lapſus ſit, inque eumdem errorem illexerit Papebrochium *Hiſt. Chronol. Patriarch. Hieroſol. quam tom.* III. *Act. SS. menſis Maji præfixit pag.* XXI. Nam Bernardus, ut eſt a Malmesburienſi animadverſum, iter Hieroſolymitanum fecit an. 870. Monachus contra Mabillonianus nonniſi poſt an. 867. cum vivo Nicolao profectus ſit, quem anno modo indicato obiiſſe, certum, exploratumque eſt. Rurſum Bernardus affirmat ſuis ſe oculis ignem Sancti Sepulcri vidiſſe, quod Monachus Mabillonianus de ſe ipſo uſpiam tradidit; ut ne illud quidem, quod Bernardus teſtatus eſt, in Xenodochio ſe conſtitiſſe, quod a Carolo magno extructum fuerat. Conſulendus, modo Lectori liceat, Moshemius *de Lum. S. Sepulcri pag.* 16.

1 Vide Malmesburienſem, & Monachum Mabillonianum *locis modo indicatis*.

2 Confer Acta SS. *menſis Jun. tom.* V. *ad d.* XXIX. *pag.* 496. *ſeqq.*

3 Bollandiani *tom.* V. *Act. SS. Menſis Maji* . *pag.* 180.

4 Iidem *tom.* IV. *Junii pag.* 596. *ſeqq.* Sed is videre ſacra loca non potuit.

5 Acta S. Udalrici refert Mabillonius *ſec.* VI. *Act. SS. O. S. Benedicti par.* II. *pag.* 781. *ſeqq.* Conſule Bollandianos *tom.* III. *Jul. ad d.* X. *ejuſdem menſis pag.* 156. *ſeq.*

6 Bolland. *tom.* II. *M. Januar. pag.* 639.

7 Iidem *tom.* I. *April. pag.* 418.

8 Iidem *tom.* II. *Maji pag.* 703.

9 Iidem *tom.* I. *Junii pag.* 92.

10 Ibid. *& pag.* 87.

11 Ibid. *pag.* 327.

12 Iidem *tom.* V. *Jun. pag.* 388.

Guillelmo Eremita, *Odelrico* Aurelianenſium Præſule, *Sigefrido* (1) Moguntino Archiepiſcopo, *Gunthero* Antiſtite Bambergenſi, *Othone* Ratisbonenſi, *Willelmo* Trajectenſi, ſeptemque circiter millibus Germanorum factum. His præiverant Dietericus comes (2), alterque Dietericus Dux Hollandiæ (3), qui an. MXXXIX. extremum obiit diem. Itaque paucis poſt annis iter illud ingreſſus eſt, quam Sancti Sepulcri ædes juſſu Akemi Caliphæ, quem Judæi in noſtros homines concitaverant, everſa eſt (4). At ſive ejus principis, ſive Mariæ matris, quæ Chriſtianis Sacris addicta erat, ſive filii Dæri (nam variæ de hac re fuerunt, interque ſe diſcrepantes Scriptorum opiniones) decreto abrogata lex de pellendis ſepulcro noſtris fuit; hoc certum eſt, fuiſſe paullo poſt ædem reſtitutam, datamque Chriſtianis ad locum Sanctum adeundi, adorandique perpetuam poteſtatem.

§. V.

Refellitur eorum ſententia, qui peregrinationes in Palæſtinam reprobandas putant.

HAnc tam veterem conſuetudinem, etſi orthodoxi omnes ſemper probaverant, fuerunt tamen XVI. ſeculo, qui novis partibus ſtuderent, inque inanibus rebus numerandam arbitrarentur. Johannes Calvinus, & Centuriatores (5) Magdeburgenſes,

1 Una enim hi omnes, quos poſt Sigefridum nomino, Hieroſolymitanum iter aggreſſi ſunt. Confer, quæ collegit Baronius ad eam rem confirmandam *ad an.* 1064. *n.* XLIII.

2 Baron. *ad an.* 1066. *n.* XI.

3 Vide Gretſerum *l.* 1. *de ſacris Peregr. cap.* VI. *pag.* 23. *tom.* IV. *opp. edit. nova*.

4 Adeundi Herbelotus *Bibliotheque Oriental. ad vocem* Hakem. *pag.* 411. *& ad v. Mogireddin. pag.* 597. Joſephus Simonius Aſſemanus vir doctiſſimus *Biblioth. Orient. tom.* I. *pag* 628. *& tom.* III. *par.* 3. *c.* VII. §. XX. *pag.* 368. quo loco ſic habet *Olaimus Muhamedanus* „ Nunc aliquid commemoremus ex iis, quæ Hieroſolymæ per eam tempeſtatem contigerunt. Anno 397. „ (*hoc eſt Chriſti* 1007.) Hodemus Bamrillah Al-Manſores pater Ali, filius autem Azizi Phatemitæ Calipha Ægypti, præcepit, ut templum Kamamæ (*hoc eſt S. Sepulcri*) everteretur. Eadem fere, ſed corruptis nominibus refert Stephanus Moynius *tom.* II. *not. & obſerv. ad var. ſacr. pag.* 436. Innumeri pene ſunt, qui religionis ergo peregrinatum in Palæſtinam contenderunt. Quorum ſi catalogum accuratiorem texere vellem, opus eſſet moleſtiæ, & laboris plenum. Itaque his paucis exemplis contineri volui. Qui plura deſiderat, is conſulat Gretſerum *lib.* 1. *de Peregr. c.* IV. V. *&* VI. & Johannem Staleoum *l. Inſcript. Peregrinus ad loca ſancta &c. tract.* VI. *c.* V. *pag.* 307. *edit. an.* 1649.

5 Eraſmus Roterodamus, etſi de *Peregrinationibus* in Palæſtinam in eo colloquio, quod inſcripſit; *Peregrinatio religionis ergo*, nihil explicate ſcripſit, ea tamen jecit fundamenta, quibus

Pro-

genſes, cum ſeceſſione a noſtris facta, quæ in uſu apud nos eſſent, aut nihil afferre utilitatis poſſe defenderent, aut ſuperſtitionis condemnarent, iis omnibus, quos ab ſe ſtare perſpiciebant, auctores fuerunt, ut ne genus quidem illud peregrinationum Chriſtianis dicerent licere, quod eſſe tam conſtans, tamque vetus cognoſcerent. Itaque Hoſpinianus, Molinæus, Stephanus (1), & noſtra memoria (namque ceteros, qui multi profecto ſunt, nominare non eſt neceſſe) Weſſelingius, (2) atque Moshemius (3) ad eam opinionem tuendam nihil ſibi reliqui fecerunt. Qui ſane poſtremi cum iiſdem argumentis permoti ſint, quibus abutebantur ſuperiores, & quæ a Baronio, Gretſero, aliiſque illuſtribus, maximiſque viris non refutata ſolum, ſed obtrita etiam, funditusſque ſublata viderentur, nihil noſtris hominibus negotii exhibere poterant. Atque hi ſane in hunc fere modum loquuti ſunt. Principio mirari, ſcripſerunt, ſe quid eſſet, quod cum neque auctoritate ſacrorum Bibliorum, neque noſtris inſtitutis, quibus informati a Chriſto ſumus, is uſus confirmaretur, tum probatus majoribus noſtris eſſet, quorum permulti ſingulari doctrinæ, virtutiſque exiſtimatione (4) floruiſſent. Apoſtolum Paulum, qui Doctor eſſet dictus a Chriſto

Proteſtantes abuti, ut eas oppugnent, conſueverunt *pag.* 430. *colloquior. ſeqq. edit. Genevenſis an.* 1681. Deteriores aliquanto fuerunt Centuriatores, *centuria* IV. *cap.* VI. *pag.* 457. *ſeqq. edit. an* 1560. & Johannes Calvinus *Inſtitut. cap.* IV. §. 7. *pag.* 43. *edit. an.* 1553. qui ea ratione ſacras peregrinationes refellit, quod ſibi minime placeant. Sequuti ſunt Danæus *reſp. ad* VII. *controv. Bellarm. ad c.* VII. *pag.* 1487. *ſeqq. edit. an.* 1596. *tom.* II. ubi ſectatorem ſe in hac re Vigilantii, Waldenſium, Wicleffianorum, quos pios appellat, confitetur. Hoſpinianus *in Opere de orig. progreſs. uſu & abuſu Templor., atque omn. rer. ad templa pertinentium lib.* I. *c.* XXIX. *pag.* 364. *ſeqq. edit.* 1603. Petrus Molinæus *in not. & lib. de Peregr. Epiſtolæ Gregorii Niſſeni ab ſe in latinum Sermonem converſæ adjunctis, editiſque Hanoviæ an.* 1607. Iſaacus *Caſaubonus in not. ad Epiſt. Greg. Niſſ. ad Euſtathiam edit. Hanov. an.* 1607. Binghamus *Orig. & Antiq. Eccleſ. l.* XX. *c.* VII. §. X. Henricus Heideggerus in ſua *de Peregrinat. religioſis Diatribe edit. Tiguri an.* 1670. & Michael Bartſchius *de Peregrinationibus Iudaico Ethnico Pontificiis edit. Ienæ an.* 1705.

1 Robertus Stephanus junior qui XVII. ſeculi initio vixit, addictuſque Calvinianis partibus fuit, & Epiſtolam Niſſeni, quam a Molinæo diximus latinam factam, in gallicum ſermonem vertit, edíditque. Confer quæ de ipſo ſcribit Gretſerus *in Præf. ad notationes ſuas ſuper notas Molinæi pag.* 305. *edit. an.* 1608.

2 *Diſſert. de ſacris Peregr. Præfixa Itinerar. Hieroſolymit. pag.* 537. *ſeqq. edit. Amſtelod.* 1735.

3 *Diſſert. de lumine S. Sepulcri pag.* 12. *edit. Helmſtad. an.* 1736.

4 Weſſelingius *ibid. pag.* 539. „ Atque hic ſæpe mihi, *inquit*, quid potiſſimum Chriſtianos „ in illud iter conjecerit, quod nuſquam ſacræ litteræ, aut congenita nobis ratio præcipiunt, „ mirari ſubiit. Hæc utique Deum ubique ſe benevolum cultus adoratoribus præbere, nec loci „ mu-

Chriſto Gentium univerſarum, ſic exiſtimare, plus ſanctitatis nemini mutato loco, accedere. Deinde periculum fuiſſe, ne qui Hieroſolymam contenderent, hi jacturam facerent animi bonorum, quæ eſſent in patria diuturna exercitatione, cultuque virtutis adepti. Quid enim conſequi commodi in ea regione potuiſſent, in qua homines agerent improbi, ſceleſti, inquinatique omni genere flagitiorum? Neque hæc ab ſe temere jactari. Gregorium Niſſenum (1), atque (2) Hieronymum viros ſanctiſſimos, atque doctiſſimos, qui coram omnia vidiſſent, locupletiſſimos rerum ejuſmodi teſtes eſſe. Quod ſi eſt, qui neget, hunc eorum epiſtolas conſulere debere; tumque jam, ut errorem agnoſcat, ac deteſtetur, perfacile futurum. Poſtremo hæc ſe, cum de origine illius conſuetudinis quærerent, didiciſſe: Helenam (3) Conſtantini matrem, quæ ſepulcrum, quæ Calvariæ montem, quæ ſpeluncam Bethleemiticam inviſiſſet, in cauſſa fuiſſe, cur deinceps tanta vis, tantaque noſtrum hominum multitudo in Palæſtinam proficiſceretur. Acceſſiſſe ad hæc plurimorum perſuaſionem, qui ſi loca, in quibus Chriſtus natus, altus, mortuuſve fuerat luſtraſſent, incendi magis ad eum

„ mutatione ad eum propius accedi poſſe, ſingulos admonent illa προσεύχεσθαι ἐν παντὶ τόπῳ „ *orate in omni loco* I. *Timoth. cap.* II. *v.* 8. nulla uſquam Hieroſolymorum, aut Syriæ Palæſti„ næ præter ceteras habita ratione „. Hæc ille, quæ a Danæo, Hoſpiniano, Caſaubono, Mollnæo, aliiſque ſui ſimilibus mutuatus eſt. Permultos autem eorum, qui ingreſſi iter Hieroſolymitanum fuerunt, ſingulari doctrina floruiſſe, facile ex iis cognoſcitur, quæ §. Superiore diſputata ſunt.

1 Weſſelingius ibid. „ Niſſenus Gregorius, *inquit*, cui propius hæc explorare licuit, in Epi„ ſtola, qua ituris Hieroſolymam profectionem diſſuadet, pericula egregie exponit. *Quum per* „ *orientis regiones ſtabula, & diverſoria, & urbes omnem licentiam, & promiſcuam mali* „ *libertatem habeant, qua fieri ratione poteſt, ut tranſeunti per fumum, oculi ejus acrimonia* „ *non mordeantur? Ubi polluitur auditus, polluitur oculus, polluitur animus per oculos, at*„ *que aures fœda admittens. Fieri ne poteſt, ut loca inſ.. la tranſeas, nec aſſectare tamen?* „ Ad hoc, Hieroſolyma ipſa nihil ſanctum habebant, latronum, adulterorum, homicidarum „ ſentina, rari ibi boni; mali, & homines circumvenientes quamplurimi. Quid ſancti ergo ibidem reportarent, quorumve exemplo ad pietatem accenderentur... Iterum Gregorius loqua„ tur. „ *Nunc vero nullum non impuritatis genus apud eos perpetratur, nequitiæ, adulteria,* „ *furta, idololatria, veneficia, cædes, & maxime quidem hoc malum ibi uſque adeo familiare* „ *eſt, ut nuſquam tanta ſit ad homicidia facilitas, quanta illis in locis...* Quæ profecto fla„ gitiorum illic non pietatis domicilium patefaciunt.

2 Hieronymum ſibi præſidio eſſe Caſaubonus in *not. ad Epiſt.* Gregorii Niſſeni putat, quem merito refellit Gretſerus *not. in notas Molinæi pag.* 366.

3 Willelmus *ibi l. pag.* 540. „ Mihi rem ſedulo examinanti, *inquit*, haud pauca ſe obtule„ runt, quæ quam breviſſime potero, exponam. Et primo quidem Auguſtæ Helenæ, Conſtantinique exempla, quorum illa ad urbem inviſerat, hic illam, & vicinam Bethleemum variis or„ naverat operibus, multorum ſtudia ad iter ingrediendum excitaſſe videntur.

Digitized by Google

eum colendum ſe, majoreque ſtudio ſequendum (1) putarent. Quorum ſe numquam fuiſſe rationem reprehenſuros, modo his illi rebus, veluti limitibus quibuſdam contineri curaſſent, operamque, ne in ſuperſtitionem (2) inciderent, dediſſent. At fuiſſe aliquos ita affectos, atque comparatos, ut ſe ſanctiores futuros confiderent, ſi baptizati in Jordano flumine fuiſſent (3). Non minus ineptam fuiſſe aliorum ſententiam, qui verſum pſalmi *de adoratione in loco ubi ſtetiſſent pedes Dei* contorquere, eumque ſacris locis Palæſtinæ Provinciæ accommodare, ac preces in iis fuſas plus habere ad placandum Divinum Numen virtutis (4) judicaret. Atque hos, in quibus Euſebius, & Hieronymus numerantur, nihil fuiſſe ſimile dicturos, ſi ad ſermonis hebræi rationem, cujus non eſſent ignari, animum advertiſſent. Præterea fuiſſe nonnullos noſtrorum Theologorum, qui Judæorum inſtitutis, quibus Hieroſolymam dierum quorumdam feſtorum celebrandorum cauſſa contendere præceptum eſſet, Chriſtianos metiri auderent, eamque urbem reliquis ſanctitate cultus præſtare arbitrarentur, contemnerentque hoc modo, quæ a Chriſto de ſacrorum Judaicorum, & Chriſtianorum diverſitate conſtituta erant. Auctam ſuperſtitionem fuiſſe, ubi divulgatum eſt: Crucis virtute Hieroſolymis fuiſſe admiranda prodigia patrata. Epiſcopos autem, qui deterrere ſuos a prava opinione debuiſſent, nihil prætermiſiſſe eorum, quæ ſpectare ad eamdem rem confirmandam viderentur. Collaudari ab his viros, feminaſque, quæ in Palæſtinam concurrerent, perverti ſacrarum Scripturarum loca, turpique aſſentatione peregrinis aptari, cogi denique miſeros conſueviſſe, qui lapſi in aliquod ſcelus erant, iter ingredi plenum incommodorum, ac ſi aliter veniam conſequi non poſſent (5).

Ad hæc noſtri, ut ſupra indicatum eſt, jamdiu reſponderant: Non eſſe neceſſe, ut quæ recte, pieque gerantur, omnia

1 Weſſeling. *ibid.*

2 Weſſeling. *ibid.* Quæ ſane omnia pugnant cum iis, quæ paullo ante ſtatuerat. Nam ſi incendi nos aſpectu ſacrorum locorum ad pietatem, virtutemque colendam putat, cur aliquanto inferius dixit, haud majorem Palæſtinæ potius, quam aliorum locorum habendam eſſe rationem?

3 Weſſeling. *ibid.*

4 Weſſeling. *ibid.*

5 Sunt hæc item a Weſſelingio diſputata.

ſacrorum Bibliorum auctoritate conſtent. Eſſe permulta, quorum fiat in Evangeliis,ceteriſque novi Teſtamenti libris commemoratio, quæ tamen rejicere ne illi quidem novi, contra quos ſcribimus, auderent. Fas namque eſſe baptizare infantes, qui uſu rationis vacent, quibuſnam tandem perſpicuis ſcripturarum locis efficerent? Hæc, aliaque plura, etſi non ſcripta, voce tamen ab Apoſtolis in poſteros manaſſe (1). In iiſdem rebus *peregrinationes* Hieroſolymitanas eſſe ponendas. Aliter qui inſtituti a diſcipulis Chriſti fuerant, atque ad Imperatoris Hadriani tempora vitam produxerant, numquam commiſiſſent, ut ob magnos ſuos in eadem loca concurſus, ſepulcrum occludi, ſtatuæque Deorum ab Ethnicis in ſepulcro ipſo, in monte Calvariæ, atque in aliis monumentis Chriſti collocari Ethnici curarent (2). Eſſe illud etiam incredibile, ut quod traditum numquam ab Apoſtolis fuiſſet, in ſequentes ætates traduceretur, eſſetque omnium gentium ſumma in eo probando, maximiſque laboribus, incommodis, ærumnis ſtabiliendo conſenſio.

Quod Proteſtantes dicerent, uſum ejuſmodi cum Apoſtoli ſententia pugnare, falſum eſſe. Nam etſi mutatio loci ipſa per ſe immutare animum non poſſit, nobis tamen eſſe exploratum, pleroſque homines & exemplis eorum, qui in locum aliquem ſacris uſibus deſtinatum concurrant, & memoria rerum ibidem geſtarum, prodigiorumque, quæ Deus fecerit, commoveri, incitarique, ut ſe Chriſto arctius obſtringant, (3) ſolere. Alioqui

1 Confer Gretſerum *not. in not. Molinæi pag.* 314. *ſeqq.* Quamquam eſſe aliquid in ſacris litteris, quod eamdem conſuetudinem confirmet, ne ii quidem tum negaverint Proteſtantes, cum nulla lis eſſet cum aliquo Catholicorum contentio. Rauvvulfius medicus in ſuo *Itinerario Hieroſolymitano*, cujus locum longiuſculum affert Gretſerus *de ſacr. Peregrin. cap* XII. *pag.* 54. *tav. opp.* ſic habet „ Cum animadverterem me in iis locis verſari, ubi D. N. Jeſus Chriſtus verſatus „ eſt, docuit, nobiſque ſalutem per acerbam ſuam paſſionem, & mortem, per lætam reſurrectio- „ nem, & aſcenſionem ſuam apud Patrem Cæleſtem iterum reparavit, & obtinuit ea ineffabilia „ beneficia, impetratumque gratiarum theſaurum in memoriam revocavi, & lætatus ſui, quem- „ admodum aliter fieri non poteſt, quin in quovis vero Chriſtiano, qui in Calvariæ monte Chri- „ ſti crucis, & mortis, in ſepulturæ loco victricis reſurrectionis &c. recordatur, variæ oboriantur „ affectiones: ſicut etiam apparet *Matthæi ultimo*, id eveniſſe mulieribus, ubi ita ſcriptum eſt, „ *quod tres Mariæ ad ſepulcrum foras cum timore, & gaudio iverint &c.* Confer, quæ a nobis paullo inferius ex Gregorii Niſſeni Epiſtolis producuntur.

2 Vide, quæ infra adnotamus, ubi Weſſelingium refellimus ajentem, Helenæ, Conſtantinique exemplo adductos noſtros fuiſſe, ut ſacra loca ſibi eſſe frequentanda arbitrarentur.

3 Multa in hanc rem contra Hoſpinianum diſputat Gretſerus *de ſacris Peregrin.* c. XII. *&* IV. Apoſtolus I. *Timoth. c.* II. *v.* 8. docet, nos in omni loco orare. Multo igitur magis iis in locis, quæ

Digitized by Google

qui paſſurum Paulum numquam fuiſſe, ut ſuo tempore certas, ac deſtinatas ædes Chriſtiani haberent, in quas oraturi, remque divinam facturi convenirent, mutuoque ad colendam pietatem excitarentur (1).

Nam quod adderent, a moribus, inſtitutiſque Apoſtolicis concurſum in Palæſtinam abhorrere, cujuſmodi tandem eſſet, cognoſcerent. Quid enim? An quia Jeſus futurum aliquando tempus dixit, quo *veri adoratores in ſpiritu, & veritate adorarent Patrem*, cautum legibus novi Teſtamenti concludent fuiſſe, ne quis in certum aliquem locum oratum (2) proficiſceretur? Hoc ſi affirmarent, tollendas ædes ſacras, tollendum baptiſmum, tollenda demum eſſe omnia ſacra, quæ ſenſu percipiantur. Etenim ſi uno ſpiritu ducantur Chriſtiani neceſſe ſit, nullas ab iis ceremonias eſſe obſervandas, quæ ſub ſenſus cadant,

 ſint-

quæ recordatione rerum ibidem geſtarum, nos magis excitent ad pietatem. Sanctis autem Hieroſolymæ urbis locis viſis, excitari nos, ut quæ geſta in iis fuerint, in memoriam revocemus, & moveamur ad colendum, diligendumque Divinum Numen, & dictum paullo ante eſt, & oſtenſum non Rauvvolfii modo, ſed etiam Weſſelingii teſtimoniis, quocum præcipue mihi controverſia eſt. At Chriſtus, *inquiunt*, monuit *Matth.* xxiv. *ne eos audiamus, qui ipſum in terris hicce vel hic, vel iſtic monſtrare audeant*. Quam hoc ſit ad rem, viderint Proteſtantes. Non enim in terris verſari Chriſtum, quiſquam noſtrum cenſet, ut eum, ubi agat, oſtendat. Loca indicamus, in quibus paſſus, ſepultuſque eſt, piumque eſſe dicimus, ſi quis ad ea ſe conferat, propterea quod memoria tot rerum permoveatur ad virtutem obſervandam. Sed ſumunt, *non eſſe virtutem Chriſti ullo loco alligatam*. Quis negat? Concludunt: *fruſtra igitur ſuſcipi Hieroſolymitanum iter*. Ridiculum! Quaſi vero ſequatur, neminem in Eccleſiam Euchariſtiam celebratum concurrere oportere, quod Chriſtus nulli loco ſuam alligarit virtutem. Jam hoc ſæpe dixi, non eo concurri ad ſacra loca, quod eis alligata ſit virtus Chriſti, ſed quod monere videantur, quid in ipſis peractum ſit, inducantque recordatione paſſionis, mortiſque Chriſti ad eum imitandum. Mitto cetera argumenta, quæ Hoſpinianus, aliique congerunt, quod iiſdem reſponſis refutari omnia recte poſſint. Ac Hieronymus ea Epiſtola, quam nomine Paulæ, & Euſtochii ad Marcellam ſcripſit, „ Nec hoc dicimus, *inquit*, quod renuamus regnum Dei intra nos eſſe, & ſanctos viros in ceteris „ etiam eſſe regionibus; ſed quod hoc aſſeramus, vel maxime eos, qui in toto orbe ſunt primi, „ huc pariter congregari. *Epiſt.* xliv. *al.* xvii. *pag.* 550. *ſeqq. edit. Martianæi tom.* iv. *opp.* Et Theodoritus *Hiſt. relig. cap.* ix. *pag.* 820. *tom.* iii. *opp. edit. Sirmondi*, ubi de Petro Anachoreta agit „ Abiit, *inquit*, in Palæſtinam, ut conſpectis locis, in quibus ſalutaris paſſio ſuſcepta „ eſt, ſervatorem Deum in illis adoraret, non quaſi loco circumſcriptum ... Sed ut oculos etiam „ ipſos rei quadam contemplatione paſceret, nec ſola mentis acies ſine viſu ſpiritalibus per fidem „ deliciis frueretur. Solent namque qui aliquem amant, non ex illius tantum aſpectu affici læti- „ tia, ſed & domum, & veſtes, & calceamenta ſumma cum voluptate contemplari ... Nihil ergo „ abſurde egit vir hic divinus .... loca inquirebat, ex quibus ſalutares omnibus hominibus fontes „ profluxerant.

1 Ædes, in quas ſtatis diebus Chriſtiani convenirent, Apoſtolorum ætate in Eccleſia fuiſſe oſtendam, ubi de *Ædibus* ſacris diſſeram. An id Paulus, ceterique Apoſtoli æquo animo tuliſſent, ſi ita eſſe in omni loco orandum cenſuiſſent, ut nullus ei uſui peculiari ratione deſtinari debeat?

2 Hoc teſtimonio abuſus eſt Rauvvolfius homo de Proteſtantium quidem numero, ut ex ejus *Itinerario* conſtat. Sed multis eſt a Gretſero refutatus *l.* 1. *de ſacris Peregrin. cap.* ix. *pag.* 38, *& ſeqq.*

ſintque illius indicia, quæ ineſt in animo, religionis. Quare hoc eſſe ex Proteſtantium dictis conſequens, ut Chriſtianos, cum de cultu Divini numinis agitur, ſenſu vacare oporteat, hominesque deſinere vocari. Quod autem Chriſtus de *ſpiritu, & veritate* ſtatuit, ſic eſſe omnino explicandum, ut non ſint ritus, qui ſenſu noſcantur, Eccleſiæ finibus exterminandi, ſed adhibendi veluti nuncii quidam *Spiritus*, quo animi Chriſtianorum reguntur, ſintque etiam externa quædam ad virtutem, & ſanctitatem vel comparandam, vel augendam incitamenta. Noſtra enim natura, quum animo, & corpore contineatur, cumque ſint hæc duo inter ſe copulata, ut quamvis animus imperium teneat, tamen ſenſu plurimum, & ad agendum, & ad cognoſcendum utatur; fieri quidem ita, ut ſi ceremoniæ, quæ ſub aſpectu n cadunt, tollantur, quemadmodum hominum, ſic Chriſtianorum ne cogitari quidem poſſit conſociatio. Itaque ab Jeſu Servatore, qui *adorandum in ſpiritu, & veritate Patrem* affirmavit, eſſe Baptiſmum, & Euchariſtiam conſtitutam, quorum Sacramentorum (nam mittenda nunc eſſe arbitror reliqua) tametſi intima, quæ ſunt, ac virtus, quæ creditur, ſenſum fugiant, tamen aquam in altero, in altero vero ſpecies panis, atque vini aſpectum fugere nequire. Ac ſi ritus, ſi Sacramenta, quæ ſenſu percipiuntur, nihil impediunt, quo minus verum ſit, quod eſt præſcriptum de cultu Dei *in ſpiritu*, labi Proteſtantes, qui hoc uno Evangelii loco conentur efficere, neſas eſſe Chriſtianis ad ſepulcrum Chriſti, ad Calvariæ montem, ad ſpeluncam Bethleemiticam oratum accedere.

Noſtrum eſſe neminem, qui Palæſtinorum ejus temporis, quo Gregorius, Baſiliuſque ſcriberent, defenſionem eſſe ſuſcipiendam (1) putet. Fuerint illi quidem improbis moribus. Quid?

1 Quamvis ſi vellem, oſtendere perfacile ſane poſſem, plurimos ea ætate in Palæſtina, imprimiſque Hieroſolymis floruiſſe ſingulari virtute Chriſtianos. Atque ſunt quidem hujuſce rei teſtes Paula, & Euſtochium in ea, quam Hieronymus ipſarum nomine ſcripſit Epiſtola, ex qua nonnihil ſupra produximus. Sic enim ſcribunt „ Quicumque in Gallia fuerit primus, huc properat. Divi-
„ ſus ab urbe noſtro Britannus, ſi in religione proceſſerit, occiduo ſole dimiſſo, quærit locum fa-
„ ma ſibi tantum, & ſcripturarum relatione cognitum. Quid referamus Armenios, quid Perſas
„ quid Indiæ? Quid Æthiopum populos, ipſamque juxta Ægyptum fertilem Monachorum, Pon-
„ tum, & Cappadociam, Syriam Cœlen, & Meſopotamiam, cunctaque orientis examina? Quæ
„ juxta Salvatoris eloquium dicentis: *ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ*,
„ concurrunt ad hæc loca, & *diverſarum nobis virtutum ſpecimen oſtendunt*. Vox quidem diſ-
„ ſona, ſed una religio. *Tot pene pſallentium chori, quot gentium diverſitates*. Et inter hæc,

quæ

Quid? Eſſe ne proinde condemnandos ſuperſtitionis, ac ſceleris bonos, qui iter in Palæſtinam cauſſa religionis inſtituiſſent? Hoc ſi ita eſt, diſcedendum cuique noſtrum ex omni civitate eſſe, propterea quod nulla ſit, in qua impudici, perjuri, improbi multitudine bene moratos non ſuperent. Quapropter in hiſce rebus non quales quiſque homines reperturus ſit, ſed qua voluntate aliquo proficiſcatur, qua continentia, qua virtute moderetur animum, diſquirendum eſſe. Multos noſtra, multos Patrum memoria Hieroſolymam abiiſſe peregrinatum, qui deinde aut ibi conſtiterint, aut reverſi in patriam fuerint meliores (1).

At Gregorius Niſſenus, & Hieronymus vehementer eorum deſiderium improbant, qui illi ſe itineri committere optarent. Quorum nam deſiderium? An quo ipſi aliquando (2) flagraſſent?

„ quæ vel prima inter Chriſtianos virtus eſt, *nihil arrogant ſibi de continentia ſupercilii. Humilitatis inter omnes contentio eſt. Quicumque noviſſimus fuerit, hic primus putatur. In veſte nulla diſcretio, nulla admiratio. Utcumque placuerit incedere, nec detractionis eſt, nec laudis.* Jejunia quoque neminem ſublevant; nec defertur inediæ, nec moderata ſaturitas condemnatur. Suo Domino unuſquiſque ſtat, aut cadit. Et quod in pleriſque *provinciis eſt familiare, ut ſe gemino dente lacerent, hic penitus non habetur. Procul luxuria, procul voluptas. Tanta in ipſa urbe orationum loca, ut ad ea peragranda dies ſufficere non poſſit.* Hæc illæ quidem perpaucis annis poſt, quam vita functus Gregorius Niſſenus fuit. Neque vero de exteris, peregriniſque tantum, ſed de iis etiam, qui Palæſtinam incolerent, loquuntur, ut quivis facile intelliget, qui legerit conſiderate. Sed quid multis eſt opus? Si Gregorius ipſe *Epiſt. ad Euſtathiam, & Ambroſiam congreſſu bonorum* συντυχίᾳ τῶν ἀγαθῶν delectatum ſe maxime fuiſſe ſcribat, cum Hieroſolymis ageret? *pag. 1088. tom. II. opp. edit. an. 1615.*

1 Confer exempla allata §. ſuperiore.

2 Nam flagraſſe quidem ea cupiditate Gregorium, Hieroſolymamque proinde veniſſe, ibique oraſſe, ubi Chriſtus verſatus eſt, conſtat ex eadem ad *Euſtathiam &c. Epiſt. l. c.* Quinetiam ex ea rem maximam ſibi attuliſſe voluptatem ſcribit „ Congreſſus, *inquit*, bonorum, mihique ex animo dilectorum, & illius ingentis humanitatis nobis a domino præſtitæ, monumenta, quæ iſthic (*hoc eſt Hieroſolymæ*) oſtenduntur τῆς μεγίστης ἡδονῆς μοι καὶ εὐφροσύνης ὑποθέσεις, „ *maximi mihi gaudii, & voluptatis argumento fuerunt*. δι ἀμφοτέρων γὰρ ἐδηλώθη μοι ἡ κατὰ „ Θεὸν ἑορτή, διά τε τοῦ ἰδεῖν τὰ σωτήρια σύμβολα τοῦ ζωοποιήσαντος ἡμᾶς Θεοῦ, καὶ διὰ τοῦ ψυχαῖς „ συντυχεῖν, ἐν αἷς τὰ τοιαῦτα τῆς τοῦ Κυρίου χάριτος σημεῖα πνευματικῶς θεωρεῖται ὥστε πιστεύειν „ ὅτι ἀληθῶς ἐν τῇ καρδίᾳ ἐστὶ τῶν τὸν Θεὸν ἐχόντων ἡ Βηθλεέμ, ὁ Γολγοθᾶς, ὁ Ἐλαιών, ἡ Ἀνάστασις. „ Utroque enim modo feriari quid eſſet experiebar, quum & Dei, qui vitam nobis dedit, Symbola ſalutaria videbam, & in ejuſmodi perſonas incideram, in queis illa ipſa ſigna gratiæ Domini ſpiritualiter eſt contemplari, ut credere liceat, eſſe revera in animo illius, qui Deum in „ ſe habet, Bethleemum, Golgotham, Olivetum, & Reſurrectionem „. De Hieronymo autem quid dicam? Quem plane liquet deterreri numquam potuiſſe, quo minus religionis ergo in Palæſtina maneret, laudaretque homines, qui eamdem ob cauſſam Hieroſolymam, Bethleemumque proficiſcerentur. Confer ejus *Epiſt.* quam nomine Paulæ, & Euſtochii ad Marcellam ſcripſit paullo ante indicatam. Præfat. in *librum IV. Commentarior. in Hierem. pag. 613. tom. III. opp. edit. Martianæi* & Epiſtola XLVIII. *ad Deſiderium al. CXLIV. pag. 562. tom. IV.* ubi „ Hortor, *inquit*, „ vos, & precor per Domini caritatem, ut nobis veſtros tribuatis aſpectus, & per occaſionem „ ſanctorum locorum tanto nos diteris munere. Certe ſi conſortia noſtra diſplicuerint, adorâſſe

„ ubi

Id ſane tam eſſe falſum, ut ne veri quidem eſſe ſimile videatur. Ac Melaniam, Paulam, Euſtochium (1) quis credat ob eam rem maximè fuiſſe ab Hieronymo commendatas, quam ipſe ferendam non putaſſet? Paulinum ſcilicet Monachum tunc ætatis (2) ab ipſo Hieronymo, a Gregorio (3) vero, neſcio quos viros, qui Monaſticum inſti-

„ ubi ſteterunt pedes Domini pars fidei eſt, & quaſi recentia nativitatis, & crucis, ac paſſionis „ vidiſſe veſtigia „. Scripſit autem hanc Epiſtolam circa *an.*397. *& epiſt.*LXXXIV. *al.*XXX. *ad Oceanum pag.*661. *tom.*IV. quo loco „ Nos, *inquit*, in Orienta tenueramt jam fixæ ſedes, & „ *inveteratum ſanctorum locorum deſiderium* „. Videtint nunc ſacrarum peregrinationum calumniatores, qua impudentia Danæus dixerit, ſibi eſſe non modo Niſſenum Gregorium, ſed etiam Hieronymum conſentientem.

1 Confer *Epiſt.*XXIII. *al.*XCIX. *ad Aſellam pag.*66. *t.* IV. *&* LXXXVI. *al.*XXVII. *ad Euſtochium. pag.*670. *ſeqq.*

2 Vide ejus Epiſtolam LXIX. *al.*XIII. *ad Paulinum p.*564. *t.*IV. *opp.* ubi „ Ut ſimpliciter motus „ mentis meæ fatear, conſiderans & propoſitum tuum, & ardorem, quo ſeculo renunciaſti, diſ„ ferentias in locis arbitror, ſi urbibus, & frequantia urbium derelicta, in agello habites, & „ Chriſtum quæras in ſolitudine, & ores ſolus in monte cum Jeſu, ſanctorumque tantum locorum „ vicinitatibus perfruaris, id eſt ut & urbe careas, & *propoſitum monachi non amittas*. Quod „ loquor non de Epiſcopis, non de Presbyteris, non de clericis loquor, quorum aliud officium „ eſt; *ſed de monacho, & de monacho quondam apud ſeculum nobili*, qui idcirco pretium poſ„ ſeſſionum ſuarum ad pedes Apoſtolorum poſuit, docens, pecuniam aſſe calcandam, ut humiliter, „ & ſecrete victitans, ſemper contemnat, quod ſemel contempſit. Si crucis, & reſurrectionis lo„ ca non eſſent in urbe celeberrima, in qua curia, in qua aula militum, in qua ſcorta, mimi, „ ſcurræ, & omnia ſunt, quæ ſolent eſſe in cæteris urbibus, vel ſi monachorum turbis tantum„ modo frequentarentur, expetendum revera cunctis Monachis hujuſcemodi eſſet habitaculum. „ Nunc vero ſummæ ſtultitiæ eſſet *renunciare ſeculo* . . . *monachum profiteri*, *& inter majores* „ *populos periculoſius vivere*, quam erat victurus in patria. De toto huc orbe concurritur. „ Plena eſt civitas univerſi generis hominum, & tanta eſt utriuſque ſexus conſtipatio, ut quod „ alibi ex parte fugiebas, hic totum ſuſtinere cogaris „. Viden? ut Hieronymus non alium quemquam, ſed *Monachum*, qui in ſolitudinem ſe contulerat, quo uni Deo feriaretur, hortetur, ne ſe ei itinari committeret, in quo offendere plures poſſet, qui detrimentum eidem afferrent? Accedebat huc, quod nonnulli ſibi perſuadere non dubitaverant, neſcio quid ſibi deeſſe boni, propterea quod Hieroſolymam non vidiſſent. Quæ res ſane & falſa erat, & indigna, quæ in animo Paulini hæreat. Quamobrem Hieronymus: *De Hieroſolymis*, inquit, *& de Britannia æqualiter patet aula Cæleſtis. Nec quidquam fidei tuæ deeſſe putes, quod Hieroſolymam non videris.* Id vero nemo noſtrum unquam dixerit. Facile namque intelligimus virtutem quemque conſequi ubique terrarum poſſe, idque peragere, quod conferat ad comparandam ſempiternam vitam. Hæc autem cum ita ſe habeant, non eſt cur Proteſtantes Epiſtolam ad Paulinum pugnare dicant cum ea, quæ eſt ab Hieronymo ad Marcellam ſcripta. In hac enim, inqua multis aliis, quas laudavimus non monachos, cujuſmodi Paulinus erat, ſed alios ad Chriſti loca viſenda invitat; in ea contra Monachum, ne id faciat, ne ſe in diſcrimen adducat hortatur. Conſula Gretſerum *de ſacris Peregr. l.*1. *cap.*XI.

3 Gregorius Niſſenus *Epiſt. de iis, qui adeunt Hieroſolyma tom.*II. *opp. pag.*1084. *edit. an.*1615. „ Sunt aliqui ex iis, *inquit*, qui ſolitariam, & privatam vitam ſibi delegerunt, qui „ in parte pietatis ponant Hieroſolymitana loca vidiſſe „. Itaque hos coarguit Gregorius, propterea quod perſuaderi ſibi id opinionis genus tulerint. Ergo, ut eoſdem convincat, non eſſe *pietatis* partam, hoc eſt ad ſalutem ullo modo neceſſarium, quod præceptum divina lege nuſquam fuerit. Jam vero iter Hieroſolymitanum nemini eſſe præſcriptum a Chriſto. Ac perfectum eſſe hominem poſſe, qui ſacra Palæſtinæ loca numquam inviſerit. Quod ſi ineſt peregrinationi ejuſmodi quidquam utilitatis (ineſſe autem aliquid Gregorius ipſa oſtenderat in *Epiſt. quam ad Euſtathiam* ſcripſit, ut paullo ante animadvertimus) „ Ne ſic quidem honeſte a *perfectis* (*hoc ille* „ *epi-*

Digitized by Google

inſtitutum profiterentur, exiſtimarentque, niſi ad ſacra loca profecti eſſent, ibi aliquid, quod magni eſſet ad ſalutem ſempiternam momenti, defuturum, deterritos fuiſſe, ne domo abſcederent, ſeſeque, conſuetudine ſceleratorum, quibus Palæſtina Provincia abundaret, & in quos viatores incidere ſolerent, in diſcrimen adducerent illius virtutis, aut delendæ, aut minuendæ, quam in monaſteriis divina ſibi ope, diuturnaque exercitatione comparaſſent (1).

Non

„ *epitheto ornat Monachos*) ſtudio dignam videri debere ... Immo maxime eſſe cavendum, at „ nihil ab eo lædatur is, qui ſecundum Deum vitam inſtituit agendam „. Subjungit continuo: „ Quid igitur eſt in his, quod lædat? Sancta, & gravis vitæ inſtitutio eadem omnibus, & viris, „ & feminis propoſita eſt. Peculiaris eſt vitæ Philoſophicæ honeſtas, & caſtitas, quæ in vita ſua „ eaque non mixta, ac ſeorſim acta conſummatur, ita ut impermixta ſit, & minime confuſa natura, neque feminis in conſortium virorum, neque viris in mulierum ad tuenda caſtitatis, & „ honeſtatis officia contendentibus. At vero itineris conficiendi neceſſitas, numquam non diligentem in his obſervandis in indifferentiam adducit. Ad Monachos autem cum hæc ſit perſcripta oratio, qui vagari hac illac non debebant, errabantque putantes aliquid ſe pati jacturæ virtutis poſſe, ni Hieroſolymam proficiſcerentur, quid eſt, quod a Proteſtantibus in omnes Chriſtianos transferatur? At omnes, *inquiunt*, ſibi a malis caveant, oportet. Non nego. Verum malum nullum erat, laicum aliquem, presbyteros, &c. qui ſolitariam vitam non colerent, eo proficiſci, ubi aſpicere loca ſancta poſſent. Alioqui egrediendum omnibus e civitatibus eſſet, ut ſupra obſervatum eſt. Niſi enim in ſolitudinem te conferas, audies plerumque, videbiſque in civitate, quæ minime conducere poſſint ad pietatem. Ac ſi Hieroſolymis plures erant perverſis moribus, multo majore numero alibi reperiebantur. Hujus rei teſtis eſt idem ipſe Gregorius *Epiſt. ad Euſtathiam pag.* 1089. „ Si locus, *inquit*, qui ſanctum veſtigium veræ vitæ ſuſcepit, „ purus a malis ſentibus non eſt, quid de ceteris opinari debemus, qui ſola auditione, & prædicatione boni illius communione ſunt aſperſi „? Igitur ſi proficiſcendum nemini Hieroſolymam Proteſtantes cenſent, idque jam ratione Gregorii confici arbitrantur, fatebuntur etiam, excedendum omnibus eſſe a ſeculo, atque inſtitutum monaſticum colendum, quo ſeorſim viri a mulieribus degant. Sed rurſum opponunt: Gregorium teſtari, Id tantulum ſe eo itinere utilitatis percepiſſe, quod ex comparatione cognoverit, *noſtra*, hoc eſt interna animi bona, externis longe eſſe ſanctiora. Id ab Gregorio hac in oratione dici, non nego. Veruntamen in Epiſtola ad Euſtathiam maximam ſe voluptatem, & gaudium percepiſſe, expertamque ſe, quid eſſe. ἡ κατὰ θεὸν ἑορτὴ, *id eſt, feſtus dies ſecundum Deum* adjungit. Quid igitur? Pugnantia ne loquutum hominem dicemus? Minime vero. Sed eſt id oratorum interdum proprium, ut non eſſe neceſſe arbitrentur dicere, quæ minime conferant ad oſtendendum, quod perſuadere aliis ſtatuerunt. Quod notat Caſaubonus *in Greg. Epiſt. ad Euſtathiam*, Niſſenum non tam eſſe accurate loquutum eam ad Euſtathiam, ut cum ad Monachos ſcriberet, quod illic οἰκονομικῶς, hic διδακτικῶς ageret, ridiculum eſt. Quare merito vapulat a Gretſero *pag.* 373. *in not. ad not. Molinæi edit. an.* 1608. Ac ferreas Gregorius fuiſſet, ſi loca, in quibus pro ſalute generis humani, tot incommoda perpeſſus Servator, mortuus, ſepultuſque eſſet, ac deinde reſurrexiſſet, perluſtrans, ne commoveri quidem ſe ad pietatem ſenſiſſet. Quod nec Weſſelingius negat, ut ſupra oſtenſum eſt.

1 Hanc Gregorii Epiſtolam ſunt, qui in ſpuriis numerandam veriſimilius eſſe putent. In his ſunt magnus Bellarminus *lib.* III. *de ſanctis cap.* VIII. & Richeomus, ut initio *adnot. in not. Molinæi* ſcribit Gretſerus. Dubitat Gretſerus ipſe *lib.* I. *de Peregr. ſacris cap.* X. *pag.* 42. *ſeqq. & not. in not. Molinæi pag.* 408. *tom. eodem* IV. *op.* Non diſcrepat eruditiſſimus Lambecius *lib.* V. *Biblioth. Vindobonenſis pag.* 41. ubi Catholicorum probat de ſenſu Epiſtolæ ejuſdem ſententiam. Contra magnus Baronius *ad an.* CCCLXXXVI. *n.* XLVIII. genuinam eſſe facile patitur, ſed nihil impedire, quo minus recte agant, qui iter religionis ergo in Palæſtinam inſtituunt, defendit, quod *de Anachoretis*, ſolitariamque vitam agentibus, non de aliis Niſſenus loquutus ſit.

Digitized by Google

Non Helenam Conſtantini Auguſti matrem, ſed eos, qui acceperant ab Apoſtolis diſciplinam, exemplo poſteris fuiſſe, ut ad ſacra loca frequentes (1) concurrerent. Hæc & veterum teſtimoniis, & factis Ethnicorum conſtare. Præterea eſſe nobis perſuaſum, non improbitatem Palæſtinorum, non abuſus, non ſupeſtitionem, quas Lutherani, & Calviniani jactarent, ſed ipſam per ſe conſuetudinem peregrinandi adverſariis minime placere. Secum enim illos pugnare, qui nunc inficientur, quod paullo ante affirmaſſent. Nam ſi abuſionem averſarentur, cur *peregrinationes* componi cum inſtitutis Chriſtianis poſſe negarent? Cur Pauli Apoſtoli locum, qui nihil obſtaret, opponerent? Cur totis voluminibus *peregrinantes* concidendos arbitrarentur?

1 Hoc Proteſtantes volunt, ante Helenam nullos fuiſſe, qui religionis cauſſa in Palæſtinam contenderent. Atque ſilentio Juſtini, Tertulliani, Cypriani abutuntur, ut oſtendant, horum temporibus neminem iter ejuſmodi ſuſcepiſſe. Quo in errore verſatur imprimis Hoſpinianus *l. c. p. 364.* Conſentiunt Magdeburgenſes, Danæus, Weſſelingius *ll. cc.* ut qui ab Helena primum exemplum datum affirmant. At Cyrillus Hieroſolymitanus *Catech.* XVII. *n.* XV. *p. 272. edit. Touttæ* *Non enim nunc capit*, inquit, *exterarum gentium multitudo huc ex omnibus partibus congregari, ſed ex tunc*, hoc eſt ex illis temporibus, *quibus Johannes, ceterique Apoſtoli quavis lingua loquebantur.* Huc item ſpectant, quæ Paulæ, Euſtochiique nomine complexus Hieronymus eſt. *Ep.* XLIV. *al.* XVII. *pag. 550. ad Marcellam tom.* IV. *opp.* „ Longum eſt, *inquit*, nunc ab Aſcenſu Domini „ uſque ad præſentem diem per ſingulas ætates currere, qui Epiſcoporum, qui martyrum, qui „ eloquentium in doctrina Eccleſiaſtica virorum venerint Hieroſolymam, putantes minus ſe re„ligionis, minus habere ſcientiæ, nec ſummam, ut dicitur, manum accepiſſe virtutum, niſi „ in illis Chriſtum adoraſſent locis, de quibus primum Evangelium de patibulo coruſcaverat „. In his numerandus eſt Alexander, qui medio fere ſeculo III. quo Cyprianus florebat, Epiſcopus Hieroſolymorum inſtinctu divino creatus fuit: ut mirum ſit, Hoſpinianum tanta impudentia, vel imperitia fuiſſe, ut Cypriani ætatem neminem fuiſſe contenderet, qui ejuſmodi iter pietatis ergo ingrederetur. Euſebius *lib.* VI. *Hiſt. Eccleſ. cap.* XI. *pag. 212. edit. Pariſ. Valeſ.* „ Alexander, „ *inquit*, cum ex Cappadocia, in qua primum Epiſcopus fuerat ordinatus Hieroſolyma profe„ctus fuiſſet εὐχῆς, καὶ τῶν τόπων ἱστορίας ἕνεκεν *orationis, viſendorumque locorum cauſſa*, fra„tres illius Eccleſiæ humaniſſime eum excipientes, reverti poſt hæc in patriam non ſiverunt „. Scio eſſe aliquos, qui antiquariorum more Alexandrum peragraſſe loca Chriſti defendant. Quorum ſi vera eſt opinio, quo tandem ſpectare putabunt τὸ εὐχῆς ἕνεκεν, *gratia orationis, ſeu precationis*? At Euſebius, inquiunt alii, ſuorum temporum conſuetudine metiri eſt auſus ſuperioris ætatis mores. lepide! Quaſi vero Euſebius neſciret, quæ acta in Palæſtina ante Helenæ adventum fuiſſent, qui Epiſcopus Cæſarienſis in eadem Provincia erat aliquanto prius, quam ite Auguſta ſuſcepiſſet Hieroſolymitanum. Atque is Epiſcopus, qui aſſentator Imperatoris, ejus quæ matris exiſtimabatur, numquam commiſiſſet, ut quod actum primum ab Helena eſt, illud eſſe cuiquam alteri, qui ſuperiore tempore vixiſſet, tribuendum poſteri cenſerent. Præterea Hieronymus in *Catalogo ſcriptor. Eccleſ. c.* LXII. *tom.* IV. *opp. pag. 118.* „ Alexander Epiſcopus Cap„padociæ, *inquit*, quum deſiderio ſanctorum locorum Hieroſolymam pergeret &c. Rurſum Hieronymus *lib. eod. cap.* LXIV. *pag. 116.* de Firmiliano, quem Cæſareæ in Cappadocia Cypriani tempore Epiſcopum fuiſſe conſtat, loquens „ Firmilianus, *inquit*, Cæſareæ Epiſcopus ... poſtea „ ſub occaſione ſanctorum locorum Palæſtinam veniens, diu Cæſareæ in ſacris ſcripturis ab eo „ Origene eruditus eſt. Eodem ſpectant, quæ ſupra diſputavimus, cum ob concurſum noſtrorum in loca ſancta ſtatuas Deorum paullo poſt initium ſecundi ſeculi Ethnicos poſuiſſe demonſtraremus. Sed non eſt opus, ut diutius in re manifeſta operam eſſe contendam putem. Conſule Gretſerum *lib.* I. *de Peregrin. ſacris cap.* 17.

tur? Sacra ne Biblia cum religione Chriſtiana componi dicerent nequire; propterea quod illis Sociniani, ceterique hæretici abuterentur? Hoc ſi de *ſcriptura* non dicunt, quod adimi illi ſanctitas ſcelere malorum, perverſorumque hominum non poſſit, quo vultu de *peregrinationibus* dicere generatim non vererentur, quas, ſublata ſuperſtitione, conferre ad pietatem aliquid poſſe judicarent? Quamobrem aut ignorare eos, quæ diſputant, aut ſi habeant explorata, non abuſum, ſed peregrinandi etiam morem rejicere; cumque ſe implicatos cernant, uti circuitione verborum, ac loqui pugnantia, ne eſſe lapſi errore videantur.

Eorum conſilium, qui baptiſmum differrent, quoad opportunum tempus nacti eſſent, quo ſibi in Palæſtinam abire, inque Jordano flumine exemplo Chriſti tanto Myſterio initiari poſſent, ferri aliquo modo pietatis ratione quiviſſe, ratione vero periculi, in quod adducerentur, ſi baptiſmi expertes deceſſiſſent, nullo modo. Sed hoc ei quæſtioni, quæ eſt de concurſu in ſacra loca, non eſſe ſimile.

Non eſſe Euſebium, atque Hieronymum reprehendendos, quod verſum pſalmi, qui ſic haberet: *adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ejus*, ſanctis Palæſtinæ locis accommodaverint. Quamquam enim optime noverant, quæ præcipua verſiculi (1) ſignificatio eſſet, tamen quoniam nemini vitio dandum judicaverant, qui allegoriis interdum, tranſlatiſque ſenſibus uteretur, licere quoque ſibi putaſſe, ut quæ aptari locis Chriſti dicta Prophetarum valerent, eadem uſurparent, excitarentque noſtros, ut pietate majore ad Sepulcrum, Calvariæque montem accederent. Atque haud ſcire nos, quare Weſſelingio (2) licuerit itineribus peregrinantium aptare Virgilianum verſum:

Per mare, per terras, per tot diſcrimina rerum.

Euſebio vero, atque Hieronymo ita verſum illum pſalmi transferre, ut in loca terræ Sanctæ etiam caderet, non licuerit. Verum hoc inimicos Catholici nominis ſolere, ut modo carpere poſſint, levia, inepta, indigna denique ſapiente viro conſectentur. Plus autem virtutis ineſſe locis iiſdem ad placandum Deum ſi qui affirmarunt, hos ita intellexiſſe, ut aditu,

1 Confer *Hieron. Brev. in Pſal.cxxx1. pag.467. tom.II. opp. edit. Martianæi.*
2 *L. c.*

aſpectuque eorum moveri magis homines ad virtutem obſervandam, diligendumque Deum, non vero ut indere ea per ſe virtutem aliquam, *influxumque*, ut ajunt, *phyſicum* cenſerent.

Quod quererentur de Scriptoribus, qui ad exemplum Judæorum confugerent, quibus quotannis onus ter aſcendendi Hieroſolymam incumbebat, ſcirent, non eſſe tam barbaros nos, tamque imperitos rerum, ut Hebræis ceremoniis, legibuſque teneri neminem noſtrum, (1) ignoraremus. Sed quemadmodum longe aberant a ſuſpicione erroris Hebræi, qui ad templum Hieroſolymitanum quotannis adoratum proficiſcebantur, faſque illis erat id agere, quamquam multos, dum iter facerent, offendebant, qui eſſent flagitiis implicati; ita ſuperſtitionis reos agi non oportere Chriſtianos, qui in Palæſtinam ſecederent, non ut templum, quod figura Chriſti fuiſſet, ſed ut loca, quæ Chriſtus rebus egregie, ſancteque geſtis conſecraverat, religionis cauſſa venerarentur. Neque nos mores noſtros Judaicis moribus metiri. Nam quod illos facere vi legis neceſſe erat, hoc nos agere in locis, in quibus Servator generis humani conſtitit, arbitrari liberum noſtris eſſe debere. Ac ſi ritus Judaicos nonnullos ſanctificatos, virtuteque ſuperiore donatos Jeſus in Eccleſiam tranſtulit, utque a nobis adhiberentur præcepit, (cujuſmodi eſſe baptiſmum conſtat) cur tandem arguerentur impietatis, qui non ceremonias Judæorum ullas colerent, ſed in ea loca ſe conferrent, quæ a Chriſto eſſe rebus ſanctiſſime geſtis illuſtrata ſcirent?

Auctam autem *ſuperſtitionem* fuiſſe, ubi enunciatum eſt, admiranda prodigia a Deo eſſe, cum inventa crux Chriſti Servatoris fuit, patrata, concedi a nemine ſano poſſe. Neque vero imbutos eſſe ſuperſtitione eos, qui aliquo proficiſcantur, ubi a Deo ſigna intelligant, atque miracula fieri ſolere. Niſi enim ita ſe res haberet, accuſati impietatis fuiſſent Chriſtiani, qui in iis locis conſiderent, unde Petrum eſſe tranſiturum acce-

1 Euſebius *lib.* VI. *Demonſtr. Evang. cap.* XVIII. *pag.* 288. *edit. an.* 1628. » Quod aliter » quoque licet intueri completum ad verbum, quando hodie queque omnes, quicumque Chriſti » rel gionem cum fide ſuſceperint, ex omnibus terræ partibus concurrunt, non ut quondam feſtæ » cujuſdam lætitiæ gratia, quæ in Hieruſalem celebretur, neque ut adorent in eo, quod olim in » Hieruſalem conſtitutum fuerat ſanctuario, ſed ut diverſentur .... ut in monte olivarum, qui eſt » contra Hieruſalem adorent, ubi gloria Domini commutata eſt, poſtquam delevit priorem ci- » vitatem &c.

ceperant, ut ſi adverſa valitudine vexarentur, ſanitatem (1) recuperarent. Atque ab adverſariis, niſi ſibi caveant, eos etiam condemnatum iri, qui fimbriam Chriſti (2) attingere, ſudariola Apoſtolorum parare, ac *ſemicinctia* (3) conſequi, & retinere ſalutis impetrandæ cauſſa conarentur.

Quamobrem vero non collaudaſſent eos Epiſcopi, quos pietate in Palæſtinam adductos, meliores in patriam reverti ſſe perſpicerent? Nam laudatos ab eis improbos uſquam fuiſſe, oſtendi nullo vetere monumento poſſe.

Age vero, quæ tandem ſcripturarum loca corrupta a Patribus fuiſſe ob rem eamdem adverſarii judicarent? An quia fuerunt, qui Eudociam Auguſtam, propterea quod mœnia urbis reſtituiſſet, laudandam arbitrarentur; ejuſque opera verſiculum pſalmi „ *Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut ædificentur muri Jeruſalem*, exitum habuiſſe dicerent, vitiata ab illis turpi aſſentatione ſacrorum Bibliorum loca (4) defenderent? Quotumquemque eſſe, qui ſi quidpiam ab aliquo præclare actum ſit, in quem Scripturæ textus aliquis cadere videatur, non eſſe hunc uſurpandum putet? Ac mirari nos, qua fronte pergerent Lutherani, & Calviniani, veteres Præſules, qui ſimile aliquid feciſſent, aſſentationis, impietatiſque arguere, ii ſcilicet Lutherani, & Calviniani, qui tot ſacrorum Bibliorum loca in ſuos, quos vocant, reformatores transferre (5) aude-

1 Act. *Apoſt. cap.* v. *v.* 15. *ſeq.*

2 Confer quæ dixi *tom.* 1. *pag.* 241. *not.* 7.

3 Act. Apoſt. cap. v.

4 Ita quidem exiſtimat Weſſelingius l. c. ſed non animadvertit eum veteres reprehendit, ſuos quoque perinde, qui ſimilia fecerint, reprehendere.

5 Marcus Johannis Elias Ulichius Lutheranus *obſer. ubi Lutherus primum habuit concionem Evangelicam*, de Wirtembergа urbe loquens *pag.* 305. *tom.* VII. *Miſcel. Lipſienſ.* ei aptat hæc ſcripturæ verba „ *Ex Sion exibit lex, & verbum Domini de Hieruſalem.* Et *pag.* 308. de Eccleſia, in qua primum Lutherus ſua decreta publicavit, agens, ei accommodat verſiculum pſalmi „ *Deus virtutum convertere; reſpice de cælo, & vide, & viſita vineam iſtam, & perfice eam, quam plantavit dextera tua.* Quot autem loca ſcripturarum accommodavit Luthero, *circumſtantiiſque temporum* illorum Chriſtophorus Cellarius in *ea Diſſert.* quæ de *Pathmo Lutheri inſcribitur*? Quod ſi *pag.* 797. *Diſſert. Academ. edit. an.* 1712. ſcribit „ Rogari benevolum lectorem ab ſe, ne dedignetur loca ſcripturæ, quæ ut ſuo modo parallela nude aſſignata ſunt, ſi quando ipſe hæreat, legere, atque rite ſic evoluta applicare in ſuo genere „. Quid eſt quod Lutherani Majoribus noſtris crimini vertant, quod iis, qui recte agerent, non Luthero, qui vitiare autus eſſet Chriſtianam religionem, loca aliquot ſcripturæ accommodaverint? Hoc ipſum dicere de Calvinianis pleriſque poſſem, quorum ſunt ad manus opuſcula. Sed non eſt opus. Brevitati namque conſulendum eſt prius, quam bonum otium in nugis ejuſmodi conterendum.

Digitized by Google

auderent, quæ ſane de Chriſto, ejuſque Apoſtolis, vel de aliis omnino intelligi deberent.

Extremum quod objicerent, coactos multos fuiſſe, qui in ſcelus aliquod grave inciderant, patriam deſerere, atque in Palæſtinam abire aliquamdiu exſulatum, quaſi aliter ſalutem obtinere non potuiſſent, ſimile eſſe criminationum ſuperiorum. Noviſſe majores noſtros, perplures rationes eſſe, quibus impetrare veniam iis, qui implicati flagitiis fuiſſent, poſtquam jam converſi ad ſaniora conſilia capienda erant, & Deo ſatisfacere liceret. Sed illis, quod tot incommodis itinerum ne æquare quidem, quam meruiſſent, pœnam, aſpectuque ſacrorum locorum incendi etiam atque etiam ad virtutem poſſe (1) exiſtimarent, hoc genus laborum eſſe ſubeundum, putaſſe. Nullam proinde cauſſam eſſe, quamobrem in crimen ſuperſtitionis vocentur (2).

§. VI.

De ſtatu Chriſtianiſmi in Palæſtina a tempore, quo redacta in poteſtatem Perſarum fuit, ad noſtram uſque ætatem.

Depulſis accuſationibus Lutheranorum, atque Calvinianorum, quæ excogitatæ in eos eſſent, qui iter Hieroſolymam inſtituere ſolerent, multæ eſſe cauſſæ videbantur, quæ me permoverent, ut de expeditionibus *Cruciatis* in Palæſtinam diſſererem. Sed quum diligenter conſideraſſem, rejici ne ea diſputatio in opportuniorem locum poſſet, adductus tandem in eam ſententiam ſum, ut ipſam in illud volumen, in quo eſſet de conventibus ſacris, de ſupplicationibus, ac de peregrinationibus generatim agendum, differendam exiſtimarem. Itaque proprium eſſe hujuſce loci perſpiciebam, de Chriſtianæ religionis in Palæſtina ab eo tempore, quo ſubacta a Perſis fuit, ad hanc uſque

1 De hoc argumento agam, ubi de *Sacram. Pœnit. & ſatisfact.* erit inſtituendus ſermo.

2 De ſacris Peregrinationibus Hieroſolymam inſtitutis, conſulendi Eminentiſſimi viri Baronius, & Bellarminus *ll. cc.* Gretſerus *ll. cc.* Johannes Stalenus *Peregr. ad loca ſancta tract. VI. c. IV. ſeqq. pag. 100. ſeqq. edit. an. 1649.* & Johannes Chryſoſtomus Trombellus *Canon. regul. Congreg. Rhenan. tom. I. par. II. pag. 331. ſeqq. edit. an. 1740.*

uſque ætatem ſtatu ſcribere; idque jam putabam, & commodum mihi, & gratum Lectoribus futurum. Paullo poſt ſeptimi ſeculi initium Coſrhoes Perſarum rex, quem Imperatores multis, magniſque beneficiis ornaverant, cum barbaris moribus, animoque ab omni humanitate alieno eſſet, nihil penſi habere ſtatuit, quam ut eos, qui de ſe meriti optime fuiſſent, bello perſequeretur. Igitur exercitum in provincias populi Romani miſit, eiſque ſubactis, enitendum ſibi putavit eſſe, ut etiam Palæſtinam ſub poteſtatem redigeret. Captis oppidis, quæ proxima Hieroſolymæ urbi erant, eam quoque oppugnare quibus poterat modis cœpit. Hieroſolymitæ, quod impares viribus eſſent, diutiuſque ab ſe impetum Perſarum ſuſtineri (1) non poſſe perſpicerent, cogitandum de deditione putarunt. Sed Perſæ, qui non minore in Populum Romanum, quam in Chriſtianam religionem odio ferrentur,ubi ſe urbe potitos viderunt,non ſolum in cives miſericordia non utendum,ſed ne ſacris quidem ædibus parcendum (2) judicarunt.Ergo oppido direpto, multiſque oppidanorum necatis, ceterorum magnam partem Judæis, quibus noſtros eſſe inviſos cognoverant, vendiderunt, incenſiſque templis,crucem in Perſidem aſportarunt, eodemque Patriarcham captivum (3) abduxerunt. Johannes tunc Eleemoſinarius Patriarcha Alexandrinorum erat, qui ut intellexit, quæ eſſet ab Hieroſolymitis calamitas accepta, eos quibuſcumque modis poſſet, juvare conſtituit. Itaque pecunia, reque frumentaria collecta, coemptiſque veſtibus, tantum jumentorum ſuis imperat, quantum ſatis eſſe ad hæc omnia vehenda videretur. His paratis rebus Chryſippum, cujus inſignem in egentes pietatem, egregiamque in ſe fidem multis ante indiciis cognitam habuerat, ad ſe vocat. Ei mandat, ut Hieroſolymam proficiſcatur,

1 Vide *Baron. ad an.*614. *num.*XVIII.

2 Leontius Conſtantiæ in Cypro Epiſcopus *in vita Johannis Eleemoſinarii* ab Anaſtaſio Bibliothecario Latina facta, ac Nicolao I. Pont. Max. inſcripta, editaque a Roſweido *vit. PP. pag.*178. *ſeqq.* Bollandianis *tom.*II. *Januar. pag.*498. *ſeqq.* aliiſque. *Cap.*VI. *pag.*505. *tom. cit. Bolland.* ſic habet „ Domino ob multitudinem peccatorum noſtrorum permittente, propria tem„ pla, quæ erant Hieroſolymis a percutiendis a Deo Perſis cremari &c. Similia habet Antiochus Monachus Lauræ Sabæ *Epiſtola ad Euſtachium Præpoſitum Monaſterio Dataiene T.*XII. *Biblioth. PP. edit. Lugd.p.*217. Hæc circa an.614. contigerunt. Confer Baronium *ad an.*1614. *n.* XVIII. *& ſeqq.*

3 Leont. *ibid.* Antiochus loco modo indicato, & *Homil.*CVII. *pag.*248. *t. eodem.* Theophanes in *Chronogr. ad an.*5. *Heraclii pag.*252. *Inter ſcript. Hiſt. Byzant. edit. Pariſ.* aliique.

ſcatur, conſoleturque Chriſtianos, quibus data in oppido manendi poteſtas fuiſſet, & ſi quid præterea uſui eſſe videat, ejus ſe rei faciat diligentiſſime certiorem. Præterea Theodorum Amathuntis, & Gregorium Rhinocorurorum Epiſcopos, Anaſtaſiumque magno Monti Antonii præfectum, ut ad captivos abirent, pretioque illos, quod ipſe ſolviſſet, redimerent, (1) hortatur. Interim Modeſtus, qui neſcio cui Monaſterio in Palæſtina præerat, congregare Monachos, qui ſibi fuga ſalutem petiiſſent, curavit, reſtituendorumque templorum, quæ conflagraſſent, conſilium (2) ſuſcepit, quin eſſe ſibi ab Judæis, Perſiſque metuendum arbitraretur, qui forte impediſſent, quo minus ille conata perficere valeret. Dum hæc Hieroſolymis agebantur, Heraclius Imperator ſupplex ad Coſrhoen Legatos cum his fere mandatis miſit: quoniam tanto Romanorum beneficio affectus, cum patria ejectus, apud Imperatorem manſiſſet, omnibuſque rebus adjutus eſſet, hanc ſibi, populoque Romano gratiam referret, ut quibus condicionibus vellet, de pace agere (3) ne gravaretur. Coſrhoes, qui tantam ſibi arrogantiam ſumſerat, ut ferendus non videretur, ei legationi reſpondit, tum ſe de rebus, quas poſcerent, acturum, cum Romani Chriſtum ejuraſſent, quem cruci fuiſſe adfixum conſtaret, Solique cultum (4) adhibuiſſent. His reſponſis ad Imperatorem relatis, Heraclius vehementer commotus, quod ſummam Chriſto Servatori ab impio Perſa injuriam inlatam eſſe perſpiceret, maturandum ſibi exiſtimavit, ut arma in Regem ferret.

Sed

1 Leontius *ibid.*

2 Antiochus *Epiſt. mox indic. ad Euſtachium pag.* 217. „ Superſunt nuncia aliquot ſane quam „ læta, quorum fideli relatu & veſtra, & omnis ſinceriter Chriſtiani anima merito poſſit exhila- „ reſcere. Hæc igitur alacer annuncio vobis. Modeſtus ſanctitatis eximiæ vir, de quo non ſe- „ mel dictum, non eorum modo providam gerit curam ſollicitus, quæ per hanc vaſtam Eremum „ ſparſim disjecta ſunt, Monaſteriorum; ſed & moderandæ huic civitati, ac univerſæ circum finiti- „ mæ regioni ſolerter proſpicit, Deo eidem cooperante in omnibus. Hic enim ad vivum nobis „ exprimit imaginem novi cujuſdam Beſeleelis, aut certe Zorbabelis ... Templa Servatoris no- „ ſtri J. C. quæ quidem barbarico igni conflagrarunt, in ſublime erigit omni prorſus digna vene- „ ratione, puta Ædes S. Calvariæ, ac S. Reſurrectionis, domum inſuper dignam omni honore „ venerandæ Crucis, quæ mater Eccleſiarum eſt; ſed & ſanctæ Aſſumtionis ædem a fundamentis „ exædificat, adeo ut per hæc læta initia de futuris quoque ſpes ampliſſimas concipiamus, idque „ vel ob eos maxime, qui huc ſperantur venturi ab extremis regionibus, ut ſancta hæc loca ado- „ rent &c.

3 Confer Theophanem *ad an. 8. Heraclii pag.* 152. & Baronium *ad an.* 617. *num.* XVII. Cum Perſæ Hieroſolymam obtinerent, nulli erant, qui iter in eam urbem inſtituere auderent. Confule *notat. ſuperiorem.*

4 *Theoph. ibid.*

Sed cum tantulis copiis pelli hoſtes cognoſceret nequire (crebris enim rumoribus intelligebat, augeri in dies exercitum Perſarum) ad Deum ſeſe convertit, præſidium (1) poſtulatum. Igitur fiduciæ plenus, propterea quod vinci neminem poſſe exiſtimaret, qui cauſſa religionis bellum defendere aggrederetur, milites ut Chriſti virtutem, & quamobrem ſuis finibus egreſſi eſſent in memoriam revocarent, hortatus, in Perſidem contendit, multiſque præliis hoſtibus ſuperatis, a Coſrhois filio, qui interfici patrem fecerat, ut Patriarcha Hieroſolymitis, lignumque crucis ſibi reſtitueretur, impetravit, iterumque Palæſtinam in poteſtatem redegit Romanorum (2).

Vix pauci anni interceſſerant, cum Saraceni, qui afflictam eſſe civilibus bellis rem Perſarum publicam viderent, veniſſe jam tempus arbitrati, quo de finibus exire, Syriæque imperio potiri poſſent; in Romanorum ditionem tranſierunt, cæſoque Præſide Palæſtinæ Provinciæ, ejuſque copiis diſjectis, Gazam, totamque circum regionem (3) occupaverunt. His nunciis acceptis Heraclius, qui componendis controverſiis inter Epiſcopos coortis de religione, etſi ad ipſum minime ſpectarent, ſtudebat, avocandum ab ea re animum aliquanto, curandumque, ne quid reſpublica detrimenti caperet, putavit. Ergo Theodorum fratrem exercitui præfecit, in Syriamque miſſum, ut ſi ex uſu reipublicæ eſſet, cum hoſtibus confligeret, juſſit. Sed Saraceni expugnata Boſtra, multiſque oppidis in deditionem receptis, infeſtis ſignis ad Theodorum proficiſcuntur, & agmen Romanorum adorti, primo fere concurſu omnes in fugam conjiciunt, quos confectati, magnum eorum numerum interficiunt; reliquos, ut Edeſſam ad Heraclium una cum Theodoro (4) profugiant, compellunt. Imperator confecto, ut angu-

1 Vide Theophanem *ad an.12. Heraclii pag.253. ſeqq.* Baron. & Pagium *ad an.621. n.1. & ſeqq.*

2 Conſule Chronicon Paſchale *ad an.18. Heraclii, inter ſcript. Hiſt. Byzant. pag.398. ſeqq.* Theophanem *ad an.18. Heracl. pag.272. ſeqq. edit. Pariſ. an.1686.* Baronium ad *an.627. num.XIII. ſeqq* Pagium ad eumdem *an. n.IV. & Notationes Cangii ad Chronicon Paſchale pag.614. ejuſd. edit.*

3 Circa *an.634.* Confer Theophanem *ad ann.22. & 23. Heracl. pag.278.* Baronium *ad an.632. num.1.* Pagium *ad an.632. num.1.* De Saracenis, Hagarenis, & Mauris exstat Diſſert. defenſa a M. Georg. Kahr, editaque *Lipſ. an.1723.*

4 Theophan. *ad an. 24. Heracl. pag. 279.* & Baronius, atque Pagius ad *ann. 633. num.1 & ſeqq.*

Digitized by Google

anguſtiæ temporum ferebant, delectu, Baani, Theodoroque Sacellario imperium exercitus tradit, eiſque præcipit, ut cum copiis ad hoſtes (1) proficiſcantur. Ipſe Emeſam contendit (2), fuſiſque Arabibus Saracenis, Himaroque eorum Amira (ſic enim ſuum Saraceni vocabant Imperatorem) Damaſcum uſque fugato, ad Bardaniſium amnem caſtra ponit. Inde quaſi deſperatis rebus, ſublato crucis ligno, Syriam deſerit, & Conſtantinopolim muniendi ſui cauſſa diſcedit. Ad Baanem præterea ſcribit, ut Damaſco abſcedat, copiaſque cum Theodorianis, quo reſiſtere commodius poſſit, conjungat (3). Dum hæc agebantur, Amiras equitatu, legionibuſque eductis, Damaſcum venit, ſummiſque copiis oppugnare caſtra Romanorum inſtituit. Qua re cognita, Baanes viros reperit, qui ad Theodorum litteras deferant, quantoque res in periculo ſit demonſtrat. Orat, atque obſecrat, ſibi ut ſubſidio veniat. Ni fecerit, ſciat ſuſtineri impetum hoſtium non poſſe. Theodorus ſpeculatoribus in omnes partes dimiſſis, explorat quo commodiſſimo itinere ad ducem tranſire poſſit; deindeque magnis ſe diurnis, nocturniſque itineribus ad Baanem confert, poſtremoque cum Saracenis prælium committit. Superatis Theodorianis, ceteri Baanem Imperatorem ſalutant, indignum eſſe Heraclium rati, qui populi Romani imperium teneret. His perſpectis rebus, Theodoriani Syria excedunt. Quod ubi Saraceni animadverterunt, Baanem adoriuntur, in ſummaſque anguſtias redactum, ipſum, & exercitum perire cogunt. Inde progreſſi, omne in Damaſcenos bellum transferunt. Expugnato oppido, ſubactiſque Damaſcenis in Ægyptum contendunt, eamque redigunt in poteſtatem (4). Poſt in Palæſtinam irrumpunt. Sergio Provinciæ Præſide, qui parva Romanorum manu contra eos venerat, interfecto, multiſque oppidis captis, Hieroſolymam obſident. Ubi Sophronius Epiſcopus Bethleemum ab hoſtibus teneri, & non ſolum copias non adaugeri, ſed ne farciri quidem quod eſſet detrimenti acceptum animadvertit, remque eſſe in anguſto vidit, ad

1 Theoph. *ad an. 24. Heracl. pag. 270. ſeqq.*

2 Theoph. *ibid.*

3 Theophanes *ibid.*

4 Idem *ad an. 25. Heraclii p. 280. ſeqq.* De his ipſis rebus agunt Baronius, Paglus, Fleurius *an. 633. ſeqq.*, quos Lector, ſi plura volet, conſulat.

ad Amiram legatos de deditione (1) mittit. His conditionibus Amiras urbe potitus, cum neque cogere quemquam ad abjicienda Chriſtiana ſacra, neque aditu ſanctorum locorum (2) prohibere polliceretur, quæſivit a Patriarcha, ubi nam templi (3) ab Salomone extructi veſtigia eſsent, idque eo conſilio fecit, quod Ædem eodem in loco religionis ergo facere, dedicareque inſtituiſset. Interim, ut evenire victis ſolet, etſi noſtris Paſſionis, Reſurrectioniſque Chriſti monumenta viſere, ægre tamen, magnoque cum periculo, interdum licebat, propterea quod ea occupata a victoribus eſsent, quibus nonnumquam incolæ, exteri vero ſuſpecti perſæpe eſſent (4) proditionis. Jam Sophronius multis laboribus perfunctus, propagata religione, eaque contra hæreticos defenſa, graviter caſum civitatis ferens (5), deceſſerat, cum Monothelitæ omni ope, ut conſtituerent moderatores, qui loco Patriarchæ adminiſtrarent Eccleſiam, viros eorum ſuperſtitione imbutos conati, quod in animum induxerant, (6) impetrarunt. Anno æræ Chriſtianorum circiter 633. Haumar Princeps Arabum Saracenorum, de quo paullo ante demoſtratum eſt, ita ut decreraт, extruere Hieroſolymitanum templum (7) cœpit, Judæorumque perfidia, cruces, quæ templo Montis Olivarum impoſitæ erant, deponi juſſit, quod iis erectis ædificium conſiſtere non poſse cognoſceret. Dejecti deinde Sedis adminiſtratione Monothelitæ (8) fuerunt, quæ occupata ab iis aliquamdiu eſt, qui Orthodoxam religionem profitebantur. Hoc fere (9) ſtatu ad Caroli Magni tempora res Chriſtiana Hieroſolymis fuit. Sed is Princeps, ita ut ſupra diximus, cum re-

1 Circa an. 636. Vide Theophanem ad *an. 26. Heracl. pag. 281. ſeqq. Baron. & Pagium ad an. 636. num. 1.*

2 Vide Theoph. ibid. Id vero non promiſit ſolum Amiras, ſed etiam interdum fecit. Confer Chronicon Orientale ab Abraamo Echellenſi editum inter ſcript. Hiſt. Byz. *pag. 41. edit. Veneta.* Anaſtaſium de vitis *Pontif. inter ſcript. Hiſt. Byz. ejuſd. edit. pag. 56.* Elmacinum Hiſt. Saracenicæ *lib. 1. cap. 3. pag. 26. edit Lugd. Batavor. ann. 1625.* Bartholomæum Herbelotum *Biblioth. Orient. ad v. Omar Ben Alkhetab pag 687.* & Bollandianos *Hiſt. Patriarch. Hieroſ. n. LVIII. præfixa tom. III. menſis Maii pag.* XXXII.

3 Theophanes *ibid.*

4 Vide ſupra *in §. IV. pag. 35. not. 3.* Et Herbelotum Biblioth. Orient. *ad v. Codſ.*

5 Conſule Theophanem *ad an. 26. Heraclii pag. 281. ſeq. & Bolland. l. c.*

6 Confer quæ referunt Bollandiani *Serie Hiſt. Coron. Patriarch. Hieroſ. pag.* XXXV. *tom.* III. *menſis Maii.*

7 Theophanes *ad an. 2. Conſtantis pag. 284.*

8 Adeundi Bollandiani *l. c. n.* LXII. *pag.* XXXV.

9 Vide Bollandianos ibid. *pag.* XXXII. *ſeqq.*

bus fortiter, magnificeque geſtis, magnam ſibi apud omnes laudem, atque gloriam paraſset, ſibique Aaronem Calipham Saracenorum devinxiſset, ab eoque ſancti ſepulcri ædem ſibi attribui impetraſset, Noſocomium ædificari, & Bibliothecam extrui eodem in loco fecit, latinique ritus hominibus hæc, templumque ipſum, quod ad Sepulcrum (1) erat, conceſſit. Mortuo Aarone, pauciſque poſt annis Carolo vita functo, impetum Saraceni in ſacras ædes facere, infeſti eſse noſtris, peregrinoſque modo ſpoliare, modo captos in vincula conjicere, multiſque malis afficere cœperunt. Quæ res cum efferrentur, impedimento permultis erant, quo minus, etſi optarent, iter tamen ingredi auderent. Qui majores ſpiritus ſumſerant, modo coram intueri ſacra loca poſsent, nullum periculum recuſandum (2) arbitrabantur. Igitur in Palæſtinam concedebant, pluribuſque calamitatibus acceptis, partim interibant, partim voti compotes tandem facti, in patriam pleni alacritatis revertebantur. Jam Arabes Saraceni potiti aliquamdiu Palæſtinæ imperio fuerant, quum a Selgiucidibus ex eadem ſecta hominibus bello laceſſiti, quod ſuſtinere horum impetum nequiviſſent, provincia excedere, eamque in hoſtium poteſtatem permittere ſtatuerunt. Selgiucidæ ſubactis Hieroſolymitis, iniquiore in victos uſi imperio fuerunt, quoad diſciſſi in factiones ſunt, odiumque in ſe moverunt Phathemitarum. Nam Ægypti hujus ſtirpis, quam modo nominavimus, Princeps, obſeſsa urbe, Selgiucidas, uti ſe dederent, (3) coegit. Anno MVII. ut ſupra declaratum eſt, Hakemus Bemrillahius Soldanus, qui in Ægypto, & Syria tyrannidem occupabat, ſuis, ut templum, quod ad ſepulcrum Chriſti erat, everterent, (4) præcepit. Cauſsa ejus rei Aurelianenſes Judæi fuerunt, qui Soldano perſuaſerant, noſtrum fraude lumina ſabbato hebdomadæ magnæ repente accendi, idque prodigio fieri videri, periculumque eſse, ne plerique decepti Muhamedanorum ad Chriſtianos profugerent, eorum-

1 Vide ſupra pag. 35. *ſeq.*

2 Conſule Monachum illum, cujus commentarium de locis ſanctis edidit Mabillonius *tom. IV. Actor. SS. O. S. Bened. pag.* 523. *ſeqq.* qui, quæ ſubierit pericula, narrat.

3 Vide Herbelotum l. c.

4 Conſul. Bartholomæum Herbelotum *Bibl. orient. ad vocem: Hakem. pag.* 411. J. S. Aſſemanum *Bibl. Orient. tom.* I. *pag.* 628. Confer etiam Glabrum Rodulphum *l.* III. *Hiſt. cap.* VII. *pag.* 31. *ſeqq. tom.* IV. *Hiſt. Francor. ſcript. edit Ducheſnii an.* 1641.

eorumque religionem amplecterentur. Paucis poſt annis, permiſſum noſtris eſt, ut pecunia collecta, eodem in loco templum fieri, priſtinæque dignitati (1) ſepulcrum reſtitui curarent. Templo perfecto, ingens Chriſtianorum multitudo undique Hieroſolymam petere, ſacraque loca (2) perluſtrare, inque ædem præcipue ad idem ſepulcrum factam magno ſabbato videndi luminis cauſſa concurrere rurſum cœpit. In his Præſules Tarentinus, Remenſis, Beluacenſis, aliique, & Guillelmus Eremita exeunte ſeculo XI., (3) numerantur. Interim Latini, qui moleſte in Palæſtina Saracenos Babylonios, nam hi pulſis Ægyptiis, Hieroſolymæ imperium obtinebant (4), inveteraſcere, levitateque animi permotos in peregrinos interdum omnia cruciatuum genera (5) edere,

 arce-

1 Vide Helmacinum Hiſt. Sarac. *l.* III. *cap.* VI. *pag.* 323. qui ab Hakemo ipſo conceſſam reſtitutionem Ædium Sacrarum narrat, & Herbelotum *ad v. Hakem. p.* 411. Conſule etiam Glabrum Rodulphum *ibid.* qui a matre ejus regis, quæ rebus Chriſtianis ſtuderet, impetratam teſtatur. *p.* 32. At Guillelmus Tyrius *Hiſt. Belli ſacri l.* I. *cap.* VI. *tom.* I. *geſt. Dei per Francos edi. Bongarſii pag.* 629. a filio Hakemi Dahæro hoc idem fuiſſe datum affirmat. Ita ſcilicet ſcriptores in ea re deſcribenda diſſentiunt.

2 Glaber Rodulphus *lib.* IV. *cap.* VI. *pag.* 46. „ Per idem tempus (hoc eſt circa an. 1035.) „ univerſo orbe tam innumerabilis multitudo cœpit confluere ad Sepulcrum Salvatoris Hieroſolymis, quantum nullus hominum prius ſperare poterat. Primitus enim ordo inferioris plebis, „ deinde vero mediocres, poſt hæc permaximi quique Reges, & Comites, ac Præſules. Ad ultimum vero, quod numquam contigerat (*fallitur, nam mulieres quoque permultas ante in Palæſtinam contendiſſe conſtat*) mulieres multæ nobiles cum pauperibus illuc perrexere.

3 Auctor XII. ſeculi ineuntis, qui ſcripſit *Hiſtoriam de via Hieroſolymis, qualiter recuperata ſit, qualiterque etiam Antiochia, & eadem Hieruſalem ab invaſione gentilium per fideles Chriſti liberata fuerint.* Apud Mabillonium *t.* I. *muſei Italici pag.* 209. *edit. Pariſ. an.* 1724. „ Placuit, inquit, Regi *Babylonis*, ut illuc tendens, urbem *Hieroſolymam*, aliaſque circa ſe „ civitates melius præmuniret, quatenus Chriſtianis principibus, ſi ſuper eas irruituri eſſent, „ obſiſtere valentes ab illis non caperentur. Cum ergo Hieruſalem petiiſſet, & cum eo legati „ ipſi Francorum, ſimulque captivi illi, qui ſuperius dicti ſunt, ſcilicet Tarentinus, Remenſis, „ Beluacenſis, duoque alii Epiſcopi, atque Guillelmus Eremita, putantes illum Hieruſalem idcirco iturum, ut eam latinis Ducibus, ſicut promiſerat, ſubderet &c.

4 In vita S. Lietberti apud Bollandianos *Act. SS. M. Jun. tom.* IV. *pag.* 597. *num.* 35. hæc habentur „ Ubi Laodiceam Syriæ pervenit, (circa an. 1056.) comperiens Eccleſiam Dominici „ Sepulcri Chriſtianis ejectis a rege Babyloniorum violenter obſeratam, viamque paganorum „ metu per terram penitus interclusam, per tres menſes in eadem civitate moras fecit „. Auctor laudatus *notat. ſuperiore l. indic.* „ Eo tempore, *inquit*, Jeruſalem regi (Babylonis) ſubdita erat, quam jam regi Ægyptio bellando abſtulit, qui eam invaſam, Chriſtiano expulſo dominio, per ſedecim annos tenuerat „. Loquitur autem de tempore, quo Guillelmus Eremita in Oriente agebat. Is vero circa an. 1096. in Syria verſabatur.

5 Confer l. c. Auctorem not. ſup. laudatum. Acta S. Lietberti, Glabrum Rodulphum *lib.* II. *cap.* VII. *pag.* 31. Guillelmum Tyrium *l.* I. *c.* VI. *pag.* 626. Fulcherum Carnotenſem *Hiſt. Hieroſol. lib.* I. *pag.* 816. *ſeqq. tom.* IV. *Hiſt. Franc. ſcript. edit.* Ducheſnii *an.* 1641. utque innumeros alios prætermittam, Fulconem Auctorem Poematis *Hiſt. geſtor. viæ Hieroſol.* quod opus ex M. S. exemplari Sirmondi edidit Ducheſnius *ibid. pag.* 890. *ſeqq.* Is enim *lib.* I. *pag. eadem* ſic habet „

„ Multorum ſpatio feritas pagana dierum
„ Niſibus omnimodis Domino contraria rerum,

„ Urbem

arcereque ſacris ædibus Chriſtianos, ferrent; manus cogere, naves parare, omnia denique agere, quæ ad bellum inferendum pertinerent (1). His confectis rebus in orientis regiones proficiſcuntur, ſuperatiſque Saracenis multa Palæſtinæ oppida, in quibus Hieroſolymam, liberant. Inde regem (2) ſibi præficiunt, ſacris ædificiis urbem ornant, ſuique ritus Patriarcham deligi curant. Equitum præterea ordines duos in oppidum introducunt, quorum priorem, quod ædes templo proximas haberet, *Templariorum*, alterum, cui conceſſum noſocomium Hieroſolymita-

„ Urbem Hieruſalem ſæva ditione tenebat:
„ Chriſticolaſque inibi nimia aſperitate premebat.
„ Hoc Domini violuos pollutu per Idola templum,
„ Illinc Catholicis eludens vitule Sepulcrum.

Confer etiam Urbani II. Concionem Synodalem, quam refert Guillelmus Tyrius *l.* 1. *de Bello ſacro c.* uv. *ſeqq. pag.* 639. *edit. Bongarſii tom.* 1 I. *Geſtor. Dei per Francos*, & Baronius ad an. 1695. *n.* uxxv. *ſeqq.*

1 Adeundæ Hiſtoriæ, quas vulgavit Bongarſius duobus vol. in folio, quæ inſcripſit, *Geſta Dei per Francos*, interque eas imprimis *Anonymi geſta Francorum*, *& aliorum Hieroſolymitanorum* ex Tudebodo, & aliis ab *an.* 1195. *ad* 1199. *tom.* 1. *pag.* 1. *ſeqq.* Roberti Monachi *Hiſtoria Hieroſolymitana tom.* 1. *pag.* 30. *ſeqq.* Baldrici Dolenſium Archiepiſcopi *Hiſt. Hieroſol. lib.* iv. *pag.* 81. *ſeqq.* Raymundi de Agiles Canonici Podienſis *Hiſtoria Francorum*, *qui ceperunt Hieroſolymam*. *pag.* 139. *ſeqq.* Alberti Aquenſis *Hiſtoria Hieroſolymitanæ Expeditionis uſque ad Baldevvinum regem defunctum an.* 1118. *pag.* 184. *ſeqq.* Fulcherii Carnotenſis *Geſta peregrinantium Francorum*, *cum armis Hieruſalem pergentium pag.* 381. *ſeqq.* Guiberti Novigentini Abbatis *Geſta Dei per Francos pag.* 467. *ſeq.* Anonymi *geſta Francorum expugnantium Hieruſalem pag.* 561. *ſeqq.* Guillelmi Tyrii Archiep. *de Bello ſacro l.* 1. *ſeqq. pag.* 625. *ſeqq.* Confer præterea *Hiſt. de via Hieroſ. &c.* quam paullo ante laudavimus, referrique diximus a Mabillonio *tom.* 1. *Muſ. Italici*. Petri Tudebodi Hiſtoriam *de Hieroſolymit. itinere*, apudDucheſnium *tom.* iv. *Hiſt. rer. Franc. ſcriptor. pag.* 773. *ſeqq.* Marbodei Redonenſis *Commendationem Hieroſolymitanæ Expeditionis p.* 1576. *opp.* quam edidit cum Hildeberto Antonius Beaugendre *Pariſ. an.* 1708. Stephani Carnotenſis, & Bleſſenſis Comitis *Epiſt. ad Adillam Uxorem de Actis ad Antioch. an.* 198. apud Dacherium *t.* iv. *ſpicilegii edit. prima pag.* 257. *& edit. nova tom.* 1 I. *pag.* 430. & alterum *Epiſtolam ex caſtris obſidionis Nicanæ editam a Johanne Mabillonio tom. eodem p.* 237. Anonymi *narrationem de captione Hieruſalem an.* 1099. *apud Hughell. tom.* 1 I. *Ital. ſacr. pag.* 353. *edit. Rom.* 1647. Fulcheri Carnotenſis Hiſtoriam Hieroſolymitanam *apud Ducheſnium tom. eodem* iv. *pag.* 816. *ſeqq.* Fulconis *lib.* 1 I. apud Ducheſnium *tom. eod. pag.* 890. *ſeqq. &* Gilonis Monachi Cluniac. Sanctæ R. E. Cardinalis *Hiſt. Geſtor. ſuor. temp. Hieroſol.* apud Martenium *tom.* 1 I. *Theſauri Anecdotor. pag.* 11 t. *ſeqq.* Chronicon Barenſe *ad an.* 1097. *ſeqq. t.* v. *Scriptor. Rer. Italic. Muratorii pag.* 154. *ſeqq.* Boamondi *Epiſt. de capta Antioch. a Chriſtianis apud Baluzium tom.* 1. *Miſcellaneor. Pariſ.* 1678. *pag.* 415. *ſeqq.* Ekkeardi Abbatis S. Laurentii Uraugienſis librum Inſcriptum: *Hieroſolymita*, apud Martenium *tom.* v. *collect. veter. Monumentor. pag.* 511. *ſeqq.* alioſque, qui noti ſunt, quoſque brevitatis cauſſa prætereo.

2 Capta a noſtris Jeruſalem an. 1099. fuit, die 15. Julii. Rex dictus eſt Godefridus Bullonius. Anno eodem 1. Auguſti die intellecta morte Simeonis, vice Præſulem Eccleſiæ Hieroſolymitanæ *Arnulphum de Robes* dixerunt Latini. Confer Albertum Aquenſem *lib.* v 1. *Hiſt. Hieroſol. cap.* xxuiu. & Papebrochium *ſer. Hiſtor. Chron. Patriarch. Hieroſ. præfixa tom.* 1 I. *Maii pag.* xlvi. *num* 195. Anno eodem poſt diem Domini natalem, vel anno 1100. inſtante Paſchatis die (non enim una eademque ſcriptorum ſententia eſt) Patriarcham dixerunt Daibertum. Videndi Albertus Aquenſis *lib.* vii. *cap.* vii. Fulcherus Carnotenſis *lib.* 1. *pag.* 838. *tom.* iv. *ſcriptor. rer. Franc.* Ducheſnii, & Anonymus Mabillonianus *tom.* 1. *Muſei Ital. num.* cxxxv. *pag.* 231.

mitanum fuit, *Hoſpitalariorum* (1) appellant. His ordinibus auctoritate Sedis Apoſtolicæ confirmatis, & veſtis genere, cui crucis ſignum aſſutum eſſet, peculiari ornatis onus pugnandi, quoties ex uſu fuiſſet, adverſus nominis Chriſtiani hoſtes imponunt. Annis fere nonaginta cum in ea provincia imperium noſtri obtinuiſſent, Saladinus Ægypti Rex magnis coactis equitatus, peditatuſque copiis, ad eos contendit, multiſque præliis victos, ſibi ut urbem dederent (2) adegit. Ejectis Francis, Hieroſolymitæ Chriſtiani Græci ritus, qui ab Schiſmaticis ſteterant, fere omnibus Eccleſiis potiuntur (3). Ad ea tamen loca Arabes, Armenii, Habeſſini, omnium denique nationum Chriſtiani, ne Latinis quidem exceptis, vota Deo nuncupatum (4) proficiſcebantur. Nam Saraceni, modo ne de tributo noſtri recuſaſſent, nihil obſtabant, quo minus hi omnes in ædes ſacras oratum congregarentur. Sed Latini quamquam tentandam deinceps fortunam, dandamque ſibi operam exiſtimabant, ut rurſum Palæſtinam, ſacrorum locorum cauſſa, in potentiam ſuam dominatumque converterent, exercituſque eodem crucesignatorum traducebant, tamen magnis acceptis calamitatibus, multiſque militibus, & viris principibus amiſſis, re infecta in regiones

quique

1 Templarii circa an. 1118. hoc ſunt conſequuti nomen. Regula autem vivendi illis præſcripta, & indumentum album attributum in concilio Trecenſi an. 1127. fuit. Poſt multas res egregie geſtas, deficere a priſtino inſtituto vitæ cœperunt. Itaque in concilio Viennenſi an. 1311. a Clemente V. P. M. deleti ſunt. Illorum Hiſtoriam copioſe perſequitur *Petrus Puteanus*, cujus extat *Hiſtoria condemnationis Templarior. edita Gallice an.* 1650. *Pariſ.* Nicolaus Gurtlerus homo de numero Proteſtantium *Hiſtoriam* ſcripſit *Templariorum*, *ediditque Amſtelodami anu* 1691. *&* 1703. Confer Natalem Alexandrum *Hiſt. Eccl. ſec.* XIII. *&* XIV *Diſs.* X. Ludovicum Eliam du Pinium *tom.* XI. *Bibl. Eccl. pag.* 23. *aliosque.* Ordo Equitum Hieroſolymitanorum inſtitutus circa an. 1113. fuit. Ejus Hiſtoriam Ordinis complexi ſunt *Boſius*, *Heliotus*, aliique; *rem vero diplomaticam vulgavit* Vir Clariſſimus *Sebaſt. Paulus Congr. matris Dei Lucenſis Presbyter.* Fuerunt præterea equites S. Sepulcri, ſeu ad tuendum ſanctum Sepulcrum inſtituti circa an. 1120. Vide Pagium ad an. 1120. *n.* XXVIII. & Petrum Lagerloeſium, ſiquidem licet, in Diſſertationibus *de Ord. Equeſtr. edit. Holmiæ an.* 1696. *pag.* 31. *&* 25. De aliis equeſtribus Ordinibus conſulendus *Helyotus Hiſt. Ord. Reg.*

2 Vide *Hiſt. de la conqueſte de Hieruſalem ſur les Chretiens par Saladin edit. Pariſ. an.* 1679. Radulphum Gozeshalenſem *Chronicon de Expugnat. Terræ Sanctæ per Saladinum apud Martenium tom.* V. *mon. veter. pag.* 547. *ſeqq.* & Herbelotum *ad v. Saladin.*

3 Conſule Baronium ad an. 1187. *n.* XXX.

4 Burchardus, qui ſeculo XIII. florebat, quo adhuc tempore aliquot maritimæ Palæſtinæ urbes in poteſtate erant Latinorum, ſic habet in *libello de locis ſanctis pag* 9 *edit. Nov. Caniſ* T. IV.
„ Sunt, *inquit*, quæ devotionem excitent ampliorem. Quis enim enarrare ſufficiat quot Monachi,
„ & moniales, exceptis aliis Chriſtianis de Armenia, Chaldæa, India, Nubia, Syria, Æthiopia,
„ turmatim veniant centeni, duceneni plus, & minus diſcurrentes per loca ſingula in ſpiritu ve-
„ hementi, oſculantur terram, amplectuntur loca, in quibus Jeſum vel ſteteſſe, vel aliud quid
„ egiſſe audierunt &c.

quique ſuas (1) revertebantur. Difficilior aliquanto Latinis ab an. circiter 1291., quibus fere temporibus (2) oppida, quæ in Syria Franci obtinebant, poſtremoque Accon Saracenorum vi expugnata eſt, in Palæſtinam aditus fuit, propterea quod multo illis majora (3) pericula ſubeunda eſſent. Interim qui principatum in Syria tenebant, quod leviſſimis eſſent ingeniis, modo Chriſtianis rebus favere, modo ita exterminari noſtros e locis ſacris debere ſtatuebant, ut niſi data a principe facultate, militumque præſidio, Chriſtianus nemo (4) ad Ædem S. Sepulcri acce-

1 Confer Bullam Innocentii III. P.M. *pro expeditione Cruciata edita an.* 1198. apud Ducheſne *tom.* V. *pag.* 749. & *Epiſt. l.* I. *Epiſt.* CCC. CCCII. CCCXXXVI. CCCXLIII. CCCXCVII. CDVI. *ſeqq.* DVIII. DXXIX. DLXVII. *lib.* II. CCLI. CCLXVIII. *ſeqq.* & Raynaldum *ad an.* 1198. *ſeqq.* Rigordum *de geſtis* Philippi Auguſti, ſcriptoreſque Anglos ubi de Richardo rege agunt ad an. 1198. *ſeqq.* Innocentium IV. *de captione Ludovici regis* per Saracenos an. 1250. apud Ducheſne *t.* V. *p.* 418. Conſule etiam, quæ edidit Ducheſnius *t.* V. *eodem pag.* 435. *ſeqq.* Johannis de Jonville Hiſtoriam, & Chronicon S. Ludovici a ſuppari ſcriptore ſcriptum, editumque deinde Genevæ an. 1547. & Pariſ. an. 1596. & 1608. & ex recenſione, eamque diſſertationibus Caroli du Freſne *Pariſ. an.* 1668. *Epitomen Bellorum, quæ a Chriſtianis Principibus pro recuperatione terræ ſanctæ ſuſcepta ſunt ab anno* 1095. *ad* 1422. apud Caniſium *tom.* IV. *lect. Antiq. pag.* 426. *ſeqq. edit. novæ.* Bullam Nicolai IV. *de recuperatione Terræ ſanctæ an.* 1291. *editam Bullar. Cherubini t.* I. *pag.* 192. *ſeqq.*

2 Jacobus Echardus O. P. *t.* I. *p.* 422. *ſeqq.* laudat Nicolai de Hanapis opus *de excidio Acconis an.* 1291. Confer Anonymi *de eodem excidio librum* apud Martenium *t.* V. *collect. novæ vet. monum. pag.* 757. *ſeqq.*

3 Fuerunt tamen aliqui, qui idem iter ſuſciperent ut anno 1322. Johannes Montevillanus Anglus, qui iter ſuum deſcripſit, quod *ann.* 1564. editum Antuerpiæ fuit. Willelmus de Baldenſel, & Rudolphus Parochus ann. 1336. cujus accurate deſcripta peregrinatio extat *tom.* V. *antiq. lect.* Caniſii *edit. primæ p.* 102. *ſeq.* & *tom.* IV. *edit. novæ p.* 334 *ſeq.* & Rudulphus de Frameiuſperg *an.* 1346. *tom.* VI. *ant. lect. Caniſii primæ edit. p.* 324 *ſeq.* & *t.* IV. *novæ p.* 358. *ſq.* Seculo XV. factum idipſum fuit a Stephano Crpenbergio, ſociiſque an. 1449. & circa *an.* 1476. ab Alberto Duce Saxoniæ Lantgravio Turingiæ &c. ab Johanne Duce Bavariæ an. 1476. ab Johanne Tuchero Norimbergenſi an. 1479. ab Johanne Comite Salmenſi, & Bernardo Bredembachio an. 1483. ab Johanne Werlio, Henrico Stoffelo, Johanne Truceſſio Baronibus, quibus ſe ſocium adjunxit Felix Faber Dominicanus an. 1483. a Friderico Saxoniæ, & Chriſtophoro Bavariæ ducibus an. 1493. ab Alexandro Comite Palatino Rheni an. 1495. a Bugislao Duce Pomeraniæ an. 1496. atque ab aliis, quos nunc recenſere non vacat. Vide Gretſerum lib. de *ſacris Peregr.* I. *cap.* VIII. *pag.* 29. *ſeqq. tom.* IV. *opp. edit. novæ.*

4 Joh. Cantacuzenus, qui XIV. *ſec.* Conſtantinopolitanam imperium tenebat, cum vexari peregrinos, incolaſque ab Saracenis videret, legatos ad Soldanum miſit, qui ut æquior eſſe Chriſtianis vellet, orarent. Soldanus Imperatori reſpondit in hunc modum „ De manu præfecti Manuelis „ veſtræ majeſtatis legati mira cum lætitia, & pace ejus litteras ſuſcepimus, & quam continebant „ petitionem legimus &c. Præterea de ſacris Hieruſolymæ ſanctæ locis petebat, quod etiam le- „ gimus, & Eccleſiis, de quibus ſignificaſtis curam adhiberi juſſimus. &c. Poſthæc petivit legatus „ veſter, ut quoddam veteris templi ruinoſum ædificium, vicinum Romanis ſancti Georgii reno- „ varetur. Id etiam fecimus. Inſuper facram a nobis facultatem petebat, ut cum ſociis a tua „ majeſtate illi attributis ad ſanctam reſurrectionem adorandi cauſſa proficiſci poſſet: quod per- „ miſimus, & libenter ejus voluntati reſpondimus. Nam de eo quod legatus petebat, ut fieret, „ quod ad Sanctam reſurrectionem pertinet, ſcriptum eſt mandatum, & roganti illuc proficiſci, „ comitem præfectum adjunximus, adoravitque quantum voluit, & cum gratiarum actione rever-

„ ſus

accedere auderet. Igitur duodecimum poſt ſeculum rariores ſæpe, interdum frequentiores Occidentalium in *terram Sanctam* commeatus erant. Armeniorum, Habeſſinorum, Ægyptiorum, Græcorum, imprimiſque eorum, qui Saracenis parebant, incredibilis multitudo, religione inducta, partim in Provincia, mercatura victum quæritans, conſiſtebat, ut Hieroſolymam petere, cum vellet, commodius poſſet; partim in oppido domicilia habebat, partim finibus egreſſa, ad ſacra loca proficiſcebatur, votiſque nuncupatis, læta in patriam redibat (1). Quo tempore (2) Franciſcanorum, Dominicanorum, Carmelitarum, aliorumque Ordinum in Palæſtina Cœnobia viſebantur. Dominicanis, ceteriſque, Muhamedanorum maleficio, ex Provincia excedere coactis, Franciſcanis Hieroſolymis, Bethleemi, Nazarethi, aliiſque in locis; Carmelitis vero in Carmelo monte conceſſa manendi poteſtas fuit. Poſt qui plus pecunia valebant, hi parte Eccleſiæ aliqua potiebantur. Nulla enim res eſt, quam pecunia quiſquam extorquere a Muhamedanis non poſſit.

Igitur

„ ſus eſt. Etiam hoc idem legatus adjecit, ut edictum ſerium ederemus, quo qui in ſanctiſſimis „ Hieroſolymæ locis habitant Chriſtiani, item monaſteria, & Eccleſiæ, ne violarentur, & per „ charitatem conjungerentur, qui illic eſt Amiræ, ſeu præfecto, ejuſque auxilio defenderentur. „ Nec ſolum indigenas, ſed & qui diſtinctis temporibus ad ſanctam Reſurrectionem adorandam eo „ venirent, & præcipue, qui illic ſerviunt Muſulmanis, ne ſineret convitiis lacerare, ac ver- „ berare, aut ulla moleſtia afficere tum eos, qui ad ſanctam adorationem certo tempore adve- „ niunt, tum eos, qui in loco illo habitant: ſed potius in honore illos haberent, eoſque ſuſci- „ perent, iiſdemque miniſtrarent. Ita mandatum a nobis prout petebatur &c. *Joh. Cantac. Hiſt. l.* IV. *cap.* XIV. *pag.* 755 *edit. Pariſ. an.* 1645. Ex qua re conſtat, quibus incommodis premi ſæpe ſolerent, qui ſacra loca inviſuri in Palæſtinam proficiſcebantur, quibuſque precibus opus eſſet, ut poteſtas in ea noſtris ſe conferendi daretur.

1 Perdiccas Epheſius ſec. XIV. ſcriptor *de Dominicis Hieroſolymæ locis apud* Allatium *Symmict. tom.* 1. *pag.* 27. *Fidelibus, & infidelibus* ſuo tempore patuiſſe ſcribit prodigium de lumine, quod ad ſepulcrum perficeretur. Confer, ſi licet Moshemium *de lum. S. Sepulcri pag.* 39.

2 Cum Latini Palæſtinam obtinebant, Canonici regulares, ac monachi Cœnobia iis in locis habebant, quæ Chriſti conſecrata præſentia fuerant. Confer Jacobum de Vitriaco Epiſc. Acconenſem *Hiſt.* Hieroſ. *cap.* 1. *pag.* 1077. *ſeq. geſtor. Dei per Francos edit. Bongarſii*. Poſt introducti Dominicani, atque Franciſcani fuerunt. Sed demiſſis Franciſcanis, abeundum inde ceteris fuit. Nam Carmelitæ, qui in Carmelo monte Cœnobium habent, in Palæſtina prima nullum poſt obtinere potuerunt. Primus Præfectus Provinciæ Terræ Sanctæ Dominicanorum fuit circa a. 1232. Henricus Teutonicus, cui anno 1234. ſuffectus fuit F. Philippus, cujus extant litteræ ad Gregorium IX. *Pont. Max.* quas refert *Albericus Coron. ad an.* 1237. & deſcribit Echardus *Script. Ord. Præd. tom.* 1. *pag.* 104. quibuſque eum, ut ſedi Apoſtolicæ obſtrinxerit Patriarcham Jacobitarum, qui Hieroſolymam adoratum venerat, utque fratres in Ægyptum, alioque ad prædicandum Evangelium miſerit, certiorem facit. Inſtituta autem hæc eadem Dominicanorum Provincia circa an. 1228. fuit. Confer Reverendiſſimi Patris Antonini Bremondi Magiſtri Ordinis Prædicatorum viri eruditiſſimi, deque me optime meriti *Bullar. Ord. Præd. tom.* 1. *pag.* 147. *Const.* LXXXII. *notation.* a. De Franciſcanis conſulendus Wadingus, qui paſſim de *Minoribus*, qui in terra ſancta agerent, accurate, ut ſolet, differit.

Digitized by Google

Igitur aliquando Armeniis, interdum Habeſſinis (1), aut Coptis, Græciſve, ſæpe Coptis, Græcis, Armeniiſque (2) junctim Sabbato Sancto in ædem S. Sepulcri penetrandi, ſalſoque confictum cæleſte lumen (nam ipſi calybis, lapidiſque ictu accendunt) recipiendi poteſtas data. Muhamedani ædis ejuſdem clavem retinent, cujus, niſi ſoluta pecunia, nemo ut fores aperiantur, impetrare poteſt. Hoc pacto in templum ipſum ad Sepulcrum factum ingredi cuique licet. Illud Latinorum, Græcorum, Armeniorumque commune eſt, Franciſcani primas in divinis officiis peragendis partes obtinent. Sequuntur Græci, Armeniique. Alterius Sacelli, quod *Sacram Capellam* vocant, iidem ſunt cuſtodes Franciſcani, claveſque, concedentibus Turcis, tenent. Pars Ædis ad ſepulcrum, quam obtinent, cum illis ſeculo ſuperiore ademta Schiſmaticorum artibus fuiſſet, (3) reſtituta deinceps eſt, numerata ab Catholicis noſtris pecunia, poſtulatiſque principum Orthodoxorum. Religio nunc in Palæſtina hoc ſtatu eſt. Præter Muhamedanos, qui omnia oppida, vicoſque compleverunt, plures urbes, locaque Græci, atque Armenii hæretici, imprimiſque Hieroſolymam, Bethleemumque incolunt. Pauci ſunt Orthodoxi, qui Latinæ Eccleſiæ ritus (4) colant. Sunt e ſectis ceteris Orientis, qui ex

1 Seculo XIV. Monachos Habeſſinos Hieroſolymis egiſſe, conſtat ex Epiſtola Zeræ-Jacobi Imperatoris Habeſſinorum, quam refert Jobus Ludolphus *Comment. in Hiſt. Æthiop. lib.* III. §.XXX. *pag.* 302.


2 De his, qui ex eis nationibus in Palæſtinam religionis cauſſa proficiſcerentur, quid ſcriptores tradiderint, conſtabit teſtimoniis, quæ proferam §. ſequente.

3 Urbanus Cerri *lib. quem Innocentio* XI. *P. Max. obtulit*, *inſcripto: Iſtruzione dello ſtato della ſacra Congregazione di Propaganda fide*. *Ad cap.* cujus hæc eſt inſcriptio: *della Terra ſanta*, ſic habet „ Nella Paleſtina, *o Terra ſanta* non vi ſono miniſtri della Congregazione, „ ma conventi di Minori Oſſervanti, uno in Geruſalemme di 40. Frati, uno in Betlemme, e un „ altro in Nazaret di minor numero, ſotto l' obbedienza del Guardiano di Geruſalemme, quali „ ſervono al S. Sepolcro, e ſebbene di queſto ſantuario ultimamente ſono ſtati ſpogliati da i Gre- „ ci, che con danaro hanno dal gran Viſir ſpuntato un tal poſſeſſo, nondimeno adeſſo s' intende, „ che detti Padri poſſano ricuperarlo mediante la interceſſione de' Principi Criſtiani moſſi dalle „ caldiſſime iſtanze fatte loro con replicati brevi della ſanta memoria di Clemente X. e di una „ gran ſomma di danari raccolta da detti Padri nella Criſtianità. Il paeſe è pieno di Greci, Ar- „ meni, Cofti, e altri ſciſmatici Orientali, quali anche hanno la cuſtodia diſtinta di alcuni luo- „ ghi ſanti. I Latini ſono pochi, e la maggior parte foreſtieri, e pellegrini: Servatur hoc idem opuſculum m. ſ. in Bibliotheca Caſanatenſi *Miſcell.* XIV. noſque hæc excerpſimus *ex pag.* 89. Verſum etiam in Gallicum ſermonem fuit, publicatumque Amſtelodami an. 1716. *a Richardo Steelo*.

4 Nam eſſe Hieroſolymis mille, trecentoſque circiter latini ritus homines accepi ex Joſepho a S. Remo Minorita viro erudito, linguæ Arabicæ in Cœnobio S. Bartholomæi ad Inſulam Tiberinam Profeſſore, qui diu Hieroſolymis, inque proximis ei urbi oppidis verſatus eſt. De ſectis Schiſmaticorum, quæ eadem in Provincia obtinent, conſtabit §. *ſeq.*

Digitized by Google

Digitized by Google



ECCLESIA S. SEPVLCRI



S. SEPVLCRVM

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III · NAPOLI

Digitized by Google

ex aliis regionibus profecti ſedes in eam Provinciam tranſtulerunt.

§. VII.

De lumine Sancti Sepulcri.

SED quoniam de lumine Sancti Sepulcri facta interdum eſt mentio, non alienum videtur eſſe paucis cujuſmodi ſit, quid initio de illo majores noſtri cenſuerint, quidque nunc Latini, Græci, Armenii, Coptique ſentiant, declarare. Principio igitur ſatis conſtat, jam uſque a nono Eccleſiæ ſeculo, eam apud Chriſtianos ſententiam invaluiſſe, ut cum extinctæ lampades Sabbato Sancto eſſent, repente lucem prodigio apparere, lampadas, faceſve accendere arbitrarentur. Hoc multi, iique jam fere omnes e numero Proteſtantium, fraude Chriſtianorum ſemper fuiſſe factum defendunt. Contra qui nono, ſequentibuſque ſeculis floruerant, remque omnem, ut agebatur, coram conſpexerant, prodigii loco habendum exiſtimarunt. Hoc Noſtri, ac Proteſtantes conveniunt: quod nunc Græci, Armenii, Coptique jactitant eſſe omnino in fraudibus numerandum. Qui primi omnium, quod ſciam, ejus rei meminerint, Monachi duo fuerunt, quorum alter Nicolao primo (1) Pontifice Maximo, alter aliquot poſt annis (2) iter eſt aggreſſus Hieroſolymitanum. Quod hi,

 poſte-

1 Apud Mabillonium *tom.* IV. *Actor. SS. Ord. S. Benedicti pag.* 524. *edit. Pariſ.* „ Sabbato „ Sancto, quod eſt vigilia Paſchæ, mane officium incipitur in Eccleſia, & poſt peractum officium, „ Kyrie eleiſon canitur, donec veniente Angelo lumen in lampadibus accendatur, quæ pendent „ ſuper prædictum ſepulcrum, de quo dat Patriarcha Epiſcopis, & reliquo populo, ut illuminet „ ſibi in ſuis locis.

2 Willelmus Malmesburienſis *de Geſt. Regum Angliæ l.* IV. *cap.* II. *pag.* 209. „ Legi ego, „ *inquit*, in ſcripto Bernardi Monachi, quod ab hinc annis cc L. ideſt anno Incarnationis 870. „ idem Hieroſolymam profectus ignem illum viderit &c. Glaber Rodulphus *lib.* IV. *Hiſt. cap.* 6. *pag.* 47. *apud Ducheſnium tom.* IV. *ſcript. Rer. Franc.* ſeculo XI. cum adhuc in poteſtate Saracenorum Hieroſolyma eſſent, Odolricum Aurelianenſium Epiſcopum eo adoratum contendiſſe ſcribit: moxque adjungit: „ Quid viderit, nobiſque narraverit, non præterm ttendum videtur miraculum. Die igitur magni illius ſabbati, quo ignis mirabili Dei potentia veniens ab univerſo populo præſtolatur, ibi cum ceteris idem Præſul aſtabat. Jamque dies ipſa in veſperum „ tranſiens repente penes horam, qua ſperabatur ignis affuturus, unus Saracenorum ſcurra impudentiſſimus ex plurima illorum multitudine, quæ annuatim ſemper una cum Chriſtianis adeſſe ſolet, exclamavit, ut Chriſtianis mos eſt, cum primum videtur, *Agios*, *Kyrie eleiſon*, cavillanſque cachinnum emiſit, extenſaque manu arripuit cereum de manu cujuſdam Chriſtiani aufugere tentans. Qui illico arreptus a dæmonio turpiter nimium vexari cœpit, quem proſequens „ Chri-

poſterique aut ab ſe, aut ab iis, ex quibus intellexerint, viſum narrant, longe eſt ab eo diſcrepans, quod fieri hoc tempore ad Sepulcrum conſtat. Quare ſi dolo agunt Græci, non eſt continuo conſequens, Latinos etiam ad extremum XII. ſeculum fraude egiſſe. Nam illi lampadas ſæpe, quin ullus ad eas (1) accederet, nonnumquam vero facem, quam unus aliquis in Eccleſia, ut moris erat, teneret, idque jam futurum ne ſuſpicaretur quidem, ex improviſo accendi conſueviſſe ſcripſerunt. Quinetiam fuerunt, qui lampadem unam repente accenſam, propagaſſe in alias lucem, ejuſque prodigii ſe inſpectores fuiſſe (2) traderent. Eſt autem auctor Anonymus Mabillonianus, Saracenorum regem, qui anno MXCVII. Hieroſolymis imperium obtinebat, cum ad ſe noſtros vocaſſet, ac ne veriſimile quidem ſibi videri dixiſſet, quod illi de lumine in vulgus ſpargere auderent, ſic demum conſtituiſſe. Ab ſe ipſo ut lampadas (3) parari ſinerent.

Si

„ Chriſtianus cereum abſtulit. Ille vero tortus acerrime, protinus inter Saracenorum manus expiravit. Quod factum omnibus in commune terrorem immiſit. . . . Statim vero, ut aſſolet, „ Dei virtute erumpens ignis ex una lampadarum, quæ ſeptem ibidem pendere cernuntur, curſim eructando, ceteras inflammavit. Quam etiam cum ſuo oleo præfatus Epiſcopus emens auri „ libra a Jordano, qui tunc præerat, Patriarcha, ſecum detulit &c. Urbanus II. P. M. *in Sermone habito in concilio Claramont. an. 1095.* apud *Harduin. t. VI. concil. par. II. pag. 1726.* „ Neque, *inquit*, ibi Deus hoc annuatim prætermittit facere miraculum, cum in diebus paſſionis ſuæ, extinctis omnibus & in Sepulcro, & in Eccleſia circum circa luminibus, jubare divino „ lampades extinctæ reaccenduntur „. Cetera poſt referam opportune teſtimonia.

1 Confer *notat. ſuperiorem*.

2 Vide infra *pag 68. not.*

3 Hiſt. *de via Hieroſ. qualiter recuperata &c. apud Mabill. t. I. Muſ. Ital. §. et I. p. 209. ſeqq.* Neque vero is ſolum, ut Moshemius videtur aſtimare *de Lum. S. Sepulcri pag. 23.* ſed alii quoque Latini hoc idem memoriæ tradiderunt. Fulco apud Ducheſnium *tom. IV. ſcriptor. Hiſt. Franc. pag. 890.* ſic habet.

„ Nulli namque aditus vel ad hæc vel ad illa patebat,
„ Si non prævenicns mercis iter expediebat.
„ Et cum Paſchali feſto reſonantibus hymnis
„ Expectabatur ſuper aſſore cælicus ignis,
„ Tunc vice flammivomi feriata lucerna papyri
„ Aptabatur, avens di vino obſtare oitori.
„ Cum tamen omnipotens ſua per miracula numen
„ Ferro ceu ſtuppæ clatum daret edere lumen,
„ Hoſtis devictus, ſed non compunctus in iſtis,
„ Tentabat ſtolidis cæleſtia dona ſagittis,
„ Ut circum ſacri laquearia fulgida tecti,
„ Confixam ſegetem potuiſſet cernere ferri.
„ Sin vero hæc tarde miracula proveniebant,
„ Tempore nec ſolito ſacra lumina ſe referebant,
„ Tum gladii circum ſacra limina triſte micabant,
„ Atque pios capitum diſcrimine terrificabant,
„ Ni precibus celerem impetraſſent aſſore lucem.
„ Nec cita, nec tarda ſedabant ſigna furorem.

Digitized by Google

Si accenſæ fuiſſent, tum demum ſe, quæ dicerent crediturum. Accepiſſe Chriſtianos conditionem. Regem ellychniorum loco poni filamenta ferrea curaſſe. Noſtrum aliquos, qui plane, quæ acta ab Rege fuerant, cognoſſent, timuiſſe, ne implere quod promiſerant, non poſſent. Guillelmum Eremitam fiduciæ plenum, eos eſſe graviter cohortatum, ne animis conciderent; ſed Deo ſe, remque Chriſtianorum ſacram commendarent. Hunc enim iis, qui ad ipſum confugerent, minime defuturum. Ergo dum omnes incredibili pietate precibus inſtarent, ignem apparuiſſe ellychniosque ferreos, ac ſi fuiſsent papyracei incendiſſe. Admiratum Regem revertiſſe domum, Chriſtianosque, propter prodigium, Divinum Numen collaudaſſe, eique gratias egiſſe. Qua parte ædis lux in Eccleſiam immitteretur, non a duobus illis Monachis modo, quos nono ſeculo vixiſſe diximus, ſed etiam ab aliis permultis, qui (1) poſt floruerunt, præter-

 miſſum

1 Confer Urbani II. ſermonem apud Baldricum *Hiſt. Hieroſ. lib.* I. *pag.* 87. *Geſtor. Dei per Francos tom.* I. *edit. Bongarſii*: Machichæ Pontificis Neſtorianorum Epiſtolam *ad Principem Neſtorianorum in Perſide Commorantium apud Aſſemanum tom.* III. *par.* I. *Bibl. Orient. p.* 552. *& Par.* II. *pag.* CCCLXXI. quo loco ſic habet „ Ex his miraculis unum eſt luminis lapſus in Eccleſiam Reſurrectionis in urbe ſancta vergente Sabbato, quod præcedit dominicam reſurrectionis, „ unoquoque anno, certa & infallibili regula, quæ uſque in præſentem diem manet. Eo autem „ lumine lampades Sancti Sepulcri . . . . accenduntur, quum ejuſdem Sepulcri tholus clauſus, ſigilloque obſignatus maneat, Præſidis ejus urbis miniſtris in eum locum attente oculos defigentibus, cumque diligenter cuſtodientibus, ne cui Chriſtianorum fraudi vis pateat. „ Vixit is Machicha initio ſeculi XII. Othmarum, ut Moshemius cenſet, X. vel XI. ſeculi ſcriptorem diverſum ab Othmaro Abbate Sancti Galli, in viſione, quam edidit Jacobus Gretſerus *in Horto S. Crucis cap.* XXX. *pag.* 266. *prima edit.* qui „ Item, *inquit*, amicorum meorum intimæ patefacio dilectioni, quæ licet peccator, Dei miſericordia, Hieroſolymæ oculis corporeis inſpexi, quia & „ nihil verius poteſt dici. Inſtitutus tum ego, prout quidquam patet viſui humano, lucem inviſibilem cælitus ad Sepulcrum Domini viſibiliter apparentem, & revera illud viſibile manifeſte accendere „. Conſule, quæ paullo ante ex Glabro Rodulpho, & Fulcone protuli. Atque Rodulphus quidem eo in loco, lucem ex lampade erupiſſe aliquando, in aliasque manaſſe, non immiſſam e cubiculo, quod tecto caret, teſtatur. Adiſis præterea Fulcherum Carnotencem *lib.* II. *cap.* VII. *pag.* 844. *tom.* IV. *Scriptor. rer. Francic. edit. Ducheſnii ad an.* 1101. Chronici Malleacenſis Scriptorem *editi* a Philippo Labbeo *tom.* II. *Biblioth. Mſs. Nova ad an.* 1100. *qui pag.* 236. hæc habet „ Sub eodem (Daiberto) Patriarcha ignis, qui venit in Jeruſalem in Sabbato Paſchæ extinxit, & poſt paullulum miſerante Domino veniens, iterum lætificavit Chriſtianos, quos extinctione triſtaverat „ & ad *an.* 1101. „ Ignis qui venit in Sabbato Sancto, non „ venit uſque in ipſo die Paſchæ, & tunc tribus vicibus venit. Conrandum Urſpergenſem *Chronic. ad an.* MCI. *editi Baſil. an.* 1559. *pag.* 240. qui „ Neque hoc, *inquit*, ſilentio prætereundum, quod eodem anno ibidem cognovimus contigiſſe venerabili viro Herimanno Presbytero, „ qui tunc in monte oliveti converſabatur, in hæc verba referente. Die, inquit, Sacratiſſimi „ Sabbati, quo ſecundum antiquæ miſericordiæ Domini [illegible], baptiſmate jam conſecrato, „ lumen de Cælo nobis miniſtrari devoti nimis expectabamus uſque ad veſperam, orationibus ſolitis inſtitimus, tumque propter peccata noſtra, deſiderato dono cæleſti; quod etiam in con-

„ ſpectu

miſſum ſilentio eſt. Græci, qui poſt pulſos Hieroſolymis Francos vixerunt, Latinique etiam nonnulli, qui peregrinatum in Palæſtinam poſt XIV. ſeculum profecti ſunt, per ſuperiorem S. Sepulcri (1) partem in templum introduci ignem illum cæleſtem ſcri-

,, ſpectu gentium olim Chriſtiani ante nos ſemper ſuſcipere ſolebant, omnimodo fruſtrati, abſque ,, omni feſtivæ Synaxis officio, noctem illam dominicæ reſurrectionis lugendo tantum, & mœrendo tranſegimus. Summo autem mane cum Litaniis a Sepulcro Domini nudipedes proceſſimus, ,, ingreſſique ante templum Domini .... mox poſt preces, lacrymaſque, ne nos deſerendo, Chriſtus nomini ſuo blaſphemiam inter gentes præpararet, fuſas; necdum atrium illud famoſum egredimur, & ecce concrepantia ſigna laudes altiſonas in occurſum nobis, ab his, qui remanſerant, reboantes audivimus: intrantes vero Eccleſiam prænominatam, lampades duas cælitus incenſas immenſo gaudio repleti conſpeximus ... Nobis quoque egreſſis, inter miſſam Syrorum, ,, lampades aliæ divinitus accenduntur: ante veſperas vero, & inter ipſas veſpertinas laudes, ,, uſque ad ſedecim hujuſmodi lumina viſibiliter ampliantur.. *Hiſtoriam Monaſt. S. Mariæ de Fontanis cap. IV. tom. II. ſpicileg. Acherian. pag. 574. prima edit.* ubi hæc habentur ,, Accidit... ,, quoddam dignum ſolemni recordatione. Nam Willelmus Clericus ... Inſpiratione divina, tactus amore cordis intrinſecus, petivit licentiam a Domino Gaufrido, & a Turonenſi Archiepiſcopo adeundi Hieroſolymam, & ſicut petiit, habuit, & abiit. Quando venit ergo Sacri celebratio ,, Sabbati Paſchæ, acceſſit cum ceteris fidelibus ad Sepulcrum Domini volens intereſſe conſueto ,, miraculo, quo datus ignis divinitus illa die præſentes ſolebat omni anno lætificare, & cunctis videntibus, qui aderant, & præ gaudio mirantibus, cereus ejus divina virtute ardens, & lucens ,, apparuit ,,. Mitto ceteros ne ſim longus. Ex his omnibus teſtimoniis plane colligitur, non ſolum non fuiſſe a ſcriptoribus latinis, qui ante pulſos noſtros Hieroſolymis floruerunt, traditum, immiſſum e ſuperiore Sacelli parte lumen in lampadas fuiſſe; ſed etiam interdum negatum. Nam ſcribunt aliquando: Primo, ex una lampadum erupiſſe lucem; Secundo, ceream facem quam Willelmus tenebat, accenſam eſſe; Tertio, non quidem noctu ſemper, ſed interdiu aliquando incenſos lampadum ellychnios fuiſſe, quare ſi ulla fraus intervenîſſet, facile fuiſſet detecta. Atenim quod eſt de Willelmo, dolo factum Moshemius contendit *lib. c. pag.* 38. Nam eum, qui lumen immittebat, *incerta dextra* egiſſe ait, & luco lampadum, ceream facem Willelmi incendiſſe. Ego vero quemadmodum id non parata ante ad eam rem face contigerit, fateor aſſequi me nullo modo poſſe. Sed inſtat, moraſque illas luminis ſtatim poſt adventum Latinorum indicia fraudis eſſe pugnat. Nam pulſis Græcis, qui præfecti ei rei fuiſſent, Latinos, qui miniſtros peritos non haberent, lumen aut nullo pacto, aut difficulter impetrare potuiſſe, quoad lapſu temporis tales ſunt nacti impoſtores, quales deſiderabant. Hanc ille injuriam majoribus noſtris, qui ſolida pietate ducerantur, conflat. Deinde imperitos artis illius tanta facultate valuiſſe, ut cum extincta lumina fuiſſent, quemadmodum traditum ab Auctore Chronici Malleacenſis vidimus paullo poſt repente accendi potuerint, perſuaderi mihi vellem. Nam combuſta *materia* illa, quam fingit Moshemius, continuo alia parari nequivarat, ut paullo poſt accendi rurſum lampades poſſent.

(1) Perdiccas Epheſius ſeculi XIV. Scriptor apud Allatium *tom. 1. Symmict. pag.* 27. ſic habet:

Καὶ τὸ δὲ μεῖζον περιφανὲς πᾶσί τε, καὶ ἀπίστοις
Ἡ' ᾗ τὴν παγκόσμιον ἀνάστασιν Κυρίου
Φωτοχυσία περίδηλος φωτὸς τοῦ παναγίου
Μεταδιδοῦσα τοῖς πᾶσι ἁγιασμὸν, καὶ φῶτα.

Quæ ſic vertit Fed. Morellus, ſed paullo, quam verba poſcant, liberius:

,, Unde omnibus piis patet miraculum
,, Quod majus eſt palam infidelibus, ac piis
,, In qua reſurrexit die *Dominus*, micat
,, Quum accenſio luminis Sanctiſſimi
,, Communicantis Sanctitatem omni probo.

Græcus

ſcripſerunt. Namque ſepulcro inædificata ædicula (1) rotunda eſt, quæ jam inde a nono Eccleſiæ ſeculo tecto vacat. Hanc noſtri paradiſum nono ſeculo (2) appellabant.

Noſtra ætate non ita, ut olim, lampades accenduntur. Hora poſt

Græcus alter apud Allatium *ibid. pag.* 33. ſermone vulgari gentis ſuæ ὁ δὲ μιὰ τρέλλα, ἐπᾶ καὶ ἐπάνω τῦ ἁγίυ τάφυ καὶ ἀνασκέπαστη, ὅτι ἀπ' ἐκεῖ κατέβαινε τὸ ἅγιον φῶς. „ Trulia una, quæ eſt „ ſuper Sanctum Sepulcrum tecto caret, quod inde deſcenderet ſanctum lumen „. Et paullo poſt. κ̀ ἀπάνω τῦ ἁγίυ τάφυ, καὶ κυβούκλιν μικρὸν μολυβδοσκέπαστον .... ἐκεῖθεν κατέβαινει τὸ ἅγιον φῶς τῷ ἁγίῳ κ̀ μεγάλῳ σαββάτῳ ὥρα ἑσπερινῦ, κ̀ προσεγγίζει τῦ ἁγίυ τάφυ τῦ Χριςῦ, κ̀ ἀνάπτοντ' ἅπτονται αἱ κανδῆλαι τῦ ἁγίυ τάφυ. Et ſuper Sanctum Sepulcrum eſt rotundum parvum cubiculum plumbo „ contectum ... Inde deſcendit ſanctum lumen ſancto, & magno Sabbato hora veſperæ, & applicat „ ſe Sancto Sepulcro Chriſti, & ſtatim accenduntur lampades Sancti Sepulcri. Willebrandus ab Oldemborg, qui poſt pulſos Latinos Hieroſolymam venit. *Itiner. Terræ Sanctæ apud Leon. Allat. Symmict. tom.* II. *pag.* 17. *edit. Venet.* „ Nota, *inquit*, quia erga monumentum ipſa Eccleſia „ nec habet, nec umquam habuit tectum, ita ut ipſum tectum ad diſpoſitionem, & formam cle- „ ricalis coronæ ſit abraſum . . . Annuatim ex eo . . . nocte Paſchæ ſacer ignis per cæleſtem nun- „ cium illic apportari conſuevit „. Quod Willebrandus dicit, numquam fuiſſe contectum ejuſmodi ſacellum, falſum eſt. Nam ante ſeculum VIII. tecto minime carebat. Arculfus Antiſtes Gallus, qui ſeculo VII. inviſit ſacra Palæſtinæ loca, ſanctum Sepulcrum non modo contectum, ſed etiam ejus faſtigium aurea cruce ornatum fuiſſe affirmavit. Confer Adamannum de locis ſanctis *lib.* I. *cap.* II. *apud Mabill. tom.* IV. *Actor. SS. O. S. Bened. pag.* 564. Hoc idem ſtatuit virgo, quæ Acta S. Wilibaldi deſcripſit, quem VIII. ſeculo in Palæſtinam profectum fuiſſe conſtat. Vide apud Bolland. *Act. SS. tom.* II. *Jul. pag.* 495. *ſeqq.* Seculo IX. Ædes ad S. Sepulcrum non ſuperiore parte, ſed qua ad meridiem ſpectabat, patens erat. Conſule Rhabanum Maurum *Commentar. in Matth. lib.* VII. *pag.* 157. *tom.* V. *opp. edit.* 1626. & Paſchaſium Rodbertum *Comment. in Matth. pag.* 211. *edit. Sirmondi*. Sed hoc Moshemio negotium exhibet. Nam idcirco detectam ædem fuiſſe putat, ut ignis inde in lampadas vibrari poſſet. At quam id ſit falſum, oſtendimus notatione ſuperiore.

1 Vide notat. ſuperior. Chorum Eccleſiæ eſſe Moshemius putat. Errat enim vero. Nam templum eſt. Simile olim extructum a Conſtantino fuit. Recte Valeſius *Epiſt. ad Amicum de Anaſtaſi, & Martyrio Hieroſolym. pag.* 785. *edit. Cantabrig. Hiſt. Eccl. Euſebii* „ Interdum „ Anaſtaſis ſtrictius ſumitur, & ſeparatur a Martyrio, ſeu Baſilica Conſtantini, ac pro Sepulcro „ Domini, ſeu potius pro ædicula Sepulcro ſuperſtructa ponitur, ut videre eſt apud Hieronymum, „ & Eucherium. Hanc diſtinctionem non intellexit Gretſerus, qui in libro I. *de cruce cap.* LXV. „ acriter reprehendit Bedam, quod Anaſtaſim a Martyrio diſtinxerit ... Ædiculam ergo ibidem „ fuiſſe innuit (Eucherius) arcuato opere ſtructam, & columnis marmoreis ſuffultam, ut teſtatur „ Euſebius. Erat porro hæc ædicula conjuncta Baſilicæ. Nam ab Anaſtaſi ad Baſilicam, ſeu Mar- „ tyrium ingentes erant porticus, atque in medio campeſtris planicies, ut ſcribit Euſebius „. Sed de hac re alias. Hujuſmodi ædicula chorus ne eſſe potuit S. Sepulcri, quæ a Baſilica templi diſtaret? Non arbitror. Vide figuram ejus Ædis, quam exhibuit Arculfus apud Mabillonium *tom. eodem* IV. *Act. SS. O. S. Bened. l. c.* & Gretſerum *lib. de Locis Sanctis pag.* 256. *tom.* IV. *opp. edit. nova*. τὸ κυβούκλιν, quod nominat Auctor, qui vulgari ſermone Græcorum ſcripſit de locis ſanctis, cujuſque locum ſupra attulimus (vixit is non XIV. ſeculo, tunc enim ſcribere vulgari lingua non poterat, ſed XV. *vel* XVI.) eſt eminentior Ædis pars, quæ media, rotundaque eſt, tectoque caret. Vide *Cornelii de Bruyn Voyage au Levant &c. tom.* II. *p.* 242. *edit. an.* 1725. Nunc quidem Chorus pars ædis S. Sepulcri eſt, non totam ædem Sepulcro inædificatam occupat. Vide Bruyn *ibid. pag.* 244. Confer etiam Brocardum *deſcript. Terræ Sanctæ* a Johanne Clerico *ad Calcem Euſebii, & Hieron. de locis Hebraicis edit. Amſtelod. an.* 1707. *cap.* VIII. *pag.* 182. Guillelmum de Baldenſel *Hodep. ad Terram Sanctam pag.* 348. *tom.* IV. *Antiquar. lect. Caniſii edit. nov.* & Anſelmum ſec. XVI. *ſcript. deſcript. Terræ Sanctæ apud* Caniſium *tom. eod. p.* 795.

2 Vide *Mabillon. Act. SS. Ord. S. Bened. pag.* 525. *tom.* IV.

poſt mediam noctem octava, quotquot in æde ſacra ſunt, lumina extingui ſolent. Qui ex omnibus nationibus, ſectiſque Orientis Chriſtiani viri, mulieres, pueri, puellæque in templum convenerunt, perinde ac ſi furore agitentur, hac illac diſcurrunt, atque omnia clamoribus replent, majoreſque turbas agerent, niſi Turcæ, qui adſunt, fuſtibus interdum uterentur. Hora pomeridiana tertia Græcorum Patriarcha in templum deſcendit. Hunc magna turba Præſulum, Sacerdotum, Clericorumque conſequitur. Succedunt Armenii Antiſtites, quos ejus gentis Clerici comitantur. Hi omnes, ne opprimantur a multitudine, Muhamedanos milites in ſubſidium vocant. Ubi acceſſerunt, preces neſcio quas recitantes ſepulcrum ter circumeunt. Conſiſtunt deinde univerſi, duoſque Antiſtites Græcum, Armeniumque, ut in ſacrarium ſecedant, cæleſtemque ignem deferant, jubent. Poſteaquam ingreſſi in locum ſunt, clauduntur fores, adſtant milites, & ne quis vim inferat, unaque introeat, obſiſtunt. Interea Præſules intus aliquamdiu manu ferro ex ſilice ignem eliciunt. Prodit inde primus Græcorum Patriarcha utraque manu cereas faces ardentes geſtans. Circumſiſtit populus, vimque homini infert, dum ſuas quiſque (nam facibus præſentium nemo caret) inflammare conatur. Fit tumultus. Reſiſtunt milites. Nihil proficiunt. Fuſtes adhibent, atque hoc pacto impetum plebis aliquando reprimunt, & Patriarchæ, ut inde evadat, faciunt poteſtatem. Amotis Græcis, mox Armenius e ſpecu egreditur. Minor fit ſtrepitus, quod minor ſit numerus Armeniorum. Poſtremus ſeculo ſuperiore erat Coptus Antiſtes, quem ſui circumſiſtebant, ſuaſque tædas facibus Præſulis admovebant, accendebantque, ita ut diximus fieri ab Græcis ſolere (1).

Si quis autem modum, quo olim lampades accendebantur, conferre cum hodierno velit; is facile intelliget, eſſe hunc quidem ab illo maxime diſcrepantem. Ac ſi vera ſcriptores de ellychniis ferreis (quod obſervatum paullo ante fuit) incenſis prædicant (voluiſſe autem eos in fraudem inducere poſteros,

1 Vide Quareſmium Elucid. Terræ Sanctæ *lib. v. c. xxiii. p. 556. ſeq.* Thevenotum *Voyage de Levant. tom. 1. pag. 393. edit. an.* 1665. Laurentium de Arvieux, cujus itinera deſcripſit Joh. Baptiſta Labatus O. Præd. *memoires &c. tom. II. cap. XIII. p. 139. ſeqq. edit. an.* 1725. Ceteros, ne ſim longus, prætereo.

ſteros, ſi probabilibus monumentis oſtenderetur, vix; his autem ſublatis, ne vix quidem arbitror concedendum) erit ſcilicet, cur eorum memoria, incendi prodigio lampadas conſueſſe, dicendum ſit. Nam quod nonnulli (1), quin ullo vetere teſtimonio, momentove aliquo rationis utantur, eos in ſuſpicionem falſi vocent, faciunt, quod plerique Lutheranorum ſolent, ut ea contemnant, quæ minime ipſis placeant, ne poſt tertium, quartumve ſeculum prodigium ullum patratum a Deo fuiſſe, aut confirmandorum in religione Chriſtianorum, aut convertendorum ad ſanitatem impiorum cauſſa, videatur.

At Saraceni, inquiunt, ſibi perſuaſerant, fraude id fuiſſe Chriſtianorum factum (2). Quid ad rem? An quod hoſtes ajunt, hoc eſſe continuo concedendum putant? Negent ergo in miraculis eſſe, quæ fiebant a Chriſto, ponenda, quod eum Phariſæi magum, ſeductorem, impoſtoremque fuiſſe defenderent. Ac moveor equidem auctoritate inimicorum, ſi quod noſtri affirmant, probent; ſin autem negent, non moveor. Nam qui hoc in genere inimicus eſt, ſæpe etiam convictus, ne incidiſſe in errorem imprudens videatur, negat; niſi autem vi veritatis convictus, affirmat numquam. Quare eidem, ſi cum noſtris conveniat, tribui aliquid debere facile patior; ſin minus, negantem adverſarium nihil moror. Jam vero cur hoſti, qui quo res pacto perageretur ignoraret, adhibenda, contra vero noſtris, qui ſcirent, hominibus & doctis, & piis, & minime incautis deneganda aſſenſio ſit, ne ſuſpicari dem poſſum. Ac Saracenum ignarum eorum, quæ in templo fierent, fuiſſe, teſtis eſt is idem Moshemius (3), qui ejus hiſtorici Muhamedani fide putat dejici ab ſe, quod Orthodoxi admirabantur, de gradu miraculorum poſſe. Atque eſt illud præterea ad cre-

1 In his Moshemius *Diſſ. de lumine S. Sepulcri pag. 1. ſeqq. edit. an. 1736.*

2 Confer Aſſemanum *Bibl. Oriental. tom. III. par. II. c. VII. pag. 368.*

3 Migareddin Arabs *Chronic. Hieroſol. ad an.* 1007. apud *Aſſemanum t. III. par. II Bibl. Orient. cap. VII. §. XX. pag. 368.* „ Satis compertum eſt, *inquit*, ignem illum accendi appoſitis „ ellychniis ſubtiliſſimis e goſſipio fabrefactis, balſamoque imbutis, atque ſulphure, aliaque „ ſimili materia medicatis: etſi iſtud ea fraude atque diſſimulatione ab illis conficiatur, ut non „ modo plebeculæ, ſed & viris in ipſorum ſecta primariis miraculi ſpeciem præbeat. At hoc ſi verum eſt, quomodo fax quam unus aliquis teneret, incenſa repente eſt? Quomodo accenſi ellychnii ferrei? Negat hoc eſſe verum Moshemius. Sed recte ne, contra teſtium ejus temporis fidem, ipſe viderit. At is ipſe Migaredionm aliquid deprehendiſſe adjungit, quamquam omnes artes noſtrum habere compertas nequiverit. Quaſi vero ſi arte ulla uſi fuiſſent, ea Turcas fugere potuerit, qui diligenter rem ſæpe inveſtigaſſent.

credendum difficile, ut qui præfecti ſacris Chriſtianorum Hieroſolymis erant, quorum pars non minima ſingulari virtutis, integritatiſque morum exiſtimatione florebat, quoſque fugere, quæ a miniſtris in templo perpetrabantur, non poterant, paſſos æquo animo fuiſſe, ut tanta multitudine Chriſtiani deciperentur. Deinde voluiſſe eos ſe, exiſtimationemque ſuam, ſi deprehenſa fraus eſſet, in diſcrimen conjicere, quis credat? Nam doli latere quidem aliquantiſper poſſunt, ſemper non poſſunt. Neque eſt veri ſimile, Muhamedanos, qui principatum (1) in Syria obtinerent, quique negarent miracula in cœtu noſtrum ulla patrari, cum prodigio lampadas igne tangi intelligerent, in modum, quo res eveniret, ſtudioſe inquirere recuſaſſe. Quod ſi inquiſiverunt, neque fraudis genus ullum deprehenderunt, (ſi enim deprehendiſſent, numquam ſe illius ignaros demonſtraſſent) quid eſt, quod Proteſtantes tam confidenter majores noſtros dolo, fraudeque, ut rem ſuam privatam amplificarent, egiſſe putent?

Sed ante ſeculum nonum nulla fit, inquiunt, ab hiſtoricis hujus tanti prodigii mentio. Fateor. Tunc enim primum fortaſſe agi divina poteſtate cœpit, quod non agebatur ætate ſuperiore. Nam quod Johannes in Evangelio ad piſcinam Betheſdam factum quotannis prodigium ſcribit, cœperit aliquando neceſſe eſt fieri. Quæ autem ratio ſit, cur tunc initium ſumeret, ille ipſe novit, cui uni, quamobrem incœperit miraculum ad (2) Betheſdam perſpectum eſt. Jam vero qui ex me quærunt, quæ cauſſa fuerit, cur in Æde S. Sepulcri lampades miraculo accendi deſinerent, hi ſic habeant: tum ſibi ſatisfieri poſſe, cum ipſi quamobrem ad Betheſdam ceſſarit prodigium, demonſtrarint.

Atenim inſtant, atque ex ædicula ajunt, quæ tecto carebat, ignis in templum, immittebatur, neſcio quibus artificiis, & lampadum ellychnios incendebat. Nego enim vero traditum a quoquam veterum, ante pulſos e Palæſtina Francos, memoriæ eſſe, quod eſt de igne per ædiculam (3) immiſſo, quæ tecto care-

1 Vide Machlichæ Neſtoriani locum ſupra indicatum, & quod ex Anonymo Mabilloniano paullo ante de ellychniis ferreis allatum eſt.


2 Confer, quæ diximus *tom. 1. pag. 257. not. 3. & ſeq.*

3 Conſule hujuſce *vol. pag. 67. ſeq. not. 1.*


Digitized by Google

Digitized by Google

Tom. 2. Tab. 3 pag. 73.



VETERIS TEMPLI TYRENSIS RVDERA



TEMPLVM.S.IOH.PTOLEMAIDIS

NAPOLI

Digitized by Google

careret. Ac facile quidem quod eſt de artificio darem, ſi noctu ſemper res fieri conſueſſet. At quandoque interdiu (1) ſolebat. Quo ſane tempore latere, fugereque omnes fraus, artificiumque qui poterat? Hæc autem non eo dixi, quo ſi peccaſſent Hieroſolymitæ, peregrinoſque decepiſſent, quidquam inde incommodi Catholicam Eccleſiam, quæ conſcia fraudis non eſſet, accepturam arbitrarer; ſed quo nullam eſſe rationem putarem, quæ plane, quod Proteſtantes volunt, efficeret (2).

C A P U T I I.

De Origine, & Progreſſu religionis in reliqua Syria.

§. I.

Atque imprimis in Phœnicia.

PHœnicis, quam Palæſtinæ finitimam eſſe diximus, maritima erant oppida *Orthoſia* ad *Eleutherum* amnem, *Aradus*, *Tripolis*, *Botrys*, *Biblos*, *Berytus*, *Sidon*, *Tyrus*, atque *Porphyrium*. *Sydon*, *Tyruſque* & multitudine oppidanorum, & rerum ab incolis terra, marique geſtarum maxima olim in celebritate fuerunt. *Ptolemais*, quæ longius a *Tyro* recedit, vergitque ad auſtrum, *Aces* olim, poſt *Acon* eſt appellata. Phœnici mediterraneæ ſunt qui *Cæſaream Paneadis* attribuant

1 Auiſis Conradi Urſpergenſis, & Auctoris Chronici Malleacenſis teſtimonia allata *ſup. pag. 67. ſeq. notatione* 1.

2 De diſcrimine rationis, qua olim lampades prodigio accendebantur, & nunc qua fraude Schiſmaticorum accendi ſolent confer Quareſmium *Elucidat. Terra Sancta l.* v. *c.* xxxiii. *p.* 239. Petrum Arcudium *de Conſenſu Eccl. Orient. & Occident. l.* ii. *c.* ix. *pag.* 307. Joh. Svallardium, *lib.* 1. *de peregrinatione Hieroſol.* & Bonifacium Stephani *lib. de Perenni cultu Terræ Sanctæ*, quorum teſtimonia indicat Gretſerus *de Horto S. Crucis cap.* xxx. *pag.* 267. *edit. primæ an.* 1610. Petrum Strozzam *de Dogmatibus Chaldæor. pag.* 35. *&* 225. Gretſerum *tom.* iii. *de S. Cruce lib.* ii *cap.* xi. *edit. prima, & loco mox laudato.* J. S. Aſſemanum *Bibl. Orient. tom.* 1. *cap.* ii. *pag.* 550 *tom.* iii. *par.* i. *pag.* 553. *tom.* iii. *pag.* ii. *cap.* viii. §. xx. *pag.* 367. Thevenotum, & Arvieux *locis indicatis*. Tempore Johannis Cantacuzeni non ita res eveniebat, ut nunc evenit. Vide ejus *Apolog.* iii. contra *Muhamedanos apud Jac. Gretſer. de Horto S. Crucis pag.* 177. *laudatæ editionis.* Neſcio autem quæ cauſſa fuerit, cur Clariſs. Cangius non omnem Græcis in ea re fidem eſſe derogandam putarit. *In Notis ad lib.* xiii. *Alexiados Annæ Comnenæ pag.* 389. *edit. Pariſ.*

buant, contra quos non eſt cur eſſe hoc loco diſputandum putem (1).

Cum Paulus *Tyrum* appuliſſet, Eccleſiam ibi, ut eſt in Actis Apoſtolorum, conſtitutam (2) invenit. Sed quis eo religionem Chriſtianam intulerit, incertum omnino eſt. Nam qui Petrum, cum iter Antiochiam inſtituiſſet, ad Tyrios primum veniſſe, multaque apud eos prodigia patraſſe, omneſque ad colendum Chriſtum impuliſſe, ſcribunt; hi quoniam auctorem libri *de Geſtis Petri*, ignotum hominem, conſectantur, qui fabulis ſæpe delectaretur, nihil (3) profecto efficiunt. Atque etſi erant Tyrii ætate Apoſtolorum non pauci Chriſtiani facti, qui tamen eam Eccleſiam primo ſeculo,& ſecundo ad Victoris Pontificis tempora,quibus orta fuit de celebrando Paſchate controverſia, gubernaverint,quod nobis vetera monumenta deſint, ſtatui nullo modo poteſt. Sed ante Caſſium, (4) qui vivo Victore Synodo Palæſtinæ interfuit, ut eſt memoriæ proditum ab Euſebio, fuiſſe alios, qui eamdem Eccleſiam moderati eſſent, exiſtimo negari a nemine jure poſſe. His initiis, quibus diximus, cum cœpiſſet, adeo deinceps res Chriſtiana Tyri recta vitæ noſtrum hominum inſtitutione, ſanguineque Sanctorum Martyrum (5) amplificata eſt, ut quibus temporibus Ethnici ſummam obtinebant poteſtatem in Imperio Populi Romani, iidem oratoria haberent, in quibus congregari (6), remque divinam facere ſolerent. Quæ cum Diocletiani, atque Collegarum juſſu everſa eſſent, tum exactis Ethnicis Imperatoribus, Conſtantinus, qui ad noſtra ſacra acceſſerat, Chriſtianis ea, ut ampliora reſtituerent, facultatem fecit. Itaque celebre illud templum extructum

1 Conſule Cellarium *l.* III. *Geogr. Antiq. cap.* XII. *ſect.* VIII. *pag.* 374. *ſeqq. edit. an.* 1732. *tom.* II.

2 Confer quæ diximus *tom.* I. *pag.* 333. vide *Act. Apoſt. cap.* XXI. *v.* 3. *ſeqq.*

3 Pſeudo Clemens Homil. VII. *de Prædicationibus Petri n.* V. *pag.* 679. *tom.* I. *Apoſtolic. PP. edit. an.* 1724. & *Clementin. Epit. de geſtis Petri n.* LV. *pag.* 771. *tom. eod.*

4 Euſeb. *l.* V. *Hiſt. cap.* XXV. *pag.* 250. *edit. Cantabrig.* Caſſium Tyri Epiſcopum nominat.

5 Confer Euſebium *lib.* VIII. *Hiſt. Eccl. cap.* VII. *pag.* 384. *edit. Cantabrig.* & *cap.* XIII. *pag.* 394. & Martyrologium Romanum *ad diem* XX. *Februarii*.

6 Sed ea everſa, quum ethnici in noſtros homines ſævirent, fuerunt. Horum unum reſtituit, longeque magnificentius extrui curavit Paulinus Epiſcopus Tyriorum, poſtquam ſedata Diocletianea tempeſtas eſt, imperioque Conſtantinus Auguſtus potiretur. Vide Euſebium *Oratione de Ædificatione Eccleſ. ad Paulinum Tyr. alioſque Epiſc. l.* X. *Hiſt. cap.* IV. *pag.* 467. *ſeqq.* & *pag.* 470. *ſeqq. edit. Cantab.*

Digitized by Google

ctum a Paulino ejus urbis Epiſcopo eſt, quod deſcriptum ab Euſebio fuit in decimo libro Hiſtoriæ (1) .

Eodem fere, quo Tyrii, tempore Sidonii, qui ab illis circiter quadraginta aberant ſtadia, Chriſtianam religionem amplexi ſunt. Igitur cum eo Paulus, navigaturus in Italiam, attigiſſet, aliquos in oppido reperit, quos amicos Lucas in Apoſtolorum Actis (2) vocat, propterea quod eamdem atque ipſe diſciplinam, inſtitutionemque profiterentur. Petrum autem Sidonienſem Eccleſiam inſtituiſſe, atque unum aliquem Epiſcopum creaſſe, qui eam (3) moderaretur, non admodum repugno, etſi ne affirmare quidem poſſim. Poſt Apoſtolos, quamquam eſt veriſimile fuiſſe in ea urbe permultos, qui operam amplificandæ, dilatandæque religioni Chriſtianæ darent; tamen nihil certi eſſe de ea re, ac definiti ſtatuendum puto, quod nullum vetus monumentum habeam in promtu, quod hoc idem efficere poſſe videatur. Nam ſi quæ unquam commendata memoriæ poſterorum ſunt, ea quidem omnia injuria temporum perierunt. Quarto ſeculo ita Sidoniorum Eccleſia florebat, ut multos haberet, qui ſumma conſtantia omne genus ſuppliciorum perferre (4), quam Chriſtum ejurare mallent.

K 2 Cum

1 De Epiſcopis Tyriis, qui poſt Paulinum vixerunt, conſulendus Lequienius t. II. *Orient. Chr.* *p.* 802. *ſeqq.* Circa an. 1124. Tyrus expugnata ab Latinis eſt, ac liberata a ſervitute Saracenorum, qui eam diu occupaverant. Confer Fulcherum Carnotenſem *l.* III. *Hiſt. Hieroſ. cap.* XXX. *ſeqq.* *ad an.* 1123. *ſeq. pag.* 875. *ſeqq. tom.* IV. *ſcriptor. rer. Francicar. edit. Ducheſnii*, Willelmum Tyrium *lib.* XIII. *c.* XIII. *ſeq. p.* 640. *edit. a.* 1611. Antequam urbs in noſtrum poteſtatem veniret, præfectus ei Odo Antiſtes fuit. Hoc vita, cum ea obſideretur, functo, quadriennio fere poſt Willelmus ille, qui Hiſtoriam ſcripſit, Epiſcopatum obtinuit. Adiſis Lequienium *tom.* III. *Or. Chriſt.* *pag.* 1311. *ſeqq.* Innocentii II. decreto Tyrienſes Epiſcopi Patriarchæ Hieroſolymitano parebant, quia Paſchalis II. Balduino regi Hieroſolymorum primo conceſſerat quamcumque urbem redegiſſet in poteſtatem. Sed ejectis Tyro noſtris, ſedes Tyrenſis Antiocheno reſtituta ab Saracenis eſt. Vide *Lequien. ibid. pag.* 1310. Pulſi autem inde Latini anno circiter 1291. fuerunt. Jacet hoc tempore pene deſolatum oppidum. „ Aujourd' huy, inquit Cornelius Bruynius *voyage au Levant. tom.* II. *pag.* 341. *edit. an.* 1725., toute la magnificence de Tyr eſt enſevelie, & on ne „ trouve parmy ſes maſures, qu'une douzaine de Maiſons où habitent quelques Turcs, & quelques „ Arabes. Ruinas templi Chriſtianorum obſervavit ibidem Bruynius, delineavitque. Vide *tom. eod. pag.* 329. Maronitæ Epiſcopum habent, qui nomine ſolum *Tyrius* appellatur. Anno 1743. cum Epiſcopi Maronitæ conveniſſent, quæque ſancita de Patriarcha Maronitarum eſſent a Benedicto XIV. *Pont. Max.* intellexiſſent, tum iis ſe acquieſcere dixerunt, ſubſcripſeruntque. In his Ignatius Tyrius fuit. Confer *Act. cor. quæ an.* 1744. *geſta in conſiſtorio die* 13. *Julii fuerunt*, edita eodem anno Typis *Sacræ Congr. de Prop. Fide*.

2 *Cap.* XXVII. *v.* 3.

3 Ita Pſeudo Clemens *Homil.* VIII. *n.* VIII. *pag.* 680. *edit. PP. Apoſt. an.* 1724. *& de geſt. Petri n.* LVI. *pag.* 771.

4 Vide Euſebium *lib.* VIII. *Hiſt. cap.* XIII. *pag.* 394. *edit. Cantabrig.* Anno 1110. a Balduino expu-

Cum Paulus Tyro ſolviſſet, ſeque Ptolemaida contuliſſet, eſſe ibi aliquos intellexit, qui ſibi ſocietate religionis conjuncti (1) eſſent. Sed a quonam inſtituti illi fuiſſent, doctique quid quemque noſtrum credere oporteret, neque Lucas, neque ullus vetus auctor (2) ſcriptum reliquit. Ante Clarum (3) vero qui ſecundo ſeculo vixit, quibus uſi Epiſcopis Ptolemaidenſes fuerint, non facile eſt exiſtimare (4).

Atque vivis Apoſtolis Berytios quoque aliquos fuiſſe, qui Chriſtum colerent, (5) credibile eſt. Non aſſentior autem Hippolyto, & Dorotheo, Quartum (6), cujus ſit a Paulo mentio, primum Berytiorum inſtitutorem, ac Præſulem fuiſſe ajentibus. Scriptores namque, qui ſe tales eſſe, quales profecto non erant, mentirentur, ſilentibus Patribus, Hiſtoriciſque Eccleſiæ, extorquere a viro prudente aſſenſionem non poſſunt. At qui primi omnium in ea urbe Evangelium promulgarant, id facile impetrarunt, ut non plerique Berytienſes cives ſolum, ſed etiam, qui eo ſtudiorum cauſſa venire conſuerant, doctrinam Chri-

expugnata Sidon eſt. *Sayda* nunc appellatur. Cum diruta pene ſeculo XII. eſſet, eam S. Ludovicus rex circa an. 1250. reſtitui curavit. A Saracenis capta an. 1292. fuit. Epiſcopos ejus urbis recenſet Lequienius *t.* II. Or. *Chriſt. pag.* 811. *ſeqq. & tom.* III. *pag.* 1322. *ſeqq.* De ſtatu præſenti civitatis hæc habet Bruynius *ibid. pag.* 347. „ La ville eſt raiſonnablement peuplée . . . Pluſieurs „ anciennes Moſquées, dont quelques-unes ſans doute ont été des Egliſes des Chrétiens, font „ une partie de ſa beauté. . . On y a pluſieurs Chans (hoc eſt ædificia unius muri circuitu ſepta) „ ou demeures pour les Marchands, dont le principal eſt celui, qu'occupe le Conſul François avec „ les négocians de cette nation. Sunt prætera in oppido Melchitæ, & Maronitæ Catholici non minimo numero. Vide Domini de la Roque *Voyage de Syrie pag.* 5. *edit. an.* 1723.

1 Aces etiam, poſt Aceon eſt Ptolæmais dicta. Vide Cellarium in not. ad *Cornel. Nep. Datamen.* De iis, quos ibidem Paulus reperit, Chriſtianis, vide *Act. Apoſt. cap.* XXI. *v.* 7.

2 Conſule Lequienium *Orient. Chriſt. tom.* II. *pag.* 813.

3 Adeundus Euſebius *l.* V. *H. E. cap.* XXV. *pag.* 250. *edit. Cantabrig.*

4 Ceteros Epiſcopos, qui poſt Clarum vixerunt, numerat Lequienius *tom.* II. *Or. Chriſt. p.* 813. *ſeqq. Acca* nunc a Turcis oppidum vocatur. *Acren* Galli, *Acrin* Itali appellabant. De ejus obſidione a Francis facta conſule Anonymum Mabillonianum *t.* I. *Muſei Italici pag.* 204. *n.* XCVII. De Latinis ejuſdem urbis Epiſcopis agit Lequienius *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 1330. *ſeqq.* Eadem ſedes regum Hieroſolymitanorum, poſt expugnatam a Saracenis Hieroſolymam ad an. 1291. fuit. Hoc nunc ſtatu eſt. Veſtigia in ea cernuntur veterum ædificiorum. Nonnulla, quorum pars aliqua ſupereſt, a Francis facta ſunt. In his ædes S. Johannis, cujus figuram dedit Cornelius Bruynius *Voyage au Levant. t.* II. *pag.* 301. Exiguus numerus humilium ædium urbem hac ætate conſtituit. Galli mercatores in æde agunt peculiari ejus generis, quas *Chanes* vocare Turcæ ſolent. Perpauci ibi Græci, Armenii, Maronitæque agunt. Ac Maronitæ Epiſcopum etiam nunc habent, qui Ptolemaidis appellatur.

5 Nugas tamen agit Pſeudo-Clemens *Homil.* VII. *n.* IX. *pag* 680. *& de geſtis Petri n.* LVII. *ſeq. pag.* 771. *ſeqq.* ubi de Berytiorum ad religionem Chriſtianam converſione ſcribit, ut non hiſtoricum, ſed ut poetam, fabulatoremque decet.

6 Confer Lequienium *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 818. *ſeqq.*

Chriſti amplecterentur, atque in patriam quiſque ſuam, dum tempus monebat, introducere (1) ſtuderent. Ex horum numero fuerunt, qui una cum aliquot Berytiis quarto ſeculo pro Chriſti religione tuenda extremos cruciatus pertulerunt. Ita igitur conſtabilita ſanguine Martyrum in civitate Eccleſia eſt, ut Berytii magnam partem myſteriis noſtris initiati ſumma deinceps pace fruerentur. *Porphyrion* erat oppidum medium inter *Ptolemaida*, & *Tyrum* urbes. Nulla eſt ejus ab antiquis Geographis facta mentio. Quare ut origines oppidi, ita initia in eo Chriſtianiſmi obſcura ſunt. Epiſcopus Porphyrii Thomas quinto ſeculo vixit, interfuitque Chalcedonenſi Concilio. Celebre eſt præterea templum ab Juſtiniano ſexto ſeculo Porphyrii in honorem

1 *Bairut*, vel *Barut* Arabes, Græcique incolæ vocant oppidum, quod dictum olim *Berytus* eſt. Sanchoniathonis ſcriptoris vetuſtiſſimi, cujus inſignem locum a Philone Biblio græcum factum refert in *Præparatione Evangelica* Euſebius, de quo quidem loco magnæ ſunt ortæ inter doctos viros contentiones, aliis negantibus, aliis ab Sanchoniathone eſſe ſcriptum ajentibus, patria fuit. Scholæ ante IV. ſec. in eodem erant oppido, in quo etiam Chriſtiani degebant, a quibus inſtituebantur, qui ſe dedere rectæ diſciplinæ vellent. In his Appianus martyr fuit, qui initio IV. ſec. Cæſareæ interſectus eſt. Confer *Euſeb. de Martyribus Palæſt. cap.* IV. *pag.* 413. *edit. Cantabrig. Hiſt. Eccl.* Vide Evodium Aſſemanum *Act. SS. MM. occid. tom.* II. *pag.* 186. *ſeqq.* Epiſcopos Berythi recenſet Lequienius *tom.* IV. *Orient. Chriſt. pag.* 818. Cum in Saracenorum poteſtate diu fuiſſet, liberatum oppidum an. MII. a Balduino I. rege Hieroſolymorum fuit. Confer Willelmum Tyrium *l.* XI. *c.* XIII. *p.* 803. *ſq. ed. an.* 1611. Epiſcopi inde Latini conſtituti in eo fuerunt, quos numerat Lequienius *t.* III. *Or. Chriſt. pag.* 1326. *ſeqq.* An. 1162. Balduinus III. Rex Hieroſolymorum interiit. Sed rurſum a Turcis captum oppidum, magnam pertulit calamitatem. In eo nunc Græci, Melchitæ, Maronitæ, Armeniique verſantur. Melchitæ magnam partem ſunt Orthodoxi: Maronitæ univerſi. Perpauci ſunt latini ritus, iique advenæ fere omnes. Ante annos aliquot Cyrillus Patriarcha Antiochenus Melchita, quod cum ſede Apoſtolica conjunctus eſſet ſocietate communionis, pulſus Patriarchatu eſt, idque jam Berytiis, Sydoniiſque multis, qui a Cyrillo ſtabant, contigit. Horum malorum ſchiſmatici cauſſa fuerunt. Maronitæ Epiſcopum habent, qui non voce tantum, ſed re ipſa Berytius Antiſtes eſt, ſuoſque Maronitas Berytios moderetur. Circum Berythum ſunt montes, quos Caſtrovvani vocant. Hos incolunt Maronitæ, qui civi cuidam ſuo ſtipendiario Principis Arabum Druſorum parent. Montes ad latitudinem duum circiter millium paſſuum patent: circuitus ad decem, & octo. In iis viginti circiter atque octo vici ſunt, quorum nullus plus ducentis ædiculis conſtat. *Gazziri*, qui vicus 130. ædiculas continet, hoſpitium eſt Capuccinorum, in quo ex eo ordine modo unus, modo nullus degit. *Ariſſa* qui vicus tribus ædiculis conſtat, Cœnobiolum eſt Franciſcanorum, quos Obſervantes vocant, ſpectatque ad Terræ Sanctæ *Præfecturam*. *Antura*, quem vicum decem circiter ædiculas continentem nonnulli auſi ſunt *regnum* appellare, hoſpitium eſt unum Patrum ſocietatis *Jeſu*, & paullulum inde diſtans ædes, quam collegium vocant. Ut in Collegio unus, ſic unus item in Hoſpitio ejus Societatis alumnus agit. Monachi Maronitæ Cœnobia obtinent *Gazziri*, in quo Cœnobio 16. *Chorchui* in quo 5. *Anſcecheichti*, in quo 8. circiter Monachi degunt. Melchitarum Monachorum *Zuchii Michaelis* Cœnobium unum viſitur, alterumque virginum Alepinarum, quæ regulam Sancti Franciſci Saleſii profitentur. *Loniza* Alepini Monachi circiter viginti cœnobium obtinent. Ab his quingentis fere paſſibus Monaſterium virginum ejuſdem inſtituti abeſt, quæ S. Sabæ regulam conſectari dicuntur. Epiſcopi Maronitæ in Cœnobiis degunt, ut *Raiſoni*, qui vicus 10. ædiculis conſtat, *Marcelliſta*, *Annuarca*, *Haraſcia*, & *Baccata*. Sunt præterea *in Caſtrovvano* Cœnobia, in quibus qui agunt Monachi nullam certam, deſtinatamque regulam ſequuntur.

Digitized by Google

norem Deiparæ Virginis (1) extructum. Quod ipſum eſt de primordiis religionis Chriſtianæ (2) Botri dicendum. Nam quæ de Petro, qui Tripolim venerit, Epiſcopum neſcio quem ordinaverit, inſtitueritque Presbyterorum, Diaconorum, & Viduarum collegia Auctor operis *de Geſtis S. Petri Apoſtoli* turbat, commenticia (3) ſunt. Eſtque in iiſdem erratis ſere Conſtitutionum Apoſtolicarum ſcriptor, qui ei Epiſcopo fuiſſe Marones (4) nomen contendit. Etſi enim vetus Tripolitana in Phœnice Eccleſia eſt, quo tamen tempore nata, & a quibus viris conſtituta ſit, quaque ratione creverit, quoniam veteribus monumentis caremus, definiri omnino non poteſt. Illuſtrata illa ſane quarto ſeculo fortiſſimorum virorum triumphis fuit, qui tuendæ religionis cauſſa ab hoſtibus Chriſtiani nominis multis ſuppliciis affecti, morte tandem ſua & victores, atque perpetuo felices ipſi, & gloriæ, ſalutique patriæ (5) fuerunt. Ea namque poſt ipſorum certamen conſequuta pax Eccleſiæ eſt, quam neque ſperare quiſquam humanis artibus, neque obtinere, ſine præſidio, ſingularique Dei providentia, poſſe, dum in nos ethnici Imperatores furerent, videretur. Conſtantino enim Imperatore & extrui Tripoli templa a Chriſtianis, & dilatari ejus Eccleſiæ fines, & conventus palam haberi (6) cœperunt.

Byblos antiquum eſt oppidum inter *Berytum*, & *Botrum*. In eo a Marco, qui etiam Johannes eſt dictus, prædicatum fuiſſe Evangelium Pſeudo-Dorotheus ſcribit, cui fabulatori non eſt, cur fidem eſſe adhibendam putem. Quamvis enim facile aſſentiar his, qui inſtitutos eodem ſere tempore Byblios, quo Tyrii

1 Confer Lequienium *t. II. pag.* 830. *ſq. Orient. Chriſt. Caifa* nunc, vel *Kafa* dicitur. Vicus autem eſt, atque a paucis Arabibus, Turciſque incolitur. Vide Bruynium *Voyage au Levant tom. II. pag.* 307.

2 Vide Lequienium *tom. II. Or. Chriſt. pag.* 827.

3 *Num.* 59. *ſeqq. pag.* 772. *ſeqq. tom.* 1. *Apoſtolicor. PP. edit. an.* 1724.

4 *Lib.* VII. *cap.* XLVI. *pag.* 388. Tom. eod. Confer notat. Cotelerii in eumdem locum Et *lib.* VI. *Recogn. Petri n.* XV. *pag.* 558. *tom. eodem*.

5 Euſeb. *lib. de Martyribus Palæſt. cap.* III. *pag.* 412. *edit. Cantabrig.*

6 Vide Ruinartium *Præf. in Acta Martyrum ſincera* § II. *pag.* XIX. *edit. Veron.* De Epiſcopis Tripolitanis agit Lequienius *tom. II. Orient. Chriſt. pag.* 822. Hanc urbem pulſis Saracenis in ſuam poteſtatem redegerunt Latini anno 1099. De Epiſcopis Latinis, quos deinceps habuit, conſulendus idem Lequienius *t. III. Orient. Chriſt. pag.* 1174. De ſtatu hodierno urbis agit Bruynius *Voyage au Levant. tom. II. pag.* 282. & *ſeqq.* Catholici latini ritus ſunt ibi ferme trecenti; ſed fere omnes advenæ Galli, Italique. Maronitæ quoque, atque Melchitæ aliquot urbem incolunt, Armeniique eodem mercaturæ cauſſa commeant.

Digitized by Google

Tyrii (1), ceterique Phœnices doctrinam Chriſti cognorunt; tamen numquam committam,ut cum Dorotheo ſentiam. Initio quarti ſeculi ſuos etiam martyres Byblos habuit, ut eſt in Romano Martyrologio (2), atque in Menologio Græcorum (3). Atque ut Bybli, ita *Arcæ* (4), *Orthoſiæ* (5), *Aradique* (6) initia, progreſſuſque Chriſtianiſmi qui fuerint ignotum eſt.

Paneade, hoc eſt *Cæſareæ Philippi* jam uſque ab Eccleſiæ initiis fuerunt, qui Chriſtum Deum profiterentur, & colerent (7). Celebris in ea fuit ſtatua ejuſdem Chriſti, quam mulier, quæ fluxu ſanguinis laborabat,ob ſanitatem ſibi ab ipſo Servatore reſtitutam, fieri erigique curavit. Labitur autem Dorotheus, qui Eraſtum, cujus meminit Paulus in ea Epiſtola, quæ ad Romanos inſcribitur, primum Paneadis Epiſcopum fuiſſe defendit. Adminiſtratam vero Eccleſiam Paneadenſium ante Philocalum, qui adfuit Synodo Nicænæ, ab illuſtribus Epiſcopis fuiſſe, facile patior (8).

§. II.

1 Nam ſi inſtituti ab Apoſtolis Ptolemaidenſes, Tyriique fuerant, non eſt, cur prætermiſſos ab iis fuiſſe putemus Biblios. Quamquam non is ego ſum, qui multa turbanti pſeudo Clementi de converſione Bibliorum aſſentiar. Vide *Geſta Petri n.*. 12. *ſeqq. pag* ... Clementina *Homil.* VII. & VIII. *pag.* 680. *ſeqq.* & *recognition. l.* IV. *c.* 1. *pag.* 539. *ſeq.* *t.* 1. *Apoſt. PP. edit. an.* 1724.

2 Vide *Martyrol. Rom. ad diem* XIII. *Junii*. *Menologium ad diem* XIII. *Jun.* & Bollandianos *tom.* II. *Menſis Jun. pag.* 672. *ſeqq.*

3 Nunc Byblos *Giblet*, vel *Zibellet* appellatur. Ut capta a Latinis fuerit, quoſque Epiſcopos hujus ritus habuerit, explicat Lequienius *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 1578. *ſeq.* de ceteris ejus Antiſtitibus adeundas idem Lequienius *tom.* II. *pag.* 281. *ſeq.*

4 Vide Lequienium *tom.* II. *pag.* 823. *ſeqq.*

5 Confer Lequienium ibidem *pag.* 823. & *ſeqq.* Quæ autem olim Orthoſia, poſt *Tortoſa* appellata eſt. Atque hoc eam vocarant Franci nomine. De ejus hodierno ſtatu ſic habet Bruynius *pag.* 351. *tom.* II. *Voyage au Levant.* „ Nous vinmes un peu apres-midy a Tortoſa, qui eſt une ville Ancienne, mais ruinee. Vide *Shavv. Voy. t.* II. *pag.* 9. *edit. an.* 1745.

6 Vide Lequienium *tom.* II. *pag.* 827. & *ſeqq.*

7 De Paneade videndus Chryſtophorus Cellarius *lib.* III. *cap.* XIII. *Geogr. Antiq. num.* CCL. *pag.* 525. & *ſeq. tom.* II. *edit. an.* 1732. Paneade autem mulier illa verſabatur, quam Chriſtus ſanavit. Ea ſtatuam ſervatori fieri curavit, quæ diu ibidem ſervata eſt. Adiſis Euſebium *l.* VI. *c.* X. *Hiſt. Eccl. pag.* 342. & *ſeq.* Etſi autem erant in oppido maximo numero Ethnici, tamen nonnulli Chriſtiani in eo degebant. Confer Euſebium *lib. eod. cap.* XVII. *pag.* 342. *edit. Cantabrig.* Sed ſtatua, de qua diximus, quamque Ethnici Imperatores ne tangi quidem juſſerant, poſt medium ſeculum IV. everti, frangique Julianus Apoſtata curavit. Sozomen. *lib.* V. *cap.* XXI. *p.* 212. *edit. Cantabrig.* Vide Evodium Aſſemanum *t.* II. *Act. SS. Occid. pag.* 167. Theodorus Haſæus *Diſs. de ſtatua &c.* ſuſpicatur Hadriano Cæſari fuiſſe eam a Paneadenſibus poſitam. Alii Appollonium Thyaneum eam expreſſiſſe putant. Alii ab Agrippa poſitam cenſent. Omnes hi contra manifeſtum Euſebii teſtimonium agunt. De Epiſcopis Paneadenſibus confer Lequienium *t.* II. *p.* 831. & *ſeqq.* Belina poſtea dicta Paneas eſt. Capta a Francis fuit ann. 1132. vel 1133. Fulcone Hieroſolymorum rege, deinde Epiſcopos habuit latini ritus. Adeundus Lequienius *tom.* III. *pag.* 1337. Excisa nunc temporis jacet.

8 Fuiſſet hoc loco dicendum de Eccleſia Maronitarum ad Libanum. Sed quum omnia, quæ ad

Digitized by Google

§. II.

In Syria Cœle.

URbes Cœleſyriæ propriæ, demta *Decapoli*, ſi Ptolemæo aſſentiamur, ſunt *Damaſcus*, *Abila*, *Heliopolis*, atque aliæ quædam ignobiliores. Lapſu temporum *Damaſcus* Eccleſiaſticæ Provinciæ, cui inditum erat *Phœniciæ ſecundæ*, ac *Urbanienſis* nomen, Metropolis dicta eſt, omniaque fere *Cœleſyriæ* oppida complectebatur. Quamquam Cœleſyriæ qui fines fuerint, ne antiquorum quidem auctoritate, quod magna ſit eorum in illis indicandis diſſenſio, conſtitui (1) poſſit. *Damaſcus* olim ſedes Regum Syriæ fuerat. Ea deinde urbs, cum Syria redacta jam eſſet in poteſtatem populi Romani, Regibus Arabum (2) parebat. Paullo autem poſt, quam Chriſtus in cælum aſcendit, introduci Damaſcum religio, atque propagari cœpit. Itaque cum Saulus noſtris, qui in Syria agerent, flagella, ſupplicia, cædeſque minaretur (3), erant Damaſci, qui doctrinam Chriſti probarent. At Saulo, qui deinde eſt Paulus appellatus, viſis, prodigiiſque deterrito, ne deinceps in homines innocentes ſævire auderet, atque ad ſacra, quæ ipſe ante averſatus eſſet, perducto, tanta eſt Eccleſiis Syriæ facta acceſſio, ut permulti Chriſtiani Damaſci numerarentur. Eſt autem ab aliquibus memoriæ traditum, primum omnium, qui religionem Chriſtianam in eam urbem importarit, fuiſſe Ananiam, a quo Paulus ſanatus, initiatuſque myſteriis noſtris fuit. His initiis Eccleſia Damaſcena cum cœpiſſet, ſic aucta inſequenti ætate eſt, ut jam quarto, quintoque ſeculis cum iis comparari ſoleret, quæ propter auctoritatem, multitudinemque Chriſtianorum magna in celebritate (4) verſarentur. Sed

ad eam ſpectarent illuſtrata diligentiſſime fuerint ab Renaudotio *Hiſt. Patriarch. Alexandr.* a Fauſto Nayrono *in Evoplia Fidei Catholicæ edit. an.* 1694. a Joſepho Simonio Aſſemano viro eruditiſſimo *tom.* I. *Biblioth. Orient. pag.* 490. *& ſeqq.* & a doctiſſimis Lequienio *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 1. *& ſeqq.* & Evodio Aſſemano *t.* II. *Act.SS.MM.p.*405. *ſeqq.* non eſt cur de ea eſſe mihi copioſe ſermonem hoc loco inſtituendum putem.

1 Adeundus Cellarius *lib.* III. *cap.* XII. *Geogr. Antiq. ſect.* VII. *pag.* 368. *& ſeqq.*

2 Confer Cellarium *Diſſert. de Amœnit. Hiſtor. Geogr. ex Itineribus S. Pauli pag.* 152. *& ſeqq. edit. Diſſertationum an.* 1712.

3 Vide quæ diximus *tom.* I. *pag.* 304. *& ſeq.*

4 Confer Lequienium *t.* II. *pag.* 828. *& ſeqq.* Cujuſmodi autem eſſet circa annum 1670. ſta-

tum

Sed Heliopoli etſi non deſint, qui ſtudio Ananiæ, quem modo diximus, propagatum fuiſſe Evangelium arbitrentur, tamen certum eſt ad ætatem uſque Diocletiani aut nullos in ea civitate, aut perpaucos omnino Chriſtianos viguiſſe. Itaque neque Epiſcopum habebant, neque collegium ullum presbyterorum. Sed cum Conſtantinus pacem Eccleſiæ reſtituiſſet, curaſſetque, ut quæ ante vexata, atque agitata fuerat, multo amplior, atque illuſtrior videretur; tum Heliopoli templum Chriſtiano ritu extructum, dedicatumque eſt, inductique etiam cives, qui ante dediti fuiſſent ſuperſtitioni Deorum, ut ſi Chriſtiani eſſe omnes nollent, tamen eos, qui eſſent, agere impune in civitate, veroque Deo ſacrificia, preceſque palam adhibere (1) paterentur. Interea his qui perſiſtere in errore, in quo verſarentur, conſtituiſſent, ne deinceps, quæ hactenus ſtupra, atque flagitia patrare, ut Veneri Aphacitidi gratum facerent, non dubitaſſent, ea aut agerent, aut permitterent, præcepit. Quæ res Veneris cultorum Heliopolitarum animos vehementer commovit. Igitur Conſtantio imperio, & vita functo, ubi intellexerunt, teneri ab Juliano imperium Populi Romani, qui eorum ſimilis & moribus, & religione eſſet, conjuratione facta, adorti virgines ſunt, quæ Chriſto ſe conſecrarant, eaſque nudas in medio foro exponi, & indignis modis ludificari fecerunt. Quo tempore veriti forte noſtrum plerique omnes, ne ſi fuga ſalutem petere neglexiſſent, hoſtium furore opprimerentur, inde ſibi, quamcelerrime poſſent, excedendum, alioque abeundum (2) exiſtimarunt. Atque hinc factum eſt, ut cum Petrus, qui Athanaſii Epiſcopi Alexandrinorum ſucceſſor fuit, epiſtolam, ut eſt

tus Damaſcenæ Eccleſiæ, & civitatis cognoſcitur ex Thevenoti *Voyage de Levant. par.* 1I. *cap.* IV. *pag.* 25. *ſeqq. edit. an.* 1674. Agunt in ea Civitate Græci, Maronitæ, nonnullique eorum, qui Surianum, quem vocant, ritum colunt. Mercatores præterea Galli, Itali, Armeniique eo ſæpe proficiſcuntur. Societatis Jeſu Patres, & Franciſcani Minores Obſervantes, atque Capuccini Cœnobia ibidem habent.

1 De Heliopoli conſulendus Cellarius *lib.* III. *Geogr. Antiq. cap.* XII. §. LXIX. *pag.* 370. *ſeq. edit. an.* 1732. *t.* II. Martyras habuit ſub Diocletiano. Confer Chronicon Paſchale *ad an.* XIII. *Diocletiani pag.* 275. *edit. Pariſ. inter ſcriptor. Hiſtor. Byz.* & Cangium in notationibus ad idem Chronicon *pag.* 552. & Bollandianos *ad d.* XXVII. *Februar. pag.* 675. *tom.* III. *Act. SS. ejus menſis.* De everſis Idolis ætate Conſtantini Heliopoli, conſule Euſebium *lib.* III. *de vita Conſt. c.* LVIII. *p.* 613. *edit. Cantab. & Orat. de laud. Conſtant. c.* VIII. *p.* 736. *ejuſd. edit.* Theodoritum *lib.* III. *Hiſt. Eccl. cap.* VII. *pag.* 128. *edit. Cantabrig.* de Epiſcopis Heliopolitis adiſis Lequienium *Orient. Chriſt. tom.* II. *pag.* 841. *ſeq.* De ſtatu praeſ. Heliopol. vide la Roque *t.* 1. *p.* 97. *ſeqq.*

2 Theodoritus ibid. & *l.* 17. *c.* XXII. *pag.* 178.

apud Theodoretum in Hiſtoria (1), ſcriberet, nulli Heliopoli Chriſtiani conſiſtere auderent. Poſt aliquot annos cum Theodoſius Imperator, qui nihil minus ferre, quam idolorum cultum poſſet, lege ſanxiſſet, ut falſorum numinum delubra everterentur, Heliopolitæ quidvis experiri, ac perpeti potius, quam ſua diruere (2) decrerunt. Sed vi, armiſque, ut imperata facerent, coacti, adeo immutati temporis ſucceſſione animis fuerunt, ut noſtris ritibus, atque inſtitutis aſſueſcerent, cognitaque veritate doctrinæ, Chriſtiani eſſe non modo non renuerent, ſed etiam optarent (3).

Obſcuriora ſunt initia Chriſtianiſmi in urbibus *Abila, Laodicea Libani, Evaria, Jabruda* (4), quam ut exponi hoc tempore a quoquam poſſint. Nam quid actum ante ſeculum quinctum a noſtris in eis fuerit, incertum omnino eſt. Sed eſt creditu perdifficile, ut inſtituti diu ante Emiſſeni fuerint, quam in Laodicenos, qui Emeſa XVIII. millia paſſuum diſtabant, Chriſtiana doctrina permanaret. Summa enim fuerat noſtrorum hominum, qui primis Eccleſiæ temporibus floruerunt, in ſuſcipiendis graviſſimis itineribus, cauſſa dilatandæ religionis, cura, ac diligentia, ne qua natio reperiretur, quæ propter ignorationem divinarum rerum perpetuo periret. Quare ſi in regiones longe a Palæſtina, & Syria reliqua remotas ſeſe contulerunt, quin pericula, quæ ſibi imminerent, metuerent; incredibile eſt, fuiſſe ab illis prætermiſſa loca, quæ ſita in Provinciis proximis Palæſtinæ eſſent. Emeſæ autem cum ſanctitate doctrinæ, rectaque inſtitutione morum confirmatum Evangelium eſſet, tum ita deinceps martyriis Epiſcoporum, fortiſſimorumque virorum propagatum eſt, ut jam quarto ſeculo templum magnifice vero Deo extructum in oppido videretur, in quo publice convenire, Chriſtique nomen celebrare noſtri ſolerent (5).

Palmyrene Syriæ regio etſi longius Damaſco recederet, tamen Phæniciæ ſecundæ attributa eſt. In eam ante ſeculum ter-

1 Theodorit. *lib.* IV. *cap.* XXII. *pag.* 179. *edit. Cantabrig.*
2 Sozom. *lib.* V. *c.* X. *pag.* 194. & *lib.* VII. *c.* XV. *pag.* 298. *edit. Cantabr.*
3 Vide Lequienium *Orient. Chriſt. tom.* II. *pag.* 841. *ſeq.*
4 De Abila, Laodicea, &c. agit Lequienius *ibid. pag.* 843. *ſeq.*
5 Confer quæ de Silvano Epiſcopo & Martyre habet Euſebius *l.* VIII. *Hiſt. Eccl. cap.* XIII. *pag.* 404. *edit. Cantabr.* & *l.* IX. *c.* VI. *p.* 444. De templo conſule Sozomenum *lib.* III. *c.* XVII. *pag.* 122. *edit. Cantabrig.* De Epiſcopis ejus urbis vide Lequienium *ibid. pag.* 383. *ſeq.*

tertium fuiſſe introductam Chriſtianam religionem , oſtendi nullo modo poteſt . Sed circa annum 260. cum Zenobia regnum in civitate obtineret, neque inimica ſacrorum noſtrorum eſſet , conceſſum aliquibus noſtrum hominum fuit , ut eo ſe conferrent , ac civibus quam ſequebantur doctrinam proponerent . Itaque extiterunt inde Epiſcopi initio quarti ſeculi , qui Eccleſiis ejus regionis præfecti eas doctrina , exemploque ſuo moderarentur (1) .

Oppidum præterea *Charra* in Cœleſyria erat , quod ad Libanienſem *Phœniciam* ſpectabat , cujus incolæ cum Epiſcopum quarto ſeculo haberent,argumento eſt, fuiſſe eos aliquamdiu ante amplexos Chriſtianam religionem (2) .

L 2 Eodem

1 De originibus Palmyræ urbis multis diſputavit Abrahamus Sellerus lib. anglice edito inſcriptoque : *Antiquitates Palmyrenæ urbis &c. Lond. an.* 1696. *in* 8. quo etiam in libro *cap.* I. reſtitutam potius a Salomone , quam ædificatam ſcribit , ſequutus Arabem Paralipomenon librorum Interpretem . Sita in deſerto Arabiæ proximo eſt, haud procul ab Euphrate . *Tadmor* , quod ejus antiquum nomen eſt , idemque atque *Palmyram* ſignificat , etiamnum appellatur , ut recte eſt obſervatum a Sellero *ibid.* Deſcripſit eamdem urbem , ejuſque monumenta quædam illuſtravit Willelmus Alifaxius Anglus, cujus *Epiſt. ad Eduardum Bernardum* extat in *Collect. differt. Philoſoph. edit. an.* 1695. Confer Cornelium Bruynium *Voyage au Levant tom.* II. *pag.* 379. *ſeqq.* & Sellerum *ibid. c.* II. Chriſtianam autem religionem jam inde ab eo tempore , quo Apoſtoli eam propagare cœperunt, obtinuiſſe Palmyræ,cenſet Sellerus *ibid. cap.* 6. *pag.* 20. Sed ante ſeculum IV. qui ejus Eccleſiæ antiſtites fuerint non conſtat . Sellerus *ibid.* & Lequienius *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 846. primam memorant *Marinum* , cujus fit in indice Synodi Nicænæ I. commemoratio . Sub Diocletiano martyres obiiſſe feruntur Palmyræ *Lybia* , *Eutropia* , *&* *Leonide Martyrol. Rom. ad d.*XV. *Junii.* Bollandiani *ad d.*XXV. *Junii tom.*V. *pag.* 17. *ſeqq.* Acta S. Fabroniæ referunt , in quibus,cujuſque modi eadem ſint, hæc habentur *c.*I. *n.*3. *p.*18. „Cum autem in Orientem veniſſent „ (Lyſimachus , & Primus) tranſeuntes Palmyrenem regionem , atque Meſopotamiam, quoſcumque ſibi oblatos Chriſtianos aut igni tradebant, aut ferro necabant . Seculo III. Eccleſiæ in urbe viſebantur. Atque eſt ejus rei teſtis Athanaſius *Hiſt. Arianor. ad Monachos n.* 71. *pag.* 386. *t.* I. *opp. edit. Montf.* Ἰουδαία ἦν Ζηνοβία inquit , καὶ Παύλου προΐστατο τοῦ Σαμοσατέως . ἀλλ' οὐ δέδωκε τὰς ἐκκλησίας τοῖς Ἰουδαίοις εἰς συναγωγάς . *Judæa erat Zenobia* (Regina Palmyrenorum) *& Pauli patrona Samoſatenſis ; ſed non dedit Judæis Eccleſias in Synagogas* . Conſule Triſtanum *Comment. Hiſtoriq. ſur l' Hiſt. des Empereurs tom.* III. *pag.* 203. Ac injuria Sellerus Triſtanum carpit,quaſi dixerit,Zenobiam a Paulo fuiſſe in Judaiſmum inductam *c.*XXV. *p.*86. Hoc enim Triſtanus non dicit. Sic enim is ſtatuit. Cenſere aliquos Odenathum ab Ethniciſmo ad Judaiſmum tranſfugiſſe, idque adnotatum eſſe a Photio in Bibliotheca. Id quod verum eſt. Vide Photium *cod.* CCLXV. *p.*1470. *edit. an.* 1612. Factum id videri Zenobiæ opera. Sed eſſe locum credendi , non Zenobiam ſolum , ſed etiam Odenathum fuiſſe Chriſtianum, quod inſt tutore ſint uſi Paulo , quem fuiſſe Chriſtianum , & Epiſcopum Antiochenorum conſtat . Vide *Triſt. ibid.* Seculis IV. V. & VI. qui Epiſcopi Palmyrenorum fuerint, quorum tradućta ad poſteros memoria ſit, oſtendit Lequienius *l.c. pag.* 916. Juſtiniani ætate pene deletum erat oppidum . Itaque reſtitutum ab eo fuit . Adeundus Procopius *l.*II. *de Ædificiis cap.*XI. *pag.*50. *edit. Pariſ.an.*1663. Poſt Saracenorum incurſionibus Chriſtianiſmus ibidem oppreſſus, atque extinctus fuit. *Seller. c.*VI. *pag.*20. Vicus nunc eſt & a paucis Arabibus incolitur. Vide *Epiſt. Aliſaxii apud Bruynium l. c. pag.* 384. Veſtigia veteris urbis, ruinæque etiamnum cernuntur . Eas accurate deſcriptas ſerunt Sellerus , vide *Act. Erud. Lipſ. ad an.* 1709. *pag.* 102. & Bruynius *Voyage au Levant. pag.* 380. *tom.* II.

2 Confer Sozomenum *lib.* VI. *c.*XXXIII. *pag.*267. *edit. Cantab.* Lequienium *t.*II. *pag.* 850.

Eodem ſeculo, quod modo diximus, Zocomus princeps erat Saracenorum, qui eam Arabiæ, quæ proxima Provinciis Palæſtinæ, Phœnicique Libanienſi eſt, partem incolebant. Is cum liberis careret, ad Monachum quemdam adiit, cujus eſſe inſignem virtutem cognorat, pollicituſque eſt, ſi prece ſibi prolem ex Deo, quem ille coleret, impetraſſet, ſe Chriſtianum continuo futurum. Monachus quod fuit rogatus, fecit. Re divinitus impetrata; Zocomus quod promiſerat, implevit. Hoc mortuo, Maria Regina, poſteaquam Libanienſem Provinciam, Palæſtinam, aliaſque regiones populata eſſet, duoſque Imperatoris Valentis Duces exercitus ſuperaſſet, negavit ſe alia conditione de pace cum Romanis acturam, quam ut Moſes Monachus ſibi, ſuiſque Epiſcopus daretur. Valens, qui Arianis partibus ſtuderet, ad Lucium Epiſcopum Alexandrinorum hominem de ſecta eadem ſcripſit, eique, ut Moſi manus imponeret, mandavit. At Monachus, qui nihil magis, quam hæreſim averſabatur, induci quidem ſe, ut ab Orthodoxo quopiam, propterea quod imparem ſe tanto oneri ſuſtinendo eſſe cognoſceret, Epiſcopus ordinaretur, vix poſſe dixit: ut vero ab Ariano, qui etiam in Catholicos omnia cruciatus exempla edere curaſſet, nullo modo. His rebus intellectis Cæſar ei, ut ad Epiſcopum Damaſcenorum, qui Catholicam Religionem profiteretur, accederet, ab eoque reciperet, quod regina poſtularat, conceſſit. Hinc extitit Eccleſia Tribus Saracenorum, quæ ad *Secundam*, hoc eſt ad *Libanienſem* Phœnicem pertinebat (1).

§. III.

In Arabia Petræa reliqua.

PHœnici ſecundæ Provinciæ, quam Libanienſem appellari diximus, cum ab auſtro Arabia Petræa proxime objecta ſit, prætermittenda nobis non erat, antequam de ortu, progreſſuque

1 Conſule Sozomenum *lib.* VI. *cap.* XXXVIII. *pag.* 275. *ſeqq. edit. Cantab.* Theodoritum *l.* IV. *cap.* XXIII. *pag.* 186. *edit. Pariſ. Valeſii*. Socratem *lib.* IV. *cap.* XXXVI. *pag.* 257. *ſeq. edit. Cantab.* Et e novis Baronium *ad an.* 372. *n.* CII. Pagium *ad an.* 372. *n.* XXII. Lequienium *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 854.

greſſuque Religionis Chriſtianæ in reliquis Syriæ regionis Provinciis dicere aggrederemur. Atque eo confirmatus magis in ſententia ſum, quo de Petra, aliiſque nonnullis ejus Arabiæ oppidis, quæ poſt ſejuncta ab eadem Provincia fuerunt, ſupra diſputarim, cum de urbibus *Palæſtinæ tertiæ* agerem. Ergo Arabiæ Provinciæ Eccleſiaſticæ Boſtra (1) Metropolis fuit. Sunt qui Timonem illum, qui unus ſeptem Diaconorum, quos Apoſtoli ordinarunt, fuit, primum omnium eo ſe contuliſſe Evangelium prædicatum, ferant. Sed ea res confirmari vetere aliquo monumento non poteſt. Negandum tamen nullo pacto eſt, jam uſque a primis Eccleſiæ ſeculis noſtrum aliquos id ſibi onus ſumpſiſſe, ut in eam Arabiæ partem contenderent, incoliſque quid creditu ſit opus nunciarent. Nam ſi ſuſceptis longiſſimis

1 In maximis Arabiæ urbibus Boſtra numerabatur. Adeundus Ammianus Marcellinus *lib.* XIV. *cap.* VIII. *pag.* 43. *edit. Valeſ. an.* 1681. Qui plura de eadem volet, conſulat Cellarium *lib.* III. *Geogr. Ant. cap.* XIV. *pag.* 589. *ſeq. tom.* II. *edit. an.* 1732. Paulus in Arabiam ſe contulit, ibique prædicavit Evangelium *Gal.* I. XVII. Confer Procop. Gazæum ad Iſaiæ 14. Pſeudo-Hyppolitus, & Pſeudo-Dorotheus Timonem diſcipulum Chriſti primum Boſtrenorum Antiſtitem fuiſſe nugantur. At ejuſmodi Catalogi 70. diſcipulorum Jeſu Servatoris ætate Euſebii Cæſarienſis nulli erant. Nam *H. E. l.* I. *c.* XII. *pag* 35 *edit. Cantabrig.* ubi *Septuaginta*, inquit, *diſcipulorum Catalogus ne unus quidem uſquam reperitur.* Tertio ſeculo Berillus Boſtrenam Eccleſiam ſumma cum laude adminiſtrabat. Euſebius *l.* VI. *c.* XXXIII. *pag.* 297. *edit. Cantabr.* & Hieron. *Catal. ſcript. Eccl. cap.* LX. *pag.* 117. *t.* IV. *opp. edit. Martianæi*. Atque Eccleſias Arabum ſeculo eodem juvit Stephanus Pontifex, Euſeb. *l.* VII. *H.E. c.* V. *p.* 324. Miror autem quid ſit, quod nonnulli Gelaſium obſcurum ſcriptorem *libelli de duabus naturis* ſequuti, Hippolytum Metropolitam Arabum fuiſſe contenderent, contra Prudentii, Leontii, Anaſtaſii, aliorumque veterum diſertiſſima teſtimonia. Sed de ea re erit alibi opportunius diſſerendum. Interea hoc moneo, a Conſtantino Ruggerio viro eruditiſſimo, & amico meo de Epiſcopatu Hippolyti, & Originibus Chriſtianæ religionis in ea Provincia eſſe diſputatum ſane accurate in graviſſima Diſſertatione de S. Hippolyto cap. III. quam nos Diſſertationem quum legeremus, admirari ſumus ingenium, incredibilemque viri in re antiquaria diligentiam, atque peritiam. Atque optandum ſane eſſet, ut brevi ea publicaretur. Jam vero non moror Socratem ajentem *lib.* III. *cap.* VII. *pag.* 178. *edit. Cantabr.* Beryllum fuiſſe Antiſtitem Philadelphenorum Arabum. Sed Berillus lapſus deinde in errorem eſt, operaque Origenis rediit ad ſanitatem. Euſeb. *l.* VI. *Hiſt. Eccl. cap.* XXXIII. *pag.* 297. *cap.* XX. *pag.* 284. Ac Berylli quidem cauſſa coacta Synodus in Arabia eſt, cui interfuit Origenes. Euſeb. l. ſupra indicato *cap.* XXXIII. *pag.* 297. & *cap.* XXXVII. *pag.* 299. *ſeqq.* Beryllo ſucceſſit Maximus, qui ſtudio tuendæ religionis illuſtris fuit. Vide *Euſeb. l.* VII. *cap.* XXVIII. *pag.* 358. Sequuti deinde ſunt Nicomachus, qui adfuit Synodo Nicænæ, Titus, cujus extant adverſus Manichæos eruditiſſimi, plenique gravitatis libri. Is floruit ſub Juliano, multiſque incommodis vexatus eſt. Hujus tempore media pars civium Boſtrenorum Chriſtianam religionem colebat. Nam cum Imperator ad cives ſcripſiſſet, ut præconis voce urbe Titum ejicerent, Titus ad eum litteras miſit, quibus ſignificabat „ *Chriſtianos plebem gentilium numero exæquare*. Confer Sozomenum *lib.* V. *cap.* XV. *pag.* 201. *edit. Cantabr.* Qui Ethnici erant Petræ, & Areopoli pro ſuis templis ad Arcadii tempora acriter pugnabant. *Soz. l.* VII *c.* XV. *p.* 298 Epiſcopos Boſtrenos numerat Lequienius *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 508. *ſeqq.* Seculo ſuperiore Epiſcopus Boſtrenorum circa ann. 1671. Gregorius vivebat. Confer *tom.* III. *Perpet. de la Foy pag.* 736. & 743. anno 1672. Synodo Hieroſolymitanæ ſubſcripſit *Philemon Hieromonachus*, & *Archimandrita*, & *adminiſtrator* Sanctiſſimæ *metropoleos Boſtrorum*. *Apud Harduin. t.* XI. *Concilior. pag.* 270. Ex qua re conſtat, verſari etiamnum Boſtræ Græci ritus Chriſtianos, qui tamen ſchiſmati ſtudeant.

giſſimis itineribus in eas regiones penetraverunt, quæ a Palæſtina longe abeſſent, atque ab iis gentibus incolerentur, quæ ab Syriorum lingua, inſtitutis, moribus, rebus denique omnibus diſcreparent, cur tandem Arabas ſibi finitimos prætermittendos eſſe exiſtimaſſent? Ac tertio ſane ſeculo Beryllus, quem Origenes, ut ab hæreſi, in quam inciderat, revocaret, convenit; Epiſcopatum Boſtrenorum numquam obtinuiſſet, ſi ante Boſtræ, qui Chriſtianam Religionem profiterentur, nulli fuiſſent. Neque aliter de originibus Chriſtianiſmi *Adraæ Batanææ*, *Medabæ*, *Eſebonis*, *Errhæ*, *Geraſæ*, *Philadelphiæ*, *Neapoli*, *&* *Conſtantiæ* ſtatuendum eſt (1).

§. IV.

In Seleucide.

PHœnicibus Libanienſibus proximi ſunt Syri Seleucidenſes. Theodoſii Junioris tempore diviſa Seleucis Syria fuit in provincias duas, quarum una Syria prima, altera Syria ſecunda (2) appellata eſt. *Syriæ Secundæ Apamea* (3) metropolis erat. In hac urbe, etſi ab Hippolyto, & Dorotheo traditum eſt, fuiſſe ab Ariſtarcho Chriſti diſcipulo Evangelium promulgatum; tamen induci non poſſum, ut nullius pretii Scriptoribus auctoritatem, & fidem adhibeam. Eſt autem majoribus in erratis, nolo enim gravius dicere, Blaſii Tertii *in Syria ſacra* ſententia, qui Hieremiam neſcio quem Apoſtolorum auditorem inſtituiſſe Apamienſes, initioque ſeculi tertii creatum eorum Epiſcopum fuiſſe (4) ſcribit. Quamquam non is ego ſum, qui cum ſciam, primo ſeculo ab Apoſtolis, eorumque diſcipulis curatum fuiſſe, ut in Seleucide; imprimiſque Antiochene Chriſtianæ Religionis decreta enunciarentur, quamque fieri poſſet, latiſſime manarent, tum putem repertum fuiſſe neminem, qui Apameam & ſatis antiquam, & multitudine civium celeberrimam urbem peteret, in eaque exequi ſtuderet,

1 Conſule Lequienium *t.* I I. *Or. Chriſt. pag.* 359. *ſeqq.* & Euſeb. *l.* VII. *H. E. c.* V. *p.* 324.
2 Ita quidem *Johann. Malel. Chron. pag.* 69.
3 Lequien. *tom.* I I. *pag.* 910.
4 *Syria Sacra*, quam anno 15?0. edidit Italico ſermone Romæ *pag.* 99.

deret, quæ Jeſus de propagando ubique gentium Evangelio juſſiſſet. Sed quis ille, quo loco natus, quibuſque magiſtris uſus fuerit, non ſatis conſtat. Quinetiam ne illud quidem compertum eſt, qui ante ſeculum quartum Apamienſem Eccleſiam (1) Epiſcopi gubernarint. Neque fortaſſe *Arethuſæ*, *Epiphaniæ*, *Lariſſæ Syriæ*, *Mariammæ*, *Seleucobeli*, *Raphaneæ*, *Balaneæque* diverſa initia Chriſtianiſmi fuerunt, quamvis eorum oppidorum incolæ plerique ad quarti uſque ſeculi finem pertinacia deſiſtere noluerint, abjicereque idolorum cultum, quem ſuis majoribus probatum fuiſſe cognoverant (2).

Syriæ Seleucidis Antiochia urbs præcipua fuit. In eam ab Apoſtolis, ut ante (3) diximus, inducta primum Chriſtiana religio eſt; iiſque vivis, cum ita creviſſet, ut non eos modo, qui Judæi, ſed etiam qui Græci origine fuiſſent, contineret; quo diſſenſiones, quæ oriri cauſſa variarum appellationum gentium diverſarum ſolent, omnino tollerentur, commodiſſimum viſum Sanctiſſimis viris eſt, ut omnibus, qui Jeſum colerent, inderetur nomen Chriſtianorum. Interea Petrus, qui Romam venire decreverat, Evodium (4) Antiochenis Epiſcopum dedit. Huic ſucceſſit Ignatius ille Martyr, qui doctrina, ſummiſque laboribus ſuſceptis, ac fuſo pro Chriſto ſanguine, ita auxit Antiochenam imprimis Eccleſiam, ut nulla fere alia civitas eſſet, in qua tot Chriſtiani numerarentur. Ac diligentia quoque, illorum, qui poſt eidem Eccleſiæ præfuerunt, prodigiis a Deo patratis, martyrumque deinceps fortitudine (5) factum eſt, ut

1 *De Apamienſibus*, *Arethuſiis*, *Epiphanienſibus* &c. Epiſcopis conſule Lequienium *ibid. p.910. ſeqq.* 2 Confer Soz. *l.* VII. *c.* XV. *p.298.* De ſtatu ejus præſenti: Vide Thevenot *t.* II *p.53.*

3 *L.* I. *c.* I. §. III. *pag.7. ſeqq.*

4 De controverſiis Antiochiæ ortis, quo tempore Apoſtoli vivebant, diximus volumine I. hujuſce *operis pag.* 320. Ac Petrum quidem rexiſſe, adminiſtraſſeque aliquemdiu eamdem Eccleſiam pene dictum eſt *ibid. pag.* 316. De Evodio confer Euſebium *l.* III. *Hiſt. Eccl. cap.* XXII. Sed de Evodio, Ignatio ceteriſque Epiſcopis, qui Antiochenam Eccleſiam moderati ſunt, præter Euſebium, qui eorum opportune meminit in Hiſtoria Eccleſiaſtica, dum tempus moneret, agunt ex novis ſcriptoribus diligenter Petrus Boſchius S. J. initio *tom.* IV. *Actor. SS. Julii*, Michael Lequienius *tom.* II. *Orientis* Chriſtiani *pag.670. ſeqq.* Fabricius *tomo* XIV. *Bibliotheca Græca pag.38.* ut Baronium, Tillemontium, Fleurium, Orſium, alioſque innumeros prætermittam, qui in Annalibus, Hiſtoriiſque Eccleſiaſticis, quas deſcripſerunt, ſæpe, ut poſtulabat ratio, Epiſcopos, reſque Antiochenorum commemorarunt. Confer etiam *Conſtitut. Apoſt. lib.* VII. *cap.* XLVI. in eumque locum adnotationes Cotelerii *pag.388. tom.* I. *Apoſtolicor. PP. edit. an.* 1724.

5 Eorum, qui diſperſi poſt mortem Stephani fuerant, pars Antiochiam venit, illiſque ſolum initio Evangelium nunciarunt, qui Judæi religione eſſent. Sed Cyprii quidam, ac Cyrenenſes ex ipſorum, qui diſperſi fuerant, numero Ethnicos docere cœperunt, magnamque horum multitudinem

ut plerique omnes Antiocheni cives, rejecta ſuperſtitione, Chriſtianis ſacris initiarentur, ac templa vero Deo extrui curarent. Itaque quarto ſeculo cum Julianus Auguſtus Antiochiam veniſſet, ægreque tuliſſet, a civibus ſe fuiſſe deriſum, quod deditus ſuperſtitioni eſſet, librum, quem Μισοπώγωνα inſcripſit, vulgavit, graviterque eos reprehendit, propterea quod Chriſto cultum ejuſmodi adhiberent, quem majores eorum idolis adhibuiſſent. Sed quo tempore Conſtantius potiebatur imperio populi Romani, cum ortæ Arianorum ſcelere contentiones in Eccleſia fuiſſent, Antiocheni, ut ſunt lævia Syrorum ingenia, in factiones diviſi ſunt, parſque illorum maxima, quo gratum Imperatori faceret, id conſilii cepit, ut novam doctrinam probare, Epiſcopiſque Arianis parere, quam decreta, quæ ab Apoſtolis explicata fuerant, conſectari mallet. Imperatoribus, qui ab Arianis ſteterant, vita functis, & hæreſi, Orthodoxorum laboribus, prece, martyriis, deleta, Epiſcopos rurſum

nem ad Chriſtiana ſacra perduxerant: *Act. Apoſt. cap.* XI. *v.* 20. *ſeq.* Confer Tillemont. *tom.* I. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 685. *edit. Pariſ. an.* 1695. Quo autem in ſtatu initio ſecundi ſeculi Eccleſia Antiochena eſſet, colligitur ex Epiſtolis VII. *Ignatii Martyris*, exque Actis Martyrii. Confer *tomum* II. *Apoſtolic. PP. pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1724. Nam de Martyribus, qui *ſeculo* I. *ſeqq.* in ea urbe deceſſerant, dici vix poteſt quot ſcriptores agendam ſibi eſſe putaverint. Etenim Prochorum ſeptem Diaconorum unum certaſſe Antiochiæ, obiiſſeque martyrem ſerunt. Conſule Bollandianos *tom.* I. *April. pag.* 818. De Philone, & Agathopode, quos Ignatii ſocios fuiſſe, cum Romam e Syria veniret, cenſet Baronius *Not. ad Martyrol. Rom. ad d.* XXV. *April.* vide Bollandianos *tom.* III. *April. pag.* 359. De Herone, quem Euſebius ſucceſſum Ignatio fuiſſe ſcribit *l.* IV. *hiſt. cap.* XX. *pag.* 181. *edit. Cantabrig.* conſule Martyrolog. *Rom. ad d.* XVII. *Octob.* de Theophilo (qui 7. a Petro Epiſcopus cenſetur) illuſtri II. ſeculi ſcriptore, confer Martyrolog. Rom. *ad d.* XIII. *Octob.* de S. Babyla adeundi Euſebius *lib.* VI. *cap.* XXX. *H. E. pag.* 294. *& cap.* XXXIX. *pag.* 301. *edit. Cantab.* Baronius ad an. 253: *n.* 126. Bollandiani *tom.* II. *Januar. pag.* 569. *ſeqq.* Tillemontius *tom.* III. *monum. Hiſt. Eccl. pag.* 400. *ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1695. De Cypriano Mago, & Juſtina Martyribus, vide Martyrol. *Roman. ad d.* XXVI. *ſept.* & Tillemontium *tom.* V. *p.* 329. *ſeqq.* de ſancto Romano ſub Diocletiano adeundus Evodius Aſſemanus *t.* II. *Act. SS. MM. pag.* 179. Ac nulla ſane commota ab Imperatoribus tempeſtas in Eccleſiam eſt, quæ Antiochenam etiam non exagitarit. At Chriſtiani, qui ibidem agebant, quod recte eſſent inſtituti, incredibili virtute pugnabant pro religione. Jam vero ab ætate Ignatii Ædes ſacras habebant, in quas convenire ſolerent, quod IV. hujus operis libro, ubi de templorum apud noſtros antiquitate agam, plane demonſtrabo. De templis Chriſtianorum Antiochenorum Conſtantini, & Conſtantii ætate confer quæ diſputant Athanaſius *Tom. ad Antiochenos pag.* 773. *tom.* I. *par.* II. *opp. edit. Montfauc.* Socrates *lib.* III. *cap.* IX. *pag.* 184. Sozomenus *lib.* IV. *cap.* XXVIII. *p.* 174. *ſeq. edit. Cantabrig.* & e novis Ezechiel Spanhemius *in not. ad Jul.* I. *orat. pag.* 270. *& ſeqq. edit. an.* 1696. At ſub iiſdem ipſis, quos modo nominavi, Imperatoribus ab Arianis vexata Antiochena Eccleſia eſt. Qua de re conſuli poterunt, præter veteres Theodoritum *l.* I. *H.E. cap.* XXI. *pag.* 51. XXII. *pag.* 53. *l.* II. *c.* IX. *pag.* 84. XXIV. *pag.* 106. *ſeq. c.* XXXI. *pag.* 119. *ſeq. edit. Pariſ. Valeſii.* Socratem *l.* I. *c.* XXIV. *pag.* 59. *ſeq. lib.* II. *c.* VIII. *pag.* 84. X. *pag.* 86. *ſeq.* XIV. *pag.* 137. *ſeq.* Sozomenum *l.* II. *c.* XIX. *pag.* 469. *l.* III. *c.* V. *pag.* 501. *l.* IV. *c.* XII. *pag.* 553. *c.* XVI. *pag.* 558. *ſeq. cap.* XXVIII. *pag.* 586. *ſeqq. edit. Pariſ.* e novis *Baronius*, *Tillemontius*, *Orſius*, *Bollandiani init. tom.* IV. *Act. SS. Menſis Julii*, *Lequienius l.c. &c.*

Digitized by Google

ſum nacti (1) Antiocheni ſunt, quorum & doctrina ad Evangelium, & mores compoſiti eſſent ad pietatem. At ubi nata quinto, ſequentibuſque ſeculis nova diſſidia (2) ſunt, rurſum diſciſſa eorum civitas in partes fuit, poſtque varios (3) caſus, eo tandem devenit, ut Schiſma (4) Græcorum, quod nunc etiam

1 Sozomenus *l. v. cap.* XIX. *edit. Pariſ. Valeſ.* „ (Julianus) Antiochiam venit, *inquit*. „ Ibi cum Populus vociferatus eſſet, maximam quidem copiam eſſe frugum, ſed eas carius di„ vendi: Imperator ... res in foro venales viliore pretio diſtrahi juſſit. Cumque mercatores „ fuga ſe ſubduxiſſent, res quidem ad victum neceſſariæ deficere cœperunt. Antiocheni vero „ graviter id ferentes, Imperatorem probris affecerunt, & in barbam ejus, eo quod promiſſior „ eſſet, cavillati ſunt ... At Imperator initio quidem ira ſuccenſus, Antiochenis minatus eſt, ſeſe „ illos male multaturum ... ſed ... verbis dumtaxat contumeliam ſuam ultus eſt elegantiſſimo, & „ admodum faceto adverſus Antiochenos libro compoſito, quem *μισοπώγωνα* inſcripſit „. Hæc Sozomenus; qui mox ſubdit, Antiochenos Chriſtianos inclementius fuiſſe ab Juliano tractatos, quod eos deducere in Ethniciſmum vellet. Præterea quod Apollo Daphnæus Oracula non funderet, propterea quod S. Babylæ corpus in proximo loco ſepultum eſſet, juſſos fuiſſe ab Imperatore Antiochenos inde reliquias alio aſportare, quod Chriſtiani continuo fecerunt, corpuſque in urbem detulerunt. Id vero, ut compertum Imperatori fuit, ſtatuiſſe in noſtros animadvertere. Igitur comprehendi præcepiſſe multos, conjicique in carcerem. Sed victum conſtantia Theodori adoleſcentis, qui excruciatus ſuppliciis fuerat, finem torquendi noſtros feciſſe. Confer Soz. *c.* XX. *p.* 628. *ſeq. edit. Pariſ. Valeſ.* Socratem *l.* III. *c.* XVIII. *pag.* 190. *ſeqq.* Theodoritum *lib.* III. *c.* X. *p.* 132. *ſeq.* & Juliani *orat. Inſcriptam μισοπώγωνα pag.* 336. *ſeq. edit. an.* 1696. Sed de his ipſis copioſe Baronius, Tillemontius, aliique *Hiſt. Eccleſiaſt. ſcriptores*, & qui ante annos paucos Hiſtoriam Juliani deſcripſit.

2 Satis ſunt omnibus explorata, quæ pro Neſtorio primum ab Johanne Antiocheno, deinde vero a Petro Fullone, Johanne II., Palladio, Severo pro Monophyſitis, poſtque a Macedonio, Georgio, & Macario pro Monothelitis geſta in urbe eadem fuerunt. Quare non eſt neceſſe, ut quæ a Baronio, Pagio, Natali Alexandro, Tillemontio, Bollandianis, Lequienio fuſe, copioſeque diſputata ſunt, rurſum explicem, contra atque meum inſtitutum poſcere videatur. Confer Bollandianos *Hiſt. Chronol. Patriarch. Ant. tom.* IV. *Act. SS. menſ. Jul. præfixa*. Juſtinianus Imperator magnam vim pecuniæ, ut urbem reſtitueret, inſumſit, & Theopolim vocavit, ut eſt auctor *Theophanes* Chronogr. *pag.* 151. *edit. an.* 1655. Poſt a Coſrhoe ſubacta, ac pene everſa, ſed paullo poſt reſtituta & Coſrhoe Antiochia appellata eſt. *Theoph. ibid. pag.* 185.

3 Anno 1198. expugnata a Latinis Antiochia eſt. Confer Robertum Monachum *lib.* VI. *hiſt. Hieroſolym. pag.* 55. *tom.* I. *geſtor. Dei per Franc. edit. Bongarſii*. Idipſum ſcriptores ceteri, quorum Bongarſius,Ducheſnius, Martenius, & Mabillonius ediderunt de ſacris expeditionibus commentarios, memoriæ tradiderunt. Itaque Latini etiam Patriarchæ Antiochiæ creati ſunt, quorum ſeriem exhibet Lequienius *tom.* III. *Orient. Chriſt. pag.* 1154. *ſeq.* Anno 1268. capta rurſum a Soldano Babylonis Antiochia fuit, quo tempore Patriarcha erat Antiochenorum Fr. Chriſtianus O. P. quem Saraceni ſacris veſtibus indutum cum in templo offendiſſent, interemerunt. Vide Lequienium *ibid. pag.* 1162. *ſeq.* Nihilominus poſt Chriſtianum *Opizo* eſt dictus Patriarcha, qui curam gereret in Syria degentium Chriſtianorum. Confer *Lequien. ibid.*

4 Statum hodiernum urbis deſcribit Dominus de la Roque *Voyage de Syrie & du mont Liban. tom.* I. *pag.* 201. Ea Sultano Conſtantinopolitanorum paret. Etenim erepta a Selimo I. fuit poſtremo ſoldano Mamelucorum Ægypti. Pauci in ea ſunt Græci. Hi Patriarcham habent. Qui nunc eam dignitatem obtinet, Schiſma ſequitur Græcorum. Nam ante perpaucos annos, cum Cyrillus Græcus Melchita Collegii de Propaganda Fide in urbe olim alumnus, ſedique Apoſtolicæ addictus Patriarcha eſſet, factum Schiſmaticorum ſcelere eſt, ut ille ſede pelleretur, ac Silveſter ejus loco ſubſtitueretur a Mahumedanis, qui Conſtantinopolitano Patriarchæ Græcorum adhæreret. *Confer Acta Conſiſtorialia pro Conceſſione Pallii Patriarchæ Antiocheno Græco-Melchitarum. Conſiſt. ſecreto habito die* 3. *Februar.* 1744. *tom.* I. *Bullar. Bened.* XIV. *Pont. Max.*

Digitized by Google

obtinet, non probandum ſolum, ſed eſſe etiam omni ſtudio defendendum ſtatueret.

Aliquos noſtrum initio Antiochia profectos *Seleuciam* (1) *Pieriam*, *Berrhoeam* (2), *Gindarum* (3), *Gabalam* (4), *Paltum*, ac *Laodiceam* ad mare (5) importaſſe doctrinam Chriſtianorum, veriſimile eſt. Atque Epiſcopi harum urbium in monumentis Eccleſiaſticis nominantur, quorum tamen nemo eſt tertio ſeculo æræ Chriſtianæ vetuſtior. Nam quod Dorotheus Tyrius leviſſimus auctor ſcribit, Lucium (6), cujus eſt a Paulo facta in litteris ad Romanos mentio, fuiſſe primum Epiſcopum Laodicenorum, inane eſt.

§.V.

*pag.*xxxi. *in Append. edit. an.*1749. ſed præeſt, *inquit ibid.* SS. *Pontifex*, *pag.*xxxiii. Cyril-
„ lus noſter genti (Melchitarum, Melchitæ autem dicuntur, quod cum Syriæ incolæ permulti ad monophyſitas defeciſſent, ipſi ab Imperatoribus Græcis, ac tum temporis Orthodoxis ſt terint)
„ quæ hodie Catholicos ingenti numero complectitur, quæque a decem Epiſcopis, qui ipſum
„ tamquam legitimum Patriarcham venerantur, & colunt, provide gubernatur. Atque in Mel-
„ chitis hiſce vere Orthodoxis Venerabiles Antiochenæ Eccleſiæ reliquiæ jampridem conſepultæ,
„ reviviſcunt.

1 De Seleucia Pieria vide Cellarium *l.* III. *c.*xii. *p.*340. *t.* II. *Geogr. Ant. edit. an.*1732. Eo Paulus, & Barnabas contenderunt, ut inde in Cyprum navigarent. Conſule *Act. Apoſt. c.*XIII. *v.*4. Incredibile autem eſt, nullos ab iis relictos ibi fuiſſe Chriſtianos, qui cura propagandæ religionis maxima tenerentur. De Epiſcopis ejus urbis adiſis Lequienium *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.*778. *ſeqq.*

2 De Berrhoea Syriæ confer Cellarium *l.* III. *Geogr. Antiq. cap.*XII. *pag.*362. *tom.* I. *edit. laudata*. Media ſere inter Hierapolin, & Antiochiam erat. Conſule Procopium *lib.* II. *de Bello Perſico cap.*VII. *p.*102. *ſeq. edit. Pariſ. an.*1662. Nullos autem primo ſeculo Berrhoeæ fuiſſe Chriſtianos, quum tanta multitudine reperirentur Antiochiæ, numquam credam. At eam Eccleſiam quinam tandem Epiſcopi ante ſeculum IV. rexerint, neſcio. Poſteriores recenſet Lequienius *t.* II. *Orient. Chriſt. p.* 782. *ſeq.* Nunc *Aleppo* vocatur, quæ olim dicta Berrhoea eſt, ſi Cellario *ibid.* Lequienio *ibid.* Bruynio *loco inf. cit.* aliiſque credendum ſit. Non aſſentior autem iis, qui *Hierapolim* veterem dici hac ætate *Aleppum* putant, quod celebre eſt emporium in Syria. Nicetas Choniates *in Johanne Comneno c.*VII. *pag.*19. *edit. Pariſ. an.*1647. *Acceſſit ad Chalep., quod eſt vetus dicta Berrhoea*. Similia habet Nicephorus Calliſtus *lib.*XIV. *hiſt. cap.* XXXIX. *p.* 526. *t.* II. *edit. an.*1630. Holſtenius *in Steph. Byz. pag.*65. *edit. an.*1684. ex Χαλυβ profectum eſſe nomen *Aleppo* exiſtimat. Seculo XII. a Francis *Halap*, *&* *Calip* vocabatur, interdum etiam *Aleph.* Conſule Fulcherum *apud Ducheſnium tom.* IV. *ad an.*1124. *pag.*879. *ſeq.* *&* *Anon. Hiſt. Belli Sacri apud Mabillonium tom.* I. *Muſei Italici pag.*183. *ſeq. n.*XXVIII. *ſeq.* Hoc tempore Aleppi degunt Galli, Syri, Armenii, Syri Maronitæ, ac Græco-Melchitæ Orthodoxi non pauci. Horum quos poſtremo loco nominavi Epiſcopus exulare ante annos aliquot coactus eſt potentia Schiſmaticorum. Sed ut intelligo brevi in patriam redibit, quod ſedata tempeſtas ſit, quam improbi in Catholicos concitaverant. De Aleppo vide Thevenotum *Voyage de Levant. pag.*57. *ſeq. tom.* II. *edit. an.*1674. Le Bruyn *tom.* II. *pag.*356. *ſeq.*

3 Lequien. *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.*790.

4 Lequien. *ibid.*798. *ſeq.*

5 Confer Lequienium *ibid. pag.*790. *ſeq.* Celebris urbs fuit. Conſule Strabonem *lib.* XVI. *pag.*1091. *edit. an.*1707. Multa in ea urbe antiquorum monumentorum veſtigia ſuperſunt. Conſule Shavvium *Voyage &c. tom.* II. *pag.*1. *ſeq. edit. an.*1743. Agunt etiamnum Laodiceæ Chriſtiani, qui Schiſma, ritusque Græcorum colunt. Hi in cryptarum una, quæ ab oppido duo circiter ſtadia diſtat, S. Theclam aliquamdiu conſtitiſſe cenſent.

6 *Conſule Lequien. ibid.*

§. V.

In Commagene Provincia.

SEleucidi Syriæ, qua ſpectat ad orientem ſolem, proxima eſt Commagene Provincia, quæ poſt Euphratenſis appellata eſt. Hujus quidem Mambeg urbs, quæ Hierapolis (1) etiam dicitur, metropolis fuit, in qua ſeculo IV. Epiſcopi floruerunt. Quæ res argumento eſſe debet, fuiſſe in ea ante aliquos ſaltem annos conſtitutam Eccleſiam. Eoque magis in ea confirmor ſententia, quo tertio ſeculo *Cyri*, quod oppidum Mambogo prope aberat, Chriſtianos fuiſſe conſtet, quorum aliqui (2) martyrio coronati ſunt. Ædibus autem ſacris quarto, quintoque ſeculo extructis, factaque omnibus, qui vellent, abjiciendæ idolorum ſuperſtitionis, colendæque religionis noſtræ poteſtate, adeo aucta Cyri res Chriſtiana fuit, ut anno circiter 450. in eo Epiſcopatu octingentæ Eccleſiæ (3) numerarentur. Neque vero Cyri tantum, ſed *Samoſatæ* etiam tertio ſeculo agebant, qui dediti religioni (4) noſtræ eſſent. Eſt vero animadvertendum, nullum uſquam repertum hactenus illuſtre monumentum eſſe, in quo alicujus Epiſcopi (5) fiat mentio, qui Eccleſiam ullam Euphratenſis Provinciæ ante quartum ſeculum rexerit.

M 2 CA-

1 Vide Lequien. *ibid. pag. 926. ſeqq.* & 1292. & 1448.

2 De SS. Coſma, & Damiano, deque monumentis, quæ ſpectant ad Cyrenſem Eccleſiam, conſule, quæ collegit Lequienius *ibid. p. 930. ſeq.* & *Syntag. de SS.* iiſdem *edit. Viennæ an.* 1660.

3 Conſule Theodoretum *Epiſt. ad Leonem Magnum pag. 986. ſq. tom. 3. opp. edit. Sirmondi* καὶ ὀκτακοσίαις, inquit, ἐκκλησίαις ἔλαχον ποιμαίνειν. τοσαύτας γὰρ ὁ Κύρρος παροικίας ἔχει. *Et Octingentas Eccleſias paſcere contigit. Totidem enim habet Cyrrhus Parœcias.*

4 Confer *Acta SS. MM.* Samoſatenſium apud Evodium Aſſemanum virum eruditiſſimum *t.* II. *pag. 124. ſeqq.*

5 De Epiſcopis Samoſatenſibus conſule Lequienium *ibid. ſeq.* De S. Euſebii Samoſatenſis diligentia in amplificanda Orthodoxa religione adi-ſis *Martyrolog. Roman. ad d.* XXI. *Junii*, & Bollandianos *tom.* IV. *menſis Junii pag. 71. ſeqq.* qui tamen contra Baronium agunt.

Digitized by Google

CAPUT III.

In Cilicia.

Cilicia Provincia Theodoſii Junioris Auguſti decreto diviſa in Primam, & Secundam (1) fuit. Eſt vero *Secunda Syriæ primæ* propinquior. Ejus metropolis *Anazarbus* erat. In hanc urbem jam uſque a primo ſeculo invectam Chriſtianam doctrinam fuiſſe facile patior, propterea quod importatam in Ciliciam ab Apoſtolis fuiſſe certo ſciam. Sed præfectum illi Epiſcopum Marim, cujus meminit auctor Epiſtolæ, quæ Mariæ Proſelytæ Caſtaobolorum nomine circumfertur, ſcriptaque eſſe ad Ignatium Martyrem (2) fingitur, numquam credam. Nam qui in veteribus Eccleſiæ monumentis ob eam rem ſtudium conſumendum putaret eſſe, ne is nullum ante quartum ſeculum reperiret, quem plane conſtet, fuiſſe Anazarbi Antiſtitem (3) Chriſtianorum.

Anno æræ Chriſtianæ circiter 260. Mopſueſtenos Epiſcopum habuiſſe, certum eſt. Neque hi tum primum extiterunt, quin ulli ante in urbe, quæ non longe ab Antiochia diſtaret, Chriſtiani reperirentur (4). Quod ipſum de Ægienſibus cenſendum omnino eſt, quos tertio quartoque ſeculis nec Epiſcopis, neque Martyribus caruiſſe accepimus (5).

Sunt præterea Ciliciæ ſecundæ oppida *Epiphania*, *Irenopolis*, *Flaviopolis*, *Caſtabala*, *Alexandria*, *Rhoſus*. In his ante ſeculum quartum fuiſſe Evangelium promulgatum non ægre conceſſerim, modo ne quis monumenta antiqua extare defendat, quibus cognoſcatur, qui illis Epiſcopi præfecti primis temporibus fuerint (6). Excipi fortaſſe poteſt Alexandria, cujus Epiſcopi *Helenus*, *Ariſto*, & *Theodorus* in tabulis Eccleſiæ Græcæ memorantur,

1 Sic enim habet Johannes Malelas in *Chron.* de Theodoſio II. Imperatore agens. Vide Lequienium *tom. II. Or. Chriſt. pag.* 886.

2 *Tom. II. Apoſtolic. PP. pag.* 132. *edit. an.* 1724.

3 Vide Lequienium *ibid. pag.* 886. *ſeqq.*

4 Vide *Lequien. pag.* 890. *ſeq.* & *Admonitionem Ruinartii ad Acta* SS. MM. *Probi, Tarachi, & Andronici pag.* 374. *edit. Veron.*

5 Confer Lequien. *ibid. pag.* 894. *ſeqq.* Vide Euſ. *l.* VII. *de vit. Conſt. c.* LVI. *p.* 611.

6 Confer eumdem *pag.* 895. *ſeqq.*

rantur, quaſi ante Conſtantini tempora vixerint, martyrioque perfuncti ſint (1).

Tarſus, quæ urbs caput Ciliciæ univerſæ fuerat, a diſcipulis Chriſti Servatoris doctrinam Evangelii accepit. Atque Epiſtola his, qui erant *Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ*, fratribus ab Apoſtolis ſcripta ſatis indicat (2), Tarſi aliquos ſaltem initio Chriſtiani nominis fuiſſe, qui decretis, inſtitutiſque Chriſtianæ religionis parerent. Itaque & Tarſi, & aliis in urbibus Provinciæ Ciliciæ multi deinceps fuerunt, qui extremos cruciatus religionis (3) cauſſa perferrent. Etſi autem ſunt, qui Jaſonem patria, ut cenſent, Tarſenſem, & Pauli propinquum, fuiſſe Epiſcopum Tarſenſibus datum putent, his tamen ſi documentis melioribus uterentur vix, cum vero Dorotheum auctorem & novum, & fabularum inventorem ſequantur, ne vix quidem cenſeo eſſe (4) credendum, Neque eſt eorum propenſior ad veritatem ſententia, qui Urbanum, poſt Jaſonis mortem, a Paulo ſuis civibus conceſſum Epiſcopum fuiſſe arbitrantur. Nam quibus argumentis ad eam opinionem tuendam adducti ſint, ne ſuſpicari quidem (5) poſſum. Seculo III. cum Valerianus Imperium Populi Romani teneret; Athanaſium, qui præfectus Tarſenſi Eccleſiæ eſſet, martyrem (6) obiiſſe ferunt. Succeſſe-

1 *Id. ibid. pag. 903. ſeqq.*

2 De Tarſo Metropoli Ciliciæ conſule Cellarium *l. III. c. VI. pag. 214. ſeq.* Patria Apoſtoli Pauli fuit. *Act. XXII. v. 3.* In eo oppido jam uſque a primo ſeculo Chriſtiani ex gentibus fuerunt. *Act. c. XV. v. 23.* Præcipuum enim ejus Provinciæ erat. Atque ad Cilices quoque Apoſtoli, ut conſtat *Act. l. c.* ſcripſerunt hoc modo *Apoſtoli, & ſeniores fratres his, qui ſunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus ſalutem &c.* Hos ab Apoſtolo Paulo cive ſuo converſos ad noſtra ſacra fuiſſe arbitror, cum diu ille Tarſi conſtiterit. *Act. c. IX. v. 30. & XI. 25.*

3 Vide Martyrolog. Romanum ad *d. 22. Aug.* & Bollandianos *t. IV. menſis ejuſdem p. 499. ſq.* ubi de S. Athanaſio Tarſenſi Epiſcopo, & Martyre diſſerunt. Acta S. Pelagiæ Virginis, & Martyris apud Bollandianos *d. 4. tom. I. Menſis Maii p. 453. ſq.* Acta S. Bonifacii Martyris apud Ruinartium *Act. SS. MM. pag. 249. edit. Veron.* Ubi miſſi referuntur a Diocletiano, & Maximiano Miniſtri, Judexque „ atrociſſimus Simplicius nomine in partes Orientis in Tarſum civitatem, „ quæ eſt metropolis Ciliciæ Provinciæ, ut ibidem omnes, qui Chriſtum confiterentur, utriuſ- „ que ſexus, & ætatis per publicam audientiam interrogaret, ipſoſque per diverſorum tormen- „ sorum macerationem ad ſuæ mentis veſaniam quantocius inclinaret. & *pag. 251.* ubi de S. Bonifacio hæc habentur „ Accedens ergo puer Bonifacius, cœpit oſculari S. Martyres (*qui Tarſi* „ *agonizabantur*) cum eſſent in tormentis nequiſſimis; erant enim omnes viri numero viginti. Confer etiam Acta SS. MM. Tarachi, Probi, & Andronici apud Ruinartium *ibid. pag. 375.*

4 Vide Dorotheum *tom. VII. Bibl. PP. pag. 151. edit. an. 1589.* & Lequienium *Or. Chriſt. tom. II. pag. 870.*

5 Actis enim Græcis *de SS. Petro, & Paulo editis a Bollandianis*, quibus ſane actis nulla ineſt auctoritas, tota hæc innititur fabula. Confer *Bolland. tom. V. Jun. pag. 411. ſeq.*

6 Vide *Martyrolog. Rom. ad d. 22. Auguſti*, & Bollandianos *tom. IV. Aug. pag. 499.*

Digitized by Google

ceſſerunt deinde alii, quorum ſit in tabulis Eccleſiaſticis (1) mentio.

Quo autem primum tempore *Pompejopoli*, *Sebaſtæ*, *Auguſtæ*, *Adanæ*, *Malli*, *Zephyrique* (2) nunciatum Evangelium fuerit, ſtatui nullo pacto poteſt. Quoniam vero Cilices Chriſtiani in actis Apoſtolorum, quod paullo ante diximus, memorantur, concludi fortaſſe poterit, non defuiſſe noſtrum aliquos, qui in iiſdem oppidis verſarentur.

CAPUT IV.

In Oſroene, & Meſopotamia.

SEquitur, ut de Oſroene agam, quæ Euphratenſi finitima eſt. In ea ponitur *Edeſſa* urbs Abgarorum ſedes, de qua alio loco (3) diximus. Etſi autem eſſe permultos intelligo, qui vereantur, ne falſa ſint, quæ de primordiis Chriſtianæ religionis in ea urbe tradita ab Euſebio, Ephremoque Syro ſcriptoribus celeberrimis memoriæ fuerunt, tamen vetuſtiſſimam eſſe Edeſſenam Eccleſiam revocari in dubium non poteſt. Proditum namque a majoribus noſtris eſt, oſſa Thomæ Apoſtoli in ea ſervata (4) fuiſſe, primis temporibus Abgaros aliquot inſigni religione, ac pietate (5) vixiſſe, Martyras (6) floruiſſe, ſcholam denique fuiſſe inſtitutam, in qua (7) decreta, inſtitutaque

1 Hos omnes, quorum nomina reperire in monumentis antiquis potuit, numerat Lequienius *pag.870. ſeqq. tom.11.* Ea urbs in poteſtatem ſubinde venit Saracenorum. Quo tempore Syri Jacobitæ in oppido agebant, Epiſcopiſque ſui ritus utebantur. Vide Aſſemanum *tom.11. Biblioth. Orient. Diſſert. de Monophyſitis*, ubi de Epiſcopis Tarſi *num.9.* & Lequien. *tom. 11. Chriſt. Or. pag.1465. ſeq.*

2 Confer Lequienium *ibid. pag.875. ſeq.* qui eas urbes deſcribit, earumque Epiſcopos recenſet.

3 *Tom.1. pag.300.*

4 Conſule Rufinum *l.11. H. E. cap.v. p.245. edit. an.1523.* & Johannem Chryſoſtomum *Homil.* xxvi. *in Epiſt. ad Hebræos*, *tom.*xii. *pag.* 237. quo loco, Thomæ Sepulcrum cognitum omnibus fuiſſe, ſcribit. At niſi cognitum ita fuiſſet, ut traditum a Rufino eſt, cognitum certe omnibus non fuiſſet.

5 Vide Euſebium in *Chronico ad an.1. Macrini pag.* 176. *edit. Pontaci.*

6 Adeundi Bollandiani ad *d.*xxx. *Ian. tom.*11. *p* 1026. ubi de S.Barſimeo Edeſſeno Epiſcopo, & Martyre, quem ſub Trajano floruiſſe ferunt. Quinetiam ſecundo ſeculo, cum controverſia de Paſchate orta eſſet, vigebant Eccleſiæ in Oſroene Provincia. Euſeb. *l.v. cap.*xxiii. *Hiſt. Eccl. pag.* 143. „ Eccleſiarum quoque in Oſroene Provincia, & in illius urbibus regionis conſti-„ tutarum litteræ viſuntur.

7 De ſchola Edeſſena diſſeram *lib.*xii. hujus operis, ubi agam de Catechetis, & Catechumenis.

Digitized by Google

taque Chriſti Servatoris explicarentur . Quinetiam Epiſcoporum quorumdam , qui eamdem Eccleſiam ſecundo tertioque ſeculis gubernarunt , ſcriptores (1) magni , ac nobiles meminerunt . Itaque quarto ſeculo ſic erat univerſa civitas Chriſtianæ religioni (2) addicta , ut Julianus Auguſtus , qui idolorum ſuperſtitione detinebatur , cum ad bellum Perſicum proficiſceretur , eo ſe conferre noluerit , qua iter in fines Perſarum erat (3) . In quibuſdam urbibus Oſroenæ Provinciæ aliquos eo (4) tempore , quo propagata Edeſſæ eſt , Chriſtiana religio; in aliis nullos fortaſſe , in omnibus non magnos progreſſus fecit .

Meſopotamia Provincia dicta eſt , quod duobus fluminibus Tigri, atque Euphrate contineatur . Huic qua parte ad Septentriones ſpectant , finitimi ſunt Armenii , quos a Meſopotamiis mons Taurus dividit . Atque Oſroene Provincia ad eam regionem pertinet : incipit enim ex ſeptentrionibus a Tauro monte , protenditur ad Oſtium Chaboræ , duobuſque fluminibus Euphrate,atque Chabora continetur. A Sancto Mari S. Thaddæi diſcipuli (non vero Apoſtoli) Jeſu Chriſti , qui Edeſſam Evangelium prædicatum venerat , auditore fuiſſe Caſcaritas (5) Meſopotamienſes inſtitutos , traditum a quibuſdam

1 Conſule Lequienium *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.*655. *ſeqq.*

2 Confer Ruinartium *Act. SS. MM. ſincer. pag.*416. *edit. Veron. in Act. S. Domnine* , ubi hæc ex J. Chryſoſt. de ſtatu urbis Edeſſæ Diocletiani tempore habentur . „ Pergunt ad urbem „ Edeſſam nomine , urbem permultis agreſtiorem illam quidem , ſed pietate inſignorem . Sub Conſtantino ædificata ibidem cura Epiſcoporum *Cononis, & Saadis* templa fuerunt. Confer Chronicon Edeſſenum n.XXII. apud J.S. Aſſemanum *tom.*1. *Biblioth. Or. pag.*422. *ſeq.*

3 Sozomenus *l.*VI. *c.*1. *pag.*216. *edit. Cantabrig.* Sæviit præterea Valens Arianus in Edeſſenam Eccleſiam . *Soz. l.*VI. *c.*XVIII. *pag.* 240. Ea deinde urbs cum , poſt multas diſſenſiones Epiſcoporum de religione, exagitata fuiſſet , de qua re confer Catalogum ejus Eccleſiæ Epiſcoporum apud Lequienium *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.*959. *ſeq.* in poteſtatem venit Saracenorum . Capta poſt ab Latinis fuit , cum Armenii in ea , Syrique Chriſtiani agerent , Saracenisque parerent . Vide Fulcherum *lib.* II. *c.*XLI. *tom.*IV. *ſcriptor. rer. Francic. pag.*858. *lib.*III. *pag.*869. 872. ſed rurſum ejectis noſtris potiti Saraceni Edeſſæ imperio ſunt . Nunc Turcis ſubeſt Conſtantinopolitanis . De *Orfa* , (ſic enim nunc temporis Edeſſam vocari ajunt) ejuſque præſenti ſtatu , conſule Thevenotum *Voyage de Levant. pag.*78. *ſeqq. tom.*II. *edit. an.*1674.

4 Vide Euſeb. *l.*V. *c.*XXXIII. *p.*243. *edit. Cantabrig.* & Sozomenum *l.*VI. *c.*XVIII. *p.*240. *edit. Cantabrig.* Confer etiam Lequienium *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.*970. *ſeqq.*

5 Caſcar urbs Meſopotamiæ cenſetur . In finibus Babyloniæ ſita erat , Eccleſiamque habebat , non Amidenſi Metropolitæ , ſed Catholico Chaldæorum Seleucienſi obnoxiam . Igitur in Pontificali Chaldæorum apud Lequienium *Orient. Chriſtian. tom.* II. *pag.* 1563. hæc habentur „ Statim ab obitu Catholici mittatur ad Epiſcopum Caſcar (*al. Caſchar*) „ ſi in vivis eſt , utpote principem , primariumve præſulem Patriarchalis provinciæ , qui „ de-

Digitized by Google

buſdam ſcriptoribus eſt, quorum neque vetuſtate confirmatam, neque magnam eſſe intelligo auctoritatem*. Nolo autem quiſquam exiſtimet, ita eſſe affectum animo me, ut quarto ſeculo eſſe antiquiora in Meſopotamia Chriſtianæ Religionis primordia, negem. Nam quum vetera monumenta (1) conſidero, cruciatuſque, quos non modo cum Sapor Perſarum Rex, ſed etiam cum Maximinus in noſtros ſæviſſimam (2) tempeſtatem concitaviſſet, Niſibeni imprimis perpeſſi fuerunt, animo colligo, ſic equidem ſtatuo, ut neque recentem tunc in Provincia cultum veri Dei, neque anguſtis finibus fuiſſe contentum putem. Sed neſcio quo caſu evenerit, ut quæ fortaſſe olim extabant, unde origines Chriſtianiſmi colligere liceret, ea injuria temporum interciderint monumenta (3).

CA-

„ dexteram Patriarchæ tenet, cuſtoſque illius ſedis eſt poſt ejus obitum „. Nam Beauſobrium, qui *lib.* I. *cap.* XII. *Hiſt. Maniceh. pag.* 137. *ſeqq. tom.* I. ubi *Acta Diſputationis Archelai cum Manete hereſiarca* in ſpuriis eſſe ponenda oſtendere conatur, *Caſcar* urbem, cujus fit in iiſdem *Actis* commemoratio, eamdem, atque illam Seleuciæ proximam eſſe negantem, nihil moror. Quod enim ait eam, quam memorat Archelaus, Romanorum, eam vero, quæ Seleuciæ vicina erat, Perſarum in poteſtate fuiſſe, inane eſt. Quid namque impediebat, quo minus *Probi* Imperatoris tempore id oppidum Romanis pateret, poſtque rediret in ditionem Perſarum? Ac ſi Seleucia Babylonica ſubacta aliquando a Romanis eſt, ut eſt proditum memoriæ ab Ammiano *l.* XXIV. *c.* V. *edit. Valeſ. p.* 404. *ſeq.* & ab Eutropio *l.* IX. *c.* XII. *p.* 124. *edit. an.* 1703. cur ſubjici eiſdem vi armorum non potuit Caſcara? Neque vero quia proditum id nuſquam ab hiſtoricis memoria eſt, idcirco captum nunquam hoc oppidum a Romanis fuit. Non enim quæ vera ſunt, omnia veteres monumentis mandarunt litterarum. Deinde non deſunt monumenta, cum in Actis Archelai & antiquis, & laudatis a ſcriptoribus quarti ſeculi rei ejuſdem fiat commemoratio.

1 Nam ſi Perſæ conſuetudine Oſroenorum perducti ad Chriſtiana ſacra fuerunt, ut eſt animadverſum a Sozomeno l. II. *cap.* VIII. *pag.* 55. *edit. Cantab.* multo magis id Meſopotamiis evenerit neceſſe eſt. Jam vero vetus imprimis eſt Oſroena Eccleſia, ut ſupra oſtendimus, cum de Edeſſa imprimis ageremus. Quid ergo impedit, quo minus primo, ſecundove ſeculo invecta religio noſtra in Meſopotamiam fuerit? Ac ſi Taddæus ille, quem a Thoma miſſum ferunt, Edeſſam venit, non video cur progredi noluerit paulluium, in Meſopotamiamque penetrare Evangelium prædicatum. Cumque ea apud Meſopotamicolas percrebuerit opinio, ut omnes a Taddæo, ſociiſque inſtitutos ſe fuiſſe arbitrentur, non audetem temere ejuſmodi ſententiam arguere falſitatis. Confer Aſſeman. *tom.* II. *Biblioth. Orient. pag.* 394. *ſeq.* Atque etiam ſi S. Thomæ Parthorum regnum, ubi Evangelium enunciaret, attributum eſt, ut poſt Origenem Euſebius in III. *lib. hiſt. cap.* I. *pag.* 87. *edit. Cantabr.* narrat, non equidem intelligo, cur in Meſopotamia fundamenta Chriſtianiſmi jacere neglexerit, qua iter erat in Parthiam. Conſule *Martyrol. Rom. ad d.* XXVIII. *oct.* Sed quid opus eſt multis? Tertullianus *adv. Jud. c.* VII. *Meſopotamiorum* aliquos ſuo tempore Chriſtianis ſacris ſtuduiſſe ſcribit. Multoque magis *medio ſec.* III. Euſ. *lib.* VII. *cap.* V. *pag.* 324.

2 Vide Theodoretum *hiſt. relig. c.* I. *p.* 764 *ſeq. t.* III. *opp. edit. Sirm* Bollandianos ad *d.* 15. *Julii tom.* IV. *pag.* 29. *ſeqq.* Tillemontium *in vita S. Jacobi Niſibeni t.* 7. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 261. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1706.

3 Quarto ſeculo magnus erat in Meſopotamia numerus Chriſtianorum. S. Athanaſius *Epiſt. ad Epiſc. Ægypt. &c. pag.* 278. *tom.* I. *opp. edit.* Montfauconi, Jacobum Niſibenum, aliosque Meſopotamiæ Antiſtites in Arianos calamum ſtrinxiſſe teſtatur. Confer Evod. Aſſemanum *tom.* I. *Act. SS. MM. pag.* 8a. Quinetiam e Meſopotamia Epiſcopi ad Nicænam Synodum venerunt. Euſeb. *l.* III.

CAPUT V.

In Chaldæa, & Perſide.

Quamvis autem ab antiquis Scriptoribus Babylonia a Chaldæa diſtingueretur, tamen lapſu temporum factum eſt, ut qui utramque regionem incolerent, hi omnes Chaldæi appellarentur. Itaque conſtitutæ Chaldæorum Diœceſes ſunt, quæ omnes fere Aſsyriæ, Chaldææ, Babyloniæque urbes continerent. Atque hæſit illis quidem hujuſmodi appellatio, propterea quod jacta religionis noſtræ fundamenta in Chaldæa eſſent, antequam ea in finitimas regiones manaret, in qua etiam proinde fuit præcipua ſedes conſtituta. Nam Seleucia magna, quæ ad Tigrim,& Euphratem eſt (1), ejus Diœceſeos urbs princeps fuit. Regionis vero ejuſdem, quæ tota extra fines Impe-

l. III. c. VII. de vita Conſt. pag. 530. edit. Cantabr. Cum Julianus imperio potiretur Niſibeni omnes Chriſtianæ religioni ſtudebant. Vide Sozomenum *l. V. c. III. pag. 183. edit. Cantabrig.* IV. ſeculo templa in Meſopotamia Chriſtianorum erant. Confer *Acta SS. MM. Milis &c.* apud Evodium Aſſemanum *pag. 72. tom. I.* Qui ſequiorum temporum ſtatus Chriſtianiſmi in Meſopotamia fuerit, cognoſci ex Aſſemani Bibliothecæ *tom. II. & IV.* & ex Lequienii *Or. Chriſt. tom. II. p. 990. ſeq. & 1077. ſeqq.* poteſt. Poſt varias rerum vices, poſtque reductos interdum ad ſedem Apoſtolicam Meſopotamios, ut eſt obſervatum a Morino *de Sac. Ord. p. 438. ſeqq. edit. an. 1655.* rurſum magnam partem ſequuti ſunt decreta Neſtorianorum, tandem ſeculo ſuperiore ſic ſe in ea Provincia res Chriſtianæ religionis habebant, ut eſt a Cerrio *S. Congreg. de Prop. fide a ſecretis* memoriæ commendatum *l. c. pag. 90. ſeqq.* „ Non ſi trovano altre Miſſioni, che de' Cappuccini „ Franceſi. Queſti in Diarbechir fecero acquiſto dell' Arciveſcovo, che fu più volte carcerato, „ e dopo venne a Roma ... e adeſſo s'intende ſia ſtato fatto Patriarcha domandando l'approva- „ zione dalla ſede Apoſtolica. Ne ſtanno alcuni in Muſul, ch'è l'antica Ninive, e vi è il veſco- „ vo de' Giacobiti, e Cattholico, con molti del ſuo rito. In queſta città abita il detto Patriar- „ ca de Caldei, che hanno gli errori di Neſtorio, che ſebbene ivi ne ſtanno ſolamente 1000, „ ne ſono ſparſi nelle Montagne 40000. In detta Provincia e poſta Bagdad, ... ivi hanno Chie- „ ſa, e Oſpizio i detti Cappuccini Franceſi, quali ci fanno gran frutto ben veduti da' Turchi ... „ I Soriani, e Armeni, che ivi ſono tutti fatti Cattolici, celebrano nella iſteſſa Chieſa, e da' „ detti Padri ſono iſtruiti i loro figliuoli, eſſendovi veramente gran quantità di fedeli. „ Vigent etiamnum in Meſopotamia Armenii Catholici, quos partim Carmelitæ excalceati, partim Armenii Preſbyteri, quorum aliqui ſunt Alumni Collegii Urbani de Propaganda fide, inſtituunt moderanturque. In his eſt Johannes Tasbas magno & ingenio, & virtute juvenis, qui multa eſt pro religione incommoda perpeſſus. Nunciatum autem his menſibus paucis a Carmelitis eſt, Patriarcham Neſtorianorum conjungi nobiſcum ſocietate communionis velle, ſecum autem una XL. circiter hominum millia ad Orthodoxam religionem perducturum. Immo vero litteras Patriarcha ad Sacram Congregationem ſcripſit, quibus etiam, atque etiam orat, atque obſecrat, ad ſe ut miniſtri mittantur. Itaque attributa nunc ea pars Dominicanis eſt, miſſique initio fere hujus anni 1750. Cajetanus Codileoncinus, & Conradinus Turrianus eruditi, optimique viri Niniven fuerunt Evangelium prædicatum. Multa de origine, & progreſſu religionis in Meſopotamia dici poſſent. Verum omnia hoc loco explicare neque poſſum, neque vero eſſe opus exiſtimo.

1 Vide Lequienium *Or. Chriſt. tom. II. pag. 1078. ſeqq.*

Digitized by Google

rii Populi Romani erat, ſpectabatque ad orientem ſolem, pars potior in ditionem Perſarum ceciderat. Igitur Thomam Apoſtolum, cum ad Parthos nunciatum Evangelium, ut eſt apud Origenem, abire conſtituiſſet, Thaddæo, de quo paullo ante diximus, præcepiſſe ferunt, ut ſibi onus Meſopotamienſium, Chaldæarumque Eccleſiarum adminiſtrandarum ſuſciperet. Hunc, quod juſſus fuerat, feciſſe. Etenim Edeſſa profectum, Arbelam, quæ Adiabenes Provinciæ Metropolis erat, deinde Niſibim, poſt Moſulam veniſſe, nunciaſſeque quid quemque credere oporteret. Interim auditoribus ſuis Mari, atque Achimo, quibus propter inſignem doctrinam, & pietatem perfamiliariter utebatur, ad ſe vocatis, eis mandaſſe, proximas provincias ut peragrarent, nomenque Chriſtianum, quam latiſſime poſſent, producere curarent. Marim ad Babylonios, Caſcarenos, Perſaſque finitimos, indeque Seleuciam, & Cteſiphontem penetraſſe, ibique potiſſimum conſtitiſſe, multiſque auctorem, ut ſuperſtitione abjecta veram Religionem amplecterentur, & colerent, fuiſſe. Mortuum tandem, in eaque Eccleſia ſepultum, quam ipſe extrui feciſſet.

Achimum in eas regiones, quæ ad auſtrum vergerent, migraſſe, Suſianoſque docuiſse, quos *Chuziſtanenſes* hoc tempore appellant. Sed vera ne hæc omnia ſint, an falſa, neſcio (1). Illud ſcio, Chriſtianos in Chaldæa, & Perſide ante Conſtantini Magni tempora non paucos floruiſſe. Itaque cum is Imperator viveret, etſi Perſarum reges dediti admodum ſuperſtitioni erant, tamen late, longeque in eorum regione Chriſtiana religio (2) manarat. Itaque magno deinceps numero viri,

1 Confer J. S. Aſſemanum *tom.* III. *Bibl. Orient. par.* II. *pag.* 4. *ſeq.* & Evodium Aſſemanum *tom.* I. *Act. SS. MM. pag.* LXVI. *Præf.*

2 Cur Parthi, quorum fit in Actis Apoſt. mentio *cap.* II. *v.* 9. introducere in patriam, ubi eodem reverterunt, religionem nequiverint, oſtendi nullo modo poteſt. Ac Parthos ſuo tempore (Parthia autem tunc Perſis parebat) Chriſtianos vixiſſe, indicat Tertullianus *c.* VII. *libri adverſus Judæos*. Jam vero eſt auctor Origenes, cujus locum affert Euſebius *lib.* III. *cap.* 1. *hiſt. pag* 87. *edit. Cantabrig.* Thomam ſuiſſe Parthiam ſortitum, in eaque regione Chriſtianam religionem prædicaſſe. Quid? Si Bardeſanes ſeculi II. ſcriptor teſtetur, ſuo tempore in Perſide Chriſtianos floruiſſe? *Apud Euſ. l.* VI. *præp. Evang. c.* VIII. *p.* 280. *edit. an.* 1628. Neque eſt a ſimilitudine veritatis Sozomeni *l.* II. *c.* VIII. *p.* 55. ſententia diſcrepans, ajentis conſuetudine Oſruenorum Perſas Chriſtianis ritibus, ac religioni ſe addixiſſe. Nam quod eum erroris Evodius Aſſemanus *Præf. in Act. SS. MM. pag.* 66. arguat, quaſi IV. primum ſeculo, Sozomeni opinione, Perſæ dederint Chriſtianiſmo nomen, cujuſmodi ſit, neſcio. Non enim quidquam aliud Sozomenus habet, quam „ Per-

ri, mulieresque, cum ſub Sapore ſecundo ad necem quære-
rentur, propterea quod Chriſtum ejurare nollent, tandem ex-

N 2 tremis

„ Perſarum Chriſtianos eos primos, ſua ſententia, videri, qui conſuetudine Oſroenorum, &
„ Armeniorum, ut eſt veriſimile, in colloquium cum ſanctis viris venerint, qui illic habitabant.„
Quo autem tempore ab Oſroenis inſtituti fuerint Perſæ, Sozomenus nuſquam indicat. At eſt certum, antiquiſſimam eſſe Oſroenorum Eccleſiam. Quidni ergo diu ante Conſtantinum ab Oſroenis inſtituti fuerunt Perſæ, cum neque repugnet, neque Sozomenus neget? Magnam autem Chriſtianorum copiam in Perſide cum Conſtantinus floreret, viguiſſe, narrant Euſebius *lib. de vita Conſt. IV. cap. VIII. pag. 630. ſeqq. edit. Cantabr.* Theodoritus *lib. I. cap. XXV. pag. 56. ſq. edit. an. 1720.* & Sozomenus *lib. II. cap. XV. pag. 63. edit. Cantabr.* Quamquam errat Sozomenus, qui ante ſcriptas litteras a Conſtantino ad Saporem ſæviiſſe in noſtros hunc ipſum Perſarum regem affirmat. *Ibid.* Nam ſæviit Sapor poſt an. 340. adeoque poſt obitum Conſtantini. Quod cum oſtenſum a Baronio, Bollando, Hermantio, Pagio, aliiſque ſit, noſtra oratione non eget. Qui autem, quamque magno numero Martyres tum in Perſide fuerint, oſtendunt Sozomenus *lib. II. cap. IX. ſeq. pag. 56. ſeq. edit. Cantabr.* Evodius Aſſemanus *tom. I. Act. SS. MM. pag. I. ſeqq.* quo etiam volumine complexus acta eſt, quæ ſpectant ad Martyras Seleuciæ, Cteſiphontis, Tillemontius *tom. VII. Mon. Hiſt. Eccl. pag. 76. edit. Pariſ.* Quinetiam fuerunt Perſæ Epiſcopi qui *an. 325.* veniundum ſibi ad Synodum Nicænam putarunt. *Euſ. l. III. de vita Conſt. c. VIII. pag. 580. edit. Cantabr.* Converterant autem Sacra Biblia in ſuam linguam ante Johannis Chryſoſtomi tempora. Vide *ejus Homil. in Joh. II. tom. VIII. opp. pag. 9. edit. Monſfauc.* & Theodoretum *lib. IX. Therapeutices tom. IV opp. pag. 610. edit. Sirmondi.* Neque caruerunt Apologiſtis, qui contra Magos religionem defenderent. *Gregor. Abulpharagius hiſt. Dynaſt. p. 87.* Coſrhoes porro Heraclii temporibus Chriſtianis infeſtus fuit. Confer, quæ dixi *pag. 52. ſeqq.* Pagium *ad. an. DCXX.* & Willelmum Schickardum *Per. Reg. Perſ. pag. 135. ſeq.* Epiſcoporum Perſarum ſeriem exhibet Lequienius *tom. II. Orient. Chriſt. pag. 1248. ſeqq.* Superatis Perſis an. 1651. Saraceni in eam regionem Muhamediſmum introduxerunt. Hoc nunc genus ſuperſtitionis Perſæ colunt, quamquam aliquanto a Turcis diſcrepant. Incredibilis eſt in Perſide multitudo Chriſtianorum Armeniorum. Viginti millium Familiarum numerat Chardinus *Itiner. tom. VI. pag. 356.* Non deſunt *Neſtoriani*, & *Jacobitæ*. Sed hi longe minore ſunt numero. Galli mercatores, Hollandii, Britannique in Perſidem commeant. Chard. *tom. VI. p. 327.* Iſpahani, quæ regia urbs eſt, Chriſtianis niſi impetrata ab rege facultate agere non licebat, niſi Miſſionarios, & Europæos quoſdam mercatores demas. In ſuburbio tamen quodam licebat. Chardin *t. VIII. p. 100.* Circa an. 1683. res noſtræ in Perſide ſic habebant, ut ſcribit Urbanus Cerrius ibid *pag. 91.*
„ Il Re di Perſia benchè Maomettano ha qualche corriſpondenza colla S. Sede ... In tempo del-
„ la ſan. mem. di Paolo V. vi furono mandati i Carmelitani Scalzi, che preſentando le lettere
„ Pontificie al Re Abbas, le riceve con molto onore, e diede loro un Palazzo in Iſpaan ... do-
„ ve i detti Padri hanno fabbricato Convento, e Chieſa di quattro Cappelle collaterali, oltre
„ all'altar maggiore dedicato alla Vergine Santiſſima. Stanno dunque i detti religioſi in quella
„ città come Ambaſciatori del Papa, e con queſto carattere vi riſiedono ancora Agoſtiniani,
„ Geſuiti, e Cappuccini, i primi come Ambaſciatori del Re di Polonia, i ſecondi di Portogal-
„ lo, i terzi di Francia. Ma da poco tempo in qua ſono rimaſi ſolo i Carmelitani, eſſendo ſtati
„ gli altri diſcacciati, mentre dal primo miniſtro di quella Corona aſſai zelante della ſua ſetta,
„ che credeva eſſer divenuta immonda la città d'Iſpaan per abitarvi i Chriſtiani, che continua-
„ mente bevevano vino ... fu comandato, che tutti doveſſero vendere le caſe, che poſſedevano
„ nella città, aſſegnando loro un luogo fuora di quella ... dove vivono uniti, e vi hanno caſa,
„ e Chieſa le dette religioni. Due miglia lontano da Iſpaan vi è la città di Giulfa Colonia de-
„ gli Armeni ... che farà da 16000. anime eſſendovi molte Chieſe, Monaci, e Monache con
„ ſuo Arciveſcovo, e Clero tutti Sciſmatici, e per illuminare queſti Armeni faticano conti-
„ nuamente i Carmelitani Scalzi; ma non fanno molto frutto, avendo quella gente, come ſi è
„ detto degli altri, grande oſtinazione. E' poco tempo fa, che i Cappuccini ſono andati ad
„ abitare in Baderabaſſi coll'occaſione, che vi ha preſa caſa, e fattoria la compagnia de' mer-
„ canti Franceſi. Queſto è un porto di mare nel ſeno Arabico „. Stanno i Carmelitani Scalzi

in

tremis cruciatibus affici, martyreſque decedere meruerunt. In his Diaconi, Presbyteri, & Epiſcopi aliquot fuerunt. Cumque ne in cogitationem quidem cadat, repente tot Chriſtianos in iis regionibus extitiſſe, in quibus nullos ſeculis ſuperioribus reperire liceret, ſtatuendum eſt, diu ante in Chaldæam, & Perſidem noſtrum aliquos perveniſſe, idque diligentiſſime laboraſſe, ut paullatim, quæ ab ipſis inſtituta eſſet, tum magnos progreſſus Eccleſia faceret.

CAPUT VI.

In Inſula Cypro.

Cypros Inſula Mediterranei maris Syriæ, Ciliciæque Provinciis e regione oppoſita, dedita olim ſuperſtitionibus Deorum, Venerique imprimis fuit. Poſt in eam Judæi permulti venerunt, ac ſedibus conſtitutis, ſynagogas, in quas ſtatis diebus convenirent, ſcripturaſque legerent, fecerunt. Quum Judæorum ſcelere lapidibus obrutus Stephanus, & concitata in Eccleſiam Hieroſolymorum ſæviſſima tempeſtas fuiſſet, veriti noſtri, ne improbitate hoſtium opprimerentur, memoreſque eorum, quæ ſibi a Chriſto de vitando periculo præſcripta fuerant, in proximas Judææ provincias magno numero migrarunt, ſeque ita geſſerunt, ut de ſtudio propagandæ religionis nihil remittendum eſſe arbitrarentur. Eorum aliqui cum Cyprum appuliſſent, incolaſque ea eſſe voluntate animadvertiſſent, ut quidvis audere, quam deſerere cultum idolorum mallent, initio Judæos, qui ibi degerent, quoſque primos omnium doceri oportere accepiſſent, inſtituendi conſilium ceperunt. Ubi hos pervicaces in ſententia manere cognorunt, etſi omnino deſerendos non putarunt, tamen dubitandum (1) non exiſtimarunt, quin,

„ in Seiras città molto grande, e antica diſcoſta da Iſpaan dieci giornate verſo Oriente, e alcuni vogliono, che ſia l'antica Perſepoli ... avendovi una buona caſa fabbricata dai fondamenti, a modo di Convento con una piccola Chieſa. In queſto luogo attendono aſſai allo ſtudio delle ſcienze i Perſiani, e per ragion di diſputa è permeſſo a tutti i Chriſtiani, e a'Padri ſteſſi d'impugnare la legge di Maometto, ma eſſendo convinti (*i Perſiani*) e conoſcendo la falſità di quella legge, invece di abbracciare la fede Cattolica, profeſſano l'ateiſmo, benche occultamente per timore del caſtigo.

1 *Act. Apoſt.* XI. v. 19.

quin, ut ſupra dictum eſt, ad Ethnicos ſeſe converterent, eoſque ut ſpretis numinibus, quorum ante religione detenti eſſent, ad cultum veri Dei accederent, hortarentur. Igitur præter Paulum, Barnabas, & Johannes Marcus, qui nati in Cypro erant, cum tot itineribus, vigiliis, atque laboribus perſuncti eſſent, oſtendiſſentque quantopere cujuſque intereſſet Chriſtum Servatorem ſequi, multos ſuorum civium doctrina, vique prodigiorum induxerunt, ut ad ſe venirent, dicerentque ſe, ſuaque omnia in ejus fidem permittere, qui pro communi ſalute flagris cædi, atque in crucem agi (1) voluiſſet. Quo fere tempore Sergius Paulus, qui in Inſula Proconſul erat, Paphique agebat, quod Pſeudoprophetam (de quo alio loco diximus, quique ſuperſtitione, ac ſcelere deterrere, quos poſſet, ne Chriſtianæ Religionis decretis parerent, conaretur) prece Pauli captum eſse oculis animadvertiſset, committendum non putavit, ut in errore, quo implicabatur, maneret. Proconſule ad noſtra ſacra perducto, perfacile fuit his, qui veritatem docerent, admirandiſque prodigiis confirmarent, Salaminios, Paphios, aliorumque oppidorum incolas permultos, ut ſibi aſſentirentur inducere, quæque imperata eſſent a Chriſto, facerent. Itaque neque pauci in Inſula Cypro primis temporibus, neque infrequentes cœtus Chriſtianorum erant. Poſt, etſi falſa omnino, vel ſuſpecta falſitatis ſunt, quæ de primis Epiſcopis ſucceſſoribus Barnabæ, & Johannis Marci Scriptores Cyprii (2) tradiderunt, tamen adeo aucta doctrina, certaminibuſque Sanctorum Martyrum res Chriſtiana in Inſula fuit, ut initio

1 Act. Apoſt. *cap* XIII. v. 4. *ſeq.*

2 De Epiſcopis Cypriis confer Lequienium *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 138. *ſeq.* In Martyrologio Romano *ad d.* X. *Januarii* S. Nicanoris, qui unus e ſeptem Diaconis fuit, *ad d.* XXII. *Februar.* S. Ariſtionis, quem unum e LXXII. diſcipulis fuiſſe ferunt, *ad d.* XXIX. *Aprilis* S. Tychici S. Pauli auditoris mentio fit, quaſi martyres in Cypro obierint. De aliis martyribus in ea Inſula confer Bollandianos *tom.* III. *Februar. pag.* 173. & *tom.* V. *Jul. pag.* 320. Poſt multas vices, Latini Regnum in Inſula occuparunt, Epiſcopoſque ſui ritus delegerunt, quos recenſet Lequienius *t.* III. *Or. Chriſt. pag.* 1202. *ſeq.* Venetis cum delatum regnum eſſet, non diu poſt in Turcarum venit poteſtatem. Nunc res Chriſtianæ in Inſula hoc modo habent, ut eſt a Cerrio S.C. *de Prop. Fide a ſecretis* viro diligentiſſimo litteris conſignatum. Vigent ibi hoſpitia Capucinorum, & Minorum, quos *Reformatos* vocant. Obſervantes minores Cœnobiolum unum obtinent, quod ad *Terræ Sanctæ* Præfecturam ſpectat. Maronitæ permulti eodem ſedes tranſtulerunt, qui omnes Orthodoxi ſunt, Epiſcopoque ſui ritus utuntur. Latini ritus perpauci ſunt, iique omnes advenæ, qui in Inſulam mercaturæ cauſſa commeant. Turcæ imperio potiuntur. Plenum eſt regnum Græcorum Schiſmaticorum qui ita ſunt obfirmatis, obſtinatiſque animis, ut deterreri nulla ratione a ſententia poſſint.

initio quarti ſeculi, nulla fere in ea urbs eſſet, quæ Eccleſia, atque Epiſcopo careret. Quare dolendum vehementer eſt, eas, quæ tot itineribus ab Apoſtolis, eorumque diſcipulis ſuſceptis, quæ ſanguine Sanctorum virorum, quæ miraculis, quæ denique rebus præclare a majoribus geſtis conſtitutæ, confirmatæ, amplificatæque fuiſſent; redactas in poteſtatem eſſe Mubamedanorum, conflatoque nefario ſchiſmate, acceſſiſſe Patriarchæ Conſtantinopolitano Græcorum, atque ab ſede Apoſtolica defeciſſe, quam eſſe omnium Eccleſiarum magiſtram conſtat.

CAPUT VII.

In Iſauria.

Ciliciæ qua parte ad occidentem ſolem pertinet, proxima eſt *Iſauria*. Metropolis Seleucia urbs eſt, quam a Seleuco Nicatore conditam ferunt. Hujus incolas a Thecla (1), quæ Paulum audiverat, imbutos doctrina fuiſſe, prodigiiſque, atque martyrio demum (2) confirmatos, tradunt, ut ne fidem, quam Chriſto dediſſent, fallerent. Submiſſos deinceps homines virtutis, ſapientiæque laude florentes, qui id laborarent, ac diligentiſſime conarentur, ut late, quam accepiſſent, religionem in (3) Iſauria producerent. Ergo ſic eſſe Chriſtianam rem dilatatam, ut non ſolum Seleuciæ noſtri ſacella, in quibus congregarentur, haberent, ſed in majoribus etiam Provinciæ Iſauriæ vicis Epiſcopi ante quartum ſeculum degerent, Eccleſiaſque adminiſtrarent. Nam quarto ſeculo nulla fere ejus pars erat, in qua vero Deo cultus, honores, preces non adhiberentur (4).

CA-

1 De Seleucia Iſauriæ vide *Cellar. Geogr. l.* III. *c.* IV. *pag.* 164. *& cap.* VI. *pag.* 203. *t.* II. *edit.* 1732. De inſtitutione vero Iſaurienſium a Thecla, confer quæ collegit Lequienius *tom* II. *Or. Chriſt. pag.* 1010. *ſeqq.* & acta S. Theclæ ſpuria apud Grabium *Spicil. pag.* 116. *tom.* I. *edit. an.* 1714.

2 De urbis Seleuciæ celebritate, deque Synodo Conſtantii tempore ibidem celebrato, conſule Athanaſium *de Synodis t.* I. *par.* II. *opp. pag.* 716. *edit. Montfauc.* & Theodoritum *l.* II. *c.* XXV. *pag.* 109.

3 Vide Baſilium Magnum *Epiſt.* exc. *al.* CCCCVI. *pag.* 282. *ſeqq. tom.* III. *opp. edit. nova.*

4 Conſule Lequienium *ibid. p.* 1011. *ſeqq.*

CAPUT VIII.

In Licaonia , & Cappadocia .

Licaonia Provincia ad Septemtriones , ſi habeatur Iſauriæ ratio , vergit . Continetur finibus Cappadocum , Piſidarum , Phrygarum , & Cataonum . Oppida ſunt ejus *Iconium* , *Lyſtra, Derbe* , quorum fit in *Actis Apoſtolorum* (1) commemoratio . Cetera minus nota ſunt , quamquam Epiſcopos (2) olim nonnulla habuerunt, qui vitæ ſanctitate , rebuſque præclare geſtis illuſtres eſſent . Nam in Provinciam a Paulo, & Barnaba inlatum nomen Chriſtianum eſt . Quumque ſeculo III. Iconii non ſolum Antiſtites Celſus, & Nicomas vigerent , ſed etiam concilia (3) celebrarentur , argumento eſt , exactis Apoſtolis , nihil detrimenti noſtros , qui ibi conſiſterent cepiſſe , immo vero auctam multis partibus fuiſſe Iconienſem (4) Eccleſiam . Quare etſi certa non ſunt , quæ de Soſipatro , Terentio , & Caronato primis ejus Epiſcopis Dorotheus , aliique memoriæ tradiderunt , tamen in falſis ut ponantur , nulla eſt omnino , quæ efficiat , ratio . Poſt Petrum , qui Ancyranæ Synodi decretis , & Eulalium , qui Synodo Nicænæ (5) ſubſcripſit , cum Fauſtinus vir obtuſo ingenio potitus Epiſcopatu fuiſſet , ob eamque rem non minimam Lycaoniæ Eccleſiis intuliſſet partem incommodorum , neceſſe fuit , ut hoc vita functo, Amphilochius, ut eſt in Baſilii Magni (6) Epiſtolis , curam earum reſtituendarum ſuſciperet , idque imprimis eniteretur , ut ne fraude , doliſque Arianorum non Lycaonia modo , ſed etiam Iſauria , Piſidiaque Provinciæ religionem , quam a majoribus acceperant , colerent . Lyſtræ , uti ſupra (7) demonſtratum eſt , a Paulo, & Bar-

1 Act. XIV. 1. 21. Iconii autem Thecla a Paulo ad Chriſtiana ſacra perducta dicitur . Confer *Acta* ſpuria edita a Grabio *ſpicil. PP. pag.95. ſeqq. edit. an.1714. tom.I.* De Lyſtra vide *Act. Apoſt. c.XIX. v.8. 21.XVI. v.1.* De Derbe *Act. Apoſt. c.XIV. v.20. &* XVI. *v.1.*
2 Vide Lequienium *Or. Chriſt. tom.1. pag.1065. ſeqq.*
3 *Euſ. l.VII cap.7. H. E. pag.328. edit. Cantab.*
4 De Epiſcopis Iconienſibus vide Lequienium *tom.1. Or. Chiſt. pag.1066. ſeq.*
5 Lequienius *ibid.*
6 Vide Baſil. *Epiſt.CC. al.CCCXCVII. pag.297. ſeq. edit. nova tom.III.*
7 *Tom.1. hujus operis pag.325. ſeqq.*

& Barnaba prodigiis, laboribus, cruciatibuſque conſtituta Chriſtiana religio, magnos deinceps eorum, qui poſt floruerunt, ſanctorum virorum opera, progreſſus (1) fecit. Derben quoque introducta diſciplina noſtra a Paulo, ſocioque Barnaba fuit, qui presbyterum etiam Eccleſiæ, quam inſtituerant, dederunt, qui eam (2) moderaretur. Ex his oppidis tribus, quod quidem credibile eſt, viri integritate morum, ſcientiaque præſtantes prodierunt, qui peragratis ceteris Lycaoniæ locis, oſtendere ſuis provincialibus curarint, quid quiſque credere debeat, ut conſequi ſalutem ſempiternam poſſit. Quapropter *Vaſadæ*, *Ambladæ*, *Hydæ*, *Babattæ*, *Cannæ*, *Cornæ*, *Iſauræ*, *Miſthii*, *Pertæque* Epiſcopi quarto ſeculo vigebant, quorum in veteribus monumentis nomina recenſentur (3).

Cappadoces, quod ante diximus, finitimi ſunt Lycaonibus. Spectant ad orientem ſolem, paulloque ad ſeptemtriones vergunt. Cum jam inde ab Apoſtolorum temporibus nacti viros fuiſſent, qui ſibi Chriſtum (4) nunciarent, ſenſim noſtræ diſciplinæ aſſueſcere, religionemque profiteri cœperunt. Quamobrem cum eorum Eccleſia multorum vigiliis, oratione, ſanguine non modo collecta, ſed etiam multorum acceſſione amplificata fuiſſet, Præſulibus uſi ſecundo, ſequentibuſque (5) ſeculis ſunt, qui ob rem bene adverſus Ethnicos, atque hæreticos geſtam, admirabilem in modum celebrarentur. In his Theocritus, Firmilianus, qui tamen vir etſi alioqui magnus erat, nonnumquam lapſus errore eſt, deinde Leontius, Eulalius, Hermogenes, Euſebius, & Baſilius magnus fuerunt, qui Cæſarienſem Eccleſiam adminiſtrarunt, dederuntque operam, ut ne quid in eam incommodi redundaret. Igitur ſuperatis hoſtibus (6) extructæ ſacræ ædes, dicatæque uni vero Deo

1 Vide Lequienium *ibid. pag.* 1075. *ſeqq.*

2 *Act. Apoſt. c.* XIV. *verſ.* 22.

3 Confer Lequienium *ibid. pag.* 1075. *ſeq.*

4 A Petro inſtituti cenſentur Cappadoces fuiſſe. Ejus Apoſtoli 1. eſt ad eoſdem, alioſque finitimarum Provinciarum Chriſtianos data Epiſtola. *c.* 1. *v.* 1.

5 Confer Lequienium *tom.* 1. *pag.* 367. *ſeq.*

6 Sozomenus *l.* V. *c.* IV. *pag.* 184. *edit. Cantabrig.* „ Per idem tempus Julianus Imperator „ Cæſaream ... totius Cappadociæ Metropolim ex albo civitatum expunxit ... Nam & antea „ ejus civitatis incolas graviſſimo odio proſequebatur, propterea quod omnes pene Chriſtiani „ eſſent, & quod duo apud ipſos templa, Jovis ſcilicet præſidis urbis, & Apollinis patrii jam- „ pridem

Deo fuerunt, quas etſi hæretici, imprimiſque ii, qui Arianis partibus ſtuderent, in poteſtatem redigere tentarunt, tamen impetrare numquam potuerunt, quamquam habebant Imperatores, qui eodem ſuperſtitionis genere imbuti, humana omnia, divinaque jura miſcere, atque pervertere auderent, modo hæreſis, quæ jam multorum animos quarto ſeculo occupaverat (1), quam latiſſime fieri poſſet, propagaretur. Nam Epiſcopi Cæſarienſes neque minis, neque ullo cruciatu inducti a quoquam ſunt, ut Imperatori in ea re parendum eſſe judicarent. Neque vero Cæſareæ ſolum, ſed in reliquis quoque oppidis provinciæ Cappadociæ jacta olim fundamenta religionis fuerunt, Eccleſiæque conſtitutæ, quibus jam IV. ſeculo Epiſcopi præficiebantur. Quod ſi monumentis, quibus earum primordia dignoſcere liceat, caremus, hoc certum eſt tamen, tam late Chriſtianiſmum in Cappadocia eo tempore patere nequiviſſe, ni diu ante introducta religio fuiſſet (2).

CAPUT IX.

In Armeniis minore, atque majore.

ARmeniam minorem a majore dividit fluvius Euphrates. Incolæ minoris attingunt a ſeptemtrionibus Pontum Polemoniacum, ſuntque Cappadocibus finitimi, qua parte ſpectant ad occidentem ſolem. Oppida habent *Sebaſten*, *Sebaſtopolim*, *Nicopolim*, *Coloniam*, *Satalam*, *Beriſſam*, *Amphiopolim*, *Camachen*, *Melitenen*, *Arcem*, *Comanam*, *Arabiſſum*, *Cucuſum*,

Tom. II. O *Aria-*

,, pridem deſtruxiſſent. Ubi vero templum Genii publici, quod ſolum ſupererat, ſe regnante,
,, a Chriſtianis everſum eſſe didicit, graviſſima indignatione commotus eſt adverſus univerſam
,, civitatem ... omnes vero opes, ac poſſeſſiones Eccleſiarum, tam quæ in urbe Cæſarea, quam
,, quæ in vicinis locis eſſent, tormentis exquiri, & in medium proferri juſſit ... Addito quoque
,, jure jurando minatus eſt, niſi quamprimum templa inſtauraſſent, ſe urbi ſuccenſere, eamque
,, opprimere non deſtiturum, ac ne permiſſurum quidem, ut Galilæi, ſic enim Chriſtianos per ludibrium vocabat, capita ſua retinerent. Ac fortaſſe ad opus ipſum perveniſſent minæ, niſi
,, morte præreptus fuiſſet. Nam & initio Imperii clementiorem ſe præbuit iis, qui prius Eccleſiam perſequuti fuerant, non quod Chriſtianus miſereretur, ſed quoniam ex præteritis rebus
,, deprehenderet, nihil prodeſſe ſupplicia ad confirmandam gentilium religionem; immo vero ea
,, potiſſimum ratione res Chriſtianorum auctas eſſe, &c.

1 Baſil. Epiſt. cc111. *pag. 299. ſeq. tom. 111. opp. edit. nova Ep.* XLV11. *pag.* 140. & alibi.

2 Confer Lequienium *tom. 1. Or. Chriſt. pag. 368. ſeqq.*

Ariarathiam, *& Citharizam*. (1) Sebaſteni jam uſque a primis Eccleſiæ temporibus fuiſſe aliquos pugnant, qui cum ſtudio propagandi nominis Chriſtiani flagrarent, in principem minoris Armeniæ urbem prædicatum Evangelium (2) venerint. Itaque Martyras numerant, qui cauſſa tuendæ religionis ſanguinem fuderint, illuſtrarintque Sebaſtenam (3) Eccleſiam. In his Antiochum medicum recenſent. Eſt autem apud Euſebium in Hiſtoria, tertio ſeculo floruiſſe in ea (4) Provincia Epiſcopum Meruzanem. Ex qua re efficitur, fuiſſe ante fortaſſe aliquos, qui e Cappadocia egreſſi, Chriſtum in Armenia (5) nunciatum contenderint, multiſque ad Chriſtiana ſacra perductis, eis Epiſcopos dederint, qui & cœtus moderarentur, & majorum exemplo non continere in fide modo, ſed augere etiam curarent. Quo illi munere egregie perfuncti ſunt. Nam pleroſque ita instituerunt, ut omnia cruciatus exempla perferre potius, quam aut idolis cultum adhibere, aut dicto, factove ullo injuriam inferre Chriſto Servatori vellent. Quocirca cum (6) Diocletianus, atque collegæ, & poſt illos Licinius (7) imperium tenebant, nomenque Chriſtianum, quibus poterant modis, delere conabantur, inventi permulti Sebaſte ſunt, qui ſibi gloriæ ducerent, quod ſe vexatos, laceratos, extremiſque ſuppliciis affectos ſervatæ Chriſto fidei cauſſa viderent. Atque his quidem Epiſcopus Blaſius, aliique, qui ſub Diocletiano, Liciniove Imperatoribus paſſi ſunt, ut ſumma conſtantia, fortitudineque animi pro Chriſto extremo etiam vitæ tempore certarent, auctores, ſi non verbo, at exemplis ſaltem fuerunt. Quodſi Euſtathii (8) primi, qui

1 Vide Cellarium *Geogr. Ant. tom.* II. *pag.* 316. *ſeq. edit. an.* 1734.

2 Armenii a Bartholomæo Apoſtolo inſtitutos majores ſuos fuiſſe gloriantur. Vide *Martyrolog. Rom. ad d.* xxv. *Auguſti*. Adeundus Joachimus Schroederus *Theſaur. ling. Armenica p.* 149. *edit. an.* 1711. Quinetiam Thaddæum, quem Thomæ Apoſtoli auditorem fuiſſe ferunt, prædicaſſe in Armenia Evangelium, eorumdem Armeniorum traditio eſt. Vide Schroederum *ibid.* Ac negari ſane non poteſt, quin ſeculo II. in Armenia vigeret Chriſtiana religio. Vide Tertullianum *Adv. Jud. cap.* VII. Quare perfacile inducor in eam ſententiam, ut initio amplexos eos noſtra dogmata, imprimiſque Sebaſtenos putem.

3 Vide Lequienium *tom.* I. *Or. Chriſt. pag.* 419. *ſeq.*

4 *Lib.* VI. *cap.* XLVI. *pag.* 319. *edit. Cantab.*

5 Inde enim factum ſuſpicor, ut Armenii Cappadocum Metropolitis parerent, de qua re alias.

6 Martyrol. Roman. ad d. VII. *&* XXVII. *Nov. & ad d.* XXIX. *Sept.* & Bollandiani *tom.* I. *Februar. pag.* 332.

7 Conſule Ruinartium *Act. MM. ſincera pag.* 460. *ſeq. edit. Veron.*

8 Confer, quæ collegit Lequienius *ibid. pag.* 421. *ſeq.*

qui ad Arianos defecerat, improbitate, Sebaſtena Eccleſia aliquid detrimentum cepit, tamen Petri ſecundi, qui Baſilii Magni frater germanus fuit, ſtudio, virtuteque reſtituta eſt. Neque vero Sebaſte ſolum, ſed *Sebaſtopoli* etiam, *Nicopoli*, *Colonia*, *Satalæ*, *Phidachthoe*, *Melitene*, *Comanæ*, *Arabiſſi*, *Cucuſi*, *Ariarathiæque* (1) Chriſtiani ante quartum ſeculum viguerunt, quorum haud pauci ab inimicis exagitati, interfectique ſunt, propterea quod, neglecta ſuperſtitione, ſe Jeſu liberatori humani generis devoviſſent. Sed lapſu temporum Armeniæ minoris incolæ malorum hominum dolis, fraudeque a doctrina, quam a majoribus acceperant, depulſi, in Monophyſitarum errores ſuo magno damno inciderunt (2).

Major Armenia, qua ſpectat ad occidentem ſolem, finitur Euphrate flumine, vergit ad meridiem, eaque parte Tauro monte a Meſopotamia dividitur, eſtque ab ortu Medis, a ſeptentrionibus vero Iberis, Albanienſibuſque finitima. In eam, quod dictum alio loco eſt, ſunt qui a Bartholomæo (3) Apoſtolo legem Chriſtianorum fuiſſe invectam putent. Quæ res, etſi Armeniis pleriſque omnibus vehementer probatur, quod quiſque laudi, gloriæque patriæ ducat, ſi Apoſtolis inſtitutoribus uſa ſit, tamen Thaddæum etiam, quo magiſtro Meſopotamienſes, Perſæque gloriantur, in Armeniam profectum, magnum ibi tuliſſe itinerum ſuorum, & laborum fructum (4) vellent. His, ſi qui ſunt, qui eſſe adjungendam fidem exiſtiment; ſunt autem, ut intelligo, neque pauci, neque imperiti veterum hiſtoriarum; nihilominus negant, mortuis magnis viris, qui primi omnium Armeniis quis Chriſtus eſſet, quaque virtute excelleret, nunciarant, locum ullum in ea regione Chriſtianos reperiſſe,

1 Lequien. *ibid. pag.* 425. *ſeq.*

2 Nam ann. 518. Nicephorus Monophyſita Epiſcopus erat Sebaſtenorum. Vide Aſſemanum *tom.* II. *Biblioth. Orient. de Monophyſitis num.* 2. Sed de Monophyſiſmo Armeniorum agam paullo poſt, ubi de Majoris Armeniæ incolis diſſerendum erit. Negari tamen non poteſt, quin plures in Cappadocia, & Armenia minore ejus gentis Orthodoxi verſentur, qui nobiſcum ſentiant. Vidi ego ante annos paucos, multiſque egi cum Archiepiſcopo Armenio Cæſarienſi, qui Romam venerat, hæreſimque ejuraverat, de amplificanda in Oriente apud Armenios Catholica religione. Id ille nunc curat Venetiis.

3 Vide *Martyrolog. Rom. ad d.* XXIV. *Auguſti*. Tillem. in vita S. Bartol. *tom.* 1. *pag.* 397. *edit. Veneta.*

4 Vide Schroderum l.c.

riſſe, in quo diu (1) poſſent conſiſtere. Sed initio fere quarti ſeculi, cum Gregorius Anacis filius, vir is, quem majores noſtri, ob illatam ei nationi veritatis lucem *Illuminatorem* appellaverunt, animadvertiſſet magnas opportunitates ineſſe animis Armeniorum, ut Chriſtiani eſſent, ſtatuit nulli curæ, laborique parcere, quoad rem, ita ut optabat, perfeciſſet. Igitur multis privatorum, regeque ipſo Tiridate, ut Chriſtum colerent, (2) inductis, Cæſaream Cappadociæ contendit, & ab Leontio, qui primas in Antiſtitibus ejus Provinciæ obtinebat, Epiſcopus eſt creatus Armeniorum. Ubi enunciatum id eſt, Maximinus Imperator, quo noſtri hoſtem nullum experti fuerunt acerbiorem, ægerrime ferens in regnis aliorum diſſeminari, manareque in dies latius genus illud religionis, quod ipſe Imperii finibus exterminare conatus eſſet, bellum Tiridati ſocio Populi Romani indicere decrevit; quod tamen minus ex ejus ſententia (3) geſtum eſt. Interim Gregorius Epiſcopos creare, eoſque urbibus præficere, remque Chriſtianam amplificare ſtudebat. Quod ipſum a filiis (4), qui ei deinceps ſucceſſerunt, ab aliiſque regni Epiſcopis actum diligentiſſime fuit. Uſu autem apud Armenios diu obtinuit, ut qui delectus regni Primas fuiſſet, is Gregorii exemplo Cæſaream peteret, & a Metropolita Cappadociæ Epiſcopus (5) ordinaretur. Cumque Cappadoces Roma-

1 Ita quidem Schroederas. Sed deletam penitus in Armenia Chriſtianam religionem fuiſſe, nullus ut ibi eſſet Chriſtianorum, numqaam concedam. Tertullianus enim *l. adver. Jud. c.* VII. ſuo tempore in ea regione Chriſtianos vixiſſe ſcribit. Neque vero de minore ſolum Armenia loquitur. Perpaucos tamen noſtrum hominum in ea provincia ante Tiridatis tempora fuiſſe, facile patiar.

2 Ita referunt Simeon Metaphraſtes apud Surium ad *d.* XXX. *Nov.* & Agathangelus *Hiſt. converſ. Armenior.* Conſule Tillemontium *t.* V. *mon. Hiſt. Eccl. p.* 112. *edit. Pariſ.* &, utque ceteros mittam, Lequienium *tom.* I. Or. *Chriſt. pag.* 1372.

3 Euſeb. *l.* IX. *Hiſt. cap.* X. *pag.* 448. *edit. Cantabr.* „ Bellum inſuper a tyranno commotum „ eſt adverſus Armenios, jam inde a priſcis temporibus amicos, & ſocios populi Romani, qui cum „ Chriſtiani ipſi quoque eſſent, & divinæ religionis ſtudioſiſſimi, Deo inviſus Tyrannus eos ad „ ſimulacrorum, & dæmonum cultum vi traducere conatus, pro amicis inimicos, hoſtes pro „ ſociis effecit .„ Et ipſe quidem in bello adverſus Armenios una cum exercitu ſuo varias clades, „ atque ærumnas pertulit. 4 Vide Lequienium *ibid. pag.* 1373. *ſeq.*

5 Vide *narrationem de rebus Armeniæ* apud Combefiſium *tom.* II. *Auctar. Biblioth. PP. Græcorum pag.* 287. *cujus narrationis* auctorem Iſaacum Armenium fuiſſe, qui Juſtiniani II. Auguſti ætate floruit, putat Lequienius *t.* I. *Or. Chriſt. p.* 1356. Itaque Valens Imperator, qui ſciret id juris ad Cæſareenſes Archiepiſcopos ſpectare, Baſilio in mandatis dedit, ut in Armeniam ſe conferret, Epiſcopoſque ei Provinciæ daret. *Epiſt.* XCIX. *al.* CLXXXVII. *ad Florentium pag.* 193. *tom.* III. *opp. edit. novæ, & pag.* 195. Atque ad Cæſarienſem quidem poteſtatem ordinandorum Armeniorum Præſulum ſpectaſſe, colligitur ex Epiſtolis Baſilii CXXI. *al.* CXCV. *ad Theodotum & CXXII. al.* CCCXIII. *ad Pœmenium pag.* 212. *ſeq.*

Romanæ ditionis eſſent, factum inde fortaſſe eſt, ut novi Armenii, qui Apoſtolicæ Sedi ſuam Eccleſiam ſubjici optarent, ubi legerunt, a Romanis ſuos olim Catholicos conſecrari conſueviſſe, qui in inquirerent ecqui tandem illi *Romani* fuiſſent, Romam Gregorium, & ſucceſſores veniſſe affirmarunt, ut Epiſcopi a Pontificibus Maximis fierent, idque jam ut civibus ſuis perſuaderent, pacta conventaque inter Silveſtrum, atque Gregorium commenti (1) ſunt, eaque publicari, ſpargique in vulgus curarunt. Theodoſio II. Imperatore, veriti Armenii, ne a Perſis opprimerentur, quos eſſe inimicos perſpiciebant gentis, & religionis ſuæ, Conſtantinopolim legatos auxilium poſtulatum miſerunt. Imperator, qui arbitraretur, injurias, quas ſocii propter doctrinam imprimis, quam ipſe quoque profiteretur, acceperant, negligi non oportere, eas ſe quibus copiis poſſet, perſequuturum promiſit. Hæc præcipua belli cauſſa fuit, quod anno ſere 420. adverſus (2) Perſas eſt geſtum. Eo confecto, oriri inter Epiſcopos, Clericoſque de Diodori Tarſenſis, Theodorique Mopſueſteni ſcriptis altercationes cœperunt. Acacius Melitinenſis, & Rabulas Edeſſenus, ut ea in Armenicum ſermonem converſa eſſe intellexerunt, metuentes, ne ſi vulgi manibus tererentur, magnum inde Eccleſiæ Armenicæ detrimentum caperent, hortati etiam, atque etiam Præſules ejus regni fuerunt, uti ſibi, ſuiſque plebibus, quæ orthodoxæ hactenus fuerant, (3) caverent. Sed ab his, quum dijudicare per ſe ipſi nequirent, utris Diodoro ne, ac Theodoro, an Acacio, Rabulæque accedere liceret, Conſtantinopolim ad Proclum miſſi ſunt, qui conſulerent, a quibus ſibi eſſe cavendum arbitraretur. Nam Armenii eo tempore ad Conſtantinopolitanos Epiſcopos, quoties dubii quidquam oriebatur, confugere petitum conſilium (4) ſolebant. His conſulentibus, Proclus, qui coacta Synodo, quid facto eſſet opportunum perſpexerat, reſpondit, probari librum Theodori nemini orthodoxo poſſe. Itaque litteras ab ſe ſcriptas Armeniis, Anti-

1 Confer, quæ accurate de ea re diſputat Lequienius *tom.1. Or. Chriſt. pag.* 1356.

2 Vide Socratem *l.* VII. *cap.* XVIII. *pag.* 363. *ſeq. edit. Cantabrig.* & e novis Pagium *ad an.* 420. *n.* XVI.

3 Confer *Narrationem de rebus Armeniorum apud Combefiſ. tom.* II. *Auctar. Bibl. Græca SS. PP. pag.* 271. & Dionyſium Exiguum *Epiſt. ad Felicianum, & Paſtorem t.* 1. *Concilior. edit. Hard. pag.* 1722.

4 Vide Lequienium *ibid. pag.* 1357.

Antiſtitibus redderent, ex quibus cognoſſent, qua ratione depelli Neſtorianorum errata, eludique fraudes deberent. His litteris (1) in fide firmati, nihil a Neſtorianis accipere incommodi poterant. Sed *Incorrupticolæ*, quorum erat hæreſis Neſtorianæ oppoſita, tantum dolis maliſque artibus valuerunt, ut poſt aliquot a celebrato Chalcedonenſi concilio annos magnum numerum Armeniorum ſibi devinxerint, deterruerintque ab Eccleſiæ univerſæ doctrina, quam propinquam eſſe Neſtorianæ defenderent. Igitur anno fere 554. Tibenenſis eſt habitus (2) conventus, in quo omnibus Præſulum ejus gentis ſententiis damnata decreta Synodi Chalcedonenſis fuerunt, ac ſi plena Neſtorianorum errorum, & impietatis eſſent, quin ullam majorum ſuorum rationem habuerint, quibus ea fuiſſe probata conſtaret. Cautum præterea in eo conventu eſt, ne qui deinceps Armenii in Palæſtinam ſe ſacra loca (3) viſitatum conferrent. Quum enim in ea Provincia monaſteria Euthymius, Sabas, & Theodoſius condidiſſent, in quibus Monachi plerique morum integritate, ſanctitateque vitæ illuſtres degerent, qui quod Armenii genere eſſent, lingua ejus gentis multa utebantur, metuebant *Incorrupticolæ* fore, ut ſi qui ſuorum Hieroſolyma contendiſſent, ad nos diverterent, eorumque exemplo, vique orationis capti, ab hæreſi recederent, noſtriſque aſſentiri cogerentur. His decretis religionem, quam a Gregorio docti fuerant, quamque tot martyres ſuo ſanguine confirmarant, Armenii, qui Perſis ſexto ſeculo parebant, corrumpunt. Detinebantur autem imprimis magiſtrorum, quos Vartabiedos vocant auctoritate, ut ne pertinacia deſiſterent. Tanta enim eorum hominum fuit apud ſuos, tamque vetuſtate conſtabilita exiſtimatio, ut ne Principes quidem, ipſis neſciis, quidquam de religione, ritibuſque ſtatuere (4) auderent. Eſt vero auctor Photius, in Charnenſi Armeniorum Synodo revoca-

ta

1 Vide eam Epiſtolam apud Baluzium *tom. 1. concil. p. 294. ſeqq.* Harduinum *ibid. p. 1724. & ſeq.* Conſule etiam, quæ de eadem Epiſtola ſcribit Fabricius *t. VIII. Biblioth. Græca p. 605.* De conciliis ab Armeniis habito de ea re circa an. 435. adeundus Baronius *ad an. eumdem n. IV. & ſeqq.*

2 Conſule *narrationem de rebus Armeniæ* apud Combefiſium *l. c. pag.* 278. Adiſis etiam Lequienium *tom. 1. pag. 1359. ſeq.* & Clementem Galanum *lib. 1. Hiſt. Armen. &c. cap. x. pag. 91. edit. an. 1650.*

3 Confer *narrationem* mox laudatam *pag. 275.*

4 Conſule eamdem narrationem *pag. 283.*

ta fuiſſe, quæ Tibenenſes Epiſcopi (1) ſanxerant. Sed ea, ſi qua eſt umquam facta rerum immutatio, diuturna profecto non (2) fuit; etſi orthodoxi nihil prætermitterent eorum, quæ ad ipſos in Eccleſiam reducendos ſpectare viderentur. Interim non deerant viri bene inſtituti qui cognita veritate, ad noſtros profugerent, majorumque doctrinam exules profiteri, quam errorem in patria conſectari mallent. In his ſanctus Nicon fuit, qui librum edidit de erroribus (3) Armeniorum. Seculo Eccleſiæ XII. quum Emanuel Comnenus, Græcorum Imperator, in eam ſpem veniſſet, ſi virorum doctorum opera uſus eſſet, fore ut Armenii errare deſinerent, Theoriano, cujus erga ſe fidem, rerumque theologicarum peritiam ſatis explorate perſpectam, & cognitam habebat, in mandatis dedit, ad eos ut contenderet, & cum Catholico (ſic enim illi Primatem ſuæ Eccleſiæ appellant) (4) congrederetur. Is quod ſibi fuerat imperatum fecit. Nam ut vidit ſibi eſſe cum *Catholico* diſceptandi facultatem datam, tanta vi orationis,tantaque copia veterum teſtimoniorum cauſſam orthodoxorum adverſus Monophyſitas defendit, ut victum ſe eſſe adverſarius confiteretur, promitteretque ſuam, ſuarumque Eccleſiarum ſalutem ſibi curæ futuram. Ei rei perficiundæ dies ab Catholico dictus concilio eſt. Armenii, quod Græcos veterem de naturis, voluntatibuſque duabus in Chriſto ſententiam ſequi cognoſcerent, dictis ſe Patrum audientes fore dixerunt, modo viſum Jacobitis eſſet opportunum; ſed ut verba,

1 *Epiſt.* II. *pag.* 49. *edit. an.* 1651.

2 Eſt enim ſatis exploratum, nullum a VI. ſeculo diuturnum tempus fuiſſe, quo Armenii errores Monophyſitarum non tuerentur. Qui errores damnati a Synodo Trullana an. 692. *can.* 32. *ſeqq.* 56. *&* 99. fuerunt. *Tom* III. *concilior. edit. Harduin. pag.* 1671. *ſeqq.* Confer Nomocanonem apud *Coteleriium tom.* I. *monumentor. Eccl. Græca pag.* 123. Concilium Hieroſolymitanum adverſus Armeniorum errores an. 1143. celebratum ſub Innocentio II. P. M. apud Harduinum *tom.* VI. *par.* II. *concilior. pag.* 1230. Concilium Tarſenſe an. 1177. habitum, cujus *Acta* refert Galanus *l.* I. *c.* XX. *p.* 235. *&* 454. *t.* I. Concilium Florentinum *Decr. Eug. union. Armenior. t.* IX. *concilior. edit. ejuſd. pag.* 434. *ſeq.*

3 Confer *Bibl. PP. tom.* III. *pag.* 583. *edit.* 1588. & Bevereg. *in not. ad can.* LVI. *Trull. tom.* II. *Cod. Eccl. Græca pag.* 158. Averſatus item eſt errores Armeniorum Iſaacus Catholicus, cujus invectivam in eos hæreticos duplicem edidit Combefiſius noſter *tom* II. *Auctar. Bibl. PP. p.* 318. *ſq.* Præſcripta præterea ratio fuit recipiendi Armenios, quum ad Eccleſiam redeunt, quam vulgavit Cotelerius in *not. ad Conſt. Apoſt. l.* V. *c.* XII. *tom.* I. *Apoſtolicor. PP. pag.* 314. *edit. an.* 1724.

4 Vide *Legationem ad Armenios*, ſive *Dialogum Theoriani* circa an. 1170. habitum cum Norſeſe *Catholico* Armeniorum *edit. Leuncl. an.* 1578. *& tom.* XI. *Biblioth. Pariſ. SS. PP. p.* 439. *edit. an.* 1644. Hunc eumdem Dialogum recudi curavit Johannes Dominicus Manſius Clericus *Regular. Congreg. Matris Dei ſuppl. Concilior. &c. tom.* II. *pag.* 578. *ſeqq.*

Digitized by Google

ba, *qui crucifixus es pro nobis*, quæ uſurpari a Monophyſitis in conventu ſolebant, e triſagio delerent; id vero ab ſe impetrari nullo modo (1) poſſe. Longe magis laboratum ab Latinis eſt, ut Armenii ejurato errore Apoſtolicæ Sedi conſentirent. Etſi vero extent Regum ejus gentis, atque Catholicorum imprimis Siſenſium ad Pontifices Maximos litteræ, ex quibus cognoſcitur eos alienos ab orthodoxa fide non eſſe, confidereque (2) fore, ut aliquando ſui reverterentur ad ſanitatem, tamen neque ſincera fortaſſe ea conſenſio, neque conſtans fuit. Quamquam non eſt illud ſilentio prætereundum, ſeculo XIV. Bartholomæum Parvum Dominicanum, quem Epiſcopum creatum Joh. XXII. Pontifex in (3) Armeniam miſerat, ratione multis perſuaſiſſe: Romanum Pontificem omnium Eccleſiarum Caput, & Doctorem eſſe, a quo

1 Confer Joſephum Simonium Aſſemanum *tom.* II. *Biblioth. Or. pag.* 164. *ſeqq.*

2. Gregorius VII. *lib.* II. *Epiſt.* XXXI. *pag.* 1285. *tom.* VI. *Concilior. edit.* Harduini circa annum 1074. ad Beneventanum Archiepiſcopum ſcribens, cum certior e ſſet factus rerum omnium, quæ nomine Synnadenſis Antiſtitis Armeniorum dicta ſibi ab Johanne Presbytero Armenio viro Orthodoxo adverſus neſcio quem Armenium hæreticum, qui in Italiam venerat, Beneventumque petierat fuiſſent. Scripſit deinde Gregorius ad eumdem Synnadenſem præſulem, accuſarique multis rebus Armenios ſignificavit, petiitque, ut ſibi vera ne eſſent, quæ ipſis opponebantur, nunciaret. *Lib.* VIII. *Epiſt.* I. At injuria quædam illis adſcripta errorum portenta tunc temporis fuiſſe conſtat, etſi aliquot capitibus Armenii a religione Catholica diſcreparent. Poſt in conciliis Hieroſolymitanis an. 1136. & 1143. actum de conciliandis Eccleſiæ Romanæ Armeniis fuit. Atque Innocentio quidem II. Summo Pontifice, Armenii ſe ad fidem redituros promiſerunt. Confer Jacobum de Vitriaco *l.* III. *num.* LX. *pag.* 276. *tom.* III. *Anecdot. veter. Marten.* Sub Innocentio III. P.M. curatum idipſum diligenter fuit. Vide ejus Epiſtolas ad Gregorium Catholicum, & Leonem Regem Armeniorum *lib.* II. *Epiſt.* 218. *ſeq. pag.* 483. *ſeqq. t.* I. *edit. Baluzii, & Ep.* CCLII. *ſeq. pag.* 504. *ſeq. lib.* VII. *Epiſt.* CLXXXIX. quam opportune vulgabimus cum aliis, quæ nondum publicatæ ſunt *lib.* XII. *pag.* XLV. *tom.* II. *pag.* 326. *lib.* XIII. *Ep.* CXXII. *pag.* 470. *l.* XVI. *Epiſt.* II. *pag.* 734. Catholicus Armeniorum *lib.* V. *Ep.* XLIII. *ſeq. pag.* 636. *ſeqq. Epiſt.* XLIV. *pag.* 636. *ſeq.* agnoſci ab ſe, ait, fidem, & auctoritatem ſedis Apoſtolicæ, quare *abſit*, inquit, *quod a S. Romana Eccleſia removeamur uſque in finem*. Circa an. 1265. *ſeq.* noſtri ut Armenios adducerent ad Orthodoxam Religionem, nihil, quod ad eam rem conferret, prætermiſerunt. Vide *Epiſt. Clem.* IV. CXI. CCXLVIII. CCCCLXVIII. *ſeq. tom.* II. *Collect. vet. Anecd. Martenii*. Data deinceps opera fuit, ut noſtris Armenii conjungerentur. Rainald. ad an. 1239. quo ſane conſilio ad eos Gregorius IX. ſeculo XII. ſcripſit. Advocati ad concilium Lugdunenſe fuerunt. Conſule Raynald. *ad an.* 1272. *n.* IV. Ruinetiam Bonifacius VIII. eadem voluntate opem illis ferendam putavit. Raynald. ad an. 1298. *n.* XVIII. *ſqq.* Quod idem curatum eſt in Synodis Siſenſi *an.* 1307. Adanenſi *an.* 1309. *Galan. tom.* I. *c.* XXXIII. *&* XXIX. *An.* MCCCXLII. celebratum concilium, in quo Catholicus, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, Doctoreſque permulti articulis, qui propoſiti a noſtris fuerant ſubſcripſerunt. Conſule acta ejuſdem Synodi apud Martenium *tom.* VII. *collect. veter. ſcriptor. pag.* 310. *ſeq.*

3 Armenii ad ſedem Apoſtolicam an. 1322. confugerunt auxilium poſtulatum. Id vero Johannes XXII. ut potuit, præſtitit. Confer Raynald. ad an. 1322. *n.* XXXIV. *ſeqq.* Jam ante aliquot annos ad eos Bartholomæum Parvum miſerat. Vide Bzovium ad *an.* 1318. *n.* XVI. *ſeq.* Galanum *de Conciliat. Eccleſiæ Armenæ cum Romana tom.* I. *cap.* XXX. *pag* 502. *ſeqq.* Fontanam *in Conſt. Ord. Præd. par.* II. *tit.* XXXIV. *pag.* 255. Echardum Script. *Ord. Præd. tom.* I. *pag.* 481. *ſeqq.* Antoninum Bremondum Magiſtrum nunc Ordinis Præd. *Bullar. Dominican. tom.* II. *p.* 246. 249.

Digitized by Google

quo ſi qui doctrina, communioneque diſcrepent, hos ſalutem conſequi ſempiternam non poſſe. Ubi eos Sedi Apoſtolicæ conciliavit, ad Monachos ſe convertit, eorumque cœtus aliquos, ut eadem atque nos ſentirent induxit. Quibus, ne rebus novis deinceps ſtuderent, ut ſacella propria haberent, latinos Eccleſiæ ritus colerent, regulamque S. Auguſtini, & Conſtitutiones Fratrum Prædicatorum obſervarent, juſſit; & veſtes dedit, quæ ſimiles earum eſſent, quibus utuntur Converſi Dominicanorum: Experiundo enim didicerat, Armenios (1), qui templa frequentarent, ritusque, ac diſciplinam ſuorum conſectarentur, aut longa conſuetudine, imperitiaque rerum theologicarum, aut vi, ſcelereque Schiſmaticorum in errorem recidere, quod malum vix alia ratione declinari poſſe exiſtimaverat. His rebus geſtis, cum Monachos virtuti dare operam, exemploque aliis ad eam colendam eſſe cognoſſet, Pontificem certiorem fecit, qui novum Ordinem, cui indita *Unitorum* appellatio a Bartholomæo fuerat, confirmavit, adjunctiſque privilegiis amplificavit, Epiſcopoſque ex eorum cœtu fecit, qui novas Eccleſias adminiſtrarent. Interea Bartholomæus, qui plane cognoſceret, liberos omnino a periculo eſſe novos Catholicos nequire, ſi quidquam ſacri cum Armeniis hæreticis haberent commune, ſtatuit libros ſacros e latina in armeniam linguam convertere, in eaque re, adſcitis ſociis quatuor, qui ſibi adjumento eſſent, triennium fere conſumſit. Quo labore egregie perfunctus, cum ſanctitate vitæ, miraculorumque dono claruiſſet, deceſſit, præmiumque laborum in patria Beatorum (2) tulit. Sed *Uniti* qui vocabantur, poſteaquam late longeque propagati ſunt, anno circiter 356. multis calamitatibus affecti, & ad extremam fere paupertatem, paucitatemque redacti, legatos Romam ad Pontificem miſerunt, qui rogarent, ut ſi fieri voluntate Magiſtri Ordinis Prædicatorum poſſet, Prædicatores & ipſi eſſent, idem inſtitutum profiterentur, eidemque Magiſtro obtemperarent. Quod cum

& Antonius Touronus O. P. vir doctiſs. *t.* II. *H. vir. Illuſtr. O.P. pag.* 108. *ſeqq. edit. Pariſ.* 1745.

1 Nam hoc experiundo didicimus, eos, quibus ſui ritus retinendi poteſtas datur, ad ingenium magnam partem redire. Hoc Chaldæi ſæpe, hoc Jacobitæ, hoc Græci, hoc alii plerique fecerunt. At Armenii, qui inſtituti a noſtris fuerunt, non item. Ac probari quidem ritus debent, ubi periculum perverſionis nullum eſt.

2 Confer Galanum *tom.* 1. *cap.* xxx. & Lequienium *tom.* III. *pag.* 1393. *ſeqq.* ubi de Bartholomæo *Parvo*, ſeu *de Piſcatalis Bononienſi* & ſociis accurate diſſerit.

facile (1) impetraſſent, in patriam læti reverterunt. Atque hinc extitit Armenica Provincia Dominicanorum. Inde qui electi Archiepiſcopi Naxivanenſes ſunt, omnes ad hæc uſque tempora fuerunt (2) Dominicani. Nunc eam Eccleſiam tot incommodis bellorum vexatam, ac pene oppreſſam moderatur Dominicus Maria Salvinius vir inſigni pietate, ac religione, qui cum Prædicatores Conſtantinopolitanos aliquamdiu rexiſſet, & me ipſum in eum Ordinem cooptaſſet, præfectuſque deinde Provinciæ noſtræ Armenicæ fuiſſet, dictus tandem, conſecratuſque fuit Archiepiſcopus Naxivanenſium Armeniorum (3).

CA-

1 Conſule Reverendiſſimum Antoninum Bremondum *l.c.*

2 Naxivanenſis Provincia Armeniorum omnis fere deinceps Catholica fuit. Epiſcopos numeſas Lequienius *ibid. pag.*1403. *ſeqq.* Cerrius *Iſtruz.* &c. ſupra *cit. pag.*79. „ Ha la ſacra Congregazione, *inquit*, nell'Armenia maggiore l'Areiveſcovo di Naxivan, che ſempre ſuol eſſere „ un Domenicano, eſſendo ivi alcuni conventi di quei Religioſi, che formano il ſuo Clero, e „ mantengono nella fede Cattolica alcune ville di Armeni ſoggette al Re di Perſia, quali patiſcono molte perſecuzioni da quegli infedeli, e perciò la ſan. mem. di Clemente IX. li raccomandò con un efficace breve al detto Re, che ne vennero le riſpoſte in tempo di Clemente X. „ portate da due Domenicani di quella Provincia, che furono riſpediti con nuovi brevi, e con „ doni &c.

3 Armenii Schiſmatici, qui ſanè magno numero ſunt, primum unum, poſt duos, inde tres, deinde quatuor Catholicos, poſtremo Patriarchas plures habuerunt. Sed de hac re agam *l.* II. ubi de Diœceſibus diſſeram. Interea confer Lequienium *pag.*1353. *ſeqq. tom.*1. Errores Armeniorum recenſet ibidem Lequienius *pag.*1367. Conſule Concilii Armeniaci an. 1342. celebrati acta apud Martenium, & *Decretum unionis Armen. ab Eugenio* IV. *P. M. ſcriptum tom.* IV. *concil. edit. Hard. pag.*434. *ſeqq.* Quare cum Johannes Joachimus Schroederus *Theſauro Ling. Arm. pag.*250. *ſeqq. edit. an.*1711. Armenios vindicare aliquantum ab erroribus Monophyſiſmi, & Monothelismi conatur, laterem lavat, nec quidquam proficit. Quid enim faciat contra Armeniorum diſertiſſima teſtimonia, quæ illorum Synodis, ſtatutis, hiſtoricis denique monumentis continentur? Etſi autem non negem, fuiſſe quoſdam Armeniis injuria tributos interdum errores, qui ſunt tamen de Monophyſiſmo, & Monothelismo iis non niſi jure tributi ſunt, ut quos omni ſtudio defendendos arbitrarentur. Vide *Legationem Theoriani*, *teſtimonia* S. Niconis, & Auctoris *Narrationis Armeniorum &c.* quæ ſupra indicavimus. Mitto Richardi Rodulphi Archiepiſcopi Armachani, qui an. 1360. obiit, ſummam *lib.* XIX. contextam *de erroribus Armeniorum*, *editamque Pariſ. an.*1511. *&* 1625. Gabrielis Prateoli *Elenchum Hæreticorum pag.*62. *ſqq.* ne quis me ſcriptorum auctoritate uti contendat, qui minus eſſent periti rerum Armenicarum. Sed ferri impudentia Maturini Veyſſieri la Croze non poteſt, qui *l.* IV. *Hiſt. Armen. &c. pag.*333. non *Niconem*, neque *Iſaacum*, ſed impoſtores duos Græcos Armeniis tot errata affinxiſſe nugatur, quot illi ne ſuſpicari quidem potuiſſent. At hujus ego ſcriptoris, ut & Richardi Simonii, Thomæ Kempii, aliorumque de hoc genere argumenti opiniones alio loco opportune refellam. Jam vero etſi poſt Synodi Florentinæ tempora multis rebus conati fuerint noſtri Armenios ad Eccleſiæ unitatem reducere, id tamen conſequi, ut optarant, non potuerunt. Perpauci enim ſunt eorum, qui uni alicui *Catholicorum*, *Patriarcharumque* Armeniorum addicti eſſent, qui ad noſtra ſacra perduci voluerint. Sed de Armeniis alias: de quibus diſſerunt e Catholicis Galanus *Hiſt. Conciliat. &c. Trib. vol. in Fol.* Auctor *Concordiæ Armenor. Rom. an.*1623. Matthæus Bembus S. J. Theologus *lib. de ritib. Armenor. & invitat. ad unit. Eccl. Cathol. Cracov.*1634. polonice, Johannes a Siderno Capuccinus *Director. contra Arm. error. edit. an.*1645. Anonymus *Soc. Jeſu Voyage en Turq. Perſ. Arm. &c. ab an.*1688. *ad* 1709. *Pariſ.*1730. *Journal de Sav.*1702. *menſe Decemb. p.*199. Richardus Simonius *Hiſt. Critique de la Creance, e des Coutumes des Nation. du Levant. cap.* XXI. *pag.*137. *ſeq. edit. Franc an.*1684. Le Brun *De Sacrif. Miſſ. & Liturg. tom.* III. *pag.*1. *ſeqq. edit. Pariſ. an.*1726. aliique.

CAPUT X.

In Ponto *Polemoniaco & Helenoponto* .

POntus omnis a Conſtantino Imperatore, ut matri honorem adhiberet *Helenopontus* eſt appellatus. Sed fuerunt qui poſt in partes duas dividerent, & alteram *Helenopontum*, alteram *Pontum Polemoniacum* vocarent. Eſt hæc pars proxima iis, qui Armeniam minorem primam incolunt, ſpectatque ad (1) ſeptemtriones. In hac Provincia pauci omnino Chriſtiani ante ſeculum Eccleſiæ tertium viguerunt, qui ab iis fortaſſe acceperunt diſciplinam, qui Amaſea Helenoponti metropoli profecti, in Pontum Polemoniacum propagandæ Chriſtianæ religionis cauſſa migrarunt. Medio eo, quod diximus, ſeculo, Gregorius, qui ob donum patrandorum prodigiorum *Thaumaturgus* eſt a poſteris appellatus, quemque Origenes in Palæſtina inſtituerat; cum in patriam rediſſet, & a Phædimo Amaſeenſi Epiſcopo ordinatus Neocæſareenſium Antiſtes fuiſſet, doctrina, vitæ innocentia, miraculiſque ſic auxit in Provincia, inque urbe præcipue, cui præfectus erat, numerum Chriſtianorum, ut qui Neocæſareæ initio Epiſcopus vix decem ac ſeptem noſtrum hominum reperiſſet, ubi deceſſit, totidem reliquerit, qui a noſtris decretis, ac legibus (2) abhorrerent. Gregorio vita functo, qui ei ſuffecti ſunt, nihil prætermiſerunt, quod ſpectare ad retinendam, ac dilatandam religionem, quam a Sancto viro edocti fuerant (3), videretur. Ergo laudati a Baſilio Magno, aliiſque Patribus fuerunt, quod id curaſſent imprimis, ne quid fraude Hæreticorum Neocæſareenſis

 Eccleſia

1 Conſule Lequienium *Chriſt. Orient. tom.1. pag.*521. & 499.

2 Confer Baſilium *lib. de Sp. S. c.*XXIX. *pag.*62. *tom.*III. *opp. Epiſt* CCIV. *al.*LXXV. *pag.*303. *tom.*III. *opp. Ep.*CCX. *al.*LXIV. *pag.*314. *Epiſt.*XXVIII. *al.*LXII. *pag.*107. Gregorium Nyſſenum *vit. Greg. Thaumat. p.*976. *ſeqq. t.* II. *ed.*1615. Baronium ad an 253. *ſeqq.* Tillemontium *t.*IV. *Monum. Hiſt. Eccl. pag.*315. *ſeqq. edit. Pariſienſis*. Natal. Alex. H. E. ſec.III. *t.*1. *edit. Luc. an.*1734. *pag.*662. *ſeqq.* Orſium *t.*III. *Hiſt. Eccl. lib. pag.*204. *ſeqq. edit. an.*1748. G. I. Voſſium *edit. an.*1621. *opp.* S. *Greg. Thaum.*

3 Baſil. *ibid. pag.*303. „ Gregorium dico ſummum illum virum, & quotquot poſt eum ſedi „ Epiſcopali apud vos ſuccedentes, alius poſt alium veluti ſtellæ quædam exorientes, iiſdem ve- „ ſtigiis inſtiterunt, adeo ut nemini obſcura reliquerint cæleſtis inſtituti monumenta.

Eccleſia detrimenti (1) acciperet. Sed poſteaquam Græci a communione Sedis Apoſtolicæ deſecerunt, Neocæſareenſes præſules, quorum aliqui initio Schiſmatis Photio Pſeudo-Patriarchæ reſtiterant, (2) cauſſamque Ignatii ſtrenue defenderant, in hæreſim eamdem inciderunt, diviſique a Pontificibus Romanis, in ditionem Conſtantinopolitanorum Patriarcharum imprudentes venerunt.

Helenopontus attingit a ſeptemtrionibus Euxinum Pontum, ab oriente Pontum Polemoniacum, atque Armeniam minorem, a meridie Cappadociam, & ab occaſu Galatiæ, Paphlagoniæque fines. Traditum autem memoriæ a Patribus eſt, Petrum, quum provincias populi Romani prædicandæ, propagandæque religionis cauſſa, ut juſſus a Chriſto fuerat, luſtraret, eo perveniſſe, multoſque permoviſſe, ut ſeſe totos Chriſto (3) traderent. Atque Amaſeenſes, Pontique incolæ ceteri, non a Petro ſolum, quod is Apoſtolus Romam properaret, ſed etiam ab (4) Andrea ejus fratre ſe eſſe inſtitutos defendunt. Addunt ſibi a Petro Epiſcopum eſſe Nicetium (5) datum, qui ſingulari virtute excelleret, locumque illum, in quo Apoſtolus docuerat, manuſque Nicetio impoſuerat, fuiſſe *Cathedram Apoſtolorum* vocatum. Sed eo Epiſcopo mortuo, dolis ſceleribuſque civium rem Chriſtianam ita fuiſſe imminutam, ut qui pauci noſtrum Amaſeæ degebant, vix eam reſtitui in priſtinum ſtatum (6) poſſe con-

1 Queritur tamen in Epiſtolis mox laudatis de Neocæſarienſibus Baſilius, quod ab inſtitutis, doctrinaque Gregorii circa *an.* 375. deflectere auderent.

2 Thomas initio IX. ſeculi Epiſcopus erat Neocæſarienſium. Hunc Pauliciani heretici occiderunt, propterea quod eorum hæreſim delere conaretur. Conſule Petrum Siculum *Hiſt. Manich. pag.* 70. *edit. an.* 1604. & Photium *lib.* 1. *contra Manichaos apud Montfauconum Bibl. Coisliniana pag.* 372. Stilianus vero reſtitit Photio, cauſſamque Ignatii tutatus eſt. Conſule, quæ in hanc rem collegit Lequienius Or. *Chr. tom.* 1. *pag.* 505. A Schiſmaticis ſteterunt Nicephorus II. & qui poſt eum ſequuti ſunt Neocæſarienſes Epiſcopi. Epiſcopus tamen Neocæſarienſis, qui ad Florentinam ſynodum venerat, Latinorum partibus ſtudebat. Conſule Allatium l. III. de conſenſu *Eccleſia Orient. & Occident. cap.* IV. *pag.* 941. *edit. Colon.* Sed Græci Gregorium Neocæſareæ damnaſſe in Conſtantinopolitana Synodo, quæ geſta in Florentina fuerant, defendunt. *Allat. de conſenſ. Addend. pag.* 1387. Anno 1672. Neocæſarienſis Epiſcopus Schiſmaticus erat Gregorius, anno vero 1721. Methodius. De Eccleſiis ceteris Ponti Polemoniaci adeundus Lequienius *ibid. pag.* 509. *ſeqq.*

3 Vide Acta S. Baſilei Martyris apud Bollandianos *tom.* III. *Aprilis p.* 416. *ſeq. num.* 2. Atque eſt prior Petri Epiſtola ad Ponti etiam Chriſtianos data *cap.* 1. *v.* 1. *ſeqq.*

4 Confer Lequienium *ibid. pag.* 524.

5 Bolland. ibid.

6 Sed hæc inanis, mea quidem ſententia, eſt traditio. Nam ſeculo II. Pontus Chriſtianorum plenus erat, ut eſt auctor Lucianus Samoſatenſis in Pſeudomanti. Vide *tom.* 1. *hujuſce operis*

confiderent. Exactis ſeculis fere duobus, cum Phædimus potitus Epiſcopatu eſſet, videretque quantopere ſibi eſſet laborandum, non modo ut Amaſeæ, ſed ut etiam in Provincia reliqua cœtus Chriſtianorum aut augeret, aut novos conſtabiliret, ſi quos invenit doctos, ſanctiſque moribus præditos homines, hos præſules creavit, inque vicina oppida Evangelium prædicatum miſit (1); ipſe in metropoli Provinciæ ſubſtitit, hortatuſque omnes, qui bene animati eſſent, ut in fide manerent, ceterorum perplures, ut Chriſtiani eſſent, effecit. Poſt Phædimum, ſunt qui Athenodorum Gregorii Neocæſareenſis fratrem, virum & ſanctum, & eruditione illuſtrem electum Amaſeæ Antiſtitem fuiſſe, deindeque martyrem objiſſe (2) ferant. Huic ſucceſſit (3) Baſileus item Martyr, quem Eutychius excepit, propterea quod ille ſignificatum ſibi eſſe divinitus dixiſſet, ungi Eutychium Calliſtrati filium, poſtquam ipſe deceſſiſſet, Amaſenorum Antiſtitem (4) oportere. Horum moribus, oratione, exemplis ita auctæ opes Eccleſiarum Ponticarum ſunt, ut permultis reliquarum provinciarum & numero Chriſtianorum, & celebritate pares eſſent. Quamquam eſt illud certiſſimum ante Phædimum floruiſſe in Ponto, imprimiſque Sinope, & Martyras, & Epiſcopos integra fide, atque virtute, qui Trajano, Hadrianoque Imperatoribus, Eccleſias (5) adminiſtrarent. In his pater Mar-

vit p. 369. Vide Euſeb. *l.* IV. *H. c.* XV. *p.* 162. Jam vero ſeculo II. cum M. Antoninus imperium teneret Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus litteras ad Ponti Eccleſias dedit. *Euſeb. l.* IV. *H. E. c.* XXXIII. *pag.* 186. Poſt Dionyſium Tertullianus *cap.* VII. *lib. contra Jud. Ponti* Chriſtianos commemorat. Fortaſſe poſt horum tempora ſenſim Eccleſiæ Ponti excidere e priſtina pietate cœperunt.

1 Confer Acta S. Baſilei apud Bollandianos *tom. eodem p.* 417. *n.* 3. Jam vero in his Epiſcopis Gregorius Neocæſarienſis, ejuſque frater Athenodorus fuerunt, quorum meminit Euſebius *l.* VII. *cap.* XXVIII. *H. E. pag.* 357.

2 Vide Menea Græcor. ad *d.* VII. *Novemb. Martyrolog. Rom. ad d.* XXVIII. *Octobris*, & Lequienium *tom.* I. *or. Chr. pag.* 524.

3 Confer Bollandianos l. c. Amaſeæ autem, quo tempore Baſileus affectus ſupplicio eſt, multa exempla crudelitatis Licinius edidit. Vide Euſeb. *l.* X. *Hiſt. c.* VIII. *pag.* 491. *l.* II. *vit. Conſt. c.* I. *pag.* 535. Ante Licinium ſævierant etiam Ethnici Imperatores in Ponti Eccleſias. Vide Euſeb. *l.* VIII. *cap.* XII. *H. pag.* 392. *Acta S. M. Theodori apud Ruinart. Act. SS. MM. p.* 423. *ſeqq.* IV. ſeculo circa an. 373. Hoſpitia in ea urbe pauperum erant. Baſil. Epiſt. CXLIII. *al.* CCCXLIX. *p.* 235. *t.* III. *opp. edit. nov.*

4 Conſule Bollandianos *ibid. pag.* 419.

5 Matthiam primum, tum Andream Sinopenſibus Evangelium prædicaſſe ſcribit Auctor *Actor. S. Andreæ*, quæ Mſſ. viderunt Combefiſius, & Lequienius. Leq. *tom.* I. *Or. Chr. pag.* 536. Ac S. Philologum Sinopenſium Epiſcopum ab Andrea dictum, Martyrem obiiſſe ferunt eadem Acta. Fit autem ad *diem* IV. *Nov.* Philologi in Græcorum menologiis mentio. De Phoca autem Sinopenſium eorumdem Epiſcopo, & Martyre, ſub Trajano, adeundi Bollandiani *tom.* III. *Jul. pag.* 629. *ſeqq.*

Marcionis fuit, qui cum a filio virginem, neſcio quam, vitiatam fuiſſe intellexiſſet,(1) idque ægre, ut par erat, acerbeque tuliſſet, ei ſacrificio, communicationeque divinarum rerum interdixit. Marcion ubi ſe impiorum numero haberi, ab ſeque ipſo omnes recedere vidit, Romam venit, atque ad presbyteros adiit, petiitque, ut ſe in cœtum orthodoxorum recipi paterentur. Sed Romani, qui ſcirent plurimum Epiſcopo, qui etiam pater eſſet, tribui oportere, reſponderunt, nihil ſe hujuſmodi, inconſulto Sinopenſi Antiſtite, facturos. At mortuo Marcionis patre, quinam Sinopenſem Eccleſiam ad quartum uſque ſeculum moderati ſint, oſtendi nullo modo poteſt. Ac vereor equidem, ne Ethnicorum vi, ſcelereque hæreticorum eadem aut funditus everſa, aut oppreſſa aliquamdiu fuerit, quoad Phædimi, aliorumque Præſulum ſtudiis, atque laboribus reſtituta eſt. (2)

CAPUT XI.

In Paphlagonia, & Galatia.

E Ponto in occaſum progreſſis Paphlagones, & Galatæ occurrunt. In Paphlagoniam, uti mihi quidem facile perſuadeo, ex Galatia traducta Chriſtiana religio eſt. In ea ſecundo ſeculo Epiſcopi viguerunt, qui multis, magniſque rebus geſtis, id maxime laborarunt, ut fines Eccleſiæ amplificarent (3).

His

1 Conſule S. Epiphanium Hæreſi XLII. n. 2. *pag.* 302. *tom.* 1. *edit. Pariſ. an.* 1622. Tertullianus *de Præſcript. cap.* XXX. *Naucleru[m] Ponticum* vocat Marcionem, & Orthodoxum primum fuiſſe ſcribit. *l.* 1. *contra Marc. c.* VII. Euſebius *l.* V. *c.* XIII. *Hiſt. pag.* 226. *edit. Cantab.* ποντικὸν λύκον *Ponticum Lupum* appellat: De Marcionis ætate, & patria, & moribus & dogmatis, vide Baronium ad an. 136. *n.* 1. &c. Pagium ad an. 141 *n.* 2. 144. *n.* 3. 138. [illegible] Tillemontium *Tom.* II. *pag.* 291. *ſeqq. edit. Pariſ.* Orſium *de capit. Crim. Abſolut. pag.* 41. *ſeq. edit. Mediol.* & *Hiſt. Eccl. tom.* II. *pag.* 83. 98. J. S. Aſſemanum *tom.* I. *Bibl. Orient. pag.* 389. Maſſuetum Diſſert. in Irenæum *pag.* LVIII. *ſeq. edit. opp. S. Iren. Pariſ. an.* 1710. Et ex Britannis Epiſcopalibus Caveum *Hiſt. litt. tom.* 1. *pag.* 34. *edit. Londin.* & Pearſonum *D. S. Vind. Epiſt. Ign. cap.* VIII. *pag.* 385. *tom.* II. *Apoſt. PP. edit. an.* 1724. Multa præterea de Marcione turbat Iſaacus Beauſobrius Calvinianus *Hiſt. Manich. l.* IV. *c.* V. *pag.* 69. *ſeqq. tom.* I.

2 Reliquos Sinopenſes, ut & ceterarum urbium Helenoponticarum Antiſtites numerat Lequienius *tom.* I. *pag.* 538. *ſeqq.*

3 De Paphlagonia vide Cellarium *Geogr. Ant. l.* III. *c.* VIII. *pag.* 261. *ſeq. edit. an.* 1732. *tom.* II. Cum in Galatia conſtet ab Apoſtolis jacta fuiſſe fundamenta Chriſtianæ religionis, hinc, conjectura uſus, cenſeo invectam eamdem religionem in Paphlagoniam fuiſſe. Jam vero quoniam 2. ſeculo Epiſcopi in Provincia erant, argumento eſt, tum primum non cœpiſſe, ſed ante introductum fuiſſe in hanc ipſam Provinciam Chriſtianiſmum.

His eſt annumerandus Palmas Epiſcopus (1) Amaſtrienſium, quod propter præclara in Chriſtianam rempublicam merita, majores noſtri ſummopere commendaverunt. Memorantur præterea martyres aliqui Paphlagones in Eccleſiaſticis tabulis, quos etſi deceſſiſſe ante Nicæna tempora veriſimile ſit, quo tamen Imperatore interierint, cognoſci (2) nullo modo poteſt. Quarto ſeculo res Chriſtiana optimo loco in Paphlagonia erat. Longe enim, lateque propagata eſt, ita ut urbs nulla fere eſſet, quæ ſuo Epiſcopo careret. Quod quidem argumento eſt, eos qui ante Conſtantinum in Provincia eadem claruerant, prodigiis, viſis, ſuppliciis, martyriis dénique, velut erat noſtris illorum præcipue temporum hominibus conſuetum, alacriores fuiſſe ad rem gerendam factos, impetraſſeque tandem aliquando, ut plena eſſent oppida Chriſtianorum. (3)

Paphlagonum finitimi ſunt Galatæ, qui ad meridiem ſpectant. Ad hos Paulus, & Barnabas prædicatum Evangelium venerunt, pluresque Eccleſias conſtituerunt, quæ in *Epiſtolis*, inque *Actis* Sanctorum Apoſtolorum (4) commemorantur. Creſcenti deinde Paulus, quum ipſe per ſe nequiret, in Galatiam, ut ſe (5) conferret, cognoſceretque quid rerum Chriſtiani ejus provinciæ gererent, præcepit. Hi ergo, cum Apoſtolis magiſtris uſi fuiſſent, ab iiſque litteras accepiſſent, quibus in fide, ac religione confirmabantur, inſigneſque Epiſcopos primis temporibus nacti (6) eſſent, Martyraſque habuiſſent, qui miraculis, viſis, ſuſoque (7) etiam pro Chriſto ſanguine veritatem

1 Vide Euſebium *lib.iv. H.E. cap.xxiii. pag.186. edit. Cantabrig.* Quo ex loco plane colligitur, fuiſſe Amaſtrianorum, & Ponticorum aliquos, qui in hæreſim inciderant, quoſque eſſe ſuſcipiendos Dionyſius Corinthius ſcribit.

2 Confer *Baſil. Synaxar. poſt tom. 1. Julii Act. SS. Bolland. ad d. xviii. Jul. pag. 694.*

3 De Eccleſiis Paphlagoniæ conſule Lequienium *ibid. pag. 549. ſeq.*

4 De Galatia adeundus Cellarius *lib. iii. Geogr. Ant. cap. iv. pag. 151. t. 2. edit. an. 1732.* De Eccleſiis in Galatia jam uſque ab Apoſtolorum temporibus inſtitutis conſule Epiſt. Pauli ad Galatas, *cap. 1. v. 1. ſeq.*, *ad Corinth. 1. c. xvi. v. 1. &* 1. *Petri cap. 1. v. 1. & acta Apoſt. c. xvi. v. 6. c. xviii. v. 23.*

5 Vide *Epiſt. II. ad Timoth. cap. iv. v. 10.* ſunt qui pro Γαλατία ſcribendum eſſe Γαλλία putent. In his Epiphanius *Hæreſ. LI. n. xi. pag. 433. tom. 1. opp. edit. Pariſ. Petavii.* Sed vereor, ne labantur. Ac Galaticarum Eccleſiarum Epiſcopum fuiſſe a Paulo Creſcentem dictum exiſtimat auctor Apoſtolicarum conſtitutionum *l. vii. c. xlvi. pag. 388. tom. 1. Apoſtolic. PP. edit. an. 1724.*

6 Hos numerat Lequienius *t. 1. p. 457. ſeqq.*

7 Confer Martyrologium Romanum ad *d. xxiii. Januarii*, ubi S. Clementis Ancyrani Epiſcopi fit mentio, & Bollandianos *t. II. Januar. pag. 458.* Martyr præterea Theodotus, ſeptemque virgines

tatem religionis, quam profitebantur, oſtendiſſent, & numero, & opibus creverunt. Sed quarto ſeculo, quod Ariani plurimum auctoritate, & viribus valerent, magnam partem Epiſcopos Galatarum compulerunt, ut a vetere pietate deficerent, atque hæreticorum decreta non modo probarent, ſed etiam propagare (1) conarentur. Ariana hæreſi deleta, qui poſt Sedes in Eccleſiis ejus Provinciæ τῆς ἐπισκοπῆς occuparunt, Catholici fere (2) omnes fuerunt, quoad Græci conflato ſchiſmate curarunt, ut Galatæ quoque ab Eccleſia Romana (3) ſejungerentur. Itaque hac ætate vix paucos orthodoxos in iis numerare licet, qui certe origine aut Armenii, aut e Cycladibus inſulis ſunt, qui mercatores cum eſſent, eodem ſe lucri cauſſa contulerunt. Ceteri Photianis partibus ſtudent (4).

CAPUT

nes, quum Diocletianus in noſtros ſæviret Ancyranam Eccleſiam martyrio illuſtrarunt. Vid. Bolland. t. iv. *Maii p.* 47. *ſeqq.* & Ruinartium *acta ſinc.* SS. *MM. p.* 295. *ſeqq.* Quo autem tunc temporis ſtatu eſſet Galatia, oſtendit Nilus Synchronus Actorum ſcriptor *apud Ruinart. ibid. p.* 297. „ Quidam Theotecnus nomine Patriæ noſtræ regimen conſequutus eſt . . . Hic ergo priuſquam noſtros fines ingrederetur, ſola ſui adventus fama pios omnes ſic exterruit, ut deſolata fuerit „ plenitudo Eccleſiæ, & fugitivis impleta ſolitudines, montiumque cacumina, tantaſque omnes „ terror invaſit, ac ſi dimiſſa cælitus plaga impenderet capitibus univerſorum &c. Claruerunt alii permulti tunc in Galatia martyres, quorum nomina nos latent. Nam pag 298. ſic habet Nilus: „ Eorum corpora, qui variis tormentis fuerant necati, projiciebantur canibus in eſcam, & ſi quis „ inveniebatur eorum curare ſepulturam, idem ſuſtinebat ſupplicium, quia mors acerbiſſima con- „ ſtituta erat ſepelientibus illa. Eodem tempore martyrium pertulit S. Valens. Confer *acta eadem apud Ruinartium pag.* 299. De viſionibus, prodigiiſque conſule eadem acta S. Theodoti. Sub Juliano quoque S. Baſilius Presbyter affectus Ancyræ martyrio eſt. Vide Bollandianos t. III. *Martii ad d.* XXII. *Martii pag.* 379. *ſeqq.* Eodemque Imperatore ſuppliciis excruciati religionis cauſſa fuerunt SS. Malaſippus, Antoninus, & Caeina. *Martyrol. Rom. ad d.* VII. *Nov.* Galatiæ meminit etiam Arnobius *lib.* II. *pag.* 50. Ætate Conſtantini Epiſcopi Galatiæ aliquot ad Nicænam Synodum venerunt. Euſ. *l.* III. *c.* VII. *vita Conſt. pag.* 487. *edit. Pariſ.*

1 Vide Lequienium *pag.* 458. *& ſeqq. tom.* I.

2 Confer Lequienium *ibid. pag.* 464. *& ſeqq.*

3 Idem *pag.* 470. *& ſeqq.* De ceteris Galatiæ Eccleſiis confer eumdem *ibid. pag.* 473. *ſeqq.*

4 Turcarum imperio parent, quorum eſt magna in oppido copia. Multa ibidem cernuntur monumenta vetera. In his eſt Sebaſteum Ancyranum, cujus inſcriptiones ubiquas, quæ extant, ædificiorumque reliquias incidi æri curavit, illuſtravitque poſt alios ſane plures Edmundus Chiſhullus Britannus: *Antiq. Aſiat. Chriſt. Æram anteced. ex Primar. Monum. Deſcript. &c. Accedit monum. Ancyranum &c. Lond. an.* 1728. *pag.* 172. *& ſeqq.* Vide etiam Johann. Albert. Fabric. *Imp. Cæſaris Tempor. notat. genus ſcript. fragm. edit. Hamburg. an.* 1727 *pag.* 217.

CAPUT XII.

In Provinciis *Honoriade*, & *Bithynia reliqua*, *Phrygia Salutari*, & *Pacatiana*, *Piſidia*, & *Pamphilia*.

PAphlagoniis, de quibus ſupra demonſtratum eſt, ab occaſu finibus conjuncti ſunt, qui eam Bithyniæ mediterraneæ partem incolunt, quam Theodoſius junior a Patruo Honorio (1) Honoriaden appellavit. Nunciatum vero his fuiſſe ab Apoſtolicis viris Evangelium, ut & Bithyniis reliquis, non eſt, cur eſſe quiſquam negandum (2) putet. Atque ab Andrea Petri fratre, antequam in Thraciam migraſſet, inſtitutos ſe in Chriſti doctrina fuiſſe, Bithyniæ incolæ (3) gloriantur. Sunt autem qui in hac ipſa provincia Lucam (4) Evangeliſten aliquamdiu conſtitiſſe, ibique diem ſupremum objiſſe arbitrentur. Ac ne in cogitationem quidem cadit, ſegnes, atque indiligentes majores noſtros in re gerenda fuiſſe, quam ſibi eſſe præſcriptam a Jeſu cognoſſent. Non aſſentior tamen iis, qui Dorotheum, atque Hippolytum nullius pretii ſcriptores ſequuti, Prochorum, quem unum ſeptem Diaconorum fuiſſe conſtat, datum a Petro Nicomedienſibus Epiſcopum (5) defendunt. Hoc certum eſt, ſeculis Eccleſiæ ſecundo, tertioque magni nominis Antiſtites in Bithynia claruiſſe, qui adverſus Ethnicos religionem tueri, arcereque e provincia hæreticos curarent, darentque operam, ut quæ ab Apoſtolicis viris introducta in provinciam doctrina fuerat, ea latius manaret, quin ullam facultatum, quas poſſidebant, vitæque ſuæ rationem habendam eſſe (6) arbitrarentur. Quamobrem magna copia Chriſtiani, cum tempeſtates commotæ ab Ethnicis

Tom. II. Q Impe-

1 Johann. Malelas *Chron. par.* II. *pag.* 69.

2 Nam ſi Bithyniia prædicatum primo ſeculo Evangelium eſt, ut conſtat 1. *Petri cap.* 1. *v.* 1. nulla eſt ratio cur ejus partis Bithyniæ incolas ab Apoſtolis fuiſſe prætermiſſos exiſtimemus, quæ poſt Honoriade appellata eſt.

3 Confer Lequienium *ibid. pag.* 581.

4 Sed variæ ſunt, interque ſe diſſidentes de urbe, provinciaque, in qua S. Lucas deceſſit, ſententiæ. Confer Tillemontium *tom.* II. *in vit. S. Luce not.* IX. *pag.* 581. *edit. Pariſ. an.* 1694.

5 Conſule Tillemontium *ibid. pag.* 76. & Lequienium *tom.* 1. *pag.* 581. *ſeq.*

6 Confer Lequienium *ibid. pag.* 583. *ſeq.* 599. 613. 615. 620.

Imperatoribus eſſent, in ſupplicium rapiebantur, cruciatibuſque extremis affecti interibant, ne quam Chriſto dederant fidem (1) fallerent. His præſidiis, vitæque præterea innocentia, atque donis miraculorum, quibus illi præſtiterant, factum eſt, ut quarto ſeculo nulla urbs in Bithynia eſſet, quæ Eccleſia, Epiſcopoque (2) vacaret. Præterea Templa, Baſilicæque magnifice a noſtris Nicomediæ, aliiſque in oppidis publicæ, editiſque in locis extructæ (3) cernebantur, quæ cum Diocletiani juſſu everſæ ab Ethnicis fuiſſent, tum deinde Conſtantini optimi Principis liberalitate (4) reſtitutæ ſunt. Sed ubi Ariani numero, viribuſque augeri cœperunt, Euſebiuſque (5) potitus Nicomedienſi epiſcopatu eſt, vir vafer imprimis, ac ſubdolus, qui ingenio, gratiaque Imperatorum plurimum valebat, adeo noſtrum hominum opes debilitatæ, poſtratæque in provincia ſunt, ut perpauci in ea Præſules numerarentur, qui hæreſim aut non probarent, aut refellere palam (6) auderent. Profligatis ſingulari divini numinis providentia Arianorum rebus, ut ceteræ omnes, ita etiam Bithyniæ Eccleſiæ, quæ ſub eorum fuerant ditione, liberatæ ſunt. Cumque undecimo ſeculo Græci ſe ab Eccleſia Romana ſeparaſſent, Bithynii, quoniam obſequi Imperatori, quam Synodis, decretiſque Apoſtolorum, & Chriſti Servatoris parere maluerunt, eos in errores inciderunt, quibus univerſa Græcia implicata eſt. Quamobrem quod errantibus Orientalibus ceteris, hoc idem Bithyniis evenit, ut ſub poteſtatem redigerentur Muhamedanorum, atque in ſumma rerum divi-

1 Conſule Plinii *epiſt. ad Trajan. ſup. tom.* 1. *hujus opp. pag.* 427. Tertullianum *lib. ad Scapulam cap.* v. *edit. Pariſ. an.* 1641. Ruinartium *Act. MM. ſincera, pag.* 140. *ſeqq. edit. Veron.* Lucium Cæcilium *lib. de Mort. Perſec. cap.* x. *ſeqq. pag.* 196. *ſeqq.* qui rem eam perſequitur. *tom.* II. *edit. nova*. *Euſebium lib.* VIII. *H. E. cap.* v. *ſeqq. edit. Cantabr. pag.* 381. *& ſeqq.* Mitto ceteros, qui prope ſunt innumeri, ne ſim longior, quam oportet.

2 Conſule Lequienium *Or. Chr. tom.* 1. *pag.* 581. *ſeq.*

3 Confer Cæcilium *ibid. cap.* XII. *pag.* 199. Sed de his templis erit *in* IV. *libro* opportunior diſſerendi locus.

4 Euſ. *lib.* III. *de vit. Conſt. cap.* L. *pag.* 605. *edit. Cantabrig. Orat. de Laudib. Conſtant. cap.* IX. *pag.* 741.

5 Euſebius celebris eſt Nicomedienſium Præſul, qui princeps Arianorum factionis fuit, cujus improbe, ſceleſteque res geſtas omnes Hiſtorici Eccleſiaſtici latiſſime ſunt perſequuti. Sed de Epiſcopis Bythiniis Arianis confer Lequienium *l. c.*

6 Dum Valens Imperium teneret, patronuſque Arianorum eſſet, in Nicomedienſem Eccleſiam acerrime ſævilt, & præter ceteros, quos vexavit, LXXX. Orthodoxos Presbyteros in medio mari exuri fecit. Conſule Socratem *lib.* IV. *cap.* XVI. *pag.* 231. & Sozom. *lib.* VI. *cap.* XIV. *pag.* 236. *edit. Cantabr.*

divinarum ignoratione verſarentur. Si qui autem in illis ſunt, qui religionem Catholicam colant, ſunt autem, ut intelligo, omnino pauci, hi quidem certe vel Latinorum Monachorum hortatu, atque oratione errandi finem facere conſtituerunt, vel Armeniis, Latiniſve parentibus nati ſunt, qui eo ſe mercaturæ cauſſa contuliſſent.

Phrygia olim Provinciam unam conſtituebat, quæ deinde diviſa in duas eſt, quarum altera Pacatiana, altera (1) Salutaris appellabatur. In utraque jam uſque ab ætate Apoſtolorum Eccleſiæ florebant. Bis namque Paulus, ut eſt in Actis Apoſtolorum, cum iter in Galatiam inſtituiſſet, in Phrygiam venit, multoſque ad Chriſtiana ſacra perduxit, quibus inde diſcedens, ut in fide manerent, atque imperata facerent, præcepit. Illuſtriores in ea, quæ Pacatiana dicta eſt, Eccleſiæ Laodicena, & Coloſſenſis fuerunt. Laodicenam Paulus inſtitui curavit, ſocioque eſt uſus Epaphra, quem fuiſſe Coloſſenſem civem conſtat. Itaque iis in litteris, quas ad Coloſſenſes ſcripſit, quantæ ſibi curæ res eſſent Laodicenorum, quos tamen nondum inviſerat, oſtendit. Præterea epiſtolam ad ipſos miſit, quæ neſcio quo caſu perierit. Initio qui illic agebant Chriſtiani in ædes Nymphæ rem divinam facturi conveniebant. Hunc Antiſtitem ejus Eccleſiæ poſt Archippum fuiſſe, Menologiorum Auctores ſcriptum reliquerunt. Atque Archippum dimiſſum Laodiceam a Paulo fuiſſe, ut Chriſtianorum curam ſuſciperet, ceteroſque, qui dediti ſuperſtitionibus eſſent, ad rectam ſentiendi rationem perduceret, ex ea epiſtola intelligitur, quam eſſe diximus ſcriptam ad Coloſſenſes. Poſt cum Johannes Apoſtolus in minorem Aſiam perveniſſet, cognoviſſetque, ſi Laodicenam Eccleſiam, ut Apoſtolum decebat, adminiſtraſſet, ſuam operam civibus utilem futuram, eo, ut eſt veriſimile, contendit; boniſque, propterea quod pietatem colerent, in virtute ac fide confirmatis, ceterorum permulti ut ad ſanitatem reverterentur, effecit. Sed Domitiano Imperatore, quum in Patmon Inſulam relegatus eſſet, accepiſſetque, Epiſcopatu civitatis potiri improbis moribus hominem, Diotrephen fortaſſe, idque jam acerbiſſime, ægerrimeque pateretur, ad eum etiam ſcripſit, & quæ in ipſo reprehenderet,

1 Conſule Lequienium *tom. 1. pag. 792. ſeqq.*

ret, oſtendit, monuitque, ut in reliquum tempus inſanire, peccareque deſineret. Quod ſi parere recuſaret, ſciret ſe perpetuo periturum. Interim erant Laodiceæ graviſſimi viri, quibus Apoſtoli, propter egregiam in Deum fidem, integritatem, atque virtutem, ſummam rerum omnium fidem haberent. In his Sagaris, qui deinceps Epiſcopus fuit, & Martyr deceſſit. Horum ſtudiis, laboribus, exemplis, quum magna multitudo ſe noſtris legibus obſtrinxiſſet, concitavit in ſe, Clerum, atque Eccleſiam reliquam Laodicenam iram Ethnicorum. Sed cum tot calamitatibus oppreſſa, peneque deleta eſſe videretur, tum maxime, quod multis aliis Chriſtianorum cœtibus evenire ſolebat, novos ſpiritus, ut cum hoſtibus pro religione, non armis, ſed conſtantia in ſupplicis perferendis confligeret, ſumebat, admirabilemque in modum (1) augebatur. Itaque quarto ſeculo, cum reſpirare paullulum noſtri cœpiſſent, quod Conſtantinus, qui tenebat imperium populi Romani, Ethnicis juſſiſſet, ut Chriſtianos ad necem quærere, moleſtiaque afficere ceſſarent, Eugenius Epiſcopus (2) Laodicenorum, qui Maximiano Imperatore miles fuerat, multaque incommoda, cauſſa religionis, pertulerat, templum in civitate fecit, & ſculptis, pictiſque imaginibus ornavit, ut populum, qui eodem concurreret, magis, magiſque, ad pietatem colendam (3) excitaret. Quibus rebus etſi ea Eccleſia, maxime Synodi Nicænæ temporibus, florebat, tamen paullo poſt incidit in eamdem, in quam aliæ pleræque, cala-

1 De Epiſcopis Phrygiæ, deque iis, quæ geſta in iiſdem Eccleſiis primis Eccleſiæ, inſequentibuſque ſeculis fuerunt, copioſe egit *pag.* mox indicata, *ſeqq.* Lequienius. Quare non eſt opus, ut qui alio propero, in iiſdem rebus recoquendis operam eſſe conterendam exiſtimem.

2 Conſule Lequienium *ibid. pag.* 794.

3 De Laodicea confer quæ dixi *tom.* 1. *pag.* 326. & Cellarium *Diſſ.* VII. *de Amœnit. Geograph. ex Itineribus S. Pauli Apoſtoli n.* XV. *p.* 157. *edit. Diſſertationum an.* 1712. *& diſſert.* II. *de ſeptem Aſiæ Eccleſiis in Apocal. memoratis n.* XXXVII. *pag.* 449. *ſeq.* Vide Pauli Epiſtolam ad Coloſſenſes *cap.* II. *v.* 1.: *Volo*, inquit, *vos ſcire quam ſollicitudinem habeam pro vobis, & pro his, qui ſunt Laodiciæ, & quicumque non viderunt faciem meam in carne. & cap.* X. *v.* 12. „ Teſtimonium, *inquit*, *Epaphra* perhibeo, quod habet multum laboris pro vobis, & pro iis, „ qui ſunt Laodiciæ, & qui Hierapoli ... ſalutate fratres, qui ſunt Laodiciæ, & Nympham, & „ quæ in domo ejus eſt, Eccleſiam: & cum lecta fuerit apud vos epiſtola hæc, facite & ut in Laodicenſium Eccleſia legatur, & eam, quæ Laodicenſibus eſt, vos legatis, & dicite Archippo, „ vide miniſterium, quod accepiſti in domino, ut illud impleas. Vide Lucam *Act.* XVI. *ver.* 6. In quibuſdam exemplaribus in extrema *Epiſt.* 1. *ad Timotheum*, ſcripta hæc dicitur: ἀπὸ Λαοδικείας ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς. *Ab Laodicea, quæ eſt Metropolis Phrygiæ Pacatianæ*. Sed vereor, ne hæc adjecta a recentiore aliquo ſcriptore fuerint. De primis Epiſcopis Laodicenorum Phrygarum conſule Lequienium *tom.* 1. *pag.* 792. *Or. Chriſt.*

calamitatem. Nam Ariani, qui principem locum gratiæ apud Imperatores tenerent, non eſſe committendum putarunt, ut ea quæ tam vetus eſſet, & ad quam Apoſtolus Paulus litteras ſcripſiſſet, Epiſcopis uteretur, qui orthodoxæ religionis decreta populum docerent, curarentque, ne pravitate novarum opinionum inficeretur. Igitur mortuis Eugenio, & Nunechio, Cecropium (1) primum, tum Nonnium (2) perditos, factioſoſque viros delegerunt, qui Laodicenam ſedem occuparent. Secta autem Arianorum ſublata, res quoque ſunt immutatæ (3) Laodicenorum. Sed XI. ſeculo, quum Michael Cerularius Conſtantinopolitanus dignitate, quam obtinuerat, elatus plura miſcere, & majora concupiſcere cœpiſſet, atque ab Eccleſia Romana deſciviſſet, Laodiceni, quod vel ſibi ab Imperatore metuerent, vel propenſiore ad Patriarcham, quam ad veritatem, Pontificeſque Maximos voluntate eſſent, exemplum (4) Græ-

Chriſt. Jam vero Johannes in *Apocalypſ. cap.* III. *v.* 14. acriter reprehendit Epiſcopum Laodicenorum, quod minus coleret pietatem. *Diotrephen* hunc fuiſſe conjicit Lequienius, a quo ſe idem Johannes *Epiſt.* III. *v.* 9. minime receptum ſcribit. At enim vereor, ne hæc non ratione nitatur conjectura, ſed arbitratu Lequienii. Martyres in ea urbe ſecundo, inſequentibuſque ſeculis floruerunt. Ac Sagarim, cujus meminit Euſebius *l.* IV. *cap.* XXVI. *Hiſt. Eccl. pag.* 189. *edit. Cantabrig.* Laodiceæ obiiſſe Martyrem legimus *in Rom. Mart. ad d.* VI. *Octob.* Atque Euſebius ſic habet „ Servilio Aſiæ Proconſule (ſub M. Aurelio) quo tempore Sagaris Martyrium perpeſ„ ſus eſt, magna controverſia Laodiceæ excitata eſt de ſolemnitate Paſchali. Quinetiam Polycrates Epheſius ſecundi ſeculi ſcriptor apud Euſebium *lib.* V. *Hiſt. cap.* XXIV. *pag.* 244. „ Quid Sa„ garim, *inquit*, Epiſcopum, eumdemque Martyrem attinet dicere, qui Laodiceæ eſt mortuus? Fuerunt præterea alii, qui pro Chriſto Laodiceæ certarunt, martyreſque deceſſerunt. Adeundi Bollandiani ad *d.* XXI. *Aprilis t.* III. *pag.* 4. Mitto cetera monumenta, ne longior videar, quam neceſſe ſit. De Eugenio confeſſore, qui diu Epiſcopatum Laodicenum geſſit, conſulendus Lequienius *ibid. pag.* 794. quo loco Inſcriptionis, quæ Laodiceæ reperta fertur, partem refert, quam ei oſtendit Johannes Jebbius Britannus, quæ ſic habet:

.... ΚΑΙ · ΠΑΣΑΝ · ΤΗΝ · ΕΚΚΛΗΣΙΑΝ
ΑΝΟΙΚΟΔΟΜΗΣΑΣ · ΑΠΟ · ΘΕΜΕΛΙΩΝ
ΚΑΙ · ΠΑΝΤΑ · ΤΟΝ · ΠΕΡΙ · ΑΥΤΗΝ
ΚΟΣΜΟΝ · ΣΤΟΩΝ · ΚΑΙ · ΠΡΟΣΤΟΩΝ
ΚΑΙ · ΖΩΓΡΑΦΙΩΝ ·

Et totam Eccleſiam extruens a fundamentis, & omnem ejus ornatum porticuum, & veſtibulorum, & picturarum &c.

1 Vide Athanaſium *Hiſt. Arian. ad Monachos n.* 74. *pag.* 389. *tom.* I. *opp. edit. Montfauc. Epiſt. ad Epiſcopos Ægypti, & Lybiæ pag.* 277. *n.* 7. *tom. eodem.*

2 Vide *Lequien. ibid. pag.* 795. *ſeq.*

3 Confer *Lequien. ibid. ſeqq.*

4 Societate enim conjuncti ſemper cum Conſtantinopolitanis fuerunt. Adeundus Lequienius *pag.* 797. *ſeqq.*

Digitized by Google

Græcorum ſequuti ſunt. Nunc urbs in ditione Turcarum eſt, ab hiſque (1) Noveliſche vocatur.

Quemadmodum autem Laodicena, ita Coloſſenſis eſt a Paulo Eccleſia conſtituta. Is enim Epaphræ mandavit, eo ut rediret, idque contenderet, ut cives ſui abjecta idolorum ſuperſtitione, unum verum Deum, liberatoremque generis humani Chriſtum confiterentur (2), & colerent. Epaphras, quod juſſus eſt, fecit. Re bene geſta, ad Apoſtolum revertit, & quos homines, quibus laboribus ſuſceptis, ad Chriſtum (3) adduxiſſet, narravit. Interim novi Chriſtiani, quod publice congregari nequirent, in ædes Philemonis oratum (4) conveniebant. Cumque recte in conventu inſtituti eſſent, ſancte, integreque viverent, id facile impetrabant, ut plures viri, mulieresque eorum exemplum imitarentur. In his Philemon, ad quem a Paulo litteræ ſunt datæ, aliique fuerunt. Atque ut aliæ pleræque, ita Coloſſenſis Eccleſia, prodigiis, Sanctorumque Martyrum ſanguine amplificata (5) eſt. Nam ritibus, qui ad certum quemdam Angelorum cultum, erroris, atque ſuperſtitionis plenum, ſpectarent, quoſque Gnoſtici in Phrygiam introduxerant, ne Coloſſenſes ſeducerentur, Apoſtolus, Epiſcopique civitatis (6) caverunt. Sed quoniam fuerunt deinceps nonnulli, qui cultum ejuſmodi Angelis adhibere pergerent, Patres, qui eodem tempore florebant, acceperantque, S. Michaelem in agro Coloſſenſi certo quodam loco apparuiſſe hominibus, templum Deo extrui in ejus Archangeli honorem curarunt; rati, tolli ſuperſtitionem poſſe, ſi profano illo ritu, quem Apoſtolus reprobarat, deleto, is in civitate adhiberetur, quem Eccleſia & ſanctum eſſe, & laude dignum ſemper (7) judicaſſet. Atque his qui-

1 *Eski-Hiſar* hodie a Turcis vocari, ſcribit *Smithius Epiſt. de sept. ſeptem Aſiæ Eccleſiar. pag.* 149. *ſeq. edit. an.* 1674. quo etiam loco ſic habet „ A nemine jam habitatur, niſi quod hic „ noctu lupi, vulpes, & alopecidæ, quas *Jackal* (Zachal debuit dicere) nominant, prædam „ inveſtigatum eant ... ſola hodie ſuperſunt rudera. *Pag.* 152. „ Ampliſſimæ Eccleſiæ muri nobis „ demonſtrarunt, veteres Chriſtianos nullis ſumtibus in fabricandis ædibus religioſo cultui dica„ tis pepercisſe, prope quam extant tres pulcherrimi fornices &c.

2 Apoſt *Ad. Coloſſ.* 1. *v.* 7. 3 *Ibid. cap.* IV. *v.* 12.

4 Confer *Epiſt. Pauli ad Philem. v.* 1.

5 Conſule Martyrolog. Romanum *ad d.* XXII. *Novemb.*

6 *Cap.* II. *Epiſt. ad Coloſſ. v.* 18.

7 Vide Menologium Græcorum *ad d.* VI. *Sept.* ubi *de Apparitione S. Michaelis in Chonis, quæ juxta Charetapa haud procul Laodicea agitur.*

Digitized by Google

quidem modis, cum introducta Chriſtiana religio, & propagata apud Coloſſenſes fuiſſet, in urbes deinceps ceteras Phrygiæ Pacatianæ manavit, ita ut quarumdam ſecundo ſeculo (6), quarto autem pene omnium præſules magna in celebritate verſarentur.

Epaphras Laodicenos, & Coloſſenſes cives ut dicto audientes eſſent, hortatus, Hierapolim, quæ urbs Salutari Phrygiæ attributa poſt fuit, contendit, incolaſque non minimo numero ad Chriſtum adduxit. Quibus in officio manere juſſis, ad Paulum, qui ita imperaſſet, revertit, rerumque omnium, quæ ab ſe geſtæ fuiſſent, certiorem (1) fecit. Etſi autem abſens tunc erat, tamen impetrare ab ſe non poterat, ut ne illorum, quos Chriſto conſecraviſſet, memoria teneretur. Paulus quod Eccleſias a ſe, ſuiſque auditoribus conſtitutas inviſere, amplificareque ſoleret, diu expectandum non eſſe putavit, ut eo proficiſceretur, ſcriptiſque ad Titum litteris, huic in mandatis dedit, ut ſtatim atque ad eum Artemas, atque Tychicus veniſſent, Hierapolim (3) peteret. Præterea ſunt, qui ſcriptum reliquerunt, Philippum Apoſtolum eadem in urbe conſtitiſſe, ibique fuiſſe, ubi vitam poſuerat, ſepultum. Quibus ſane viris etſi plurimum de Aſianis rebus credimus; ne tamen id ſibi quiſquam falſo perſuaſerit veremur, qui Diaconum cum Apoſtolo (4) confudiſſet. Poſt Apoſtolos, Apoſtolicoſque viros, de quibus paullo ante dictum eſt, Papias potitus Epiſcopatu Hierapolitano cum eſſet, vir is qui Johannem Presbyterum audierat, magnamque ſibi laudem ob ſingularem eruditionem comparaverat, ſtatuit nulli curæ, diligentiæ, ſtudio parcere ad ea per-

1 Vide Lequleolum *ibid. pag.816. ſeqq. tom.1.* Coloſſas *Chonos* a Torcis appellari, teſtatur Smithius ibid. pag.148. A Turcis nunc oppidum incolitur „ Apud quos (addit Smithius) reperiontur pauci e gente Græcorum, qui inter tot opprobria, & calamitates, quibus obnoxii ſunt, „ adhuc ſidem Chriſtianam profitentur. Nulla apud ipſos eſt Eccleſia, nullus ſacerdos, qui Li- „ turgica prælegat, & Sacramentum Euchariſtiæ celebret. *Græcæ* linguæ penitus obliti ſunt „ miſerrimi Coloſſenſes, turcice in familiari ſermone loquuntur „. Phryx erat is Quintus, qui Marco Aurelio Imperatore, veritus tormenta, a religione Chriſtiana defecit. Conſule Euſebium *lib.*IV. Hiſt. *cap.*XV. *pag.*164. *edit. Cantabrig.* De Eccleſiis in Phrygia, deque Hæreticis Montaniſtis, qui eas primum infeſtare cœperunt, adeundus Euſebius *lib.*V. *Hiſt. cap.*III. *p.*212. *ſeq. edit. Cantabr. cap.*XIV. *pag.*227. *ſeqq.* 229. *ſeq.*

2 Conſule Epiſt. *Ad. Coloſſ. c.*IV. *v.*12. *ſeq.*

3 Pro *Nicopoli* namque aliqui *Heriapoli* eſſe *Ep. ad Tit. c.*III. *v.*12. legendum putant. Sed vereor, ne errent. In his eſt Lequieoius *tom.*III. *pag.*831.

4 Confer Polycratis Epheſii teſtimonium apud Euſebium *lib.*V. *Hiſt. cap.*XXIV. 243. *edit. Cantabrig.* & *lib.*III. *c.*XXXI. *pag.*126.

perficienda, quæ ad augendam Eccleſiam (1) ſpectarent. Quo in genere plurimum etiam laborarunt hi, qui dicti deinceps Epiſcopi fuerunt. In his Abercius (2), & Claudius Apollinaris (3). Hic cum cœtus Chriſtianorum, imprimiſque Hierapolitarum magno in periculo verſari cerneret, quod Ethnici, qui eos in ſuſpicionem mali vocarant, quærendos ad necem eſſe arbitrarentur, Marco Aurelio Antonino Vero inſignem librum obtulit, qui ab ſe de veritate Chriſtianæ Religionis ſcriptus erat, & quo modum vexandorum noſtrorum hominum fieri petebat. His litteris ſcriptis, cum impetum aliquanto hoſtium retardaſſet; infirmioreſque, ac dubios Chriſtianos propter ſuppliciorum metum, libris duobus, qui erant de veritate Religionis Chriſtianæ, confirmaſſet, ad reprimendos Judæos, quorum cauſſa multæ tempeſtates in noſtros eſſe interdum excitatas intelligebat, animum convertit, eorumque errores confutavit. Interim in Phrygia hæreſis Montaniſtarum, quæ Cataphrygarum etiam dicta eſt, ſerpere, latius diſſeminari, manareque in urbes provinciæ cœpit. Ejus rei ut eſt certior factus Apollinaris, maturandum judicavit, ut errorem naſcentem opprimeret, ne ſi propagatus magis eſſet, animi vitiarentur Orthodoxorum. Nam fictis prodigiis, inanibuſque viſis imperitæ multitudini imponere Cataphrygæ poterant, quæ ſibi eſſe quotidiana jactare, factiſque oſtendere conarentur. Itaque in hos quoque tot libros edidit, quot eſſe ab eo de veritate religionis vulgatos diximus. Cataphrygibus ſuperatis, Ethniciſque deterritis, ne in Chriſtianos adeo immaniter ſævirent, mirificeque

1 Sunt, qui ante Papiam fuiſſe ab Heroe rectam cenſeant Hierapolitanam Eccleſiam. Conſule Lequienium ibid. de Papia. Confer Euſebium *lib.* III. *Hiſt. cap.* xv. *pag.* 64. & *lib.* III. *cap.* XXXVI. *pag.* 130. ubi „ Papias, *inquit*, Hierapolitanus Epiſcopus eadem ætate celebris fuit. ἀνὴρ τὰ πάντα ὅτι μάλιστα λογιώτατος, καὶ τῆς γραφῆς εἰδήμων: *vir inprimis diſertus, & ſcripturæ peritus*. Vide *cap.* XXXIX. *pag.* 135. *ſeq.* quo locu negat Papiam fuiſſe auditorem Apoſtolorum. At is ipſe, qui diſertum Papiam, peritumque ſcripturarum dixit; ubi de Millenariſmo ſermonem inſtituit, quem errorem probarat Papias, de gradu hunc eruditorum dejiciendum exiſtimavit. „ Fuit, *inquit*, medioeri admodum ingenio præditus, ut ex ſcriptis il„ lius conjicere licet. At alii, In quibus Irenæus, magno cum & ingenio „ & facultate ſcripturarum floruiſſe teſtantur. Maluiſſem ſibi ut paullo plus Euſebius conſtitiſſet. Nam ſententiam Papiæ nihil moror. Scimus enim homines doctos lapſus interdum errore fuiſſe. Quod ſi res poſceret, quam ſit ille turpiter lapſus perſpicue ſane demonſtrari a me poſſe confiderem.

2 Martyrolog. Rom. *ad d.* XXII. Oct. Lequien. *ibid. pag.* 813.

3 De *Apolog.* Apollinaris videndus Euſeb. *l.* IV. *c.* XXVII. *pag.* 191. *ſeq.* quo loco etiam diſſerit de ejus *adverſus gentiles libris* v., *libris duobus de veritate*, *duobus contra Judæos*, & opere *contra tum orientes Cataphrygas*.

Digitized by Google

que re Chriſtiana amplificata, Apollinaris deceſſit, & ſucceſſores doctrinæ, ac dignitatis habuit, quales ipſe futuros non expetierat modo, ſed etiam ſperarat. Ii enim Epiſcopi, prædicatoreſque (1) veritatis conſequuti ſunt, qui neque minis, neque edictis, neque ullo genere ſuppliciorum dimoveri a ſuſcepto conſilio tuendæ, dilatandæque diſciplinæ Chriſtianæ poſſent. Ergo & conventus ſæpe agere, & conciones habere, quibus plebem inſtituerent, (2) conſuerant. His præſidiis ita aucti numero, opibuſque ſunt, ut quarto ſeculo nulli Eccleſiæ cederent, ſacriſque ædibus abundarent, in quibus congregarentur. Atque hæc de introducta, propagataque in Phrygia Chriſtiana religione dicta ſunto.

Piſidiæ Eccleſiarum inſtitutores Paulus, & Barnabas fuerunt. Nam Perge, quod eſt Pamphiliæ oppidum, profecti, Antiochiam, quæ Piſidiæ metropolis erat, venerunt, multoſque Judæos, eorumque proſelytos, uti ſuam fidem Chriſto obſtringerent, permoverunt. Id ubi incolis nunciatum eſt, pene univerſi in Synagogam concurrerunt, ut quæ ab Apoſtolis dicebantur, cognoſcerent. Erant e Judæis, qui graviter ferrent, tantum Chriſtianis tribui ab Antiochenis, quantum ſibi numquam ante tributum fuiſſet. Hi arguere Paulum, & Barnabam, reprobareque omnia, quæ ab illis de Chriſto diſputabantur, cœperunt. Apoſtoli nunciari Judæis priore loco, uti ſupra demonſtratum eſt, Evangelium oportere dixerunt. Quare fa-

1 Vide Lequien. *ibid pag.834.*

2 Confer Lequien. ibid. De reliquis Eccleſiis Phrygiæ Pacatianæ, ac Salutaris conſulendus ibid. *ſeqq.* Lequienius, & Euſebius *pag.137. H.E. 164.244. &c. edit. Cantabr.* De ſtatu autem præſenti Eccleſiæ Hierapoleos hæc habet *Smithius* l. c. *pag.144.* „ Hierapolis, *inquit*, hodie a „ Turcis *Pambuk Kulaſi*, hoc eſt *Goſſipina* turris ob rupium clivos, qui a longe inſtar goſſipii „ candicant, urbs majoris Phrygiæ, ſub excelſo monte ad Septemtrionem conditur, *Laodicea* „ *ad auſtrum* ex adverſo oppoſita, planicie quinque circiter mille paſſus lata intercedente, „ quam interluit Lycus ... Lugebam hujus admirandæ urbis vere flebilem, & miſerandam for„ tem, tot templa intercidiſſe mihi doluit, quorum parietinæ adhuc durant. Ubique erant al„ taria, fornices, & columnæ priſtinum ſplendorem, & gloriam retinentes, palatiorum, alia„ rumque inſigniſſimarum ædium appendices, ut inter præcipuas non ſolius Orientis, ſed totius „ Mundi urbes recenſeri, dum ſtaret, mereretur ... Ex ſepulcris quædam adhuc ſuperſunt, „ plane mauſolea, integra quidem, & illæſa, quaſi mortuis parcendum eſſe inter tot clades, „ quas urbs paſſa eſt, lex naturalis vel efferis hoſtibus juſſerit, eorumque monumenta demo„ liri plane ſacrilegum eſſe videretur ... Inſcriptionibus prope omnia inſignita erant, quarum „ aliquæ tot lineis, iiſque valde in longum protenſis, conſtant, ut non epitaphium, ſed hiſto„ riolam continere videantur. Sed hic ubi etiam ſub dio pernoctare vellem, non licuit morari. Hoc ſcilicet ſtatu ampliſſimum oppidum nunc eſt. Jacet deſolatum, nulloſque incolas habet.

ctum ab ſe, quod Chriſtus juſſerat fuiſſe. Quod ſi Chriſtiani fieri nollent, curaturos ſe, ut quam ſalutem Judæi negligerent, eamdem Ethnici conſequerentur. Id ut elatum in vulgus Ethnicorum eſt, ſumma univerſi lætitia ſunt affecti, eaque die magna facta eſt Eccleſiæ Piſidenſium Antiochenorum acceſſio. Interim dum non in ea urbe modo, ſed in tota provincia latius Chriſtianiſmus diſſeminabatur, Judæi invidentia ducti, matronas, primoſque civitatis concitarunt, ut Paulum, atque Barnabam finibus expellerent. Apoſtoli, poſteaquam in proximis provinciis verſati aliquamdiu fuerunt, ubi tumultum ceſſaſſe, furoremque civium aliquanto eſſe repreſſum acceperunt, reverſi eodem (1) ſunt, confirmatiſque in fide diſcipulis, Epiſcopos, atque Presbyteros in oppidis conſtituerunt. Poſt qui præfecti Eccleſiis fuerunt, cum religioni commoda fortunaſque ſuas poſtpoſuiſſent, inque extremas ſæpe redacti eſſent calamitates, quod ſuperſtitionem oratione, virtute, prodigiiſque delere contenderent, auctores pleriſque fuerunt, ut ſeſe reſpicerent, cognoſcenteſque, neminem pro inanibus rebus prudentem. volentemque ſe ipſum in ſummum periculum adducere ſolere, ab idolorum cultu ad Chriſtianam religionem traducerentur. His laboribus Antiochiæ Eudoxius, & Cyprianus; Hadrianopoli Olympius; Seleuciæ Ferreæ Artemon functi ſunt: idque tandem impetraverunt, ut quarto ſeculo Piſidia univerſa plena Chriſtianorum eſſet (2).

Pamphiliæ incolas in Jeſu Chriſti doctrina Paulus item, & Barnabas, ut eſt alio loco dictum, inſtituerunt, imprimiſque (3) Pergenſes, quorum eſt in Actis Apoſtolicis facta mentio. Sed quibus illi, ceterique provinciales deinceps Epiſcopis uſi fuerint, a nemine uſquam ſcriptum invenio. Nulli tamen dubium eſſe debet, quin magni viri, ſingularique virtute excellentes Eccleſias, quæ in Provincia vigebant, moderati ſint. Niſi enim ita ſe res habuiſſet, neque tam copioſi, neque tanta multitudine in Pamphlia cœtus Chriſtianorum quarto ſeculo fuiſſent, quanta fuiſſe a ſcriptoribus eorum temporum eſt litterarum man-

1 Vide Acta Apoſt. *cap.* XIII. *v.* 14. *ſeq.*

2 Confer Lequien. *tom.* I. *pag.* 1036. *ſeqq.* Martyrol. Rom. *ad d.* XVIII. *Sept.* De Piſidia provincia ſecundus Cellarius *Geogr. Ant. tom.* II. *lib.* III. *cap.* IV. *pag.* 159. *ſeqq.*

3 Act. *cap.* XIII. *v.* 13. XIV. *v.* 25.

mandatum monumentis. Quemadmodum enim ſine duce in unam ſententiam convenire, tamque recte inſtitui, dirimereque controverſias potuiſſent, quæ oriri interdum in Eccleſia conſueſcunt? Sed ubi diviſi ab Eccleſia Latina Pamphilii, ſequutique ſchiſma Græcorum ſunt, in maximas ærumnas inciderunt. Nam paullo poſt a Turcis ſubacti, ita de priore gradu honoris, exiſtimationiſque dejecti ſunt, ut non modo cultum amiſerint humanitatis, ſed etiam omnibus pene rebus ſpoliati, ne oppida quidem illuſtria habeant, quibus ante gloriari ſolebant. (1)

CAPUT XIII.

De origine, progreſſu, ſtatuque præſenti religionis in *Lycia*, *Caria*, *Lydia*, & *Aſia minore*.

EOdem fere tempore, quo Pamphilii ſacris ſe Chriſtianis addixerunt, finitimos Lycienſes (2) fuiſſe noſtris myſteriis initiatos, credibile eſt. Neque enim finibus unius provinciæ contineri ii, qui initio ſibi onus propagandæ religionis ſuſceperant, potuiſſent, ut ſi in longe diſſitas regiones contendere ſolerent, ii proximorum rationem nullam haberi oportere arbitrarentur. Quodſi monumenta, quibus res a noſtris in Lycia (3) tribus prioribus ſeculis geſtæ continerentur, non extant, quod fortaſſe injuria temporum interdicerint, non ſequitur, cœtus in provincia Chriſtianorum ea ætate nullos viguiſſe. Quod initio ſeculi quarti omnibus fere ejus oppidis Epiſcopos fuiſſe (4) præfectos, quod cœtus in illis floruiſſe numero-

1 De provincia Pamphilia videndus Cellarius *tom.* II. *Geogr. Antiq.* 184. *ſeqq.* Epiſcopos provinciæ ejuſdem numerat fretus antiquis monumentis Lequienius *tom.* I. *pag.* 996. *ſeqq.*

2 Lyciam deſcribit Cellarius *tom.* II. *Geogr. Ant. l.* III. *cap.* III. *pag.* 91. *ſeqq.*

3 Et in Græco quidem *Actor. Apoſt.* contextu *cap.* XXVII. *verſ.* 5. legimus Paulum una cum ſociis itineris veniſſe *εἰς μύραν τῆς λυκίας in Myram Lyciæ*. Vulgatus habet *Lyſtram Lyciæ*. At traditum a Luca non eſt, ullos ne ibi Apoſtolus diſcipulos reliquerit, qui religionem Chriſtianam incolis explicarent, cum ille Myram pervenit. In menologio præterea Græcorum ad d. 4. Nov. fit SS. MM. *Nicandri Myrorum Epiſcopi, & Hermæi Presbyteri, qui ordinati ſunt a S. Tito Apoſtolo* mentio. Sed quibus monumentis tota hæc nitatur hiſtoria, aſſequi nullo umquam vetere teſtimonio potui. Acta vitæ S. Nicolai, quoniam ſuſpecta pleriſque ſunt, ſatis eſſe non poſſunt, ad demonſtrandum, quod dixi de introducta ante extremum III. ſeculum in Lyciam Chriſtiana religione. 4 Epiſcopos recenſet Lequienius *tom.* I. *Or. Chr. pag.* 673.

meroſiſſimos Chriſtianorum, quod plurimos ſub Diocletiano Martyres (1) objiſſe conſtet; hoc ſane permagno indicio eſſe debet, diu ante fuiſſe jacta Chriſtianiſmi in eadem provincia fundamenta. Non enim repente prodire tanta ſectatorum Chriſti copia poterat, ut continuo loca omnia Lyciæ plena eorum eſſent. Sed quæ poſt Conſtantini tempora magna in celebritate Eccleſiæ erant, eædem poſt Græcorum ab Latinis defectionem, poſtque incurſionem Muhamedanorum pene extinctæ, atque deletæ ſunt, ita ut ſi pauci Schiſmaticorum in iis, Orthodoxorum quidem certe vix quiſquam verſetur.

In Cariam, quæ media eſt inter Lyciam, Lydiamque provincias ab Apoſtolo Paulo invecta Chriſtiana religio fuit. Nam is, cum Samo profectus eſſet, ut Hieroſolymam peteret, atque Miletum, quod inſigne oppidum (2) Cariæ erat, appuliſſet, eo Aſianos Epiſcopos accivit, illoſque, ut curam gregis, qui illis fuerat commiſſus, gererent, adhortatus eſt. Id vero factum in ea urbe fuiſſe, in qua noſtrum hominum nulli agerent, ne ſuſpicari quidem poſſum. Medio tertio ſeculo, quartoque (3) ineunte non defuerunt, qui ibidem pro doctrina Jeſu, quam profiterentur, ſanguinem funderent. Itaque Conſtantino, ac deinceps filiis imperium obtinentibus Eccleſiæ provinciæ Cariæ non infimo loco erant. Sed poſt Schiſma Græcorum eadem earum, quæ proximorum Lyciæ, Lydiæque ſors fuit.

Lydienſium (4) Eccleſiarum vetuſtiſſima eſt origo. Etſi enim ſunt, qui Clementem Pauli (5) auditorem, contra atque Menologii fides poſtulet, Sardenſium Epiſcopum fuiſſe negent (*Sardis* autem urbs Lydiæ erat, quæ poſt irruptionem Turcarum in vicum redacta eſt) tamen priore ſeculo Eccleſia conſtituta ſane illuſtris erat, quæ Antiſtitem haberet, viroſque ſanctiſſimis moribus, ac dignos, qui ab Johanne in Apocalypſi (6) lau-

1 Confer Lequienium *tom.1. pag. 975. ſeqq.* Ruynartium *Act. SS. MM. ſincera pag.478. ſeqq. edit. Veron.* & Bollandianos *ad d.*XVIII. *Februarii tom.* II. *pag.57. ſeq.* Mitto ceteros ne ſim longus.

2 Vide quæ *dixi tom.1. pag.332.*

3 Vide Lequienium *tom.1. pag.900. ſeqq.*

4 De Lydia provincia conſulendus Cellarius Tomo eodem *pag. 109. ſeqq. edit. an.1738.*

5 Conſule Lequienium *Or. Chriſt. tom.1. pag.860.*

6 *Apocal. c.*III. *v.1. ſeqq.* Cellarius *diſſert.*III. *de ſeptem Eccl. Aſiæ in Apocalypſi memoratis n.*XXXV. *pag.447. ſeq.* „ Caput, *inquit*, quondam Lydiæ, ac ſedes regum Lydorum. Plinius „ *lib.*V.

laudarentur. Poſt cum Marcus Aurelius imperaret, Epiſcopo uſi Sardenſes Melitone (1) ſunt, viro imprimis docto, atque pio, qui propterea quod cerneret, Chriſtianos in diſcrimen perpetuo vocari, librum ſcripſit, obtulitque Imperatori, quo eorum cauſſam egregie defendit, poſtulavitque, ut Ethnicis finem cædendi noſtros facere, juberet. Idem ipſe, quod integris, caſtiſque moribus eſſet, ac dono Prophetiæ præſtaret, admirabilem in modum auxit Sardenſem Eccleſiam. Sed poſteaquam Ariani orti ſunt, abutique Imperatorum gratia cœperunt, Heortaſius ejus urbis Antiſtes ab iis ſtetit, quos Hiſtorici Semiarianos (2) vocant. Quæ res non minimam in Sardenſem Eccleſiam intulit partem incommodorum. Sublatis Arianis, cum una reſtituta vera doctrina fuiſſet, tum ſeculo v. Mœonius, qui Sardibus præfectus Antiſtes fuerat, ſequutus eorum partes eſt, qui cum Johanne Antiocheno pro Neſtorio contra Cyrillum Epheſum celebratum concilium (3) convenerunt. At eorum qui deinde conſequuti Præſulum ſunt, nullum ſimile factum fuit, ad tempora ſchiſmatis Græcorum. Nam qui Imperatoribus, quam Chriſto obtemperare maluerunt, id tandem ſuo merito paſſi ſunt, ampliſſimam urbem in vicum, Templa a Majoribus Deo dedicata in Meſchitas, ſuoſque omnes in poteſtatem Muhameda-

„ *lib. v. cap. xxix. Lydia celebratur maxime ſardibus in latere Imoli montis*. Strabo *lib.* XIII.
„ *pag.* 4. ἡ Σάρδεις πόλις ἐςὶ μεγάλη .... Βασίλειον δ' ὑπῆρξε τῶν λυδῶν. *Sardes urbs eſt*
„ *magna... regia autem Lydorum fuit*...„ Damnum, quod Sardes cum aliis Aſiæ civitatibus ter-
„ ræmotu ſunt paſſæ, & Tiberii reſtituentis munificentiam Tacitus narrat *lib.* II. *Annal.*
cap. XLVII. „ Hinc etiamnum Sardibus viſuntur inſcriptiones, quæ ad Tiberium ſpectant. Smi-
„ thius *in ſeptem Aſiæ Eccleſiar. notitia pag.* 137 „ Intra arcis aream, *inquit*, ſuper capitulum columnæ.

. . . . ETEIMH
ΣEN EK TΩN IΔIΩN TIBE
...... ON KAIΣ

Honoravit ex propriis Tiberium Cæſarem.

1 Euſeb *lib.* IV. *c.* XXI. *Hiſt. p.* 181. *edit. Cantabrig.* & *cap.* XXVI. *pag.* 188. & *lib.* V. *c.* XXIV. *pag.* 544. Meminerunt ejuſdem præter veteres Tertullianum, Hieronymum &c. novi ſcriptores Baronius, Tillemontius, Dupinius, Ceillerus, aliique omnes, qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam illuſtrarunt, commentarioſve de ſcriptoribus Eccleſiaſticis ediderunt.

2 Nam poſt Artemidorum, qui ſubſcripſit decretis Synodi Nicænæ, Heortaſius memoratur. Conſule Sozomenum *lib.* IV. *cap.* XXIV. *pag.* 168. *edit. Cantabrig.*

3 Confer Lequienium *ibid. pag.* 861. *ſeqq.*

Digitized by Google

medanorum redactos, ab hiſque dura oppreſſos ſervitute, imperitos, miſeros, omnibus pene rebus ſpoliatos cernerent. (1)

Sardibus haud longe abeſt Philadelphia, quam Turcæ *Etlahshar*, hoc eſt pulcram (2) urbem vocant. In eam jam inde ab Apoſtolorum ætate Chriſtiani degebant. Itaque ab Johanne in Apocalypſi fit Angeli Philadelphenorum (3) commemoratio. Angeli autem nomine, ut alio loco animadvertimus, Epiſcopum indicat, qui adminiſtraret Eccleſiam Philadelphenorum. Quamobrem tum primum eam fuiſſe inſtitutam ad ſimilitudinem quidem veritatis poteſt accedere. Aſſentior proinde his, qui Paulum, aut ſocios, qui ante Johannem in Aſiam venerant, Philaldephiam contendiſſe, cœtumque noſtrum hominum (4) collegiſſe pugnant. Initio ſecundi ſeculi magno in honore apud noſtros Eccleſia Philadelphenorum erat. Quare ad eam ab Ignatio Martyre, cum Romam duceretur, litteræ ſunt datæ, quibus omnes etiam, atque etiam hortabatur, Epiſcopo ut parerent, eoque neſcio nihil agerent, ut presbyteris honorem deferrent, quem ipſorum ſtatus (5) poſceret. Atque ut magis magiſque augeri, ubi jam vigebant, Chriſtiani conſueverant, ita quoque Philadephiæ numero deinceps creverunt, dignique ſunt ab Eccleſia Smyrnenſi exiſtimati, ad quos tempore M. Antonini Imperatoris de Polycarpi Epiſcopi Martyrio litteræ (6) mitterentur (7). Quarto ſeculo Philadelpheni eamdem, quam permulti alii ſunt perpeſſi (8) calamitatem. Nam Arianis Epiſcopis uſi

1 Smichius ibid. „ Ad orientem Eccleſiæ Cathedralis, ut videbatur, ruinas luximus ... Turcæ unicam habent *Moſcheam*, pulcram quidem, olim Chriſtianorum templum, cujus propyleum „ columnis affabre politis ornatum eſt. Pauci admodum hic reperiuntur Chriſtiani ingenti patientia, vel potius ſtupide, ac ſine ſenſu miſeram ſervitutem ſuſtinentes, ſed quod longe miſerius eſt, abſque Eccleſia, abſque Sacerdote. En deplorandum urbis quondam glorioſiſſimæ „ ſtatum. Ad congeriem caſulatum redacta eſt Lydiæ urbs primaria, & ſedes Metropolitica deſtituitur Eccleſiola.

2 Smith. *ibid. pag.* 139.

3 *Apocal. c.* III. *v.* 7. *ſeq.*

4 Confer Lequien. *tom.* I. *Or. Chriſt. pag.* 867. De hac urbe conſulendus Cellarius *diſſert. de* VII. *Eccl. Aſ. n.* XXXVI. *pag.* 448. *ſeqq.*

5 Vide *tom.* II. *Apoſt. PP. pag.* 30. *ſeqq. edit. an.* 1724.

6 Confer *Acta Martyrii S. Polycarpi tom.* II. *PP. Apoſtolic. pag.* 195. *edit. an.* 1724. Sic enim habent „ Eccleſia Dei, quæ habitat Smyrnam, Eccleſiæ Dei, quæ diverſatur apud Philadelphiam. Conſule *ibid. Adnot. Uſſerii*, & Ruinartii *Act. SS. MM. ſincera pag.* 27. *edit. Veron.*

7 Euſebius *lib.* IV. *cap.* XV. *pag.* 171. *edit. Cantabrig.* „ Hæc Beato Polycarpo, *inquit*, qui „ cum aliis duodecim Philadelphenſibus apud Smyrnam martyrio eſt coronatus.

8 Conſule Lequienium *ibid. pag.* 868.

uſi ſunt, quibus extinctis Catholicam doctrinam coluerunt. Poſtremo ubi ab Eccleſia Latina una cum Græcis ſejuncti ſunt, etſi in minores iis, quibus oppreſſi Sardenſes fuerunt, at in magnas tamen ærumnas inciderunt. Nam a Turcis ſubacti, templa partim everti partim in Meſchitas redigi viderunt. Quamvis quatuor nunc habere templa, qui ibi agunt, Chriſtiani dicantur, tamen ſunt ita preſſi, afflictique, ita ut Johannes prædixerat Eccleſiam Philadephenam futuram (1). Eſt propterea Thyatira (2) urbs Provinciæ Lydiæ. Eccleſia autem in ea a Paulo ne,an ab Johanne conſtituta fuerit, non (3) liquet. Sed cum Johannes Apocalypſim (4) ſcriberet, negari nequit plures vixiſſe Thyatiræ Chriſtianos, Epiſcopumque habuiſſe, qui illos moderaretur. Fit enim in eo libro Angeli Thyatirenorum mentio. Neque vero audiendi Alogi erant, qui Apocalypſin rejici oportere arbitrabantur, propterea quod in ea memoretur Eccleſia Thyatirenorum, quam tum nullam fuiſſe defenderent. Etſi enim tertio ſeculo, quo illi hæretici furebant, Eccleſia Thyatirenſis perierat, non ſequebatur tamen, eam primo ſeculo minime (5) floruiſſe. Quin-

1 De fatis urbis Philadelphiæ multis agit Thomas Smithius *ibid. pag.* 139. *ſeqq. Pag.* 141. hæc habet „ Pauca antiquitatis monumenta in ea ſuperſunt . . . Marmora quædam vidi characte- „ ribus inſignita, ſed ea aut deorſum fracta, & exciſis litteris deformata, aut ſi in parietibus „ ædium integra manerent, inverſa ... Nobis maxime diſplicuit hæc rudera intueri; ſed in bar- „ bariem Turcicam plane excandeſcebamus, dum ad S. Johannis Eccleſiam ad Euronotbum ur- „ bis, olim, ut amplitudo ipſius pene demonſtrat, *Cathedralem*, jam ſterquilinium factam, nos „ convertimus, in quam purgamenta conjiciunt impuri Turcæ . . . Colliculi vineis, quas colunt „ Græci conſiti ſunt, ſed a vino conficiendo, autumno proxime elapſo, abſtinuerunt, edicto „ Imperatoris, quo vetitum erat, territi, ut, prout mihi narravit Græcus *Papas*, id eſt *Sacer-* „ *dos*, ad ſacros Euchariſtiæ uſus vix ipſis ſuppeteret. Neſcio an dicerem eum poſteris eorum, „ qui in defendenda Chriſtiana religione mortem adeo fortiter oppetiere, ideo melius actum eſ- „ ſe. Hi enim quatuor Eccleſias, quæ *τῆς παναγίας*, ſeu Sanctiſſimæ Virginis, *S. Georgii*, ma- „ gnæ apud Chriſtianos Orientales famæ, *S. Theodori*, & *S. Taxiarchæ* nominibus inſigniun- „ tur, hic habent, unde eorum numerum neque parvum, neque contemnendum eſſe quis facile „ cenſeat.

2 *Cellar. diſs. de* VII. *Eccl. Aſiæ &c. pag.* 446. *n.* XXXIV.

3 Conſule Lequienium *ibid pag* 876.

4 Apocalypſis II. *v.* 18. & *Act. Apoſt.* XVI. *v.* 14. ſic habet Lucas „ Et quædam mulier „ nomine Lydia purpuraria civitatis Thyatirenorum, colens Deum audivit, cujus Dominus ape- „ ruit cor intendere his, quæ dicebantur a Paulo. Cum autem baptizata eſſet, & domus ejus, „ deprecata eſt dicens, ſi judicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam, & manete „. Sed hæc Philippis in Macedonia contigerunt.

5 Egregie Cellarius *l. c. pag.* 447. „ Alogi hæretici apud Epiphanium *Hæreſ* LI. *n.* XXXIII. „ in argumentis, quibus Apocalypſin rejicere tentabant, & hoc ponunt: nominatim Eccleſiam „ Thyatirorum, quæ nuſquam fuerit. At quamvis poſteriori tempore ab hæreticis, puta Alogis, „ & Cataphrygibus occupata omnis fuerit, non tamen inde ſequitur neque prius, & Apoſtolico „ ævo nullam ibi Eccleſiam extitiſſe. Per orbem terrarum fuit primo Evangelium prædicatum, & „ ubi-

Quinetiam Marco Antonino Imperatore Carpum ejus urbis Epiſcopum Pergami extremo ſupplicio religionis cauſſa fuiſſe affectum (1) conſtat. Sed cum orta Montani hæreſis fuiſſet, manaſsetque in multa Phrygiæ, Lydiæque oppida, magno numero Thyatirenſes in eorum ineptas, pernicioſaſque ſententias lapſi ſunt, fueruntque in cauſſa, cur univerſus pene cœtus, qui ante illic floruerat, deleretur. Verum paullo ante ſeculi tertii exitum data opera a noſtris fuit, ut extincto Montaniſmo in priſtinum ſtatum reſtitueretur Thyatirenſis Eccleſia; quæ diu catholica (2) manſit, quoad Græci ab Latinis deſciverunt. Nunc quamquam oppidum ſuperſit, nullum in eo extat Chriſtianorum templum, modo ſit Thomæ Smithio (3) adhibenda fides.

" ubique fundatæ Eccleſiæ; quarum vero plures ad gentilitatem relapſæ ſunt, ut denuo converti ad Chriſtum opus fuerit. Sic Germania noſtra ab Irenæo *l.* I. *c.* III. dicitur *fundatas Eccleſias* habuiſſe, quas ne de Ciſrhenana Romanorum in ſolo Gallico interpreteris, occurrit, qui proximus eſt Tertullianus *c.* VII. *adv. Iud.*, Germanos illos Chriſtum confeſſos, cum *Dacis*, *Scythis*, *&* *Sarmatis* connumerans, quarum *limites ſuos transgredi non ſinerentur* a Romanis, quæ ſane Germaniæ barbaræ, non Romanæ eſt deſcriptio, nihilominus poſteriori ſeculo vel nulla, vel pauca veſtigia Eccleſiarum in illa vaſta regione ſuperfuerunt, quæ ſero ad Chriſtum deinde reducta ſunt.

1 Vide *Euſeb. l.* IV. *cap.* XV. *H. E. pag.* 173. *edit. Cantab.* At ſunt, qui ſub Decio paſſum fuiſſe Carpum defendant. Confer Ruinartium *Act. MM. ſincer. pag.* 26. *edit Veron. & pag.* 116. Bollandianos *ad d.* XIII. *April. pag.* 120. *ſeqq. tom.* II. & Lequienium *ibid. pag.* 877. Epiſcopum autem Thyatirenorum fuiſſe Carpum, oſtendit ibid. Lequienius. Vide præterea Martyrologium Romanum *ad d.* XIII. *Aprilis*.

2 Nominantur enim ejus Epiſcopi Orthodoxi, qui quarto, ſequentibuſque ſeculis floruerunt. Conſulendus Lequienius *ibid.*

3 Smithius *ibid. p.* 121. " Thyatira urbs Lydiæ hodie a Turcis AK-hiſar, id eſt album caſtrum nuncupata a Pergamo quadraginta octo, aut circiter milliaribus diſtantia in planicie conduntur ... ſed Eccleſiarum dirutarum ne extant quidem veſtigia ... Adhuc latuerant Thyatira, niſi Clariſs. D. Conſul Smyrnenſis Rev. D. Luke Mercatorum Anglorum ſocietati illic degentium a concionibus, aliique, quibus ſuſpectum erat, Græcos in hac urbe deſignanda errâſſe, itinere ſuſcepto ea inveſtigatum iviſſent, tandemque feliciſſime detexiſſent. Sed ecce quamfirmiſſimam fidem faciunt antiquiſſima marmora. In medio foro deſuper tecto, ne perpluat, in baſi cujuſdam columnæ Epigraphen pulcris, & conſpicuis characteribus inciſam reperi.

Η ΚΡΑΤΙΣΤΗ ΘΥΑΤΕΙ
ΡΗΝΩΝ ΒΟΥΛΗ ΚΛΩ
ΔΙΟΝ ΑΥΡ ΠΡΟΚΛΟΝ
ΗΡΩΑ ΑΝΔΡΑ ΕΥΓΕΝΗ
ΕΠΙ ΣΕΜΝΟΤΗΤΗ ΒΙΟΥ
ΚΑΙ ΑΡΧΑΙΣ ΚΑΙ ΛΕΙΤΟΥΡ
ΓΙΑΙΣ ΠΑΣΑΙΣ ΔΙΑΤΕ ΑΥ
ΤΟΥ ΚΑΙ ΤΟΥ ΓΕΝΟΥΣ

Quæ

Digitized by Google

des. Ab Apoſtolis igitur, eorumque diſcipulis iiſdem modis, quibus alia in loca, regioneſque, introducta religio Chriſtiana in Lydiam eſt, poſtque ab iis, qui ſucceſſerunt, doctrina, exemplis, martyriis ita propagata, uti jam quarto ſeculo univerſa fere ejus oppida occuparet, in iiſque quaſi imperium tenere videretur (1).

Epheſus Aſiæ (2) minoris Metropolis erat. In eam cum Paulus, ut ſupra demonſtratum eſt (3), perveniſſet, biennioque ibi conſtitiſſet, Eccleſiam non ſolum inſtituit, ſed etiam amplificavit, effecitque, ut inde in Aſiæ oppida cetera doctrina Chriſti manaret, & ab Judæis, Ethniciſque cognoſceretur. Multis prodigiis patratis, veritateque doctrinæ oſtenſa, atque probata, cum magnum numerum Epheſiorum Paulus ad Chriſtiana ſacra perpuliſſet, concitavit in ſe iram non Ethnicorum modo, ſed etiam Judæorum. Ergo inde excedere coactus, in alias Provincias prædicatum Evangelium conceſſit. Quo in munere cum aliquos conſumſiſſet annos, Hieroſolymam redire ſtatuit. Ubi Miletum venit, Epheſium ad ſe, ceteroſque Aſiæ Antiſtites accivit, eiſque ut gregis, qui eis eſſet commiſſus, rationem haberent, præcepit. Paulo igitur Hieroſolymam reverſo, Johannes Apoſtolus, & Evangeliſtes, ut reliquarum Aſiæ, ita Epheſinæ Eccleſiæ (4) curam ſuſcepit, inque ea diutius, quam in reliquis, ut quæ earum omnium caput eſſet, degere decrevit. Quo tempore Timotheum auditorem Pauli cœtus Chriſtianorum Epheſiorum Antiſtitem fuiſſe (5) ferunt. Interim Johannes id imprimis contendebat, atque enitebatur, ut non tantum Eccleſiæ, quarum ante jacta ſundamenta erant, acceſſione multorum,

Quæ ſic vertimus: *Potentiſſimus Thyatirenorum Senatus Clodium Aur. Proclum Heroem virum nobilem propter honeſtatem vitæ, & magiſtratus & omnia publica munera, ipſum, & gentem &c.* & *pag.* 136. „ Civibus abundat Turcis, qui hic octo numerant *Moſcheas*, cum ne una „ quidem Eccleſia Chriſtiana, quantum memini, illic reperiatur.

1 De ceteris Eccleſiis Lydiæ videndus Lequleuius *tom.* I. Or. *Chriſt. pag.* 878. *ſeqq.*

2 De Epheſo minoris Aſiæ Metropoli conſulendus Cellarius *Diſſert. de* VII. *Eccl. Aſiæ n.* XXIX. *ſ.* 9. *pag.* 439. *ſeqq.* & *Geogr. Antiq. l.* III. *c.* III. *pag.* 70. *tom.* II. *ſeq. edit. an.* 1732.

3 *Tom.* I. *pag.* 330 *ſeqq.*

4 Euſeb. *l.* III. *c.* I. *Hiſt. pag.* 87. *edit. Cantabrig.* ubi „ Johanni, *inquit*, Aſia obvenit, „ qui plurimum temporis in ea commoratus, Epheſi tandem diem obiit „. Confer etiam quæ collegerunt Baronius ad an. XCVI. *num.* II. & Tillemontius *in vita Joh. Apoſt. tomo primo edit. Pariſ.* Nam ceteros, qui prope innumeri ſunt, prætermitto, quod de re minime neceſſaria copioſius non eſſe differendum putem.

5 Vide Euſeb. *l.* III. *cap.* IV. *Hiſt. Eccl. pag.* 91.

Digitized by Google

torum, qui Chriſtianis ſacris ſeſe addicerent, augerentur, ſed etiam novas in Aſia (1) conſtitueret, & ſua, diſcipulorumque opera illuſtriores efficeret. Hoc ut facile aſſequi poſſet, Deus auxilio fuit. Nam claruit & ſapientia rerum maximarum, quam divinitus acceperat, & prophetiæ, atque miraculorum donis. Quæ res cum elatæ in populum eſſent, Aſianorum incredibilem multitudinem ad Chriſtianiſmum amplectendum, perpulerunt. Hos religionis progreſſus, cum iniquo animo Ethnici paterentur, dandam eſſe ei delendæ operam putarunt. Itaque ab Domitiano, qui Tyrannidem Romæ occuparat, juſſi Præfecti Provinciis fuerunt, ut in noſtros crudeliter (2) animadverterent. Sed his calamitatibus etſi Chriſtiani prohibebantur, quo minus latius doctrinam, quam colebant, diſſeminarent, nihilo minus ſanguine martyrum, ſigniſque, quibus illuſtrari, qui rapti in ſupplicium fuerant, ſolebant, extincto ſæviſſimo Imperatore, hoſte nefario religionis, adeo multiplicati noſtri ſunt, ut nullus jam, Trajano Auguſto, in Aſia vicus (3) eſſet, in quo Idolorum templa pene deſolata non viderentur. Atque plurimum ad dilatandum Chriſtianum nomen Johannis, poſt reditum ab exilio (4), diligentiam contuliſſe, teſtata res eſt. Nam ubi magnum tulit itinerum ſuorum, & laborum fructum, exiſtimans plurimi ad confirmandos in fide ſuos, adducendoſque alios ad Eccleſiam intereſſe, ſi, quod rogatus ab Aſiæ Epiſcopis fuerat, Evangelium ſcripſiſſet, ac teſtimonium de divinitate atque humanitate, deque factis, dictiſque Servatoris Chriſti dixiſſet, appulit jam ſenex ad eam rem animum, tantaque eſt uſus felicitate, ut Ethnicos, Judæoſque convicerit ſuperſtitionis,

1 Smyrnenſem enim, Magneſianam, Trallianam, aliaſque Eccleſias, quas mox deſcribemus, quoniam tam ſunt veteres, ut ab Ignatio memorentur, credendum eſt, fuiſſe ab Johanne Apoſtolo conſtitutas.

2 Vide quæ diximus *tom.1. pag.421. ſeqq.*

3 Confer Plinii Secundi locum ſupra *t.1. pag.437.*

4 Vixit enim, Epheſique imprimis ad Trajani uſque tempora manſit. Irenæus *l.* III. *c.*III. *pag.177. ſq. edit. Monach. S. Mauri* ἀλλὰ, inquit, καὶ ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἐκκλησία ὑπὸ Παύλου μὲν τεθεμελιωμένη, Ἰωάννου δὲ παραμείναντος αὐτοῖς μέχρι τῶν Τραϊανοῦ χρόνων. „ Sed & „ quæ in Epheſo Eccleſia a Paulo quidem fundata eſt; Johanne autem apud ipſos permanente ad „ tempora uſque Trajani „. Confer quæ ex Polycrate II. ſeculi ſcriptore de Johanne refert Euſebius *l.*III. *c.*XXXI. *hiſt. pag.126. & l.*V. *cap.*XXIV. *pag.243. edit. Cantabrig. & l.* III. *c.* XXIII. *pag.*112. ubi „ Iiſdem temporibus, *inquit*, in Aſia Apoſtolus ille, & Evangeliſta Johannes, quem „ Jeſus præcipue dilexerat, adhuc in vivis agens, Eccleſias regionis illius gubernabat, poſt „ Domitiani mortem reverſus ab exilio, quod in inſula pertulerat.

nis, eoſque vitari oportere oſtenderit, qui cum Chriſtianos ſe eſſe jactarent, tum novas opiniones, quæ a Chriſti doctrina abhorrebant, in Eccleſiam invehere (1) conarentur. Erat hoc tempore, ſiquidem Apoſtolicarum Conſtitutionum ſcriptori adhibenda aſsenſio ſit, Epheſiorum Chriſtianorum Antiſtes Johannes ille (2) Presbyter, cujus Papias (3) Hierapolitanus auditor fuiſse (4) fertur. Ei Oneſimus ſucceſſit, cujus (5) ſit ab Ignatio martyre in epiſtola ad Epheſios mentio. Florebat is ſub Trajano. Hoc Epiſcopo tanta erat in Aſia copia Chriſtianorum, ut Plinius junior ad Trajanum ſcripſerit, ſi animadverſum, ita ut lege ſancitum erat, in omnes fuiſſet, provinciam pene ſine incolis (6) futuram. Epheſi maxima erat multitudo, cum ea urbs, quod dictum paullo ante eſt, ceterarum Aſiæ caput, ac facile princeps eſſet. Itaque Epheſina Eccleſia laudata maxime ab Ignatio eſt in iis litteris, quas ad eam, cum Romam ad ſupplicium duceretur, ſcripſit. Sed cum adverſis reipublicæ Chriſtianæ temporibus, diuturna pace frui noſtri nequirent, propterea quod Ethnici imperio potirentur, qui Diis, ut ajebant, injurias a Chriſtianis illatas, inultas ſe præterire velle negarent, multis magniſque incommodis preſsæ, atque (7) agitatæ Aſiæ Eccleſiæ fuerunt. Verum quin debilitari, extinguique, majores vires & amplitudinem conſequi viſæ ſunt. Multoque magis tum quidem earum auctæ opes fuerunt, quum Hadrianus, & qui ei ſucceſſit Antoninus imperium tenerent. Nam ii ad Præſides, atque ad Commune provinciæ Aſiæ ſcripſerunt, ut caverent, ne quis religionis cauſsa Chriſtianos in jus vocare, moleſtiaque afficere (8) auderet. Atenim, his Imperatoribus ſublatis, novæ ſub Marco Aurelio in noſtros omnes, potiſſi-

1 Euſebius *lib.* III. *hiſt. cap.* XXIV. *pag.* 117. *edit. Cantab.* Hoc idem novi ſcriptores Irenæum, Euſebium, Hieronymum, alioſque ſequuti oſtenderunt, ut Baronius, Tillemontius, Ceillerus, Dupinius &c., & ex Acatholicis Caveus, J. A. Fabricius, Oudinus, aliique innumeri quorum ſententiæ notiores ſunt, quam ut indicari hoc loco debeant.

2 *Conſt. Apoſt. lib.* VII. *c.* XLVI. *pag.* 387. *edit. an.* 1724. *tom.* I.

3 Vide Euſebium *lib.* III. *hiſt. cap.* XXXIX. *pag.* 136.

4 Hujus Johannis ſepulcrum Epheſi oſtendebatur. Euſ. *loco mox indic.*

5 *Pag.* 12. *tom.* II. *Apoſt. PP. edit. an.* 1724. Conſule Euſebium *l.* III. *hiſt. cap.* XXXVI. *p.* 131. *edit. ejuſd.*

6 Confer quæ diximus *tom.* I. *pag.* 427.

7 Conſtat ex iis, quæ loco modo indicato animadvertimus.

8 Vide quæ diximus ſupra *tom.* I. *pag.* 431. & Euſeb. *l.* IV. *c.* VIII. *pag.* 152. *ſeqq.* & *c.* XIII. *pag.* 159. *ſeq.*

tiſſimumque eos, qui Aſiam incolerent, tempeſtates (1) coortæ ſunt. Quæ tametſi graviſſimæ erant, impedire tamen noſtros non poterant, quo minus ſcriptis Apologiis ſeſe defenderent, fineſque Eccleſiarum dilatare (2) conarentur. Iraſcebantur Ethnici, dumque ſibi licere arbitrabantur, furere in eos, diriſque ſuppliciis animadvertere (3) non dubitabant. Sed tantum aberat, ut eos ipſos deterrere ab inſtituto poſsent, ut potius mirifice nomen, religióque Chriſtiana in Provincia propagaretur. Nam Epiſcopi, qui Eccleſiarum curam, adminiſtrationemque ſuſceperant, presbyterique, cum tanta doctrinæ, virtutiſque laude florerent, quantam in ſacerdotibus Chriſtianis deſiderare quiſquam poſset, minas edictaque Principum, quibus ab inſtituto revocabantur, quod cum divinis præceptis pugnarent, nihili pendebant, atque cruciatus æquo animo (4) patiebantur; exemploque ſuo demonſtrabant, Deo eſse, non hominibus, quantaviſtandem dignitate excellerent, parendum. Eſse namque noſtris omnibus, imprimiſque iis, quibus onus inſtituendorum, regendorumque populorum impoſitum ſit, præceptum a Chriſto intelligebant, ut quemcumque in locum poſſent, Evangelium importarent, (5) ne quis in quaque orbis terrarum parte reperiretur, qui aut non audiſſe quidquam de vera religione

1 Confer, quæ diximus *t.1.p.436. ſeq.*

2 Vide ſup. *tom.1. pag.435. ſeq.* Confer Euſebium *l.IV. cap.*XXVI. *pag.188. ſeqq.*

3 Euſ. *ibid. pag.189.*

4 Marcine, an patris Antonini, Hadrianive tempore Oneſimus martyr obierit, non conſtat. Eſt tamen illud longe probabile, quod Martyrologiorum ſcriptores tradunt ad XVI. Februarii, Oneſimum Romam perductum, lapidibuſque appetitum interiiſſe. Confer Menologium Græcorum ad *d.1. Decembris*, & Bollandianum *tom.* II. *Menſis Februarii*. Quam multi autem in Aſia pro Chriſto mortem obierint, patet ex iis, quæ diximus tomo ſuperiore *pag.435. ſeq.*

5 Neque vero id ſolum, ſed etiam ut curarent, hæreſes ſi quæ ortæ eſſent, refellere, darentque operam diligentem, ne quid Chriſtiana reſpublica detrimenti caperet. Igitur cum Aſiani quidam Epiſcopi redarguti eſſent ab Johanne in Apocalypſi *c.*II. propterea quod Nicolaitas in Eccleſia verſari paterentur, non illi modo, ſed ceteri etiam deinceps id ſunt enixi, ut qui novi quidpiam moliri auſus eſſet, hunc eſſe oppugnandum, exque Eccleſia repellendum arbitrarentur. Hoc igitur, cum contra Cerinthum exemplo ſuo Johannes oſtendiſſet, non ſolum vitans hæreticum: *Euſ. l.* III. *cap.* XXVIII. *Hiſt. pag.*123. ſed etiam Evangelio, epiſtoliſque ſcriptis exagitans, oſtendenſque quid ſit de Deo, homineque Chriſto credendum; tum eſt accurate factum a Polycarpo contra Marcionem hæreſiarcham: *Euſ. lib.*IV. *Hiſt. cap.*XIV. *pag.*161. a Melitone Sardenſium Epiſcopo, cujus opuſcula Euſebius numerat *l.*IV. *hiſt. c.*XXVI. *pag.*188. *ſeqq.* ab Apollinare Hierapolitano, cujus extabant Euſebii ætate libri, non adverſus Judæos, & Ethnicos modo, verum etiam adverſus Cataphrygas, quorum errores tunc temporis diſſeminari in Aſia cœperant: Euſ. *l.*IV. *c.*XXVIII. *pag.*192. ab Apollonio Epheſ. Epiſcopo: *Euſ. l.*V. *c.*XIII. *pag.*233. Negari autem non poteſt, quin Polycrates Epheſiorum Epiſcopus aliquanto fuerit in eos aſperior, qui ſecus eſſe Paſcha celebrandum arbitrarentur, atque ipſe ſequutus Eccleſiarum Aſiæ morem ſtatueret. De qua re erit alibi opportunior diſſerendi locus.

Digitized by Google

Digitized by Google



PORTA PERSECUTIONIS EPHESI

Digitized by Google

religione ſe, aut audire nequiviſſe diceret. Qua Sanctorum virorum diligentia factum eſt, ut cum Septimii Severi (1), poſtque Maximini (2), Decii (3), Diocletiani, & Maximianorum (4) crudelitate infirmatæ res noſtræ, dejectæque in Aſia; tum maxime virtutem, roburque parare, & ſeſe erigere viderentur, incredibilique numero Chriſtiani prodirent, qui verbis factiſque demonſtrabant, ſanguinem Sanctorum Martyrum ſemen eſſe novorum Chriſtianorum. Quod cum in ceteris ejus provinciæ oppidis fiebat, tum Epheſi quidem certe noſtri experiebantur, quæ urbs ut Civilis Metropolis, ita Chriſtianiſmi in Aſia præcipua ſedes erat. Sed quoniam de oppidis Aſiæ reliquis indicatum eſt, quorum ſane plurima magno in honore propter opes, civiumque multitudinem fuerunt, in illis etiam quibus auctoribus orta, quibuſque præſidiis propagata Chriſtiana religio fuerit, demonſtrandum videtur. Trallas (5) igitur cum ab Johanne invectus Chriſtianiſmus eſſet, ita brevi creviſſe fertur, ut initio ſeculi ſecundi, qui ibi vigebat cœtus Chriſtianorum, in ampliſſimis, (6) maximiſque numeraretur. Nulla autem cauſſa eſt, cur iis nos aſſentiri oporteat, qui Philippum Diaconem, a quo Eunuchus Reginæ

1 In omnes enim provincias ſæviit Septimius Severus. Confer *Euſeb. lib.* VI. *Hiſt. cap.* I. *pag.* 257.

2 Nam is in Antiſtites Eccleſiarum animadvertit, ut eſt auctor Euſeb. *l.* VI. *cap.* XXVIII. *pag.* 293. Non eſt autem veriſimile, prætermiſſos ab eo fuiſſe Aſianos, qui in celeberrimis urbibus tam illuſtris provinciæ verſarentur.

3 Sub Decio enim paſſos Pionium, ſocioſque Smyrnenſes defendunt Baronius, Jacobus Uſſerius, Bollandus, & Ruinartius. Confer hujus *Act. SS. MM. ſincera pag.* 116. *ſeq. edit. Veron.* Sunt præterea, qui Decio Imperatore Maximum Epheſi martyrem obiiſſe putent. Vide Ruinartium *ibid. pag.* 132. Quamvis Orſius *de capital. crim. Abſol. pag.* 27. *ſeqq.* contra pugnet, qui tamen mutaſſe videtur ſententiam *tom.* III. *pag.* 209.

4 Multos fuiſſe in Aſia Diocletiani ætate Martyrio functos, certum eſt. Epheſi autem Porta extat urbis, quam *Portam perſecutionis* vocant. Hujus appellationis cauſſam aſſequi ſe poſſe negat Tournefortius *Voy. au Levant. tom.* II. 205. *edit. an.* 1718. Fortaſſis ex Anaglypho opere, quod portæ eſt impoſitum, ubi figuræ hominum cernuntur, quorum aliqui aut vincti videantur eſſe, aut gladio, alioque ſupplicii genere interemti, incolæ concluſerunt, noſtrorum hominum cruciatus eo exhiberi, portæque nomen ejuſmodi indiderunt. Vide figuram, quam æri incidi curavimus.

5 Etſi fundamenta Trallenſis Eccleſiæ jacta ab Johanne fuiſſe ferantur; tamen non eſt inde conſequens, nullos in ea urbe ante fuiſſe, qui Chriſtianam religionem colerent. Neque enim oſtendi poteſt, a Petro, qui in Aſiam veniſſe dicitur, Evangeliumque Judæis diſperſionis prædicaſſe, ut eſt apud Euſebium *l.* III. *c.* I. *pag.* 88. *hiſt. edit. Cantab.* qui accepit ab Origene, nullum fuiſſe Trallenſium pernotum, ut Chriſti doctrinam amplecteretur. Nec ulla eſt cauſſa, cur Trallas Paulo, qui minorem Aſiam peragravit, fuiſſe prætermiſſas putemus. Hoc certum eſt, ab Iohanne idcirco conditas dici Eccleſias provinciæ Aſiæ, quod is eaſdem partim naſcentes amplificaverit, partim conſtituerit.

6 Conſule epiſtolam Ignatii martyris ad Trallianos *tom.* II. *Apoſt. PP. edit. an.* 1724. *p.* 21. *ſeqq.* & Euſebium *l.* III. *hiſt. cap.* XXXVI. *pag.* 131. *edit. Cantabrig.*

ginæ Candacis baptizatus eſt, primum Trallenſium Doctorem, atque Epiſcopum (1) fuiſſe ſcripſerunt. Polybium quidem (2) fuiſſe (ab Joh. fortaſſe) Trallibus conſtitutum Antiſtitem ſacrorum Chriſtianorum conſtat: qui ubi Ignatium Smyrnis degere, Romamque ad martyrium duci intellexit, nihil veritus Ethnicorum vim, ad eum non modo gratulatum, ſed etiam de ſtatu progreſſuque Eccleſiarum, ac potiſſimum provinciæ Aſiæ (3) actum venit. Eadem Magneſiæ ad Mæandrum Eccleſiæ primordia fuerunt. Huic initio ſeculi ſecundi Damas erat Epiſcopus præfectus, cujus in Epiſtola ad Magneſianos Ignatius (4) meminit. Aucta deinceps multis partibus fuit ſtudiis, martyriiſque ſanctorum virorum, quo tempore Septimius Severus Imperio (5) potiebatur. Aſſum autem a Paulo, ut ſupra demonſtratum eſt, invecta religio Chriſtiana (6) fuit. Quodſi monumenta nulla extant, quibus demonſtretur, quæ poſt (7) incrementa ceperit, hoc ſcilicet argumento eſse non poteſt, aut extinctam deinde in oppido, aut imminùtam Eccleſiam fuiſse, cujus Epiſcopi quarti ſeculi initiis in Tabulis Eccleſiaſticis memorantur. Pergami cum Johannes morabatur, cœtus erat (8) illuſtris Chriſtianorum. Ei Antiſtites Cajum primum, inde Antipam præfuiſse veteres aliqui, quorum tamen magna non eſt auctoritas (9), ſcriptum reliquerunt. Antipæ, (10) ſi modo is Pergamenorum Epiſcopus fuit, Angelus ille ſucceſſit, cujus eſt ab Johan. (11) in Apocalypſi facta commemoratio. In ea Eccleſia cum Domitianus de noſtris hominibus delendis cogitaſſet, aliqui fuerunt, qui ſumma fortitudine, conſtantiaque tormenta perpeti, mortemque obire potius, quam ejurare

1 Confer Lequienium *tom.1. pag. 695.*

2 Ignatius *ibid.* Euſebius *ibid.*

3 Ignat. *ibid. pag.* 22.

4 Ignat. *Epiſt. ad Magneſianos n.2. pag. 17.* Euſeb. *ibid. pag.* 131.

5 Num in hac ad Mæandrum, an in altera Magneſia martyr Charlampius obierit, incertum eſt. Vide Bolland. *ad d. x. Februar. tom.* II. Id oppidum Turcæ *Ghiuſel aſſar* vocant, hoc eſt, *pulcrum caſtrum.*

6 *Tom. 1. pag. 333.*

7 Aſſi Epiſcopus Orion an. 325. ſubſcripſit Synodo Nicænæ. Confer Lequienium *t* 1. *p.* 701. *ſeqq.* quo loco Antiſtites, poſt Orionem, Aſſi recenſet. Ante hunc Præſulem, quem mox nominavi, quinam ei Eccleſiæ præfuerint, ſtatui nullo modo poteſt.

8 *Apocal. cap.* II. *v.* 12.

9 Confer Lequienium *Or. Chriſt. tom.1. pag.* 713.

10 Antipas martyr apud Pergamenos obiit, ut conſtat *Apocal. c.* II. *v.* 13. At nuſquam traditum ab Johanne eſt, hunc Epiſcopum fuiſſe Pergamenis datum.

11 Iohannes *Apocalypſ. l. c.*

Digitized by Google

ejurare (1) Chriſtum ſtatuerunt. Sed ubi Nicolaitarum factio nata eſt, eorumque aliqui Pergamum ſeducturi fortaſſe Orthodoxos venerunt, Pergameni, ac ſi nihil ab eis metuendum eſſe arbitrarentur, eoſdem hoſpitio exceperunt, ſecumque una in cœtu verſari paſſi ſunt. Qua de re quum graviter conqueſtus Johannes fuiſset, denunciaſsetque fore, ut niſi Nicolaitas pellerent, parem noxiæ pœnam ferrent, Pergameni, ut ſibi, ſuiſque proſpicerent, nihil ſibi cum hæreticis commune eſse oportere rati, eis Eccleſiæ aditu interdixerunt. Igitur qui poſt Pergami vixerunt Præſules Eccleſiæ non modo ſibi a communione eorum temperarunt, quos minus eſse Orthodoxos cognoſcerent, ſed eos etiam oppugnarunt. Quo in genere (2) Theodotus ſeculo tertio laboravit, qui cum accepiſſet Colorbaſianos inſanire, Catholicoſque pervetere conari, Synodum habuiſſe fertur, qua eorum opiniones hæreſeos condemnaverit. Poſt (3) Carpus, qui ſummo propagandi Evangelii ſtudio flagraret, continerique limitibus Diœceſos nequiret, alio etiam eamdem ob cauſſam contendit, ſociiſque uſus, qui non minore tuendæ, dilatandæque religionis deſiderio arderent, multos ab Idolorum ſuperſtitione revocavit, & ad ſacra Chriſtiana colenda perduxit. Quod ubi nunciatum Præſidi eſt, cui datum negotium ab Decio Imperatore ſuerat, ut ne impune ſerre Chriſtianos ſineret, Carpum, ceteroſque comprehendi, Pergamum reduci, excruciarique, quoad animum efflarent, juſſit (4). His aliiſque martyrio coronatis, Pergami, atque in finitimis civitatibus non minus Chriſtianæ opes creſcere, atque amplificari ſunt viſæ. Quæ Pergamenorum, eadem pene Anæorum (5), Colophoniorumque (6) Eccleſiarum primordia, atque incrementa fuerunt. Diſcipulis

1 Apocal. *c.1I. v.13.*

2 Ita enim ſcribit Auctor, quem Prædeſtinatum vocant, apud Sirmondum *t.1. opp. p. 469.*

3 De Carpo Epiſcopo *Euſeb. lib* IV. *cap.*XV. *pag.*173. „ Aliorum præterea, qui in urbe Aſiæ „ Pergamo ſub id tempus martyrium paſſi ſunt, acta etiamnam circumferuntur, Carpi videlicet „ Papuli, & mulieris cujuſdam Agathonicæ, qui poſt multas, atque illuſtres fidei noſtræ con- „ feſſiones, glorioſo exitu conſummati ſunt. Decio autem Imperatore functus Carpus martyrio eſt, ſi Actis Martyrii fides. Quamquam Euſebius in M. Aurelii tempora rem omnem referat. Confer Valeſii *adnotationes in mox recitata Euſebii verba.*

4 Vide acta apud Bolland. *tom.*1I. *April. pag.*965.

5 Ita enim conjicere licet, quod credibile non ſit, illuſtria oppida fuiſſe a noſtris hominibus omiſſa, quin ab errore liberarentur. De martyribus, & Epiſcopis Anæorum videndus Lequienius *tom.*1. *pag.*717. *ſeq.*

6 Vide Lequienium *ibid. pag.*725. *ſeq.*

ſcipulis enim Apoſtolorum Epiſcopis initio uſæ, ita ſunt certaminibus fortiſſimorum Chriſti Martyrum, prodigiiſque illuſtratæ, ut jam quarto ſeculo nulli fere in his oppidis cultores Idolorum degerent. Nam Smyrnenſes a Paulo primum (1), tum ab Johanne Evang. myſteriis Chriſtianis initiati, in Stratææ, quem Timothei propinquum fuiſſe, & Pauli auditorem memoriæ traditum eſt, ædes convenire, remque divinam ſacere conſuerant. Sunt, qui huic Stratææ mandatum ab Apoſtolis fuiſſe, ut Eccleſiam adminiſtraret, eique mortuo Bucolum ſucceſſiſſe, ſcribant. (2) Bucolus iis præſidiis, quibus altiores in animis hominum radices agere Chriſtiana religio ſolebat, cum multis magniſque partibus cœtum Chriſtianorum auxiſſet, virtutis, ac meritorum plenus deceſſit. Atque is ille Antiſtes Smyrnenſium fuit, ut criticorum plurium hujuſce temporis fert opinio, cui Johannes adoleſcentulum bono, ut videbatur, ingenio præditum etiam, atque etiam commendavit, utque daret operam, ne quid ille detrimenti caperet, præcepit. Sed adoleſcens ubi ætate crevit, amicoſque ſummæ audaciæ, improbitatiſque morum paravit, paullatim a recta inſtitutione vitæ deflexit: inde aliena carpere, divina, atque humana jura miſcere, deponere pudorem, nihil demum penſi, ac moderati habere cœpit. Quumque ob ingentia flagitia verſari ſine metu in civitate non poſſet, conſilium in ſolitudinem abeundi ſuſcepit. Quo loco homines ſceleratiſſimos nactus, qui latrociniis vitam ſuſtentarent, eorum ſe ducem fieri curavit. Johannes forte ab exilio Smyrnam reverſus, ad Epiſcopum convenit, ex eoque de juvene, quem ſuæ curæ crediderat, quæſivit. Ille ſuſpirare, lacrimari, flere, caſum adoleſcentis lamentari, ac ſi functus vita fuiſſet. Tum Apoſtolus, quin palam eloquere? inquit. An periit? Enim vero, reſpondit Antiſtes, periit. Nam etſi vivit, tamen ita vivit, ut periiſſe funditus videatur. Re, ut evenerat, percepta, Johannes percunctatus quonam tandem juvenis profugiſſet, ad eum magnis itineribus contendit. Interim illi tranſfugæ nunciatur, ad ſe Apoſtolum ſenem venire: qua re vehementer commotus, nam inerat ei adhuc ſenſus aliquis verecundiæ, ferreque

1 Confer quæ collegit Lequienius *Ibid. pag. 738. ſeq.*

2 Conſule *Synaxar. Baſilii ad d. XVI. Februar.* & Suidam ad *voc. Polycarpus*.

ferreque aſpectum ſenis proinde non poterat, alio extemplo proficiſci decrevit. Subſequutus eſt abeuntem ſenex, atque ubi eumdem vidit, ſuo nomine appellavit. Oravit, obſecravitque, ſui ut misereretur, ſeque reſpiceret, neque obſtinato ſe animo iret perditum. Reminiſceretur eorum, quæ geſta pro ipſius ſalute fuiſſent. Rediret ſupplex ad Chriſtum, qui ea miſericordia eſt, ut neminem, qui ad ſe reverteretur, auxiliumque poſtularet, perire ſineret. His aliiſque ab Johanne dictis, transfuga cogitans, quæ improbe, ſceleſteque feciſſet, quantoque in ſempiterni interitus periculo verſatus eſſet, permotuſque promiſſis ſenis, ad hunc tandem acceſſit, ſibique ut veniam a Deo impetraret, magno & dolore, & fletu popoſcit. Juſſum, ut bono animo eſſet, Johannes Smyrnam in noſtrum hominum cœtum reduxit, hortatuſque, ut in fide, ac diſciplina, quam rurſum profiteretur, maneret, alio ſe prædicatum Evangelium (1) contulit. Atque hæc ratio eſſe conſuerat, qua majores noſtri, ut vel Ethnicos ad Eccleſiam adducerent, vel eos, qui lapſi erant, converterent, utebantur. Mortuo Bucolo, Polycarpus auditor Johannis Epiſcopus Smyrnenſium dictus eſt. Is, ut erat ſingulari doctrina, caſtitate, ſanctitate morum, doniſque cæleſtibus inſtructus, incredibili felicitate magnam civium copiam, ut Chriſtianæ religioni nomen daret, permovit. Trajano Imperatore, quum Smyrnam Ignatius Antiochenorum Præſul perveniſſet, quoque in ſtatu ejus civitatis Eccleſia eſſet, cognoſſet, Epiſcopi ſtudium tuendæ propagandæque veritatis collaudavit, presbyteriſque deinde ſcripſit, ut optimo Præſuli, quod hactenus fecerant, parerent. Nam populum, quem eſſe pietati, ac religioni deditum videret, ut ne ab incœptis deſiſteret, (2) commoneſecit. Re igitur ad Pii, & Marci Antoninorum tempora feliciter geſta, quum eſſent permulti, qui Polycarpum ſeductorem plebis, ac Deorum inimicum (3) vocarent, ideoque occidi poſce-

1 Vide Euſebium *l. III. cap. XXIII. pag. 112. ſeqq.* qui accepit ea Clementis Alexandrin. libro, qui inſcribitur: *quis dives ſalvandus*, edito a Combefiſi *tom. 1. Auct. Bibl. Gr. Lat. SS. PP. pag.* 185. n. 42. & a Pottero *tom. II. opp. Clem. Alex. edit. Oxonienſis.*

2 Confer epiſt. Ignatii ad Smyrnæos *tom. II. PP. Apoſtolicor. pag. 33. ſeqq. edit. an.* 1724. & ad Polycarpum *ibid. pag. 39. ſeqq.* & Euſebium *lib. III. Hiſt. Eccl. cap XXXVI. pag.* 131.

3 Confer acta martyrii apud *Euſeb. l. IV. Hiſt. cap. XIV. ſeqq. pag.* 160 *ſeqq. edit. Cantab. & tom. II. Apoſtolic. PP. pag.* 195. *ſeqq. edit. an.* 1724. & apud Ruinartium *Act. SS. MM. ſincera pag. 17. ſeqq. edit. Veronenſis.* Mitto ceteros actorum eorumdem editores, ne ſim longior, quam oportet.

ſcerent, Præſes provinciæ, qui Chriſtianos averſabatur, horumque Antiſtites, propterea quod ab idolorum cultu mortales avertere ſolerent, ferre impune nolebat, capi hominem, atque ad ſe adduci imperavit. Aberat tum ex urbe Polycarpus; quo tempore oblatum ei viſum eſt, quod illi mortem impendere ſignificaret. Interim, qui miſſi a Præſide fuerant, domum, in qua ille latebat, accedunt, quæque ſibi eſſent imperata, exponunt. Igitur comprehenſum, in urbem deducunt. Id ubi elatum in populum eſt, clamare hoſtes, poſtulareque a Præſide, Atheum beſtiis ut exponeret. Præſes in Amphitheatro ſarmenta circumdari, atque accendi, in medioque locatum Polycarpum, exuri vivum præcepit. Sed qui aderant improbi viri, cum ignis vim minus eſſe vehementem viderent, quam ut eum vita privaret, carnifici ut propius accederet, ſenemque conficeret, imperarunt. Ut carnifex, quod juſſus eſt, fecit, columba continuo egreſſa e rogo eſt, ſanguiſque ex Martyris corpore tanta copia manavit, ut flammas extingueret. Quo prodigio permoti plerique, ejurata ſuperſtitione, noſtris ſe inſtitutis addixerunt. Ita quin martyriis delerentur, his ipſis, prodigiiſque reipublicæ Chriſtianæ opes augebantur. Smyrnenſes, cum victos Epiſcopi ſui conſtantia, certaminibuſque Ethnicos fuiſſe perſpexiſſent, litteras ad proximas Aſiæ, aliaſque Eccleſias miſerunt, quibus eas rerum omnium, quæ contigiſſent, certiores facerent, ſignificarentque quo die quotannis Chriſtianos Smyrnam concurrere, & ad ſepulcrum Martyris vigilias agere oporteret. Polycarpo Papyrius (1), huic Camerius, Camerio Thraſeas ſucceſſit, qui niſi pari celebritate, at pari tamen virtute, diligentiaque floruerunt. Longe diſcrepans exitus Eudæmonis fuit (2). Decio enim Imperatore, quum publicata edicta fuiſſent, quibus Præſides provinciarum in Chriſtianos animadvertere, & omnia cruciatus exempla edere jubebantur; captus ab hoſtibus Eudæmon, ſacrificareque coactus eſt. Quod ut eſt factum, Ethnici Pionium, ceteroſque, qui eodem tempore comprehenſi,

1 Confer Lequienium ibid. *pag.* 740. *ſeqq.*

2 Conſule acta S. Pionii Mart. apud Ruinartium *pag.* 125. *edit. Veron.* Ante Eudæmonem Thraſeam ſanctum virum rexiſſe Smyrnenſem Eccleſiam putat Lequienius *tom.* 1. *Or. Chr. p.* 741. Eſt autem Thraſeæ Epiſcopi & Martyris a Polycrate honoris cauſa facta mentio apud Euſ. *l.* v. *hiſt. c.* XXIV. *p.* 244. *edit. Cantab.*

prehenſi, conjectique in vincula fuerant, (1) adeunt. Exemplum Epiſcopi proponunt. Eos ut ſacrificent, itaque ſuis, ſuorumque rebus proſpiciant, hortantur. Illi ægre ſe ferre caſum Epiſcopi dicunt. At quod ille fecit, non vitio religionis, quam ante coluiſſet; ſed culpa eſſe ejus, atque etiam damno factum. Sibi ille proſpiceret, qui tam turpiter lapſus eſſet. Nam proditorem imitari nolle ſe homines Chriſtianos, quos fortes Chriſtus ſuo præſidio feciſſet. Experirentur Ethnici. Cruciarent innocentes, lacerarent, laniarent. Paratos eſſe quidvis perpeti ſe, non ut damnum, cujus ille cauſſa fuiſſet, repararent ſolum, ſed ut ſanguine quoque ſuo veram religionem confirmarent. Hoſtes nominis Chriſtiani, cum deterreri Confeſſores a ſententia nequire animadvertiſſent, adduci eos ad ſupplicium, atque interfici juſſerunt. Igitur qui verbis ante, iidem morte ſua timidos, dubitanteſque propter vim, atque metum coſirmarunt, Ethnicoſque multos, qui ſanctis viris, ut Chriſtum ejurarent, auctores fuerant, ab errore, & ſcelere ad veritatem, virtutemque colendam adduxerunt. Aucta deinceps Smyrnenſis Eccleſia ita eſt, ut Conſtatini tempore perpauci in oppido reperirentur, qui idola tenerent, diiſque preces eſſe adhibendas arbitrarentur. Sed poſt Synodum Nicænam, quod (2) ab Arianis Imperatores circumventi, partaque magna vis, atque poteſtas fuiſſet, non minima Antiſtitum Aſianorum pars eſt in errorem (3) abrepta. Igitur medio IV. ſeculo videbantur Eccleſiæ a Paulo, & Johanne conſtitutæ, totque ſanctorum Præſulum ſtudiis, prodigiis, ſanguine propagatæ vel eo errore detineri, quem iidem ipſi Apoſtoli non verbo ſolum, ſed ſcriptis etiam reprobaſſent, vel adminiſtrari ab impiis, ſacri legiſque viris, qui erroris patrocinium ſuſcepiſſent. Poſt Romanorum Pontificum imprimis auctoritate, Theodoſiique, ac filiorum auxiliis, factione Arianorum depreſſa, atque deleta, cultus religionis veræ reſtitutus Eccleſiis eſt, neque ad ea tempora ullus eſt locus Aria-

 nis

1 *Act. S. Pionii ibid. pag. 125. ſeqq.*

2 Synodi Nicænæ decretis ſubſcripſit Eutychius Smyrnenſis Epiſcopus. Confer Lequien. *t. 1 p. 741.* Neque vero ullus eſt vetus ſcriptor, qui ejus urbis Epiſcopum aliquem ab Arianis ſteti ſſe dicat. Id quod de nonnullis aliis Aſiæ Eccleſiis dici debet.

3 In his Menophantus, & Evethius Epheſini: Vide *Lequien. tom. 1. pag. 674. ſeqq.*, aliique nonnulli aliarum Eccleſiarum, quos numerat *& ſeqq. paginis* Lequienius, quos equidem, ne longior ſim, prætermitto.

nis, aliiſque hæreticis in Aſia relictus, quibus Græci ab Eccleſia Romana ſeſe omnino ſejunxerunt. Nam etſi fuerunt aliqui in provincia Epiſcopi, qui adverſus Photium Ignatii (1) partes defenderent, tamen Michaele Cerulario Patriarcha Conſtantinopolitanorum undecimo ſeculo rebus novis ſtudente, curanteque, ut Orientis Eccleſiæ a noſtris deficerent, coacti a Græcis Auguſtis Aſiani etiam fuerunt, ut qui eorum imperio parerent, eoſdem de Spiritu Sancto non procedente a Filio, de producta ad judicii uſque diem beatitate, quæ in *aſpectu Dei* conſtituta eſt, de negando primatu Sedi Apoſtolicæ, errores probarent, quibus Conſtantinopolitani delectabantur. Quamobrem poſt paucos annos tanti flagitii pœnas luerunt. Nam Aſia ab Turcis capta, quæ oppida & ædium amplitudine, & multitudine civium celebrabantur, multis patria ſponte cedentibus, aliis dura preſſis captivitate, ædificiis autem vetuſtate collapſis, in eum ſtatum redacta ſunt, ut vici, non urbes appellari hac noſtra ætate poſſint. Epheſus, quæ urbs ceteris præferri merito conſuerat, perpaucos nunc incolas Chriſtianos habet (2) ſine Epiſcopo, imperitos rerum, ſchiſmaticos, miſeros, egentes, duriſſimaque preſſos ſervitute: nam ſi qui ſunt alii, ſunt autem minimo numero, ii Muhamedi partibus ſtudent. De Pergamo autem quid memorem, quod oppidum in eaſdem fere incidit, in quas Epheſus

1 Horum meminit Lequienius in Catalogis Epiſcoporum provinciæ Aſiæ *loc. indic.*

2 Thomas Smithius *Opuſc. De ſept. Aſiæ Eccleſiis pag.*155. „ Epheſus „ *inquit*, a Turcis „ *Ajaſalik*, (vel *Aja ſuluk*) dicta . . . ob rudera venerabilis ... Columnas (in ea urbe) marmo„ reas disjectas, & ſubmotas offendimas alias albi coloris, mixti alias. Hæ autem erant prope „ templum Dianæ (cujus fundamentis Eccleſias Chriſtianos inædificaſſe veriſimile videtur) qua„ rum diameter erat ſeptem circiter pedum, longitudo quadraginta ... Non procul a Dianæ tem„ plo verſus Boreapeliotem humi jacet amplum lavacrum e lapide Porphyretico efformatum, „ cujus interior circulus ab extremo ad extremum ſex circiter pedes continet. Hoc D. Johan„ nem olim uſum fuiſſe quidam aſſerant, eadem incerta traditione confiſi, quatuor adhuc colum„ nis reſtantibus, quibus id inſtitiſſe volant. At parum credibile eſt *Chriſtianos ſub Domitia„ no, & Trajano*, quo tempore tot gravia paſſi ſunt, opibus, & dignitatibus exuti, & quorum „ myſteria, & ritus religionis clam in cryptis fiebant, & celebrabantur, de tanta magnificen„ tia meditari, & conſulere ... Quam ſplendida, & magnifica templa eſſent, oſtendit unicum illud, quod hodie reſtat, divi Johannis memoriæ conſecratum, ad ſeptemtrionem, jam Turca„ rum Moſchea, ſeptuaginta paſſus longum, latum viginti, cujus duos tolos ſubſtinent quatuor „ inſignes columnæ. Confer etiam Cornelium Bruynium *Voyage au Levant tom.*1.*pag.*91. *ſq. edit. an.* 1725. De Græcis, qui nunc oppidum incolant, ſic habet Turnefortius *tom.*1I. *Voy du Levant. pag.*202. „ Urbem, quæ a Stephano Byzantio ἀντιφανίστατη appellata ſit, in vicum eſſe „ redactam, habitarique a familiis Græcis triginta circiter, vel quadraginta. Confer Sponium *Voy. de Levant. pag.*116. *tom.*1. *edit. Lugdun. an.*1678. ubi de ſeptem Aſiæ Eccleſiis agit.

ſus (1) calamitates? De Aſſo vero, Trallibus, Colophone nihil dicam, quas urbes, vel pene everſas, vel multis partibus diminutas, aut nulli Chriſtiani, aut pauci, iique errori addicti incolunt; niſi aliquos Armenios demas, qui eo mercaturæ cauſſa commeant, vixque aliquando Prædicatores, hoc eſt Dominicanos, ex eadem gente magiſtros vident, qui eodem ſe interdum conferunt, ſuoſque inſtituunt, ne longa conſuetudine Græcorum, Turcarumque vitiari eos, inducique in errorem ſinant. Smyrna portus etiam nunc incolarum numero, urbiſque vetuſtate celeberrimus eſt. In eo oppido præter Turcas, Græcos Schiſmaticos, Armenios Monophyſitas, Britannos, Batavos (nam Judæos prætereo, qui fere omnes Hiſpanico ſermone utuntur) ſunt etiam catholici cives non pauci, quibus Epiſcopus quandoque, perſæpe vero Vicarius Apoſtolicus a Sacra Congregatione de Propaganda fide præficitur. Cœnobia ibidem *Franciſcanorum Obſervantium, Capuccinorum, Jeſuitarumque* cernuntur, qui ſtatis diebus concionem convocant, plebemque inſtituunt. Mercatores Galli in Jeſuitarum, & Capuccinorum templa frequentes confluunt, ſacrificioque interſunt, concionanteſque ſacerdotes audiunt, quod ipſi quoque ex eadem fere omnes natione ſint, linguamque, dum conciones habent, perſæpe utantur Gallorum. Veneti, ceterique Itali *Obſervantes Franciſcanos*, propterea quod hi etiam magnam partem Itali ſint, adeunt, inque horum Eccleſia myſteria percipiunt, differenteſque de rebus divinis, deque moribus ſacros oratores intelligunt. Armenii Orthodoxi dum Dominicanum aliquem e gente ſua Smyrnam veniſſe, divertiſſeque ad Franciſcanos cognorunt, diebus feſtis ad eum conveniunt concionantem audituri. Atque optandum ſane eſſet, ut qui Aſiam peragrant Armenii ex eodem ordine ſacerdotes, Smyrnæ hoſpitium haberent. Namque hoc modo multo ſuis civibus majorem afferrent partem commodorum (2).

CA-

1 Confer Smithium *de ſept. Eccl. Aſ. pag.* 114. *ſeqq.* Sponium, qui *pag.* 245. narrat, „ Chriſtianos Pergamenos in miſeria, & ſquallore verſari. Eorum Eccleſiam Cathedralem S. Johannis, quæ ad orientem ſolem ſpectat, everſam pene, ac dirutam eſſe ... vix in oppido quindecim Chriſtianorum familias agere, qui agros colant. Eccleſiam eos unam habere, quæ Deo in honorem S. Theodori dedicata ſit.

2 De Smyrna agunt Smithius, Sponius, Bruynius, Turnefortius, innumerique alii, qui ſua *itinera* deſcripſerunt. Quæ autem de Chriſtianis Smyrnenſibus dixi, ante annos vigintiduos hiſce oculis egomet vidi.

CAPUT XIV.

In Cicladibus Inſulis.

LEsbus, & Chios proximæ ſunt Aſiæ Inſulæ, quarum una ab altera ſexaginta circiter paſſuum millia diſtat. Metylenes urbs in Lesbo eſt antiquiſſima, cujus olim Antiſtites jure Metropolitico utebantur. Sed quo primum tempore in Inſulam invecta Chriſtiana religio fuerit, non ſatis conſtat. Hoc certum eſt, ante Conſtantinum Eccleſiam Metyline fuiſſe, martyraſque viguiſſe, qui eam mirifice amplificaverunt. Nunc Turcis paret, incoliturque a civibus majore parte Græcis Schiſmaticis, & Muhamedanis. Nam etſi in ea Catholici degunt, ſunt tamen exiguo numero, ortique parentibus Latinis, qui ſedes in Inſulam mercaturæ cauſſa tranſtulerunt (1). Chii, quæ decem fere millibus paſſuum a continenti Aſiæ abeſt, urbs eſt ad orientem ſolem ſpectans, & multitudine civium, & ædium magnitudine, & agri amœnitate ceterarum omnium, quæ in proximis Inſulis cernuntur, (2) facile princeps. Cum Paulus Apoſtolus in Syriam navigaret, *contra Chium ſtetit*, ut eſt auctor Lucas (3) in Actis Apoſtolorum. Sed quod in oppidum ingreſſus

1 Eſt tamen aliquibus viſum, fuiſſe in ea Inſula fundamenta religionis Chriſtianæ opera Pauli jacta, qui eodem appulit. *Act. Apoſt. c.xx. v.*14. Nam etſi ille inſequente die inde ſeceſſerit, pertamen credibile eſt, relictos ibidem aliquos fuiſſe, qui Eccleſiam inſtituerent. De Metylenes Epiſcopis confer Lequien. *tom.*1. *pag.*953. *ſeqq.* De ſtatu hodierno inſulæ, vide Turneſortium *tom.*1. *pag.*158. *ſeqq* & Sponium *pag.*195. *tom.*1.

2 Non is ego ſum, qui amore me patriæ duci ita ſinam, ut plus ei tribuam, quam veritas poſcere videatur. Qui enim mihi ajenti difficulter credendum cenſerent, hi conſulant itineraria doctiſſimorum virorum, qui de Chio inſula loquuti ſunt, multoque plura de numero civium, de ædificiis Chiorum, de moribus, de templis dixerunt, quam ego dicere aut debeam, aut ob temporis, libríque brevitatem poſſim. Conſule Turneſortium *tom.*2. *pag.*140. *ſeqq.* Bruynium *tom.*1. *pag.*533. *ſeqq. edit. an.*1725. quo loco „ On pourroit, *inquit*, avec raiſon appeller cette Isle le Paradis de tout la Grece &c. mitto Sponium, Petrum Valleum, Thevenotum, Abbatem a Burgo, ſexcentoſque alios, qui in ſuis itinerariis de Inſulæ ejuſdem amœnitate, incoliſque loquuti ſunt. In ea præter templum, quod populares Homeri ſcholam appellant, vix ullum reperire vetus monumentum licet. De *ſchola* eadem confer Leonem Allatium *lib. de Patria Homeri pag.*210. *ſeqq. edit. an.*1640. Chii multos antiquos cives ſuos commemorant, quos fuiſſe litterarum, philoſophiæ, poeſeoſque laude illuſtres conſtat. In his Homerum, Metrodorum, Theopompum Hiſtoricum, alioſque numerant. Sed de Chio, ſi Deus, ut diu vivam, conceſſerit, agam data opera aliquando, & quæ ad eam pertinent, illuſtrabo, quoad ejus fieri poterit diligenter. Interea hoc moneo. Nullum fere veterem aut hiſtoricum, aut poetam celebrem fuiſſe, qui Chii inſulæ non meminerit. 3 *Act. Apoſt. c.xx. v.*15. „ Et inde (ex Metylene) navigantes ſequenti die pervenimus ἀντικρὺ *contra* Chium.

Digitized by Google

ſus non fuerit, neque in pago, vicove ullo conſtiterit, nulla cauſſa eſt, cur eum inſtitutorem Eccleſiæ Chiorum fuiſſe putem. Iſidorus miles Alexandrinus, quum, Decio Imperatore, Chium appuliſſet, ſeque Chriſtianum eſſe affirmaſſet, in jus vocatus, juſſuſque idolis ſacrificare, quod Deo, quam hominibus parere ſe malle dixiſſet, multis tormentis excruciatus, capitis denique condemnatus eſt. Elatum deinde corpus a Merope matrona, quæ Chriſtianis partibus ſtudebat, & aſportatum opportunum in locum, atque conditum fuit. Quæ res plane efficit, medio ſeculo tertio Chii Chriſtianorum cœtum (1) viguiſſe. Verum quo tempore introducta eodem religio noſtra fuerit, ne conjectura quidem aſſequi poſſum. Non enim cives moror meos, qui ævo Apoſtolorum inlatam in Inſulam fuiſſe defendunt. Etſi enim ardeo amore patriæ, numquam tamen committam, ut quiſquam mihi hanc eſſe veritate cariorem putet. Mortuo Decio, perſequutoribuſque religionis, reſtituta Eccleſiæ Chiorum pax fuit. Igitur crevit deinceps majorem in modum, Epiſcopoſque nacta eſt, quorum aliqui Synodis, quæ contra hæreticos coactæ fuerant, ſubſcripſerunt. Verum ubi Græci a Romana Eccleſia deſciverunt, qui in urbe, viciſque erant ex eadem gente, ſequuti ſunt partes Patriarcharum Conſtantinopolitanorum. Cumque Genuenſes familiæ aliquæ Chium veniſſent, ſedeſque ibidem conſtituiſſent, remque in Inſula publicam adminiſtrare cœpiſſent, cum errare Græcos perſpicerent, metuerentque, ne ſi ceremonias, moreſque eorum ſequuti eſſent, ſchiſmati ipſi quoque, atque hæreſi aſſueſcerent, Epiſcopum a Romanis Pontificibus quærendum putarunt, qui presbyteros conſecraret, remque divinam ritu Latinorum faceret. Templa præterea in urbe, viciſque aliquot extruxerunt, in quæ noſtris convenire, ſacriſque myſteriis intereſſe liceret. Græci, qui id graviter ferrent, cum de pace cum Romana Eccleſia egiſſent, tum id facile præter cetera impetrarunt, ut Chiis a Patriarcha (2) Conſtantinopolitano Epiſcopus daretur. Sed ubi animadverſum eſt, eos, qui implicati errore ante fuiſſent, novis rebus ſtude-

1 Vide Bollandianos *tom. III. menſis Maii pag. 445. ſeqq. & tom. I. Julii ex Baſilii Menolog. pag. 691.*

2 Καὶ ἀρχιερέα εἶναι ἐκ τῆς ἐν Βυζαντίῳ ἐκκλησίας κεχειροτονημένον. Confer Lequienum *tom. I. p. 932.*

Digitized by Google

ſtudere, neque manere in fide velle, ſunt enim leves Græcorum, minuſque conſtantes in pactis, conventiſque ſervandis animi, rurſum Chii latini ritus, qui ſchiſma vehementer averſabantur, præfici ſibi Antiſtites, quales initio habuerant, curarunt. Atque is noſtrorum hominum in ea Inſula ad tempora Pii V. Pont. Max. ſtatus fuit. Nam Turcæ, quamquam oppida Aſiæ, Macedoniæ, Thraciæque omnia in poteſtatem redegerant, tamen impediendum non putarunt, quo minus familiæ Genuenſis generis, de quibus ſupra demonſtratum eſt, quaſque ſibi ſtipendiarias Turcæ fecerant, principatu Inſulæ potirentur, ſuiſque legibus, atque inſtitutis viverent. Sed XVI. Eccleſiæ ſeculo, cum eo præfectus claſſi Turcicæ appuliſſet, urbemque in deditionem (1) accepiſſet, quibuſdam nobilibus Theodoſiam, quæ deinde *Caffa* eſt appellata, diſcedere coactis, & aliquibus Juſtinianis adoleſcentulis captis, atque Conſtantinopolim abductis, Latinis permultis manendi in patria poteſtatem fecit, utque ſuum ritum colerent, permiſit. Interim (2) illi ipſi adoleſcentuli majore parte, quod mori potius ſe velle dixiſſent, quam aſſentiri his, qui eos ad Muhamedi ſectam amplectendam impellere conarentur, graviſſimis tormentis affecti martyres deceſſerunt; reliqui vero, quorum minis, terroreque ſuppliciorum expugnata conſtantia eſt, cum primum licuit, fuga ſibi ſalutem petierunt, atque in eas regiones profecti, in quibus tuto vivere, patriamque religionem palam profiteri poſſent, pie deinceps, integreque vixerunt. De martyribus cum eſſet enunciatum, Pius V. P. M graviſſimam habuit ad Senatum S. R. E. Cardinalium orationem. Interim Chii Orthodoxi Schiſmaticis auctoritate præſtabant, & homines domi, foriſque habebant, qui doctrina, virtute, dignitate ſingulare afferrent patriæ decus, & ornamentum. In his Vincentius Juſtinianus, qui anno 1558. Magiſter Ordinis Prædicatorum electus, anno 1570. in Collegium Cardinalium a Pio V. Pontifice cooptatus eſt. (3) At Græci

1 Confer Tournefortium *l. c.* & Thevenotum *l. c.*

2 Extat de Adoleſcentibus iiſdem libellus Italice editus ab Abbate Michaele Juſtiniano.

3 Præter Vincentium, fuerunt Chii Cardinales ex eadem gente Juſtiniana duo Benedictus, atque Horatius. Horatius autem Cuſtos primum, tum ubi eſt S.R.E. Cardinalis renunciatus, Præfectus Bibliothecæ Vaticanæ fuit. Ediderat is Acta S. Synodi Florentinæ an. 1638. Romæ. *Pag.* vero

Græci, qui animo ſemper inimico in Latinos fuerunt, cum pati nequirent, eoſdem Latinos ſibi anteponi; gratia apud Turcas, donis, artibus denique omnibus obtinuerunt, ut pares primum, tum longe ſuperiores noſtris eſſent. Exitu fere ſeculi ſuperioris Zenus claſſe Chium pervenit, & Inſulam in poteſtatem redegit Venetorum. Sed cum Turcas naves parare, eoque majoribus copiis venturos proſpiceret, de fuga cogitare cœpit; accitiſque primis civitatis, quid ſui conſilii ſit oſtendit. Hortatur eos, ut niſi in ſummum fortunarum, vitæque diſcrimen adduci velint, naves conſcendant, ſecumque in ditionem Venetorum proficiſcantur. Leonardus (1) Balſarinus Epiſcopus tunc erat Chiorum Latini ritus. Is quod ſe in ſuſpicionem proditionis a Græcis vocari intelligeret, deſerere Eccleſiam, unaque cum Juſtinianis pleriſque, Caſtelliis, Timoniis, Guiducciis, aliiſque nobilibus permultis abire in Peloponneſum conſtituit. Turcæ principatu civitatis potiti, templa omnia Latinorum everterunt, viroſque nobiles quatuor ſuſpendendos (2) laqueo judicarunt, quos conjurationem cum Balſariniis, & Caſtelliis feciſſe, Venetiſque perſuaſiſſe, ut in Inſulam venirent, acceperant. Eorum unus Johannes e gente Caſtelliorum fuit, cujus juvenis eximia pulcritudine cum Turcæ caſum miſerarentur, tentandam eſſe virtutem exiſtimarunt. Itaque eum certiorem faciunt, perfacile eſſe ſupplicium vitare. Nam ſi Muhamedo aſſentiatur, ſciat ſe non modo ſalvum futurum, ſed etiam cogniturum quid munificentiſſimi Turcæ poſſent. Ad hæc ille innocentiſſimus reſpondit: injuſte ſe eſſe damnatum, qui conſcius ſibi erat, nihil ſe cum Venetis de deditione civitatis egiſſe. Quod hortarentur, ut ſi vivere vellet, ad Muhamedi ſectam transfugeret, ſcirent, extorqueri ab ſe nullo modo poſſe, ut tanto ſuo damno vita frueretur. Eſſe namque ſibi exploratum, eos, qui Chriſtum deſerant,

vero 349. ſic habet de ſe ipſo. „ Erant ſub ejuſdem Reipublicæ Genuenſis dominio aliæ etiam regiones, & Orientis inſulæ, inter quas & Chios, quam a præfata republica primum, demum „ ab Imperatoribus, Juſtiniana nobilis Januenſis familia pleno, ac perpetuo jure obtinuit, in qua „ & ego ejuſdem familiæ natus ſum „. Jam vero initio ſeculi ſuperioris ſingulari vitæ ſanctitate floruit Maria Raggia Vidua, quæ Chii cum diu egiſſet, tum Romam venit, ubi ſancte deceſſit, ſepultaque eſt in Æde S. M. ſuper Minervam. Viri doctrina conſpicui eamdem Inſulam ſuperiore ſeculo illuſtrarunt, in quibus Leo Allatius vir doctiſſimus, & Georgius Coreſius, & Ligaridius fuerunt. De Timotheo Juſtiniano tunc Epiſcopo Chii, cum capta a Turcis urbs eſt, conſule Fontanam *Theatr. Dominic. pag.* 168. *tit.* 167. 1 Confer Garzonium, & Hiſtoricos ceteros reipublicæ Venetæ *ad an.* 1694. *ſeq.* 2 Conſule Tournefortium ibid.

rant, perpetuo eſſe perituros. Itaque abirent. Nihil enim ſe laborare. De fortunis, de domo, de capite ſuo, quod viſum illis eſſet, ſtatuerent. Pro his rebus omnibus, quæ facile intercidant, eſſe ſibi in Cælo paratum ſempiternum regnum. Igitur quum proficere quidquam ſe poſſe Turcæ diffiderent, eum in ſupplicii locum, una cum aliis tribus deduci, atque ſuſpendi juſſerunt. Interim Latini iiſdem in templis, in quibus Græci congregabantur, celebrare Sacramentum Euchariſtiæ ſolebant. Poſt Conſul Gallorum, qui in Mamachiorum ædibus agebat, aulam domus, Jacobi Mamachii rogatu, in ſacrarium convertit, & Franciſcanis, ceteriſque Latinis Sacerdotibus, ut eo convenirent, ac divina officia perſolverent, poteſtatem fecit. Sed quod is ad Capuccinos, qui Cœnobium, privatumque ſacellum extruxerant, accedere conſtituiſſet, Jacobus Conſulem Britannum, qui orthodoxus erat, permovit, ut loco Galli in ædes ſuas veniret; niſi enim auctoritate aut Gallorum, aut Britannorum deterriti eſſent, Muhamedanos in ſe impetum facturos, & ſuam domum, ſacrariumque everſuros. Ruri quoque, ut alii Latini nonnulli, ita Jacobus in privato ſacello ab Latinis Sacerdotibus rem divinam fieri curabat, eoſque ad Synaxim vocare conſueſcebat, a quibus nihil eſſe timendum arbitraretur. Sed a Balſarinii ſeceſſione ad an. 1720. Latini ritus Chiorum Eccleſia Epiſcopo vacarat. Quo tempore a Sacra Congregatione de Propaganda Fide Vicarius, ut vocant, Apoſtolicus ei præficiebatur, qui Catholicos regeret. Eo, quem dixi, anno, cum Caroli VI. Romanorum electi Imperatoris Auguſti, aliorumque Principum Chriſtianorum officiis, reſtitutum templum S. Nicolai fuiſſet, Philippus Baveſtrellus, qui *Vicarius Apoſtolicus* aliquamdiu fuerat, dictus ab eadem S. Congregatione Epiſcopus eſt Chiorum. Paullo poſt Dominicani, Franciſcani, quos Reformatos vocant, & Jeſuitæ ædes ſacras aut novas extruxerunt, aut veteres, quæ furore hoſtium everſæ fuerant, reſtituerunt. Id Turcæ, neſcio Sultano, factum fuiſſe ajebant. Igitur Conſtantinopolim ſcripſerunt, ut quid facto eſſet opus, cognoſcerent. Acceptis a Sultano litteris, quibus præceptum erat, ut ejuſmodi ædificia diruerentur, Dominicanos principio aggrediuntur. Horum Eccleſia, Cœnobioque funditus everſis,

everſis, ad Jeſuitas contendunt, eorumque ſacrarium deſtruunt. Capuccini pecunia, ne quid ſimile patiantur, agunt. Nam Reformati Franciſcani Conſulis Britannici, qui etiam Germanorum Conſul erat, auctoritate, ornamentis ex æde ſacra detractis, periculum vitant. Epiſcopus, primique civitatis aut Conſtantinopolim abducti, indigniſque modis tractati, aut in carcerem obſcurum conjecti, magnam vim pecuniæ, ut ſeſe liberent, Turcis numerant. His liberatis, novæ ſunt deinceps in noſtros coortæ, Græcorum imprimis calumnia, tempeſtates. Anno circiter 1745. Franciſcani, quos Reformatos appellari diximus, Germanorum auxilio, facultatem extruendæ Eccleſiæ impetrarunt, quo cuique noſtrum accedere ad ſacram Synaxim ſine periculo liceret. Nunc ſe res Latinorum in Inſula hoc modo habent. Divina officia preſbyteri laici in Eccleſia Epiſcopali S. Nicolao ſacra peragunt. Præterea ſacraria in vicis quibuſdam, agriſque obtinent quatuor. Hoſpitia quoque in oppido ſunt Dominicanorum, Jeſuitarum, Franciſcanorum, & Capuccinorum. Solis Franciſcanis templum, ut demonſtravimus, conceſſum eſt. Scholæ ſunt ibidem publicæ Jeſuitarum, Franciſcanorum, & Sacerdotum quorumdam laicorum. De Græcis cum inquirerem, ſic reperiebam. Antiſtitem illis a Patriarcha Conſtantinopoleos dari. Hunc juribus metropoliticis gaudere, templiſque in Inſula potiri ferme trecentis, quibus presbyteros, quos velit, præficiat. Monaſteria quoque ei eſſe ſubjecta Monachorum tria, Monacharum unum, quibus integrum ſit ad ſuos interdum adire, in ædibuſque parentum aliquamdiu degere. Monaſteriorum præcipuum eſſe illud, quod *Neanmonin* appellant, quodque magnificum templum a Conſtantino Monomacho extructum, inſignemque Manuſcriptorum Codicum Bibliothecam habeat. Monachos, Sacerdotes, laicoſque omnes acerrimos eſſe hoſtes Latinorum. (1)

Sed Cycladum Inſularum præcipua Rhodus fuit. Quo autem primum tempore Rhodii ad Chriſtiana ſacra acceſſerint,

non

1 Hæc ego de Chiorum rebus paullo copioſius dixi. Confido autem fore, ut æquo animo lectores ferant. Eſt enim omnibus exploratum reprehendi neminem jure poſſe, qui plus eſſe quidpiam patriæ concedendum putat. De Epiſcopis Græcis Inſulæ confer Lequienium *tom.1. Or. Chr. pag.* 932. de Latinis vero *tom.III. pag.*1062. *ſeqq. Aveſtrellum* vocat eum qui nunc eſt, Epiſcopum Chiorum latinorum ibid. *Lequien. pag.*1066. *quem Baveſtrellum* appellare debuit. Leo Allatius *l.III. De conſenſu utriuſque Eccl. c.x.p.*1059.*edit. Colon.* Græcos, ait, Chii ſuo tempore Latinorum amicos fuiſſe. Id fortaſſe exiguo illo temporis intervallo, quo ipſe in patria egit, contingere potuit; ſemper autem non item.

non ſatis conſtat. Nam etſi Paulus in eam (1) venit, tamen quod brevi intervallo ibidem manſerit, conſtitutam ab eo fuiſſe Rhodienſem Eccleſiam, pro re certa ſtatui nullo modo poteſt. Eſt autem auctor (2) Primaſius, Rhodiorum aliquos non modo Chriſtianis ſacris fuiſſe initiatos, ſed Epiſcopos etiam ſecundo ſeculo habuiſſe, quorum uni nomen *Euphranon* eſſet. Photinus autem in Inſula eadem Antiſtes erat, dum Imperator Diocletianus omnia crudelitatis exempla in noſtros edere (3) decrevit. Conſtantini ætate Euphroſinus primas in ea Eccleſia partes obtinebat, qui Synodo Nicænæ interfuit. Cum Photius novis rebus ſtudere Conſtantinopoli cœpiſſet, deque Sede Patriarchali Ignatium virum Sanctiſſimum exturbaſſet, Michael Rhodiorum Metropolita, Ignatii defenſionem ſuſcepit, Photiumque, ut ratio poſtularat, (4) exagitavit. Sed ejus ſucceſſores Schiſma ſunt ſequuti Græcorum. Anno 1309. Equites Hieroſolymitani, quos Hoſpitalarios vocant, quod ægerrime ferrent, inſulam omnium Cycladum principem Rhodum ab Saracenis teneri, multarum navium claſſem ad eam appulerunt, pulſiſque hoſtibus Inſulæ potiti imperio ſunt, Epiſcopumque ſibi a Pontifice dari curarunt, qui & origine, & ritu Latinus (5) eſſet. Sed ne Græcorum animos in ſe commoverent, committendum non putarunt, ut eis Antiſtes Græcus eriperetur. Verum id Equites maxime caverunt, ne quis eam ſedem occuparet, qui ſchiſmaticorum partes ſequeretur. Itaque etſi an. 1360. neſcio quibus modis Metropolita Rhodiorum Nilus (6), patria quidem Chius, at acerrimus Latinorum hoſtis fuit; tamen xv. ſeculo Metrophanes, XVI. vero Elymis, Clemenſque ante poſtremam obſidionem an. 1521. & poſt captum a Turcis oppidum Euthymius ſingulari pietate, integraque in Sedem Apoſtolicam, atque in Equites Hieroſolymitanos fide (7) floruerunt. Ejectis ex Inſula Equiti-

1 *Actor.* XXI. *v.* I.

2 Sive Auctor, quem Prædeſtinatum vocant. Confer Lequien. *tom.* I. *Or. Chriſt. pag.* 924.

3 Si tamen actis Clementis Ancyrani *apud Bollandum tom.* I. *Januar. ad d.* XXIII. adjungenda ſit auctoritas.

4 Confer Lequienium *ibid. pag.* 925.

5 Epiſcopos Rhodienſes latini ritus recenſet Lequienius *tom.* III. *Or. Chiſt. pag.* 1050. *ſeq.*

6 Conſule Leonis Allatii *lib.* I. *cap.* XVIII. *de conſenſu Eccl. Orient. & Occid.* ejuſdemque Diatribam *de Nilis*.

7 Vide Lequienium *tom.* I. *Or. Chriſt. pag.* 927. *ſeqq.*

Digitized by Google

Equitibus, & Euthymio vita functo, data opera a Conſtantinopolitanis Patriarchis eſt, ut Rhodiis metropolita daretur, qui eorum ſimilis & moribus, & religione eſſet.

In Inſulis *Samo*, *Coo*, *Paro*, *Naxo*, *Thera*, nunc *Santerina*, *Teno*, *Andro*, *Melo*, *Lero*, *Delo*, *Carpatho*, *Tenedo*, *Siphno*, *Lemno* (1) quæ initia Chriſtianiſmi fuerint, ne conjectura quidem aſſequi poſſum. Nam quod traditum a Luca in Actis Apoſtolorum eſt, Paulum applicuiſſe aliquando Samum; die tamen uno, quo ibi conſtitit (2), ullos ne religionem Chriſtianam docuerit, diſcipulosve reliquerit, qui Samios inſtituerent, cum ſcriptum a nemine veterum Auctorum ſit, affirmare profecto non auſim. Omnes haſce Inſulas Græci incolunt. In aliquibus Latini quoque ritus homines degunt, quibus a Sacra Congregatione de Propaganda Fide aut Epiſcopus, aut *Vicarius Apoſtolicus* præfici ſolet. *Naxos* Archiepiſcopalis eſt Sedes (3).

CAPUT XV.

In Helleſponto.

IN Helleſpontum invecta a Paulo Apoſtolo Chriſtiana religio eſt. Atque eum Troade aliquamdiu manſiſſe, teſtis eſt ipſe in iis, quas ad Timotheum (4) dedit, litteris. Scribit autem in *Actis* Lucas Evangeliſtes, ſe una cum eodem Apoſtolo Troadem contendiſſe. Igitur ſunt, qui (5) Carpum, cujus hoſpes Paulus fuit, dum in ea urbe agebat, Troadenſibus Epiſcopum datum ſuſpicentur. *Cyzici*, *Germæ*, *Lampſaci*, *Abydi*, *Miletopoli*, *Scepſi*, *(6) Parii*, etſi jam uſque ab ætate Pauli aliquos ſaltem, abjecta ſuperſtitione, noſtris ſe inſtitutis, ac legibus obſtrinxiſſe, putem; quod ne veriſimile quidem videatur, ab eo, qui Troade verſatus ſit, neglecta cetera Helleſponti oppida fuiſſe; tamen quibus illæ Eccleſiæ Epiſcopis uſæ ſint, a nemine eſt veterum

1 Confer eumdem *tom.* 1. *pag.* 929. *ſeq.*
2 *Cap.* xx. *Act. Apoſt.*
3 Epiſcopos latinos aliquarum Inſularum Cycladum recenſet Lequienius *t.* III. *p.* 1058. *ſeq.*
4 Confer Epiſt. ad Timoth. II. *c.* XI. *v.* 13. & *Act. Apoſt.* *c.* XVI. *v.* 10.
5 Vide Lequienium *tom.* 1. Or. *Chriſt.* *pag.* 747.
6 De Epiſcopis harum urbium adeundus Lequienius *pag.* 748. *ſeqq.*

Digitized by Google

rum litteris commendatum. Poſt Præſules, aliique doctrina, martyriis, rebuſque præclare geſtis, rem Chriſtianam mirifice amplificaverunt (1). Sed quarto ſeculo Helleſponti Eccleſiarum quarumdam Ariani ſedes occuparunt, magnaſque illis intulerunt calamitates. Deleta hæreſi Arianorum, qui potiti iiſdem ſedibus fuerunt, Orthodoxam coluerunt religionem. Sequuti tandem Succeſſores eorum Schiſma Græcorum ſunt, & quamvis ſubacti a Turcis, deſipere tamen numquam ceſſarunt.

CAPUT XVI.

In Inſula Creta, inque Provinciis Achaja, & Macedonia.

Cretenſes primordia Chriſtianiſmi in Inſula ab Apoſtolo (2) Paulo repetunt. Is enim etſi eorum mores perſpectos (3) habebat, tamen quod converti permultos ad ſanitatem poſſe confideret, eo ſe contulit, cumque Eccleſias conſtituiſſet, Titum, cui ob (4) egregiam virtutem plurimum tribuere conſueverat, eiſdem præfecit, atque ei in mandatis dedit, ut presbyteros ordinaret, qui cœtus Chriſtianorum moderarentur. Auctis deinde Chriſtianorum rebus, Ethnici in eos præcipue, quos majore in celebritate verſari intelligerent, ſæviendum exiſtimarunt. Quæ res quin læſerit, magnopere amplificavit Cretenſem Eccleſiam. Diu autem cum pro orthodoxa religione certaſſent, Cretenſes circumventi a Patriarchis Conſtantinopolitanis, qui ſeculo XI. ab Apoſtolica Sede, conflato ſchiſmate, omnino defecerant, iis illi quoque erroribus implicati ſunt, quibus reliqui fere omnes Græcorum. Tantum vero apud ipſos opinio præjudicata potuit, ut ne tum quidem, paucis exceptis, errare ceſſarint, cum a Venetis (5) ſubacti, ſub Latinorum ditionem

1 Vide Acta SS. MM. Andreæ, Pauli, & Dionyſiæ apud Ruinart. *pag.* 134. *ſeqq. edit. Veron.*

2 Confer *Epiſt. Pauli ad Titum cap.* 1. ubi hæc habentur „ Hujus rei gratia reliqui te Cretæ, „ ut ea quæ deſunt corrigas, & conſtituas per civitates presbyteros, ſicut & ego diſpoſui tibi &c.

3 Conſule Apoſtolum *ibid.* ubi „ Dixit quidam ex illis proprius ipſorum Propheta.
„ Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri.

4 De Tito Cretenſium Apoſtolo, quem auctor Conſtitutionum Apoſtolicarum *l.* VIII. *c.* XLVI. ordinatum Epiſcopum Cretenſium ſcribit, vide Bollandum *tom.* I. *Januar. ad d.* IV. de Philippo Gortinæ, conſule Bollandianos *ad d.* XI. *Aprilis*. De aliis MM. Orſium *tom.* III. *H. E. pag.* 228.

5 De Epiſcopis latinis in Inſula Creta vide Lequienium *tom.* III. *pag.* 907. *ſeqq.*

nem veniſſent . Igitur quod indigni pratrocinio reipublicæ Venetorum eſſent, quæ leniſſimo in ſubditos imperio uti ſolet, a Turcis capti, duriſſima premuntur ſervitute.

In Achajam Provinciam ſive a Petro, ſive ab Andrea, ſive a Paulo, tamen nullum dubium eſt, quin priore ſeculo ab Apoſtolis introducta Chriſtiana religio (1) fuerit. Ac ſit quidem Eccleſiæ Achajæ a Paulo in litteris ad Romanos commemoratio. Quod ſi Acta Martyrii Sancti Andreæ numeranda (2) in apocryphis ſunt, hoc quidem certe nihil obſtat ejuſdem Eccleſiæ antiquitati. Atque Athenienſes a Paulo nonnullos fuiſſe ad Chriſtiana ſacra perductos, teſtata (3) res eſt. Ex eorum numero Dionyſium Areopagitam fuiſſe conſtat, quem a Paulo præfectum Athenienſi Eccleſiæ ferunt. Huic Publium ſucceſſiſſe a Martyrologiorum ſcriptoribus proditum memoriæ eſt. Igitur diu magno eſt in honore habita Eccleſia Athenienſium. Etſi enim, mortuo Publio, res Chriſtiana in oppido imminui, atque intercidere viſa eſt, propterea quod noſtri ad necem ſe ab hoſtibus quæri perſpicerent; ideoque vel ſacrificarent, vel ſuga ſalutem petendam arbitrarentur; tamen ubi Quadratus adminiſtrare Eccleſiam cœpit (ſunt enim qui eum functum Epiſcopatus munere fuiſſe cenſeant) non ſolum eos, qui in urbe manſerant, confirmavit, ſed etiam lapſos, ut reſipiſcerent, (4) permovit. Atque ad rem eamdem perficiundam plurimum Ariſtidis Athenienſis Philoſophi ſtudia contulerunt. Cum enim furore in noſtros, diriſque ſuppliciis animadvertere Ethnicos videret, Hadriano Imperatori Apologiam pro veritate Chriſtianæ religionis (5) dedit, obſecravitque, ut poteſtate, auctoritateque ſua finem

1 Vide Epiſtolam ad Romanos *cap.* XVI. *v.* 5.

2 Quamvis contra pugnet Natalis Alexander *tom.* I. *Hiſt. Eccl. ſec.* I. *Art.* VIII. *pag.* 106. *edit. Pariſ. an.* 1679. tamen negari non poteſt, quin actu eadem diligenter conſideranti ſpuria videantur.

3 Vide *Act. Apoſt.* XVII. *v.* 15. *ſeqq. Martyrol. Rom. ad d.* XXI. *Jan. Conſtitut. Apoſtol. lib.* VII. *c.* XLVI. De Antiq. ejus Eccleſiæ confer quæ ſcribit Euſeb. *l.* IV. *Hiſt. Eccl. cap.* XXIII. & *Martyrol. Roman. ad d.* IV. *Octob.*

4 Conſule Euſebium *lib.* IV. *hiſt. cap.* XXIII. *edit. Cantabr.* & e novis Orſium *lib.* IV. *Hiſt. Eccl. n.* XXIV. *pag.* 199. *edit. an.* 1747. ac Tillemontium *tom.* II. *monum. Hiſt. Eccl.*

5 Confer Hieronymi epiſtolam *ad Magnum tom.* IV. *opp. edit. Martianai*, & *lib. de viris Illuſtribus cap.* XXXI. Orſium *Hiſt. Eccl. lib.* III. *n.* XXIV. *pag.* 65. ceteroſque Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcriptores, qui res ſecundo ſeculo in Eccleſia geſtas complexi ſunt, ut Baronium, Tillemontium, Halloixium &c. Grabius *tom.* II. *ſpicilegii Patrum pag.* 126. *edit.* 1714. ſic habet „ Ad-

„ dit

finem vexandi innocentes fieri juberet. Jam Quadratus, & Ariſtides deceſſerant, cum Dionyſius Epiſcopus eſt dictus (1) Corinthiorum. Is quod compertum haberet, quantum laboris, ſtudii, diligentiæ Athenienſes Antiſtites in continendis in officio bonis, lapſiſque reducendis conſumſiſſent, periculumque fortaſſe eſſe animadverteret, ne quæ ab illis egregie conſtituta eſſent, aut indiligentia, aut improbitate cujuſquam deinceps conciderent, graviſſimis litteris Athenienſes Chriſtianos cives hortatus eſt, ut in fide manerent, eaque ſtudioſe, quæ illis erant a majoribus, atque a Chriſto imprimis mandata, opere perficere (2) curarent. Interim Athenagoras Philoſophus, ut fertur, (3) Athenienſis; quoniam ab Ethnicis in multorum, magnorumque criminum ſuſpicionem Chriſtianos vocari, expoliari bonis omnibus, ac vita denique privari videbat, librum edidit, quem inſcripſit *Legationem*, obtulitque Marco Aurelio, & L. Aurelio Commodo Auguſtis, quod veritate perſpecta, reprimi ab his, qui ingenio valere dicebantur, principatumque in republica obtinebant, impetus inimicorum nominis Chriſtiani poſſe confideret. Etſi vero quis ejus legationis exitus fuerit, non liquet (vix enim eſt Athenagoræ, ejuſque librorum a veteribus facta mentio) tamen nullus eſt fere ab antiquis Chriſtianis adverſus Ethnicos ſcriptus liber, qui cum ea & gravitate ſententiarum, & ordine rerum, & dilucida ratione dicendi comparari poſſe videatur. Præterea ſunt, qui (4) Clementem ſeculi III. ineuntis ſcriptorem doctiſſimum, cujus extant *Pædagogi*, & *Stromateon*, aliique contra Ethnicos, & Heterodoxos libri, quemque Alexandrinum vocant, propterea quod Diaconus, & Presbyter fuerit

„ dit Ado Vienneoſis in ſuo Martyrologio: *Hoc apud Athenienſes ſummo genere colitur, & inter antiquiorum monumenta clariſſimum tenetur, ut peritiores Græcorum affirmant*. Immo adhuc in Bibliotheca Calojerorum, qui prope Athenas in monaſterio Midelli habitant, dictam Apologiam ſervari, in Itinerario Domini la Gulletiere legimus. Quam in rem ut peregrinantes iſtis in locis diligentius inquirant, & ſi laudata Apologia ibi haberi poſſet, eam publico Eccleſiæ commodo in lucem producant, omnes Antiquitatis Eccleſiaſticæ ſtudioſi mecum puto optabunt.

1 Floruit enim Dionyſius circa annum 160. Ejus epiſtolas recenſet Euſebius *lib.* IV. *cap.* XXIII. *Hiſt. Eccl.*

2 Conſule Euſebium *ibid.*

3 Ita enim poſcit inſcriptio „ quæ ejus *legationi* præfixa eſt. Edidit præterea Athenagoras egregium de reſurrectione mortuorum opus, quo ſolide, graviterque omnia, quæ ab Ethnicis, atque Hæreticis contra hoc tantum Orthodoxæ religionis decretum proponi ſolent, refellit.

4 Confer Epiphanium *Hæreſ.* XXXII. *num.* 9.

Digitized by Google

fuerit Alexandrinus, patria fuiſſe Athenienſem exiſtiment. Anno circiter 230. Æræ Chriſtianæ cum nunciatum Alexandrinis eſſet, magnum eſſe in Achaja numerum hæreticorum, iiſque jam eſſet exploratum, neminem tantum doctrina poſſe, quantum Origenes præſtaret, qui tunc ſuos cives inſtituebat, huic ut in eam provinciam contenderet, ſtrenueque cauſſam religionis defenderet, mandarunt. Ille igitur ſuperatis iis, qui ſecum in Palæſtina, aliiſque in locis confligere (1) auſi fuerant, Athenas venit; qua in urbe, quum imperata, ut eſt credibile, feciſſet, ad Philoſophos acceſſit (florebant namque etiam tum, plus quam alibi, Athenis ſcholæ Philoſophorum) ut quæ illorum eſſent decreta, quibuſque rationibus uterentur, cognoſceret. Non diu poſt, cum Maximinus primum, inde Decius, aliique deinceps Imperatores Chriſtianos, niſi ſacrificaſſent, interficiendos eſſe ſtatuiſſent, non pauci Athenis fuerunt, qui incredibili fortitudine ſupplicia, mortemque pro Chriſto perferrent. Sublatis tyrannis, reſtitutaque a Conſtantino Eccleſiæ univerſæ pace, florere magis magiſque in oppido res Chriſtiana cœpit. Sed ab Arianis deinde vexata, poſt ab Juliano, inde rurſum ab Arianis maximas accepit calamitates. Sed ubi Imperatores Orthodoxi ſummam reipublicæ tenuerunt, Catholici Athenienſes latius Eccleſiæ fines producere curarunt. Poſtremo poſt multas vices, commutationeſque rerum, ſequuti Schiſma Græcorum (2) ſunt, etſi deinde a Latinis ſubacti, Epiſcopis (3) aliquamdiu uſi fuerint, qui veram religionem profiterentur. Denique quod tanto beneficio indigni eſſent, in poteſtatem Muhamedanorum venerunt, totque incommodis ſunt affecti, ut non modo ſe in extremam paupertatem, ſed oppidum etiam ſuum multis locis deſolatum intueantur.

Quæ Athenis, eadem ſane Corinthi Chriſtianiſmi primor-

1 Vide Euſebium *lib.* VI. *Hiſt. Eccl. cap.* XXIII. Hieronymum *lib. de vir. Illuſtr. cap.* LIV. Pamphil. *Apol. pro Origene*, & e novis Petrum Danielem Huetium *Origenianorum lib.* I. *cap.* II. *n.* X. & Orſium *l.* VI. *Hiſt. Eccl. n.* XXX. *ſeq. pag.* 72. *ſeqq. tom.* III. *edit. an.* 1748.

2 Quæ geſta ab Antiſtitibus Athenienſium fuerint, oſtendit Lequienius *tom.* II. *Or. Chriſt.* quem lector conſulat *pag.* 167. *ſeqq.* & *pag.* 176. *ſeq.*

3 Epiſcopos latini ritus, qui Athenis, aliiſque ejus Diœceſeos Eccleſiis præfuerunt, recenſet Lequienius *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 838. *ſeqq.* De Eccleſiæ Athenienſis primordiis vide quæ dixi *t.* I. *pag.* 328. *ſeqq.* De ſtatu præſenti Athenarum confer Sponium *t.* II. *pag.* 103. *ſeq.*

dia fuerunt. Sunt enim a Paulo Corinthii quoque inſtituti (1). Quo munere functi etiam Apollo, & Petrus fuerunt, modo tamen Cephas idem fuerit, atque Petrus, de qua re antiqui, recentioreſque Scriptores vehementer inter ſe diſſident. Hinc cum ortæ contentiones in Corinthiorum Eccleſia fuiſſent, quod alii ſe Pauli, alii contra Apollo, aut Cephæ ſectatores eſſe contenderent, ejuſque rei a Chloes familiaribus Chriſtianis certior Paulus factus eſſet, graviſſimis Corinthios litteris is ipſe Apoſtolus commonefecit, ut altercationum inter ſeſe, diſſidiorumque finem facerent. Niſi enim dicto audientes fuiſſent, noſſent ſe ab eo aſpere deinceps, acerbeque tractatum iri. Eiſdem litteris Paulus Corinthiis præcepit, ut inceſti reum, qui uxorem patris habebat in matrimonio, in Sathanæ poteſtatem permitterent (2). Nam cum flagitioſis ejuſmodi non modo non convenire in Eccleſiam, ſed ne cibum quidem ſumere licere. Miſſurum autem ſe ad eos brevi

1 *Epiſt. 1. ad Corinth. cap. 1.* ,, Significatum eſt mihi, Fratres mei, ab iis, qui ſunt Chloes,
,, quia contentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrum dicit, ego qui-
,, dem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem Chriſti. Diviſus eſt Chriſtus?
,, Numquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? Aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Gratias ago
,, Deo meo, quod neminem veſtrum baptizavi, niſi Criſpum, & Cajum, ne quis dicat, quod in
,, nomine meo baptizati eſtis. Baptizavi autem & Stephanæ domum, ceterum neſcio, ſi quem
,, alium veſtrum baptizaverim. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed evangelizare ,,.
Hæ primitiæ Chriſtianiſmi opera Pauli Corinthi fuerunt. Nam cap. xvi. ubi etiam Fortunati, &
Achaici meminit, ſic habet ,, Noſtis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam ſunt
,, primitiæ Achajæ, & in miniſterium ſanctorum ordinaverunt ſeipſos, ut & vos ſubditi ſitis ejuſ-
,, modi, & omni cooperanti, & laboranti. Gaudeo autem in præſentia Stephanæ, Fortunati, &
,, Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleverunt. Refecerunt enim & meum ſpiri-
,, tum, & veſtrum ,,. Lucas præterea in Actis Apoſt. c. xviii. ,, Poſt hæc, *inquit*, (Paulus)
,, egreſſus ab Athenis venit Corinthum, & inveniens quamdam Judæum nomine Aquilam, Pon-
,, ticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priſcillam uxorem ejus ... acceſſit ad eos ...
,, Et diſputabat in Synagoga per omne ſabbatum interponens nomen Domini Jeſu, ſuadebatque
,, Judæis, & Græcis. Cum veniſſent autem de Macedonia Silas, & Timotheus, Inſtabat verbo
,, Paulus, teſtificans Judæis eſſe Chriſtum Jeſum. Contradicentibus autem eis, & blaſpheman-
,, tibus, excutiens veſtimenta ſua dixit ad eos, ſanguis veſter ſuper caput veſtrum ... Et mi-
,, grans inde, intravit in domum cujuſdam nomine Titi Juſti colentis Deum, cujus domus erat
,, conjuncta Synagogæ. Criſpus autem Archiſynagogus credidit domino cum omni domo ſua, &
,, multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabantur. Dixit autem Dominus nocte per
,, viſionem Paulo, noli timere, ſed loquere, & ne taceas, propterea quod ego ſum tecum, &
,, nemo apponetur tibi, ut noceat te: quoniam populus eſt mihi multus in hac civitate. Sedit
,, autem ibi annum, & ſex menſes docens apud eos verbum Dei. Gallione autem Proconſule
,, Achajæ inſurrexerunt uno animo Judæi in Paulum, & adduxerunt eum ad tribunal dicentes,
,, quia contra legem hic perſuadet hominibus colere Deum. Incipiente autem Paulo aperire os,
,, dixit Gallio ad Judæos; ſi quidam eſſet iniquum aliquid, aut facinus peſſimum, o viri Judæi,
,, recte vos ſuſtinerem, ſi vero quæſtiones ſunt de verbo, & nominibus legis veſtræ, vos ipſi vi-
,, deritis. Judex ego horum nolo eſſe ... Paulus vero cum adhuc ſuſtinuiſſet dies multos, fra-
,, tribus vale faciens, navigavit in Syriam ... devenitque Epheſum &c.

2 *Epiſt. 1. ad Corinth. cap. v.*

vi Timotheum. Hunc ſcilicet, ut omnia diligenter, expediteque fierent, (1) curaturum. Nam Apollo, etſi multis verbis ab Apoſtolo rogatus, ut Corinthum diſſidium ſedatum proficiſceretur, tamen quod alio Evangelii nunciandi cauſſa diſcedere ſtatuiſſet, iturum ſe tum demum (2) promiſit, cum liberatus majoribus curis fuiſſet. Hac epiſtola perlecta, timere ſuis rebus Corinthii, contriſtari, deprecarique facinus, quod ab eis eſſet (3) perpetratum cœperunt. Igitur ne mœrore conficerentur, ſcriptæ rurſum ad eos, atque ad Chriſtianos ceteros, qui in univerſa Achaja (4) verſabantur, litteræ fuerunt, quibus principio rationem expoſuit eorum, quæ fuerant impedimento, quo minus iterum ad eos inviſendos (5) accederet. Deinde gaudere ſe dixit, quod contriſtati eſſent ad pœnitentiam. De reo, quem indicavimus, inceſti, ſic ſtatuit: prohiberi hominem Eccleſiæ communione debere, ut facti pœnitens, reverti ad ſanitatem demum (6) poſſet. Laudat præterea Corinthios, quod Titum rebus omnibus (7) juviſſent. Quinetiam miſſos ab ſe (8) Titum, atque (9) Lucam ad eos ſcribit, ut de rebus ipſorum, ut par erat, diſponerent. Quamobrem ſibi Corinthii caverent. Nam ſi Corinthum tertio ipſe veniſſet, deprehendiſſetque, eos, qui lapſi fuerant, in improbitate perſiſtere, noſſent (10) ſe miſericordia non uſurum. His permoti comminatio-

 nibus

1 *Ibid. cap.* XV. *& cap.* XVI.

2 Ibid. *cap.* XVI. „ De Apollo autem fratre, vobis notum facio: quoniam multum rogavi „ eum, ut veniret ad vos cum fratribus, & utique non fuit voluntas ejus, ut nunc veniret. Ve„ niet autem, cum ei vacuum fuerit.

3 *Epiſt.* II. *ad Corinth. cap.* VII.

4 *Epiſt.* II. *ad Corinth. c.* I. *v.* I. „ Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi cum omnibus ſanctis, „ qui ſunt in univerſa Achaja „. Hinc plane liquet, in Achaja univerſa Chriſtianos Apoſtolorum tempore viguiſſe, conſtitutaſque fuiſſe Eccleſias. Quæ res confirmari magis magiſque poteſt iis, quæ *cap.* IX. ſubjungit „ Scio, *inquit*, promptum animum veſtrum, pro quo de vobis „ glorior apud Macedones, quoniam, & Achaja parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio „ provocavit plurimos. Vide Lequien. *tom.* II. *pag.* 178. *ſeq.*

5 *Ibid. cap.* II.

6 Vide Epiſt. *eamdem* II. *ad Corinth. cap.* II. & quæ ſunt a clariſſimo viro Joſepho Auguſtino Orſio animadverſa *Diſſert. de capit. Criminum abſolut. &c. pag.* 6. *ſeqq. edit. Mediolanenſis an.* 1730.

7 Paulus *ibid. cap.* VII.

8 *Ibid. cap.* VIII.

9 Nam Lucam his verbis a Paulo *cap.* VIII. *Epiſt.* II. *ad Corinth.* indicari contendunt Patres. „ Miſimus etiam cum illo fratrem, cujus laus eſt in Evangelio per omnes Eccleſias. Non „ ſolum autem, ſed & ordinatus eſt ab Eccleſiis comes peregrinationis noſtræ in hanc gratiam, „ quæ miniſtratur a nobis ad Domini gloriam.

10 Ibid. *cap.* XIII.

Digitized by Google

nibus Corinthii deſiſtendum ab improbitate cenſuerunt. Sed exactis Apoſtolis, ad ingenium redire, atque in factiones diviſi, in eos, qui rebus ſacris præeſſent, inſurgere, hoſque indignis modis tractare non dubitarunt. Poſt ad Romanos litteras dederunt, quibus ſignificabant, quæ apud ſe geſta eſſent. Sæviebat tum maxime in noſtros Domitianus, cum perlatæ (1) Romam hujuſmodi litteræ fuerunt. Clementi, qui diſtentus aliis negotiis erat, non ante reſpondendi poteſtas eſt data, quam ab Ethnicis exagitare noſtros deſitum eſſet. Sublato Domitiano reſcripſit nomine Eccleſiæ ſuæ Clemens, mirari ſe quid eſſet, quod antiquiſſima, & celeberrima Corinthiorum Eccleſia tot inteſtinis contentionibus laceraretur. Ferri autem illorum temeritatem non poſſe, qui cum inquinati multis flagitiis eſſent, verſari in Eccleſia, ſeditioneſque concitare auderent. Patere nihilominus omnibus, ſi reſipiſcant, ad ſalutem aditum adjungit. Itaque ne differant. Pœnitentia tandem aliquando ducantur, presbyteriſque in poſterum tempus obtemperent, niſi excludi e regno Cælorum velint. Dici vix poteſt quanta ſit apud Corinthios, his acceptis litteris, animorum commutatio facta. Ac ne rerum, quas ipſæ continerent, obliviſcerentur, eas in conventu legi oportere exiſtimarunt. Cujus (2) quidem

1 S. Clemens Romanus *Epiſt. 1. ad Corinthios n. 1. pag. 9. ſeqq. Collect. Epiſt. Rom. Pontif. edit. Coutantii* „ Propter calamitates, *inquit*, & caſus adverſos, qui nobis acciderunt, fratres, tardius videmur convertiſſe animum ad eas res, quæ a vobis, dilecti, quæſitæ ſunt, & ad alienam, peregrinamque Dei electis ſeditionem ſceleſtam, ac impiam, quam pauci homines præcipites, ac temerarii in tantum vecordiæ inflammarunt, ut venerabile, ac celebre, & ab omnibus dignum amari nomen veſtrum, magnopere blaſphemetur „. Et paullo poſt „ Hinc æmulatio, & diſcordia, & ſeditio, perſecutio, ac tumultus, bellum, & captivitas .... Turpia ſunt, dilecti, & valde turpia, & Chriſtiana converſatione indigna audiri firmiſſimam, & antiquiſſimam Corinthiorum Eccleſiam, propter unum, aut alterum hominem contra Presbyteros ſeditionem movere „. Monet præterea „ Ut faciant omnia, quæ ad ſanctitatem pertinent, vitantes obtrectationem, impuros, ac impudicos complexus, ebrietates, & inſolentias, & abominandas cupiditates, deteſtandam adulterium, execrabilem ſuperbiam „. Poſtremo „ Finis oculis, *inquit*, reſpiciamur in ſanguinem Chriſti ... Auferamus hoc celeriter malum, & domino accedamus, & plangamus orantes eum, ut propitius factus reconcilietur nobis ... Quotquot igitur per quemdam adverſarii illapſum deliquimus, veniam poſtulemus. Illi vero, qui ſeditionis, & diſſenſionis duces, & principes extiterunt, debent communem ſpem contemplari .... Vos ergo, qui ſeditionis fundamenta jeciſtis, ſubditi eſtote presbyteris, & in pœnitentiam corripimini, flectentes genua cordis veſtri, diſcite ſubjici, deponentes omnem arrogantiam, & ſuperbam linguæ veſtræ jactantiam. Melius ſiquidem vobis eſt in ovili Chriſti parvos, & probatos inveniri, quam altam ſapientes, & ſpe illius ejici.

2 Apud Euſebium *lib.* IV. *hiſt. cap.* XXIII. „ Hodie Sacrum Dominicum diem tranſegimus, in quo epiſtolam veſtram legimus, quam quidem deinceps perpetuo legentes perinde ac priorem illam nobis a Clemente ſcriptam Epiſtolam, optimis præceptis, ac documentis abundabimus.

dem rei teſtis eſt Epiſcopus Corinthiorum Dionyſius in epiſtola, quam ad Soterem Pontificem ſcripſit. Atque is Dionyſius cum ſingulari ſanctitatis, doctrinæque laude floreret, tum operam diligentem dedit non modo in officio continendis, recteque inſtituendis ſuis; ſed etiam monendis alienis, ne ſe abduci a cultu virtutis paterentur. Itaque eo Antiſtite recte ſe omnia in Eccleſia Corinthi habebant. Quam enim, poſt (1) Primum Sanctiſſimum Præſulem, ſibi eſſe commiſſam vidit, ſic eſſe adminiſtrandam putavit, ut nihil capere detrimenti, ſed proficere magis, amplificarique poſſet. Qui ſequuti deinceps ſunt, ii quidem Epiſcopi ſtudia ſunt (2) imitati ſuperiorum. Hujuſmodi autem magiſtris uſi Corinthii, parati animis erant pro religione ſanguinem, vitamque profundere. Quamobrem cum Ethnici Imperatores bellum univerſæ Eccleſiæ intulerunt, capti non pauci Chriſtiani Corinthii fuerunt, ac multis, atrocibuſque ſuppliciis excruciati, martyrii gloriam conſequuti (3) ſunt. Quorum virtute, ac ſanguine confirmati ceteri in fide ſunt, plureſque eorum, qui hoſtes ſe noſtros eſſe profitebantur, idolorum ſuperſtitione abjecta, noſtris inſtitutis, ac legibus paruerunt. His præſidiis munita, noviſque acceſſionibus aucta, magna ſub Imperatoribus Chriſtianis in celebritate Corinthiorum Eccleſia fuit. Sed quo caſu permultæ aliæ Orientis, eodem ſane Corinthia abrepta eſt ad ſchiſma, & hæreſim Græcorum. A Francis, Venetiſque ann. 1224. captum (4) oppidum eſt, in eoque conſtituti Archiepiſcopi (5) Latini fuerunt, ut Corinthii aſſueſcere ritibus noſtris, inducique tandem ad decreta Catholicæ religionis probanda poſſent. Sed anno 1458., cum Turcæ permulta Græciæ oppida expugnaſſent, Corinthum venerunt, ejectiſque Venetis, urbe agroque potiti ſunt. Veneti ut primum ſibi offerri facultatem recuperandi Peloponneſiaci regni animadverterunt, claſſem eo multarum navium appulerunt, atque inter alias, urbem quoque Corinthum in poteſtatem anno 1687. redegerunt, eique anno 1698. Leonardum Balſarinium, quem Chiorum Præſulem fuiſſe diximus,

1 Confer Euſebium *lib. IV. hiſt. cap.* XXII.
2 Hos recenſet Lequienius *tom. II. Or. Chriſt. pag.* 158. *ſeqq.*
3 In his Quadratus, ſociique martyres fuerunt. Conſule Bollandianos *t. II. Mart. pag.* 4. *ſeqq.*
4 Confer Lequienium *tom. III. Orientis Chriſtiani pag.* 883.
5 Epiſcopos Latinos numerat *tom. III. Lequienius pag.* 883. *ſeqq.*

mus, Archiepiſcopum (1) præfecerunt. Huic Angelus Maria (2) Carlinus anno 1700. ſucceſſit, quem Turcæ cum in Venetos iterum arma tuliſſent, & Corinthum cepiſſent, interfici juſſerunt. Itaque ſoli Græci poſt ea tempora Epiſcopatum in oppido obtinuerunt, & ſocietate religionis Patriarchis Conſtantinopolitanis conjuncti, Latinis ſacris omnibus eſſe interdicendum putarunt, quos eſſe hæreticos jactarent. Atque eodem ſtatu hac tempeſtate ſunt res Corinthiorum. Nam etſi *Miſſionarii* noſtri Corinthum ſe conferant, ii tamen Francis, Italiſque, qui mercaturæ cauſſa eodem commeant miniſtrant, quod in reducendis Græcis vix quidquam profici poſſe intelligant (3).

Macedones Paulo Apoſtolo uſi inſtitutore fuerunt. Is cum Troade (4) ageret, videre ſibi viſus eſt Macedonem, qui ſe etiam, atque etiam obſecraret, ut abire in Macedoniam, ejuſque provinciæ incolis opem intendere ne gravaretur. Nactus igitur navim, atque opportunum ad navigandum tempus, Troade ſolvit, tertioque die Philippos, quæ prima eſt colonia civitatis Macedonum pervenit. Ibi poſteaquam aliquamdiu manſit, & Lydiæ (5) Purpurariæ, de qua ſupra demonſtratum eſt, multiſque, ut idolorum ſuperſtitionem abjicerent, religionemque Chriſtianam amplecterentur, perſuaſit; mulierem quamdam, quæ oracula, ut Ethnici quidem arbitrabantur, (6) fundebat, pulſo malo dæmone, a quo agitata erat, ſanavit. Quod cum iniquo animo ejus domini tuliſſent, propterea quod dejecti ſpe quæſtus, lucrique eſſent, magiſtratus opem implorarunt. Paulo, atque Sila virgis cæſis, conjici eos in carcerem curarunt. Inde ſancti viri ſingulari prodigio liberati, ad Lydiam Purpurariam adie-

1 Leonardi Balſarinii patrui aviæ maternæ meæ meminerunt rerum Venetarum ſcriptores, ut Garzonus *tom.*1. *pag.*581. *edit. an.*1705. De rebus memorabilibus Eccleſiæ Corinthiorum agit copioſe vir eruditiſſimus Johannes Lamius *in Delic. Eruditor. vol. edito an.* 1738. ante *lib.* v. *Laurentii Bonincontri a pag.* XIII. *ad* CLII.

2 Conſule eruditiſſimi viri Antonini Bremondi Magiſtri Ordinis Prædicatorum *Bullarium tom.*VI. *pag.*517.

3 Dominicani olim Græciam peragrarunt, multiſque incolarum ad veritatem colendam inductis, cœnobia ædificarunt; ex quibus conſtituta eſt *provincia Græciæ* Dominicanorum. Nunc ejus vix aliquod veſtigium extat. Eodem in genere laborarunt Franciſcani, qui hoſpitia quædam obtinent in Græcia. Data quoque eſt ab Jeſuitis opera, ut qui in Hellade ſunt, ii tandem aliquando errare deſinerent. Sed obſtinatiores ſunt Græci, quam ut finem deſipiendi facere velint. Helladis, ſeu Achajæ provinciæ Præſules numerat Lequienius *t.*II. Or. *Chriſt. p.*158. *ſeq.*

4 Vide *Act. Apoſt. cap.*XVI.

5 *Tom.*1. *hujus operis pag.*327.

6 Confer quæ diximus tomo eodem *pag.*326. *ſeqq.*

Digitized by Google

adierunt, ſalutatiſque fratribus, Amphipolim primum, tum Apolloniam, poſtremoque Theſſalonicam contenderunt. Quo in oppido cum Judæis, Ethniciſque non paucis auctores, ut ad Chriſtum accederent, fuiſſent, & quorumdam Hebræorum, qui obfirmati in falſa de religione ſententia erant, plebemque concitarant, metu Berœam profugiſſent, multoſque in hac item Macedoniæ urbe Chriſto conciliaſſent, Theſſalonicenſes Judæos vehementer incenderunt. Quos Judæos cum Berœam petere ſui opprimendi cauſſa Paulus intellexiſſet, Athenas abire ſtatuit, paulloque poſt Silæ, atque Timotheo, quos Berœæ reliquerat, juſſit, ut quum primum poſſent, Athenas proficiſcerentur. His laboribus, contumeliis, adverſiſque rebus Theſſalonicenſi, Philippenſi, aliiſque Macedoniæ Eccleſiis conſtitutis, etſi Paulus aliis aut condendis, aut adminiſtrandis operam dabat, tamen committendum non putabat, ut quæ tanto cum periculo ſuo natæ eſſent, miniſtris, qui eorum (1) curam gererent, ſuiſque litteris, quibus ad pietatem colendam excitarentur, carerent. Igitur epiſtolas tres, ad Philippenſes unam, duaſque ad Theſſalonicenſes ſcripſit, quibus eis ærumnas, atque incommoda, quæ perpeſſus in Macedonia fuerat, in mentem revocavit, hortatuſque eſt, ut ne abduci a religione, virtutiſque cultu, cui ſeſe ipſi obſtrinxerant, paterentur. Interea Epiſcopi, atque Diaconi, quibus credita cura earumdem (2) Eccleſiarum erat, rei dare operam, numerum Chriſtianorum augere, nihil denique prætermittere, quod ad earum ſalutem, amplitudinemque ſpectare videretur. Suntautem, qui Parmenam (3) unum e ſeptem Diaconis Philippis aliquamdiu conſtitiſſe, mortemque obiiſſe cenſeant. Atque Eraſtum a Paulo fuiſſe Phi-

1 *Epiſt.1. ad Philippenſes cap.1. v.1.* ſic Paulus ſcribit „ Omnibus ſanctis in Chriſto Jeſu, „ qui ſunt Philippis cum Epiſcopis, & Diaconibus. Gratia vobis, & pax a Deo Patre noſtro, „ & Domino *Jeſu* Chriſto &c. „. Quinetiam miſit Paulus Epaphroditum Philippos, ut ejus Eccleſiæ Chriſtianos viſeret, quidque illi rerum gererent, videret. *Epiſt. ad Philipp. c.11.* „ Neceſſarium autem exiſtimavi Epaphroditum fratrem, & cooperatorem, & commilitonem meum, „ veſtrum autem Apoſtolum, & miniſtrum neceſſitatis meæ mittere ad vos, quoniam quidem omnes vos deſiderabat, & mœſtus erat, propterea quod audieratis illum infirmatum „. Ex qua re conſtat Epaphroditum convertendis ad Chriſtiana ſacra Philippenſibus operam dediſſe. Nominat præterea Paulus Evodiam & Syntychen *cap.* IV. Epiſtola autem ad Theſſalonicenſes 1. *c.*1. memorat Apoſtolus Eccleſias Macedoniæ, ut & *cap.*IV. & II. *ep. ad Cor. c.* VIII. Atque ad eoſdem Theſſalonicenſes Timotheum miſit, ut ipſos in fide confirmaret, *ep. ad Theſſ.*1. *c.*III.

2 De Epiſcopis Macedoniæ confer Apoſtoli *ep. ad Philip. c.*1. *v.*1. Vide locum not. ſuperiore.

3 Confer Bollandianos ad *d.*XXIII. *Jan. tom.*II. *pag.* 453.

Philippenſibus Epiſcopum præfectum, in eaque urbe martyrem deceſſiſſe (1) putant. Florebat autem ea Eccleſia II. ſeculo ſingulari exiſtimatione ſanctitatis. Itaque ad eam ſunt a Polycarpo Smyrnenſium Præſule (2) ſcriptæ litteræ, quibus virtus Philippenſium Chriſtianorum maxime commendatur. Epiſtolam autem, quæ ab Ignatio eſſe ad Philippenſes data dicebatur, quoniam in ſpuriis numeranda (3) eſt, nihil moror. Theſſalonicenſibus Ariſtarchum fuiſſe a Paulo Epiſcopum datum, auctores (4) Martyrologiorum ſcriptum reliquerunt. Hunc vero martyrio fuiſſe coronatum ferunt, quum Nero deleri Chriſtianorum nomen imperaſſet. Sed quemadmodum aliæ pleræque, ita Macedoniæ Eccleſiæ optimis moribus, martyriiſque ſuorum admirabilem in modum (5) creverunt. Itaque, cum Conſtantinus teneret imperium Populi Romani, tanti fieri conſueverant, ut ne ampliſſimis quidem poſtponendæ eſſe viderentur. At ubi Ariani dolis, fraudibuſque agere, gratiaque Imperatorum præcipuas Eccleſias occupare cœperunt, Macedonas quoque in maximas adduxerunt calamitates. Quo ſane tempore non defuerunt viri eximia fortitudine, qui ſatius eſſe quidvis perpeti, quam deſerere orthodoxum de verbi divinitate dogma judicarent. Arianorum factione precibus ſanctorum virorum, & ſanguine Martyrum ſublata, reſtituta Macedoniæ Eccleſiis pax eſt, ſummaque diligentia ab Epiſcopis (6) curatum, ut ne qui ſuorum errore deinceps inficerentur. At progreſſione temporum Patriarchis Conſtantinopolitanis Macedones conſenſerunt. Sec. XII. Theſſalonica in Marchionum Montisferrati poteſtatem redacta eſt. Itaque conſtitutum Theſſalonicenſe regnum fuit, quod magnam partem Orientalis Illyrici provincias complectebatur. Ordinati tunc in regno Latini ritus Epiſcopi fuerunt, qui Eccleſias moderarentur. Sed non diu poſt Theſſalonica in ditionem Orientis Imperatorum rurſum venit. Qui cum ægre defendi eam contra impetus hoſtium Turcarum poſſe intellexiſſent, anno 1423. Venetis, qui terra, marique plurimum copiis poterant,

1 Martyrologium *Rom. ad d.* XXVI. *Jul.* Conſule Bollandianos *tom.* VI. *Julii pag.* 298.
2 Vide *tom.* II. *Apoſtolicor. PP. pag.* 186. *ſeq. edit. an.* 1724.
3 Conſule Cotelerium *tom.* II. *Apoſt. PP. edit. an.* 1724. *pag.* 112. *ſeqq.*
4 *Martyrol. Rom. ad d.* 4. Auguſti. Adeundi Bollandiani *tom.* 1. *menſis ejuſd. pag.* 313. *ſeq.*
5 Confer Bollandianos *t.* 1. *Menſis April. p.* 537. *t. eodem p.* 245. *ſeqq. t. eod. p.* 321. *ſeqq. &c.*
6 Hos recenſet Lequienius *tom.* II. *pag.* 26. *ſeqq.*

Digitized by Google

terant, vendendam judicarunt. Amurates II. Turcarum Sultanus, qui id maxime laborabat, ut imperii ſui fines dilataret, anno 1431. urbem obſedit, pulſiſque Venetis, ea, totaque circum regione potitus eſt (1). Ex quo ſane tempore nulli Theſſalonicæ Epiſcopi Latini ritus conſtiterunt. Nam Eccleſias partim Muhamedani in Moſcheas converterunt, partim Græci obtinent, quibus Præſul a Conſtantinopolitano Patriarcha præficitur. Armenii quoque Eccleſiam ibidem, & Antiſtitem ſacrorum habent. Si qui autem in oppido ſunt, qui Romani Pontificis partes ſequantur, ii quidem eodem mercaturæ cauſſa aut redituri in patriam contenderunt, aut ſedes transferendas judicarunt. (2)

1 Vide Johannis Cameniatæ *de Excidio Theſſalonicæ narrationem* apud Allatium *Symmict. lib.* 1I. *pag.* 180. *ſeqq. edit. an.* 1653.

2 Adeundus Lequienius *tom.* 1I. *Or. Chr. pag.* 1089. De ſtatu Theſſalonicæ, ut erat extremo ſeculo ſuperiore, confer Vincentium Cotonellum *Memor. Hiſtor. Geograph. de Regno Morea, Negroponto &c. edit. an.* 1686. Sed de Macedonia, & Græcia quid Urbanus Cerrius ad Innocentium XI. P. M. ſcripſerit, dicendum hoc loco eſſe videtur. *Iſtruz. dello ſtato preſente della ſacra Congregazione de Propaganda Fide* „ La Grecia ſi divide in quattro Provincie, cioè Macedonia, Epiro, Acaja, e Morea, ſebbena quaſi tutta la Romania ſi può chiamar Grecia, come anche le Iſole dell'Arcipelago. Nella Grecia dunque, che chiameremo mediterranea non ſono altri Criſtiani, cha Graci ſciſmatici, nè tra loro è alcuna diverſità eſſenziale; vero è ch'eſſendo ſotto il giogo Otomanno la Criſtianità ſi è diminuita, le città ſpopolate, e i templi del tutto diſtrutti, ficchè dentro terra ſono in molto maggiot numero i Turchi de' Greci. Dei Cattolici vene abitano pochiſſimi ſcarſi di ajuti ſpirituali, non avendo in quei paeſe potuto pigliar piede le Miſſioni, che ſi ſono dalla Congregazione più volta mandate. Ricevono però qualche aſſiſtenza da' Padri Conventuali di Corfù, e da' Cappuccini Franzeſi, che ſtanno nell' Arcipelago. *E' una gran coſa però, che da tanti alunni allevati nel collegio Greco non ſi faccia mai neſſun profitto per la reduzione de' Sciſmatici al grembo della Santa Madre Chieſa: anzi molti tornano a farſi Sciſmatici riuſcendo più fieri nemici de' Cattolici per le ſcienze, che hanno appreſe, e per la notizia delle noſtre imperfezioni, e in ſpecie il Pianotto Veſcovo Sciſmatico, e già Dragomanno del primo Viſir, che fu Alunno di queſto Collegio è ſtato il maggior perſecutore de' Cattolici, avendoli anche con iſcritture falſe privati del ſanto Sepolcro, e tutto il Levante ſcrive, e fa iſtanze, che ſi aboliſca il detto Collegio; però biſognerebbe, che la Santità Voſtra lo faceſſe viſitare diligentemente per trovare la cagione, s'è poſſibile, di queſti ſconcerti*. Hæc Urbanus Cerrius S. Cong. de Propaganda Fide a ſecretis. At cauſſa, quam ille eſſe quærendam putat, perſpicua eſt. Etſi enim adoleſcentuli parentibus Græcis Schiſmaticis orti, dum in Collegium veniunt, profeſſionem fidei recitent, ore tamen, non corde recitare plerumque ſolent, quod ita fuerint a ſuis inſtituti antequam patria excederent. Addiſcendi enim cauſſa veniunt, non Schiſmatis ejurandi. Qui autem præfecti Collegio ſunt, quamquam errorem ex animis adoleſcentulorum eorumdem evellere conantur, nihil tamen efficiunt, quod lingua omnino aſſentiri ſe illi nobis dicant, animo non dicant.

CAPUT XVII.

In Provinciis Thracicis.

THracia omnis diviſa in varias provincias minores erat. Sed in iis diſtinguendis non eadem Auguſti ætate, atque temporibus Hadriani, & ſequentium Imperatorum ratio (1) adhibebatur. Paullo ante Septimium Severum ſex Thraciarum provinciæ numerabantur. Harum priorem veteres *Thraciam*, alteram *Hæmimontium*, tertiam *Mœſiam inferiorem*, quartam *Scythiam*, quintam *Rhodop n*, ſextam *Byzantium* appellabant. Harum incolæ olim inſtitutoribus Paulo, ejuſque (2) diſcipulis gloriabantur. Sed cum lapſu temporum Epiſcopi Byzantii cum Patriarchis ceteris, quorum Eccleſias conditas ab Apoſtolis fuiſſe conſtabat, de dignitate contendere aggreſſi eſſent, ſerpere primum, tum manare latius opinio cœpit, quæ ferret, Andreæ Petri Apoſtolorum Principis fratris opera Byzantios (3) fuiſſe amplexos Chriſtianam religionem; qui inde egreſſus Heracleam poſt venerit, Thraciamque deinceps omnem peragrarit Evangelium nunciatum. Quoniam vero a nemine ſcriptorum (4) antiquorum tradita hæc poſterorum memoriæ fuerunt, factum hinc eſt, ut criticæ artis periti novam de itineribus Andreæ ſententiam aut negarent omnino, aut in dubiis eſſe ponendam (5) arbitrarentur.

1 De Thracia confer Cellarium *l.1. Geogr. Antiq. cap.xv. tom.1. edit. an.1732. pag.2055.* & Lequienium *tom.1. Or. Chriſt pag.1091. ſeqq.*

2 Vide Theodoritum *in Epiſt. ad Romanos cap.xv. tom.III. opp. pag.113. edit. Sirmondi.*

3 Traditum id ab Auctore *Commentarii de geſtis S. Andreæ*, quem manu Combefiſii noſtri ſcriptum apud ſe retinebat Michael *Lequienius*. Vide *t.1. Or. Chriſt. pag.1093.* Hoc idem nugatur Pſeudo-Dorotheus *Comment. de Byzantio urbe, ejuſque Epiſcopis*, quem commentarium refert Lequienius *t.1. Or. Chriſt. pag.197. ſeq.* Confer Nicetæ Paphlagonis ſcriptoris ſeculi IX. *Orat. de Laudibus S. Andreæ tom.XXVII. Bibl.PP. pag.389. edit. Lugd.* Vide Nicephorum *lib.II. cap.XXXIX. pag.200. edit. an.1630. tom.1.*

4 Origenes apud Euſebium *lib.III. hiſt. c.1. pag.87. edit. Cantabr.* Andream in Scythiam quidem veniſſe ſcribit, de *Thracia* autem verbum nullum. Hoc idem fere eſt a Sophronio factum, qui *de Apoſtolis Chriſti* nonnulla addidit *libro Hieronymi de viris Illuſtribus tom.IV. opp. Hieron. edit. Martianæi*. Quamquam is ad Sogdianos, & Æthiopas profectum eumdem Apoſtolum fuiſſe adjungat. Alii alias item regiones ab Andrea fuiſſe peragratas tradunt. Vide *Baron. ad an.44. n.XXXI.* & Tillemontium *tom.1. pag.336. ſeq. edit. Pariſ.*

5 Conſule Baylletum *ad d. XXX. Nov. p. 463. t.III. des Vies des Saints. edit. an.1704.* Lequienium *tom.1. Or. Chriſt. pag.1094. ſeq.* Bollandianos *hiſt. Chronol. Patriarch. Conſtantinop. pag.1. ſeq. tom.1. menſis Auguſti præfixa.*

Digitized by Google

rentur. Hoc aliis placet. Ante Septimii Severi tempora Chriſtianos Byzantios Epiſcopo (1) caruiſſe. Tum enim primum præfectum illis fuiſſe Philadelphum. Poſt hunc Eugenium eamdem obtinuiſſe (2) dignitatem. Eugenio fuiſſe Metrophanem ſuffectum. Interim multos, religionis cauſſa, fuiſſe vita privatos, martyreſque deceſſiſſe (3). Alexandrum deinde, quo tempore Conſtantinus imperio Populi Romani potiebatur (qui Byzantium reſtitui, & pulſis Ethnicis Conſtantinopolim appellari juſſerat) Sedem, probantibus bonis omnibus, occupaſſe; prohibuiſſeque, quo minus Ariani, qui Eccleſiam Byzantinam (4) pervertere moliebantur, conata perficerent. Multa hoc vivo ab Imperatore fuiſſe præclare geſta. Ædes ſacras a fundamentis (5) extructas, ſtatuas Chriſti Servatoris, & Apoſtolorum columnis impoſitas, fundos Eccleſiis attributos, nihil denique omiſſum, quod ad cultum religionis amplificandum pertinere (6) videretur. Poſt Alexandrum conſtitutum Paulum virum Sanctiſſimum ſacrorum Præſidem (7) fuiſſe. Hujus ætate Arianos, quum Conſtantius imperaret, in Conſtantinopolitanam Eccleſiam

inva-

1 Simeon *Logotheta* al. *Metaphraſtes* ſeculi x. ſcriptor *in Annal. apud Lequien. ibid p.* 205. de Septimio Severo loquens, ejuſque filio Antonino Caracalla ἐπὶ τούτου, inquit, πρῶτος ἐπίσκοπος κατέστη Βυζαντίου Φιλάδελφος ἔτη τρία· πρὶν γὰρ προέστατο τῆς ἐκκλησίας ἔτη κ. καὶ πρὸς, διὰ τὸ μὴ εἶναι ἐπίσκοπον· „ Sub hoc (Imperatore) primus Byzantii Epiſcopus conſtitutus eſt Phi„ ladelphus tribus annis. Antehac enim Eccleſiæ illi præfuerat annos viginti, & ſupra; cum „ nemo illic Epiſcopus eſſet. Hæc ego non eo attuli, quo certa eſſe arbitrarer (Res enim, quas antiqui ſcriptores prætermiſerunt, ſi non in falſis, at in dubiis ſaltem numerandæ ſunt) ſed quo ne ſeculo quidem x. ſcriptores illuſtres reperirentur, qui de Eccleſia Byzantina ab Andrea conſtituta, ſtatui quidquam certi poſſe judicarent. Nam ſi Eccleſia conſtituta ab Andrea eſt, quemadmodum ullus extitiſſet ſeculo x. ſcriptor, qui ante Severum ullum fuiſſe Byzantiis Epiſcopum datum negaret?

2 Vide Lequienium *tom.* 1. *Or. Chriſt. pag.* 263.

3 Vide Bollandianos *tom.* II. *pag.* 291. *ſeqq.*

4 Confer Socratem *l.* 1. *Hiſt. Eccl. cap.* XXXVII. *pag.* 73. *edit. Cantabrig.* Et e ſcriptoribus novis Baronium *ad an.* 336. *n.* 1. *ſeqq.* Tillemontium *t.* VII. *pag.* 32. *ſeqq. edit. Pariſ.* Hermantium in *vita Athanaſii tom.* 1. *pag.* 248. *edit. an.* 1671. Montfauconum *in vita Athanaſii tom.* 1. *opp. pag.* XXVIII. qui omnia quæ ad Alexandri cum Arianis certamina ſpectant, complexi ſunt.

5 Euſeb. *de vita Conſt. Imp. l.* III. *cap.* XLVIII. *pag.* 604. *edit. Cantabrig. l.* IV. *c.* LVIII. *pag.* 659. Confer Baronium *ad an.* 328. *n.* 1. *ſeqq.* Tillemontium *T.* IV. *de vit. Imperat. pag.* 230. *ſeqq. edit Pariſ.*

6 Vide Euſebium l.c. Baron. Tillem. ibid. ceteroſque, qui de rebus a Conſtantino geſtis ſcripſerunt.

7 De Paulo Epiſcopo Conſtantinopolitano adeundi S. Athanaſius *hiſt. Arianor. ad Monachos num.* 7. *tom.* 1. *opp. pag.* 348. *edit. Montfauc.* Socrates *l.* II. *cap.* VI. *pag.* 83. *edit. Cantabrig. &* *cap.* XII. *pag.* 90. *& cap.* XV. *pag.* 92. quamvis hoc loco Socrates erret, dum Paulum Romam una cum Athanaſio veniſſe narrat. De qua re conſuli poterit Valeſius *lib.* I. *obſerv. in Socrat. & Sozom. cap.* 1. *pag.* 390. *& c.* II. *pag.* 392. *ſeqq.* in calce *hiſt. Socr. & Sozom. edit. Cantabr.*

Ruſum

invaſiſſe, (1) intuliſſeque maximam partem incommodorum. Conſtantio vita functo, Julianum, qui imperium ſuſceperat, ſuperſtioneque idolorum imbutus erat, cultum veri Dei (2) delere conſtituiſſe. Hoc interfecto, cum paullulum ſub Joviano, & Valentiniano Orthodoxi reſpiraſſent, rurſum a Valente, qui in Arianorum errorem inciderat, gravem fuiſſe tempeſtatem adverſus Eccleſiam (3) concitatam. Theodoſio deinde Auguſto pio, optimoque principe, repreſſis Arianis, pacem eſſe Eccleſiam Catholicam conſequutam. Hoc eam ſtatu diu fuiſſe. Nam etſi Neſtoriani (4), & Eutychiani (5) doctrinam Apoſtolorum vitiare contenderint, turbaſque Conſtantinopoli excitaverint, tamen Romanorum Pontificum auctoritate, præſidioque Theodoſii, & Marciani Imperatorum damnati, iiſque pœnis affecti ſunt, quibus affici peſtes ejuſmodi oportebat. Interim de dignitate ab Epiſcopis ejus urbis cum Patriarchis ceteris diſputari (6) cœptum. Nova poſt ea tempora coorta in cœtu Conſtanti-

Rurſum de Paulo confer Socratem *lib.* II. *cap.* XVI. *cap.* XVIII. *pag.* 97. *cap.* XXVI. *pag.* 198. Sozomenum *lib.* III. *cap.* III. *pag.* 95. *ſeq. cap.* IV. *pag.* 96. *cap.* VIII. *pag.* 102. *cap.* IX. *pag.* 104. & Photium *Cod.* CLVII. *pag.* 1419. *edit. an.* 1612. E novis vero Baronium ad ann. 340. *n.* XV. *ſeqq.* Tillemontium *tom.* VII. *pag.* 251. *ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1706. Hermantium *in vita Athanaſii tom.* I. *pag.* 499. *edit. an.* 1671. Montfauconum *in vita Athanaſii tom.* I. *opp. præfixa pag.* XXXI. Bollandianos *hiſt. Chronol. Patriarch. Conſt. tom.* I. *menſis Auguſti pag.* 14. *ſeqq.* Miſſos facio ceteros, ne lectori moleſtus ſim.

1 Confer eoſdem Auctores locis mox indicatis.

2 Vide quæ collegerunt ex antiquis monumentis Tillemontius *tom.* IV. *vit. Imp. pag.* 509. *ſeq. edit. Pariſ.* & Bleterus in vita Juliani Imperatoris gallice ſcripta.

3 Conſule, quæ collegit Tillemontius *pag.* 48. *ſeqq. tom.* V. *vit. Imp.*

4 Confer Baronium *ad ann.* CCCCXXIX. *ſeqq. n.* XXIII. *ſeqq.* Johannem Garnerium Societ. Jeſu Theologum *Diſſert.* I. & II. *de Hær. Neſt. poſt opp. Marii Mercat. p.* 283. *ſeqq. edit. an.* 1673. Tillemontium *tom.* XIV. *Mon. Hiſt. Eccl. in vita Cyrilli Alex. pag.* 285. *ſeq. edit. Pariſ.* Miſſos autem facio Hiſtoricos ceteros, atque Theologos, qui de hoc genere argumenti egerunt, ſuntque prope innumeri, ne longior ſim, quam oportet.

5 Vide quæ in hanc rem diſputant Baronius ad *an.* 449. *ſeqq. num.* V. *ſeqq.* Tillemontius *tom.* XV. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 488. *ſeq.* Natalis Alexander *Hiſt. Eccl. ſec.* V. *cap.* III. *Art.* XIII. *pag.* 83. *ſeqq. tom.* II. *edit. Lucenſis an.* 1734. aliique.

6 Confer Canonem XXVIII. *Synodi Chalced. pag.* 769. *tom.* IV. *concilior. edit. Pariſ. Labbei.* S. Leonem *epiſt.* LXXX. *al.* LIII. & LXXXIV. *al.* LVII. LXXXVII. *al.* LXI. & LXXXVIII. & XCII. *al.* LXII. & e novis ſcriptoribus Baronium ad *an.* CCCLI. *n.* CXXXVI. *ſeq.* Chriſtianum Lupum *ad can.* XXVIII. *Synodi Chalced. tom.* II. *opp. edit. Veneta pag.* 190. *ſeqq.* Leonem Allatium *de conſenſu utriuſque Eccl. edit. Colon. lib.* I. *c.* XVII. *ſeq. pag.* 246. *ſeqq.* Bollandianos *tom.* I. *menſis Julii pag.* 654. *n.* 21. qui tamen aliquanto ſunt Anatolio tunc Epiſcopo Conſtantinopoleos æquiores, Lequienium *de Patriarchatu Conſtantinopolitano tom.* I. *Orientis Chriſtiani pag.* 30. *ſeq.* & Joſephum Catalanum Congregationis Oratorii *S. Hieronymi Charitatis Presbyt.* virum doctiſſimum, & amicum meum *tom.* I. *Oecum. concilior. pag.* 412. *ſeqq.* ſed de hac contentione erit in libro copioſius differendum.

ſtantinopolitanorum diſſidia(1) fuiſſe. Juſtinianum ob rempublicam aliquamdiu(2) recte adminiſtratam, templaque magno ſumtu(3) extructa a majoribus laudatum Imperatorem, implicatum tandem fuiſſe errore *Incorrupticolarum* (4) Monophyſitarum. Ergo Præſules noſtros, Orthodoxoſque reliquos miſerandum in modum fuiſſe exagitatos. Hoc mortuo (5) res Eccleſiæ meliore loco poſitas fuiſſe. Sed Æræ Chriſtianæ ſeptimo ſeculo Monothelitas Sedem Conſtantinopolitanam occupaſſe, pertraxiſſeque ad ſuam ſententiam (6) Heraclium Imperatorem. Multas deinceps ærumnas viros catholicos, imprimiſque ſacrorum Antiſtites pertuliſſe, quoad Agathonis Pontificis Maximi poteſtate, auxilioque Conſtantini Pogonati Imperatoris, celebratum VI. Concilium eſt. Porro ab impiis Auguſtis ſec. VIII. (7) ſævitum in eos eſſe, qui Sanctorum imagines retinendas, atque in honore habendas defenderent. Hac item hæreſi SS. MM. ſanguine Orthodoxorumque precibus expugnata, integrum noſtris fuiſſe imagines in templis ponere, eaſque, ut par eſt, venerari. Auguſtorum, qui poſt ſucceſſerunt, magnam partem, vixiſſe impuriſſimis moribus. Seculo IX. Photii ſceleſtiſſimi hominis(8) artibus fuiſſe Ignatium Patriarcham dignitate ſpoliatum. Epiſcopos, qui virtute præſtabant, ac potiſſimum Romanos Pontifices, qui tantum ſcelus ferendum non putarant, Ignatii patrocinium

1 Cum Eutychianorum artibus latrocinalis Synodus Epheſina habita eſt, oppreſſus, vexatuſque ab inimicis orthodoxæ religionis Flavianus fuit, qui tunc potiebatur Conſtantinopolitano Epiſcopatu, tandemque pro fidei defenſione æternam gloriam conſequutus eſt. Confer Baronium ad *an.*449. *n.*XCV. *ſeq.* & CIV. Bollandianos *hiſt. Chronol. Patriarch. Conſtant. p.*43. *tom.*1. *menſis Aug.* & Lequienium *tom.*1. *Or. Chriſt. pag.*216. *ſeq.* De turbis poſt in ea Eccleſia excitatis ſub Acacio, aliiſque conſule Hiſtoricos Eccleſiaſticos Theodorum Lectorem, Theophanem, & e recentioribus Baronium, Bollandianos, Lequienium &c.

2 De rebus ab Juſtiniano præclare geſtis adeantur Evagrius, Procopius, Theophanes, Johannes Malelas, & e novis Cardinalis Baronius *ad an.*527. *ſeq.* Nam omnes, qui de Juſtiniano ſcripſerunt, recenſere velle, hominis eſt lectorum patientia abutentis.

3 Conſule Procopium *lib.*1. *de Ædificiis cap.*1. *ſeq. pag.*5. *edit. an.*1663. & e novis Cangium *Conſtantinopoli Chriſtiana l.*III. *pag.*5. *ſeq.* & Bandurium *commentar. in Antiq. Conſtantinopolit. pag.*744. *ſeqq. tom.*II. *edit. an.*1711.

4 Confer, quæ collegit magnus Baronius ex antiquis ſcriptoribus ad *an.*563. *num.*1. *ſeqq.*

5 Conſule Baronium ad *an.*566. *ſeqq.*

6 Hiſtoriam Monothelitarum egregie deſcripſit noſter Combefiſius, quem conſule.

7 Adi ſis Baronium ad *an.*726. *ſeqq. num.*2. *ſeqq.* & Bollandianos *tom.*1. *menſis Aug. hiſt. Conſt. Patriarch. pag.*93. *ſeqq.*

8 Conſule Bollandianos *ibid. p.*109. *ſeqq.* Baron. *ad an.* DCCCLVIII. *ſeqq.* & Allatium *de octava Synodo Photiana*. Innumeri autem pene ſunt, qui de Græcorum Photiano Schiſmate ſcripſerunt.

Digitized by Google

cinium ſuſcepiſſe. Sed hos quamquam initio nihil profecerant, propterea quod Photius gratia apud Imperatorem plurimum valeret, tamen id demum impetraſſe, ut a Baſilio ſucceſſore Imperii Patriarchatus Ignatio reſtitueretur. Ubi is deceſſit, accitum Conſtantinopolim Photium ab Imperatore, dictumque iterum Patriarcham fuiſſe. Romanum Pontificem, qui ne ſchiſma, quod conflatum ante aliquot annos a Photio fuerat, renovaretur, Orientalemque ab Occidentali Eccleſia perpetuo diſcinderet, metuebat, paſſum ægre tandem fuiſſe, ut ille, qui jam cum noſtris de religione ſentire affirmabat, tam inſignem Eccleſiam adminiſtraret (1). Exinde Patriarchas CPolitanos, qui primi omnium haberi optabant, minus Romanis Pontificibus tribuiſſe, quam canones, ac divina omnium Eccleſiarum traditio poſceret. Seculo XI. Michaelem Cerularium, qui majora concupiſcere cœperat, acerrimum Sedi Apoſtolicæ (2) bellum indixiſſe. Etſi autem data ſæpe a Pontificibus opera eſt, ut Græci ad ſanitatem reverterentur, ob eamque rem Legati ad Imperatores (3) miſſi, & Concilia celebrata fuerunt, impetratum tamen eſt numquam, ut illi diu conjuncti nobiſcum eſſent ſocietate communionis. Interea apud eos Dominicanos, & Franciſcanos verſari conſueſſe, curaſſeque, ut tandem aliquando errare (4) deſinerent. Demum Conſtantinopolitanos, cum obfirmati in errore eſſent, a Turcis ſubactos (5), duriſſima preſſos fuiſſe ſervitute. Nunc ita eſſe illos animis comparatos, ut Turcis parere, atque

1 Pulſus tamen deinde ſede fuit. Confer *Bolland. ibid. pag.* 112. *col.* 2.

2 Conſule Bollandianos ibid. *pag.* 124. & Lequieniom *tom.* 1. *Or. Chr. pag.* 160. *ſeqq.* coſque Hiſtoricos tam veteres, quam novos, qui de rebus XI. *ſeculo geſtis* loquuti ſunt.

3 Plena ſunt hujuſmodi rerum monumenta ſeculi XII. & XIII. Capta etiam ab Latinis ſeculo XIII. ineunte Conſtantinopolis fuit, & Patriarchæ ſunt in ea conſtituti Latini ritus. Conſule quæ Michael Lequienius vir doctiſſimus collegit ex veteribus monumentis *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 786. *ſeqq.* Sed rurſum a Græcis Imperatoribus occupata eſt, inductique rurſum in errorem Græci fuerunt.

4 Aliqui ſeculo XIV. & XV. Conſtantinopoli Dominicani ſumma eruditione floruerunt. In his Emanuel Calecas fuit, cujus jam ſunt a Combefiſio, aliiſque aliquot opera vulgata.

5 Conſtantino poſtremo Græcorum Imperatore, rurſum Græci Turcarum tyrannidem veriti opera Iſidori Cardinalis S. Sabinæ, & Leonardi Chil *Ord. Prædic.* Archiepiſcopi Metylenenſis, conſentire ſe Latinis dixerunt. Sed paullo poſt a Turcis expugnata Conſtantinopoli, ad ingenium reverſi ſunt. Confer epiſtolam ejuſdem Leonardi ad Nic. V. P. M. de expugnatione urbis Conſtantinop. apud Bzovium *ad an.* 1453. *num.* VI. *tom.* XVII. *pag.* 84. *ſeqq.* De expugnatione ejuſdem urbis præter hiſtoricos, qui de rebus an. 1453. geſtis ſcripſerunt, qui ſane permulti ſunt, conſule *Tractatum de Exp. Urb. Conſt.* apud Martenium *t.* VI. *Collect. veter. ſcript. p.* 785. *ſeq.* At imperio nunc Muhamedanorum ita aſſuerunt Græci, ut jam eis potius ſubjecti eſſe, quam Latinis velint.

Digitized by Google

atque ſervire, quam cum Latinis fateri Romanum Pontificem Eccleſiarum omnium caput, & doctorem eſſe, Spiritumque Sanctum ex Patre, Filioque procedere. Atque illis a Sultano Muhamedanorum Patriarcham dari. Quodſi plus pecuniæ quiſquam obtulerit, hunc continuo Patriarcham ab Turca (1) dici, dejecto de gradu Patriarchæ eo, qui ante dignitate potiebatur. Antiſtiti ei ſacrorum, quiſquis tandem ille ſit, ſummam a Græcis tribui auctoritatem. Itaque fas illi eſſe matrimonia ſolvere, canones, ut placuerit, explicare, omnia denique pro ſuo jure agere. Præter Græcos Armenii quoque Monophyſitæ urbem incolunt, & Præſulem habent, quem Patriarcham vocant. Hujus dolis, atque artibus Armenii Orthodoxi maximis interdum incommodis premuntur. Atque is eodem modo deligitur, quo deligi Græcorum Patriarcham diximus. Latinis in urbe ædes habere non licet. Hi omnes in *ſuburbio*, quod *Galata*, ſive *Pera* dicitur, quaſi *πέρας κόλπȣ trans ſinum*, degunt. Præfectus iis Epiſcopus a Sacra Congregatione de Propaganda Fide eſt, qui vices Patriarchæ ſui ritus agat. Extant ibidem Cœnobia *Dominicanorum*, *Franciſcanorum Conventualium*, *Reformatorum*, *Capuccinorum*, & *Jeſuitarum*. (2)

Heracleæ, quæ urbs princeps Thraciæ Europæ Provinciæ eſt, jam inde ab Apoſtolorum temporibus conſtituta fuiſſe Eccleſia fer-

1 De his rebus recte, accurateque agit Bruynius *t.1. Voyage au Levant. pag.304. edit.an.* 1725. Reliquos ſcriptores permultos, qui de ſtatu Conſtantinopolitanorum hodierno agunt, recenſet Fabricius *l.v. cap.v. pag.692. ſeqq. t.vi. Bibliotheca Græca*. Quo etiam volumine Catalogum Auctorum dedit, qui de Antiquitatibus, rebuſque Conſtantinopolitanorum ſcripſerunt.

2 Urbanus Cerrius Sacræ Congregationis de Propaganda fide a Secretis loc. cit. ad Innocentium XI. P. M. ſcribit hoc modo „ Coſtantinopoli ... è piena di grandiſſimo popolo di tutte le nazioni, e religioſi. I latini però non arrivano a mille, per lo più mercanti, che abitano in „ Galata, o Pera. Tra queſti hanno le abitazioni gli Ambaſciatori, o Reſidenti de' Principi Criſtiani. Vi mantiene la Congregazione un Veſcovo col titolo di Vicario Patriarcale, ch' era „ M. Ridolfi della Marca Minore Conventuale, che per le ſue indiſpoſizioni avendo ottenuto licenza di ritornare in Italia, è morto prima, che gli arrivaſſe il ſucceſſore, qual'è il P. Gaſperini della Provincia di Fano ſtato già Provinciale in quel Convento, e ſoggetto aſſai a propoſito per tal miniſtero, per quanto ne ha data relazione il P. Lauria, qual è già partito per „ la ſua reſidenza. Vi ſono molte Chieſe, e la republica di Venezia ha pochi anni ſono impetrato licenza di rifare la Chieſa di S. Franceſco . . . Fa ivi il detto Vicario le ſue funzioni „ Epiſcopali, e ſoprantende a' religioſi, che ſono Curati per l'amminiſtrazione de' ſacramenti ai „ Latini, e ſchiavi, che ſtanno ne'bagni. Altro bene non è permeſſo dalla tirannide del Turco „ e dalla pertinacia de'Greci, il cui Patriarcato è divenuto venale, e il gran Signore elegge, e „ diſpone i Patriarchi di Coſtantinopoli tuttochè viventi: provano in ſomma que'Greci una ſchiavitudine incredibile dopo d'eſſerſi alienati dalla Chieſa Romana collo Sciſma ... Onde contuttochè nel concilio Fiorentino ſe ne ſtabiliſſe poi la unione, dalla malizia, e oſtinazione de' „ Greci non fù mantenuta, oltre che dagl'iſteſſi Turchi adeſſo ſarà ſempre impedita.

fertur (1). In ea ſecundo, ac ſequentibus (2) ſeculis aliquos fuiſſe pro Chriſtiana religione interfectos memoriæ traditum eſt. Memorantur præterea ejus Antiſtites, quorum primum Pauli auditorem Apellem fuiſſe Heracleenſes (3) contendunt. Seculo IV. vexata eadem Eccleſia ab Arianis, & Macedonianis hæreticis fuit. Poſt Epiſcopis uſa eſt, quorum plerique omnes Orthodoxæ religionis laude floruerunt. Quo tempore ortum ſchiſma Photianum eſt, qui Epiſcopus Heracleenſium erat, ei Pſevdopatriarchæ accedendum putavit. Atque ubi Græci a Romana Eccleſia ſejuncti omnino ſunt, ejus urbis Præſules ſimul una a communione ſe Latinorum ſeparaverunt. Nunc in eadem hæreſi verſantur, Turciſque ſubjecti ſunt.

Qui Heracleæ, proximiſque in oppidis, iidem (4) Philippopoli ſecundæ provinciæ Thraciæ fere progreſſus, eædemque vices (5) Chriſtianiſmi fuerunt. Quod ipſum de primordiis Eccleſiæ Berœæ Thraciæ dicendum (6) eſſe videtur. Seculo autem ſecundo Hæmimontis provinciæ Eccleſiæ vigebant, quæ deinde ab hæreticis interdum exagitatæ ſunt, eoque tandem redactæ, ut ſchiſma (7) ſequantur Græcorum. Atque inde cur in Rhodopen inferri primis Eccleſiæ temporibus (8) Chriſtianum nomen nequiverit, ne ſuſpicari quidem poſſum.

Scythiam univerſam a Philippo Apoſtolo ad Chriſtiana ſacra fuiſſe perductam Martyrologiorum ſcriptores (10) memoriæ prodiderunt. Sed fuerunt etiam, qui eam gloriam Andreæ (9) Petri germano eſſe tribuendam exiſtimarent. Atque initio, ſequentibuſque ætatibus multos in ea provincia viguiſſe ferunt, qui pro religione cruciati, martyres (11) deceſſerint. Uno diu ſacro-

1 Vide Lequienium *tom.* 1. *pag.* 1093. *ſeqq. Or. Chr.*

2 Confer Bollandianos *tom.* III. *menſ. Maii pag.* 188. *& Martyrolog. Rom. ad d.* 7. *Mart.* 7. *Jan.* 13. *Apr.* 1. *&* 16. *Sept.*

3 Lequienius *ibid. pag.* 1101. *ſeqq.*

4 Vide Lequien. *ibid. pag.* 1156.

5 Confer Lequien. *tom.* 1. *Or. Chr. pag.* 1156. *ſeqq.* quo etiam loco omnes ejus provinciæ Epiſcopos numerat.

6 Lequien. *ibid. pag.* 1165. *ſeqq.*

7 Lequien. *tom. eod. pag.* 1172. *ſeqq.*

8 Lequien. *ibid. pag.* 1195. *ſeqq.*

9 Confer *Martyrol. Roman. Kal. Maii.*

10 Euſeb. *lib.* III. *hiſt. cap.* 1. *pag.* 87. *edit. Cantab.*

11 Vide vitas PP. *pag.* 218. *edit. an.* 1615. & Bedæ *Martyrolog. ad d.* 3. *Jan.*

ſacrorum Antiſtite uſi Scythæ fuerunt, qui Tomis, quod oppidum metropolis eſt provinciæ, agebat, cœtuſque omnes Chriſtianorum moderabatur. Martyriis autem, doctrinaque ſanctorum virorum adeo propagata in provincia religio fuit (1), ut jam permulti ibidem Chriſtiani quarto, ſequentibuſque ſeculis numerarentur. Conſtantino enim Imperatore, cum ſuperati a Romanis, victique bello Scythæ fuiſſent, majore numero, quam factum apud eos anteactis temporibus fuerat, Chriſtianis ſe legibus (2) addixerunt, itaque deinceps coluerunt Orthodoxam religionem, ut potius excruciari, interireque voluerint, quam ejurata *Catholica fide* ad Arianos deficere. Sed extincto Valente, Orthodoxis reſtitutæ Eccleſiæ juſſu Theodoſii (3) Auguſti fuerunt. Itaque res Chriſtiana majorem in modum amplificata eſt. Seculo ſexto a Monachis Scythis celeberrima de *uno ex Trinitate paſſo* controverſia orta eſt, quæ turbarum in Eccleſia, atque diſſenſionum cauſſa (4) fuit.

Jam uſque ab Eccleſiæ ſeculo I. in Mœſiam inferiorem, (5) quæ poſt Bulgaria dicta eſt, Chriſtianam religionem fuiſſe invectam, Martyrologiorum ſcriptores tradiderunt. (6) Quamquam non deſunt, qui Andreæ Apoſtoli ſtudio, ac diligentia diu ante in provinciam fuiſſe introductum Chriſtianiſmum de-

1 Vide Joh. Chryſoſt. *Orat. contra Judæos tom.1. opp. edit. Pariſ.nova pag.566. ſeq.* De Niceta Remeſianæ in Dacia Epiſcopo hæc habet Paulinus Nolanus. *Poem.*XVII. *al* XXX.*ed.Veron.*

„ Te Patrem dicit plaga tota Borræ
„ Ad tuos fatus Scytha mitigatur,
„ Et ſui diſcors fera Te Magiſtro.
„ Pectora ponit.
„ Et Getæ currunt, & uterque Dacus &c.

2 De Sancto Bertannione Epiſcopo,& Martyre ſub Valente vide Martyrologium ad d.25.Jan. & Theodoretum *l.*IV. *hiſt.c.*XXXV. Inſigni præterea virtute poſt floruit apud Scythas Epiſcopus Theotimus ſub Arcadio Imperatore. *Martyrol. ad d.* 20. *Apr.*

3 Confer Lequienium *tom.1.pag.* 1213. quo loco refert legem a Theodoſio Magno ad Auxonium Aſiæ Proconſulem ſcriptam 3. Kalend. Aug. Heracleæ, Encherio, & Syagrio Coſ. qua Imp. Jubet „ Epiſcopis tradi omnes Eccleſias communioni Nectarii Epiſcopi Conſtantinopolita-„ næ Eccleſiæ, nec non Timothei intra Ægyptum Alexandrinæ urbis Epiſcopi ſociatis . . . Terentio Epiſcopo Scythiæ. *Cod. Theod. lib.* XVI. *tit.1. leg.3. pag.9. tom.*VI. *edit. an.*1665.

4 Vide Noriſium *Apologia Monachorum Scytharum*, *& Diſs. de uno ex Trinitate paſſo*. Et Natalem Alexandrum *Hiſt. Eccl. tom.*V. *edit. Pariſ. in fol. pag.* 398. *&* 494.

5 Bulgariæ latiores aliquanto fuerunt, quam Mœſiæ inferioris fines. Nam *Achrida* etiam Juſtiniani patria in Macedoniæ finibus regia Bulgarorum fuiſſe traditur. *Propria Bulgaria* eſt, quæ Ciabro amne a Servia dirimitur. In via ad Conſtantinopolim eſt *Sophia*, olim *Sardica*, & in ripa Danubii *Nicopolis*. Confer Cellarium *Geogr. Nova edit. an.*1716. *pag.*493. De Mœſia inferiore conſule eumdem *Cellar. Geogr. Ant. l.*II. *cap.*VIII. *pag.*466. *ſeqq. edit. an.*1732. *t.*1.

6 Martyrolog. Rom. *ad d.*XV. *Septembris*.

Digitized by Google

ſendant (1). Itaque non ſolum ætate Conſtantini, ſed cum etiam Ethnici Imperatores (2) regnabant, Epiſcopi ibidem viguiſſe feruntur. Sanguine autem (3) ſanctorum Martyrum, operaque præſulum, & presbyterorum ita eſt in ea res Chriſtiana amplificata, ut quarto, inſequentibuſque ſeculis nullum fere in provincia oppidum eſſet, quod Epiſcopum non haberet. Non pauci ſunt hoc tempore Catholici in Bulgaria, qui præſules etiam ſibi a Sacra Congregatione de Propaganda Fide (4) præfectos obtinent. Atque ex Mœſia religionem Chriſtianam in eas regiones manaſſe credibile eſt, quas inter Tanaim, & Danubium amnes ſitas olim Gothi poſſederant, deindeque Chazari, Bulgari, Blachique (5) occupaverunt. Eccleſiæ, quæ conſtitutæ in iis fuerant,

1 In Menologio Sirletano, quod Henricus Caniſius *tom.* II. *Antiq. Lection. pag.* 900. *edit. prima ad d.* XXXI. *Oct.* hæc leguntur. „ Natalis Sanctorum Stachys, Ampliæ, Urbani, Narciſſi, „ & S. Martyris Epimachi, ex quibus Sanctus Stachys ab Apoſtolo Andrea Epiſcopus Byzantii or- „ dinatus eſt . . . . ſancti vero Amplias, & Urbanus ab eodem Apoſtolo Andrea Epiſcopi ordinati: „ ille quidem Odyſſopolis (*ſive civitatis Odyſſi*) hic vero Macedoniæ, propter fidei Chriſtianæ „ confeſſionem, atque idolorum everſionem ab Judæis, & Gentilibus interfecti, beatas animas „ Deo tradiderunt „. Sed vereor, ne hæc ſint fidei omnino dubiæ, ne gravius dicam. Odyſſua autem oppidum erat *Mœſiæ inferioris*.

2 Confer Lequienium *tom.* I. *Or. Chr. pag.* 1217. *ſeqq.*

3 Lequien. locis ſupra *indicatis, & pag.* 1227. & Martyrologium *Rom. ad d.* XX. *Novembris.*

4 Urbanus Cerrius l.c. „ In Bulgaria, *inquit*, mantiene la Sacra Congregazione l' Arcive- „ ſcovo di Sofia, o Sardica colla cura della Vallachia, non vi è ſtato clero, che i Minori Oſſer- „ vanti Bulgari, i quali eſſendo in piccol numero e più diſciplinati rieſcono, e migliori de' „ Boſneſi: tengono cura delle parocchie, e la Congregazione li ſtipendia inſieme con un mae- „ ſtro di ſcuola. Hanno anch'eſſi alcuni luoghi di ſtudj nella Italia . . . ſtendono la Miſſione det- „ ti religioſi anche nella Ungheria inferiore, e quando ſi da loro un buon Prefetto, giovano „ grandemente a que' Criſtiani. Vi ſono molti luoghi abitati da' Cattolici, e particolarmente „ Chiprova terra aſſai groſſa con alcuni caſali, ch'è numeroſa di quattro mila Cattolici. Ha la „ Chieſa, ed è ſortito anche a que' fedeli di poterla riſabbricare per eſſere diſtintamente da' Tur- „ chi riguardato il detto luogo come quello, che ſpetta quanto a' proventi dell' entrate pubbli- „ che alla Sultana madre pro tempore ... Sotto il Veſcovato di Nicopoli ſono i Pauliniſti .... fu- „ rono convertiti da F. Pietro Deodato Arciveſcovo di Sofia. Per queſti la Congregazione „ mantiene alcuni ſacerdoti ſtipendiati, oltre al Veſcovo . . . La Chieſa di queſta città ha una „ prerogativa, che non può cadere, eſſendo ſcavata in un gran ſcoglio di tufo, ed è antichiſſima. De Bulgarorum præterea converſione, & progreſſu in rebus religionis adeundi Sigebertus Gemblacenſis ad an. Chriſti 778. Auctor vitæ Baſilii Macedonis *cap.* IV. *pag.* 135 *edit. an.* 1685. *& Cont. Porphyr. ib. p.* 102. Anaſtaſius Bibliothecarius in vit. Nic. I. & Hadriani II. *p.* 219. *&* 224. *ſq. edit. an.* 1649. Johannes Scylitzes Curopalata *p.* 25. Cedrenus *p.* 539. *ſqq. edit. an.* 1647. & e recentioribus Natalis Alexander *Hiſt. E. ſec.* IX. *&* X. *Diſſ.* IV. §. XXIII. *tom.* VI. *pag.* 263. *ſeqq. edit. Pariſ.* & Cangius in familiis Byzant. *p.* 174. *ſeq.* Aſſeman. *Calend &c. par.* II. *c.* XI. *p.* 467. *ſqq.*

5 De Bulgarorum, Walachorumque rebus multa nos diſputavimus in *not. ad epiſt.* Innocentii III. Pont. Max. quas aliquando vulgabimus. Interim confer ejus *lib.* II. *Ep.* 115. *ſeqq. & l.* X. *ep.* 65. De Epiſcopis Walachiæ conſule Lequienium *tom.* I. *Or. Chr. pag.* 1248. *ſeqq.* Urbanus Cerrius *l.c. pag.* 36. „ La Valachia è governata, *inquit*, da un Principe, che gli dà la Porta, e „ queſto dev' eſſere ſempre Greco Sciſmatico, come ſono i ſuoi popoli, che hanno il loro Metro- „ polita, e molti Calogeri Baſiliani ſparſi in varj conventi, i cui ſuperiori dallo ſteſſo Principe

Digitized by Google

rant, IV. ſeculo barbaricæ appellabantur, ſpectabantque ad ditionem Patriarchæ Conſtantinopolitani. Hic vero ætate tametſi non deſunt in iis locis, qui Romanæ Eccleſiæ partibus ſtudeant, ſunt tamen magno numero, qui ſequantur inſtituta, atque hæreſim Græcorum. Quamquam enim XIV. ſeculo, Ladiſlao Walachiæ Principe, deducere eos ab ſchiſmate noſtri ad unitatem Eccleſiæ curarunt, ob eamque rem litteræ ad Urbano VI. P. M. ſunt datæ, tamen eorum diuturna cum orthodoxis conſenſio non fuit.

» ſono eletti, e vi vengono a fare gran raccolta di danaro i Patriarchi Sciſmatici, e particolar-
» mente quello di Geruſalemme. Nella corte del Principe ſtanno anche Luterani, e Calviniſti,
» la maggior parte di Tranſilvania, oltre molti Ebrei, e Turchi. In queſto dominio ſono però
» ſparſi molti Cattolici aſſiſtiti già dall'Arciveſcovo di Sofia, e ora dal P. Antonio Stefani ſuo
» Vicario. Aſpettano queſti con gran deſiderio il ſucceſſore, che dalla Santità Voſtra è ſtato
» loro conceduto nella perſona del P. Stefano Conti Minor Oſſervante, ſoggetto di eſperimenta-
» ta bontà. Vi è ancora una miſſione di Minori Oſſervanti Bulgari diſtribuiti per quelle Chieſe,
» quali ſono in gran parte rovinate da' Tartari, e ultimamente ha fatto iſtanze caldiſſime quel
» Vicario, che gli ſi ſomminiſtri qualche ſuſſidio per rifare le Chieſe rovinate in Burgoreſto,
» dove riſiede il principe Valaco, e ſogliono concorrere molti Cattolici di varie nazioni per
» ſervirlo tanto nella corte, quanto nell'eſercito, non potendo egli eſigere più limoſine, eſſen-
» do il paeſe molto deſolato dalla guerra, ſupplicando ancora, che gli mandino due, o tre re-
» ligioſi del ſuo ordine, che ſieno di buoni coſtumi, e di dottrina, per applicarli alla educazione
» de' figliuoli ». De Walacorum converſione XIX. ſec. vide Raynal. *ad an.* 1370. *n.* 5. *ſeqq.* *&* 1374. *n.* 9. & Bzovium *ad an.* 1374. *n.* 2. De Joh. Nicolao Maurocordato Alexandri Maurocordati Chii viri magni ingenii filio & Hungaro-Walachiæ hoc ſeculo Principe, ejuſque filio Carolo, confer quæ ex Demetrio Procopio refert Johannes Albertus Fabricius *tom.* XI. *Biblioth. Græca* *pag.* 774. *ſeqq.* *&* *pag.* 793. *ſeqq.* De Moldo Walachia conſule Lequienium *pag.* 1252. *ſeq. tom.* I. *Or. Chr.* Urbanus Cerrius ibid. » In Moldavia, *inquit*, ... tolta da Solimano a Stefano il Buono, che
» la poſſedeva, il quale ſebbene Sciſmatico, avea la moglie Ungara Cattolica, che vi fece gran
» bene per la noſtra Fede, i Cattolici hanno 19. Chieſe, e ſolo quella di Kotina ha entrata per
» mantenervi un Sacerdote ... Al preſente vi ſono due Preti Moldavi, e tre Minori Conventua-
» li .... Vi vanno adeſſo con facoltà, e proviſione un nuovo prefetto con altri ſei religioſi dell'
» iſteſſo ordine, che ſi ſpera poſſano fare molto frutto, quando avranno appreſa la lingua. La
» Chieſa di Baccovia era la reſidenza del Veſcovo; ma la innondazione del fiume l'hà rovinata.
» Ora il Principe benchè ſciſmatico, aſſai nondimeno ben affetto ai Latini per opera del Segreta-
» rio, che è di Caminiez, e buon Cattolico, e del P. Vito, ha ordinato, che ſe ne fabbrichi una
» nuova in miglior poſto. Queſto principe è poco, che dalla Porta è ſtato deſtinato, rimoſſone
» l'altro, ch'era gran nemico de' Cattolici, onde vi ſi poſſono ſperare molti vantaggi. Al detto
» Veſcovato eretto da Clemente VIII. ſogliono promoverſi quelli, per i quali ſupplicano i Re di
» Polonia, conforme ha fatto adeſſo alla Santità Voſtra per un Domenicano ... La Provincia è abi-
» tata da XV. mila Cattolici, e gli altri ſono Greci ſciſmatici, che hanno un Metropolita con tre
» Veſcovi, che oltre gli errori ſoliti, ne profeſſano molti altri, e in particolare per danari
» concedono divorzj (hoc quod eſt de divortio, ceteri Metropolitæ Græci, imprimiſque Pa-
» triarcha Conſtantinopolitanus, facile concedunt) e facoltà di prendere altre mogli, permetto-
» no i concubinati, purchè ſi paghi un tanto la Quareſima, e dicono ancora, che chiunque ri-
» battezza un Cattolico alla Sciſmatica, conſeguiſce perdono de' ſuoi peccati. Anzi un Princi-
» pe peſſimo Sciſmatico chiamato Stefaniza obbligò tutti i Cattolici a ribattezzarſi (che dopo
» la ſua morte ne tornarono molti alla fede Cattolica) e diſtruſſe molte Chieſe. Vi ſono anche
» ſparſi Armeni, Luterani, ed Ebrei. Erano prima in Jaſſi i Padri Geſuiti, che facevano mol-
» to frutto, ma per le guerre ſono partiti. Scrive adeſſo M. Nunzio di Polonia, che vi voglio-
» no ritornare, il che ſarebbe molto utile per la iſtruzione della Gioventù, che va alle loro
» ſcuole. De Ulachis vide Joh. Lucium *de Regno Dalm. l.* VI. *c.* V. *p.* 281. *ſeqq.* & Aſſem. *p.* 252. *ſeq.*

Digitized by Google

Qui minorem Ruſſiam incolunt, etſi Andrea, Bartholomæo, & Thaddæo inſtitutoribus glorientur, ſeque jam tertio ſeculo Epiſcopis uſos ferant; tamen hoc conſtat, eos qui proximi (1) Bulgaris erant, IX. Eccleſiæ ſeculo amplexos Chriſtia-

nam

1 Andrea Inſtitutore gloriari Ruſſos ſcribit Chronographus Ruthenus apud I. S. Bayerum *Orig. Ruſſic. tom.* VIII. *Academ. Petrop. pag.* 390. *edit. Petropol.* „ Andreas, inquit, Apoſto- „ lus jamdudum Ruſſos baptizaverat, fueratque jam in primo Concilio Provinciali Antiocheno „ Antipater Epiſcopus Ruſſiæ, hæreſimque Pauli Samoſateni ſua ſubſcriptione damnaverat. „ Sed errat vehementer, quod Roſſum Ciliciæ oppidum in Ruſſiam Provinciam commutaverit. Conſule etiam Sigiſmundi Baronis de Herberſtein *Comment. rer. Moſchovit. pag.* 19. *edit.* Weckelianæ *an.* 1600. Bzovium *ad an.* 1314. *num.* XVI. *pag.* 226. *tom. Annal.* XIX. & Papebrochium *in not. ad Ephemer. Græc. Moſc. tom.* I. *Menſis Maji Bollandianor. pag.* XIV. Orta autem ea hinc eſt opinio, quod ab *Hippolyto* (huic enim adſcribitur περὶ τῶν ιβ Ἀποϛόλων de XII. Apoſtolis) & ab Origene traditum fuerit, Scythis fuiſſe ab Andrea Evangelium prædicatum. Vide quæ diximus *tom.* I. *pag.* 315. *not.* 1. Verba Hippolyti apud Combefiſium, & Fabricium *tom.* I. *opp. Hippolyti pag.* 31. *edit. an.* 1716. in Appendice ſic habent „ Andreas cum Scythis, & Thra- „ cibus prædicaſſet cruci affixus eſt Patris in Achaja. &c. At Bayerus *loc. cit. pag.* 391. Thraciæ mentionem in cauſſa eſſe ait, cur exiſtimet Andream nunciaſſe Chriſtum bis, qui proximas Thraciæ regiones incolerent: etſi Simeonem Logothetam non probes, qui in Annalibus *pag.* 445. *edit. Scriptor. poſt. Theophanem Hiſt. Byz. edit. Pariſ an.* 1685. ſcribit hoc modo de Nicephoro Imperatore loquens „ Vetus menſa ſuſtentante columna inventa eſt, hac inſcriptione: *Sanctum* „ *Michaelis Celeſtis militiæ principis Orientis* τὸ ἅγιον θυσιαστήριον, ὅπερ ἱδρύσατο ὁ ἅγιος „ ἀπόστολος Ἀνδρέας, *Sanctum altare, quod poſuit S. Apoſtolus Andreas*. Facile autem patitur Bayerus fuiſſe ab eodem Petri fratre Thracibus explicatam Chriſtianam religionem. At tum quidem a Danubio ad Boryſthenem Scythæ non erant. Getæ namque regionem obtinebant, quibuſcum pauci Scythæ verſabantur. Jam vero quamquam ſuperiora Boryſthenis Scythæ incolebant, nihiloſecius oſtendi nullo modo poteſt, penetraſſe in ea loca Apoſtolum ipſum, ac Boryſthenem trajeciſſe. Quinetiam Ruſſos tum ad Boryſthenem fuiſſe demonſtrari nequit. Multa de Ruſſis ibidem diſſerit Bayerus ſatis, mea quidem ſententia, accurate. Ruſſorum autem apud Græcos recens mentio eſt. Ejus rei cauſſas explicare conatur *ibid.* Bayerus *pag.* 395. *& ſeqq.* Conſule præterea ejuſdem Bayeri Diſſertationem *De Ruſſorum prima Expeditione Conſtantinopolitana pag.* 365. *& ſeqq. tom.* VI. *Comment. Acad. Petropol. edit. Petrop. an.* 1738. De Eccleſiaſtica provincia Ruſſiæ, ejuſque Epiſcopis adeundus Lequienius *tom.* I. *Orient. Chriſt. pag.* 1257. *ſeqq.* Quod Rutheni apud Michov. *lib.* II. de duabus Sarmatiis *cap.* 1. *pag.* 281. *edit. an.* 1542. de SS. Bartholomæo, & Thaddæo Apoſtolis, Inſtitutoribuſque ſuis affirmant, inane eſt; neque ulla conjectura confirmari poteſt. Atque eſt aliquanto abſurdius, quod Novogrodenſes apud Fabricium *Salut. Luc. Evang. cap.* XXIII. *pag.* 471. nugantur, Sanctum Antonium lapide ingenti molari adnatantem ad ipſos appuliſſe, eoſque Chriſtianæ religionis decreta docuiſſe. Neque iis aſſentior, qui S. Quintianum ſexto ſeculo Epiſcopum Ruſsorum fuiſſe putant. Confer *Baron. ad an.* 506. Eſt enim, ut Johannes Harduinus animadvertit *tom.* XI. *Concil. Ind. Epiſc. pag.* 840. *Rutenenſis* ſeu *Rutenus* Epiſcopatus in Aquitania Orientali *Rodez*. Vide Concilium Agathenſe celebratum *an.* 506. apud eumdem Harduinum *tom.* II. *pag.* 1006. & quæ diſputat Bayerus *ibid. tom.* VIII. *pag.* 392. Sed de Ruſſorum expeditionibus, & eorum ad fidem converſione conſulendi Cedrenus *ad an. Chr.* 860. *pag.* 580. *& pag.* 676, *edit. an.* 1647. Conſtantinus Porphyrogenneta, ſeu potius (ut recte animadvertit Fabricius *ſalut. Luce Evangelii pag.* 472.) Leontius Byzantinus in vita *Baſilii Macedonis cap.* XCVI. *pag.* 211. *edit. Pariſ. an.* 1685. Zonaras *tom.* II. *Annal. pag.* 162. *edit. an.* 1687. Johannes Scylitzes Curopalata *pag.* 44. De S. Bonifacio Camaldulenſi Ruſſorum, Pruſſorumque inſtitutore *ſec.* X. *&* XI. ineunte, vide Martyrologium Romanum ad *diem* XIX. *Junii*. S. Petrum Damianum in vita *S. Romualdi cap.* XXVII. *pag* 46. *edit. an.* 1666. Bollandianos *t.* III. *Junii pag.* 907. *ſeq.* & *t.* VI. *p.* 217. *ſeqq.* & Pagium *ad an.* 997. *num.* 2. *ſeqq.* Urbanus Cerrius MS. *cit. pag.* 56. De ſtatu Eccleſiarum Ruſſiæ Poloniciæ agens.

„ V' è,

Digitized by Google

nam religionem fuiſſe: ceteros x. circiter ſeculo eorum exemplum fuiſſe imitatos. Kiovia utriuſque Ruſſiæ Metropolis erat. Poſt Synodum Florentinam Iſidorus Metropolita, qui deinde S.R.E. Cardinalis fuit, a factione Schiſmaticorum, quod Sedi Apoſtolicæ adhæreret, de gradu Epiſcopatus dejectus eſt, quamquam ille nihil hujuſmodi hoſtium injurias moraretur. Interim Græci pro Kievienſi alterum Metropolitam conſtituerunt, ut Moſchis rem gratam facerent, qui *Moſchuæ* Metropoli *Moſchoviæ* verſaretur. Etſi autem data diligens opera a Poloniæ regibus deinceps fuit, in quorum Kiovia ditionem ceciderat, ut ejus civitatis præſules, qui poſt Iſidorum ſedem occuparant, errare deſinerent, tamen hoc & ægre conſequi potuerunt, & numquam impetrarunt, ut diuturna (1) Ruſſorum omnium cum noſtris conſenſio eſſet, propterea quod apud hos ipſos inſtituta, erroreſque Græcorum inveteraſſent. Interim Metropolitæ, ſi qui fuerunt Eccleſiæ Romanæ addicti, multis injuriis ab Ruſſis ſchiſmaticis afficiebantur. Igitur cum ferre impetus hoſtium non poſſent, Wilnam tandem ſibi eſſe abeundum exiſtimarunt. At nunc magna eſt orthodoxorum, qui Pontificibus Maximis obtemperent, in Ruſſia multitudo, epiſcopiſque utuntur, qui etſi Græcorum in re divina ritus colant, tamen orthodoxam religionem profitentur. Sunt præterea (2) Armenii plures in Ruſſia, qui ab Epiſcopis ſuæ gentis reguntur. Ne-

„ V' è, *inquit*, quantità di Greci del rito Rateno diviſa in *Uniti*, e *Sciſmatici*, avendo gli „ uni, e gli altri i loro Veſcovi. *Gli Uniti* vennero nell' unione ne' tempi di *Clemente* VIII. „ e ſono governati nello ſpirituale da un Metropolita, che chiamano di Kiovia, dall'Arcive- „ ſcovo di Ploſco, da' Veſcovi di Kelma, Preſmilia, e Luceoria. Hanno appreſſo di loro Con- „ venti di Monaci Baſiliani, quali ſi mantengono nell' unione, e la conſervano aſſai bene, anzi „ la promuovono quanto poſſono, eſſendoſi l' anno precedente al paſſato unite alla Chieſa Cat- „ tolica trenta Parocchie Sciſmatiche con tutto il popolo a loro ſoggetto, e ultimamente ne „ fu acquiſtata una molto celebre nel Palarinato di Novogredoo, ove ſi fece Cattolico il Paro- „ co con 3000. anime, e in altra dopo la morte dello ſciſmatico è ſtato ricevuto il mandato dal „ Metropolita. Anzi adeſſo ſi è avuto l'avviſo, che abbia fatta la profeſſione della Fede Catto- „ lica il Veſcovo Ruteno ſciſmatico di Leopoli, onde ſi va ogni giorno più ſperando maggiori „ progreſſi. La Sede Apoſtolica ſovviene queſti uniti con aver aſſegnati alcuni luoghi per i lo- „ ro Monaci ne' Collegj Pontificj di Polonia, e nel Collegio Greco in Roma, ove gli ha anche „ conceduto la Chieſa, e l' oſpizio de' SS. Sergio, e Bacco. Addit Cerrius opportunum ſibi videri „ Che per mezzo di queſti Ruteni ſi faccia un paſſo in Moſcovia ora appunto, che tra un po- „ polo, e l'altro fioriſce la pace. Ex iis autem plane liquet, vera ne ſit inſcriptio Diſſertationis illius editæ ab Johanne Franciſco Buddeo viro de ſecta Lotheranorum, quæ ſic habet: *Eccleſia Romana cum Ruthenica irreconciliabilis*. Jenæ 1718. Nam ſi pars hæc Ruthenorum ita eſt Romanæ Eccleſiæ conjuncta, ut ſupra deſiderari quidquam non poſſe videatur, non equidem video, cur Moſchovitica reconciliari Sedi Apoſtolicæ nequeat. 1 Lequien. *ibid. p.* 1160. *ſeqq.*

2 De Armeniis in Ruſſia ſic habet Cerrius *ibid. pag.* 58. „ Abita anche *ivi* una nazione intie-

„ ra

Neque longe recentiora in Ruſſia quæ ad Septemtriones ſpectat, atque Alba, Moſchoviaque dicitur, Chriſtianæ religionis primordia fuerunt. Nam cum in eam Ruſſiam, de qua ſupra demonſtratum eſt, invecta ſanctorum virorum opera fuiſſet, tum Epiſcoporum imprimis Kievienſium diligentia (1) in *Majorem*, ſeu *Moſchoviam* (2) manavit. Epiſcopi deinde ſunt ab Kievienſibus Wolodomiriæ, Roſtovii, aliiſque in oppidis ordinati, qui eccleſias (3) adminiſtrarent. *Olgam* autem *Ivoris* (4), ſeu *Georgii* Ruſſiæ Magnæ Principis uxorem circa annum 955. initiatam myſteriis noſtræ religionis, & Helenam fuiſſe appellatam ferunt. Cum hæc ſupremum obiiſſet diem, Woldemirum illius nepotem baptizatum fuiſſe, & anno circiter 988. ſuis, ut Chriſtianis ſacris ſeſe addicerent, Græcæque Eccleſiæ ritus colerent, perſuaſiſſe, uxoremque duxiſſe Annam Baſilii II. Imperatoris Græcorum ſororem. Ac die quidem, quo nomen Woldemirus Chri-

„ ra di Armeni, e la maggior parte ſtà in Leopoli, e ne' contorni ſotto Cattolici nel rito loro „ approvati, e ſoggiacciono al Arciveſcovo Armeno di detta città .... Il P. Clemente Galano „ Teatino fu quello, che contribui aſſai alla unione loro con indefeſſa fatica, e applicazione, „ avendo viſitato quelle Chieſe, corretti gli abuſi, e gli errori, e introdottovi le verita Cat„ toliche. Nunc in ea Ruſſiæ Poloniciæ parte permulti ſunt Armenii Catholici, eorumque aliqui in Dominicanorum, aliorumque ordines cooptari petunt. Id quod facile impetrant, modo rectam fidem colant, ſintque bene morati.

1 Lequien. *pag.* 1291.

2 De Origine Moſchorum, ſeu Moſchovitarum agunt Bochartus *Phaleg. l.* III. *c.* XIII. *t.* I. *edit. opp. an.* 1712. Michael Lequienius *tom.* I. *Or. Chriſt. pag.* 1291. *ſeqq.* & Joſephus Simonius Aſſemanus vir eruditiſſimus *in opere* ante dies paucos vulgato, quod inſcribitur *de Kalendariis univerſæ Eccleſiæ &c. par.* II. *cap.* IV. *pag.* 275. *ſeqq.* Sed quod hi vel affirmant, vel dubitant, a Moſoch Moſchos, veteribus memoratos, & Moſchovitas a Moſchis iiſdem profectos eſſe, ne veriſimile quidem mihi videtur. Atque Aſſemanus *p.* 284. fieri potuiſſe ait, ut Moſchi Populi Colchis ol m finitimi in Ruſſiam magnam migraverint, ibique & flumini *Moſcho*, & urbi *Moſcha* nomen indiderint, quamquam a nemine veterum tradita hæc ſint memoriæ poſterorum. Is autem error manavit ex eorum opinione, qui Ruſſos exiſtimabant a *Moſchua* urbe *Moſchovitas* fuiſſe, & *Moſchuos* appellatos. Id vero Polonia acceptum eſt referendum. Quoniam vero *Moſchi* veteres intra Caucaſum degebant montem, vetus nomen viſum eſt opportunum, quod in *Moſchovitas* transferretur. At ſcriptores nulli erant antiqui, quibus hæc ſententia confirmaretur. *Ruſſos* enim eos IX. & X. ſeculi ſcriptores vocarunt, *Moſchos* numquam. Neque ante illud tempus, quo Moſchua a Georgio Uladimiri filio Longimano anno circiter 1149. condita eſt, ullus fuit, qui *Moſchovitarum* meminerit, immo vero ne poſt quidem, quoad conſtituto Magno *Moſchoviæ* Ducatu augeri opes Ruſſorum cœperunt. Jam vero *Moſchua* non a fluvio, cui vetus nomen *Smorodina* erat, ſed a vetere Cœnobio *Moſchos* dicta eſt. Muskoi autem a *Mus*, & *Muſik*, idest *viro*, quaſi *virorum ſedem* dicas, nomen ſortita eſt. De qua re conſuli poteſt Henricus Brennerus in *Notis in ſertem Principum Iberiæ pag.* 86. Quamobrem non rectius, *Ruſſicam* gentem appellari *Moſchoviticam* poſſe arbitror, quam ſi quis *Gallos* voces *Pariſinos*. Sed de his adeundus Bayerus *loc. cit. tom.* VIII. *pag.* 398. *ſeqq.* De nomine recens impoſito Moſchovitis, vide Aſſemanum *l. c. cap.* IV. *pag.* 284. *ſeqq.*

3 Confer Lequienium *tom.* I. *Or. Chriſt. pag.* 1298. *ſeqq.*

4 Vide Cangii *Familias Byzantinas pag.* 144. *edit. an.* 1680. Pagium ad an. Chriſti 987. *num.* VI. *ſeqq.* & *ad an.* 1015. *num.* VIII. Sed ſunt qui metuant ne hi Augos cum Ruſſis confuderint. Vide *Aſſeman. ibid. pag.* 255. *ſeqq.*

Digitized by Google

Chriſtianæ religioni dedit, viginti millia Ruſſorum ejus fuiſſe exemplum imitatos memoriæ (1) traditum eſt. Propagata deinceps in iis regionibus majorem in modum ab iis, quibus ea res cordi fuerat, religione; ubi Græci omnino ab Sede ſe Apoſtolica ſejunxerunt, Ruſſi quoque impulſi ſunt, ut eorum partes ſequerentur. Quare nihil prætermiſſum a Romanis Pontificibus eſt, quod ad *Moſchovitas* reducendos pertineret. Miſſi namque ab iis legati (2) interdum in *Moſchoviam* ſunt, qui id laborarent, idque, quibus modis poſſent, eniterentur. Sed fruſtra. Nam Græci eos in errore continebant, curabantque, ne quos noſtri progreſſus facerent. Extremo fere ſeculo XVI. cum Hieremias ſecundus Conſtantinopolitanus Patriarcha, in cujus ditionem Kiovienſis metropolites ceciderat, in Moſchoviam eſſet profectus, ut pecunia collecta Metrophanem, qui in Patriarchatum invaſerat, ejiceret, dignitatemque, de qua fuerat dejectus, recuperaret; monachis Moſchorum rem gratam facturus, a quibus multis, magniſque rebus adjutus eſſet; Moſchicæ genti Archiepiſcopum præfecit, qui αὐτοκαίφαλος eſſet, nulliuſque Metropolitæ imperio (3) pareret. Qua re perfecta, litteras etiam addidit, quibus Moſchoviticum illum primatum confirmavit, quaſque a monachis, ſacerdotibuſque, qui præſto aderant, probari fecit, quin Monembaſienſis, & Elaſſonienſis Epiſcoporum rationem habendam eſſe exiſtimarit, qui ſocii itineris erant, atque hoc genere inſtitutionum dividi Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, minuique proinde opes arbitrabantur. His rebus geſtis, Hieremias Moſchuæ in Synodum (4) Epiſcopos Moſchorum, eoſque, qui præfecti Monachis erant, cogit, & præ-

1 Conſule Strahlenbergium *pag.* 273.

2 Vide Jovium *in Moſcbov. p.* 82. *edit opp. an.* 1578. Poſſevinum *l.* VI. *Bibl. ſelect. pag.* 904. *edit. an.* 1603. Baronium *ad eaelem tom.* VIII. *Annal. edit.* Venetæ Bzovium *ad an.* 1514. *pag.* 226. *ſeqq. tom* XIX. *Annal.* Raynaldum *ad an.* 1308. *pag.* 36. *ſeqq.* Thomam a Jeſu de *Procuranda omnium gentium conv rſione lib.* VI. *pag.* 106. *edit. opp. an.* 1684. Richardum Simonium *Biblioth. Chriſ. tom.* I. *cap.* XL I. *pag.* 302. *ſeqq. pag.* 146.

3 Vide Hierothei Monembaſienſis Epiſcopi Synopſin Hiſtoriar. *p.* 348. *ſeqq.* & Chryſanthum Notaram Patriarcham Hieroſolymorum *lib. De ſacris officiis edit. Walach. an.* 1715.

4 Anno Chriſti 1591. menſe Februar. perfecta hæc omnia fuerunt, ut eſt ibidem traditum a Chryſantho. Editus præterea eſt Taurini a Doctiſſimo Paſino Index Bibliothecæ *Codicum MS. Biblioth. Taurin.*, in qua hæc leguntur. *edit. ann.* 1750. *pag.* 433. *tom.* II. κόποι ϗ διατριβὴ τοῦ ταπινοῦ ἀρχιεπισκόπου Ἀρσενίου. γράφει ϗ τὴν προβίβασιν τοῦ πατριάρχου Μοσκοβίας. „ Labores, & iter humilis Archiepiſcopi Arſenii. Scribit & inſtitutionem „ Patriarchæ Moſchoviæ „. Atque hæc quidem narratione eadem, quæ dixi, continentur.

Digitized by Google

præſentibus Imperatore Theodoro, ejuſque conjuge, ſenatoribuſque rem divinam facit, deinde omnium ſuffragiis Jobum Roſtovienſem primum totius Moſchovitici Imperii Archiepiſcopum, & Patriarcham conſtituit. Moſchuam urbem ejus Sedem Archiepiſcopatus eſſe oportere decernit, eique rei ne quis umquam reſiſtat, neu quidquam opponat, cavet. Theodorus Princeps tanto beneficio Hieremiæ obſtrictus, multis muneribus eum, ſocios, ipſumque Monembaſiæ Præſulem, qui ne rei quidem ſacræ, quam tunc Patriarcha fecerat, intereſſe voluit, donatos dimittit. Is Hieremias cum Conſtantinopolim revertiſſet, & Metrophanem, ita ut optaverat, de gradu, & dignitate, numerata Turcis pecunia dejeciſſet, Concilium Epiſcoporum convocat, & quid ſui conſilii ſit, oſtendit. Moſchovitarum Archiepiſcopum, qui Patriarchæ inſtar eſſet, agnoſci, & confirmari eorum conſenſione jubet, idque jam canone XXVII. Synodi Chalcedonenſis ſtatui poſſe demonſtat. Nam Eccleſiam Imperialem, quæ Senatu, quæ Imperatoria Majeſtate, quæ multis denique nominibus illuſtris ſit, dignam eſſe dicit, quæ in Patriarchalibus numeretur. Hoc interea a Moſchovitis petit, ut ſtatim atque delectus ab iis Primas Eccleſiarum eſt, Conſtantinopolim mittantur, qui a Patriarcha Byzantino, ut ratam rem habeat, petant, ſtatiſque temporibus ei quingentos aureos nummos (1) ſolvant. Sed cum Principes Moſchoviæ a Patriarcha ſibi leges dici, imperarique acerbe ferrent; in ordinem hunc, ceteroſque ſacrorum Præſides redegerunt; quo tempore & numerandæ pecuniæ, & petendæ, ut vocant confirmationis conſuetudo (2) ſublata eſt. Alexius enim Michaelis filius, qui magno in honore Patriarcham verſari, pluſque ſibi tribuere, quam Eccleſiaſtica dignitas poſceret, videret, metueretque, ne qua in republica perturbatio, depreſſa regia auctoritate, naſceretur; contra atque leges, & inſtituta majorum poſtulabant, collegium, in quod nullos ex ordine Sacerdotali viros cooptari volebat, inſtituit, cui in cauſſas Eccleſiaſticorum inquirere, eaſque dirimere jus eſſet. Nicon tunc

1 Celebrata hæc Synodus an. 1593. menſe Februar. in Conſtantinopolitano Pammacariſtæ Patriarchali templo fuit. Confer Chryſanthum Hieroſolymitanum loco *modo indic.* & Lequienium *Or. Chriſt. pag.* 1293. *ſeq. tom.* 1.

2 Lequien. *ibid.*

tunc erat Patriarcha (1) Moſchovitarum . Is quod de tanta dignitate dejectum , coactumque dicto Principis , & miniſtrorum audientem eſſe animadvertiſſet ; Alexium convenit , oravitque , ne Sanctorum Patrum inſtituta , legeſque violare pergeret . Sed quod nullos in ea re progreſſus ſe facere poſſe perſpiceret, ad Conſtantinopolitanum Patriarcham litteras dedit, quibus ei, quæ acta erant in Moſchovia,ſignificavit, obſecravitque hominem,ut pro ſua auctoritate a ſuſcepto conſilio Regem (2) deterreret . Interim Nicon hortari Alexium , obteſtari, arguere , nihil denique prætermittere , quod ad recuperandam poteſtatem ſpectare videretur . Quæ res Principem vehementer commoverunt , fueruntque in cauſſa, cur ad ſe Patriarchas Alexandrinum , Antiochenum , & Hieroſolymitanum acciret , juberetque concilium celebrari , atque Niconem de ſede dejici , ejuſque loco alium dici Patriarcham , qui (3) Regi pareret. Nihiloſecius Conſtantinopolitani Patriarchæ in Moſchoviam ſuos mittere , colligendæ pecuniæ (4) cauſſa, ſolebant. Hi quod (5) Turcicis partibus ſtuderent , exploratoreſque Otthoman-

 norum

1 Conſule ejuſdem Niconis *Epiſtolam ad Conſtantinopolitanum Patriarcham apud eumdem Lequien. ibid. pag.*1295.

2 Erat is Patriarcha Conſtantinopoleos Dionyſius ſecundus .

3 Adeundus Lequienius Ibid. *pag.*1300. *ſeq.*

4 Confer Adamum *Olearum in ſuo Itinerario pag.*95. *t.*1. *edit. Pariſ.*1666. & Auguſtinum liberum Baronem in *Itiner.* apud Lequienium *ibid. pag.*1302.

5 Urbanus Cerrius *l.c. pag.*28. „ Nella Moſcovia , *inquit* , ... regna lo ſciſma de' Greci, „ e in varj tempi ſi è tentato di procurare la unione di quei popoli colla Chieſa Romana , ma „ ſempre in vano . E veramente pare ſtrano , che vi ſia maggiore difficultà , o almeno minor „ riuſcita nell'unire queſti Sciſmatici alla Chieſa , che d'introdurre nel di lei grembo gl'infedeli iſteſſi . Ma la ragione di ciò a me pare la ſtretta unione , che queſti popoli hanno col Patriarca di Coſtantinopoli , e cogli Sciſmatici della Grecia , i quali eſſendo nemici capitaliſſimi „ della Santa Sede , & tirando la maggiore , e miglior parte della loro ſuſſiſtenza dalle contribuzioni, che raccolgono tra' Moſcoviti, e ſapendo , che ſe queſti ſi uniſſero alla Chieſa ceſſerebbero le contribuzioni ſuddette , procurano per tutte le ſtrade di tenerli lontani da tali penſieri . La ſeconda ragione è, perchè tutte le aperture , che ſi ſono finora fatte , ſono ſtate ragioni „ umane , e politiche , eſſendo il penſiero di quel principe di renderſi Re di Polonia , e avendo „ talvolta eſibito di fare la unione con queſta condizione, ma perchè i Polacchi realmente aborriſcono quel dominio , e temono per la ſua potenza perdere la loro libertà , non hanno mai „ voluto in ſoſtanza accudire a queſto ſuo diſegno , di che accortoſi quel Principe ha laſciata „ ogni intenzione di più unirſi alla Chieſa . . . La terza ragione della difficultà di riunirſi alla „ Chieſa ſono i mezzi , che ſi ſono preſi per procurarla ; poichè non avendo la Sede Apoſtolica „ altri ſoggetti pratici del rito Greco , e de' coſtumi , e lingua loro , che i Monaci Ruteni uniti „ di Polonia , ha dato loro di quando in quando queſta incumbenza ; ma o che i Moſcoviti gli „ abbiano avuti per ſoſpetti come di nazione nemica , o che queſti dubitando di dare geloſia alla Polonia ſe s'internavano troppo con i Moſcoviti , hanno camminato nel negozio con lentezza , e con politiche conſiderazioni piuttoſto , ch' Eccleſiaſtiche . . . Pochi anni ſono venne di

„ Mo-

Digitized by Google

norum potius, quam legati Patriarchæ eſſent, idque jam multis, magniſque indiciis demonſtrarent, quæ latere Moſchovitas non poſſent, iram in ſe Principis concitarunt, qui ſuis imperavit, ne quid in poſterum tempus cum Patriarcha Byzantino commercii haberent. Sed quoniam unum aliquem eſſe oportere intelligebat, qui ſupremam in Eccleſia obtineret auctoritatem, ceteroſque regeret, in officioque contineret, ne turbæ, diſſenſioneſque in adminiſtratione ſacrorum, & religione excitarentur, de conciliandis Sedi Apoſtolicæ Moſchis cogitavit. Pantaleon Ligaridius Chius vir magno ingenio, qui in Collegio Græcorum Romæ litteris operam dederat, magnamque ſibi eruditionem paraverat, ubi cognovit, Principi, apud quem conſilio, fide, auctoritate plurimum valebat, eſſe in animo conjungi noſtris ſocietate religionis, hunc in ſententia confirmabat, utque Romam legatos de re tanta mitteret, hortabatur. Erat autem Ligaridius ſuſpectus Latinis, propterea quod Roma decedens, atque in patriam reverſus, a Schiſmaticis ſtetiſſet, ſeſeque

„ Moſcovia un ablegato uomo dotto, e beniſſimo Cattolico Scozeſe erudito ne' Collegj di quel-
„ la nazione in Dovai, quale offeriva di ſtabilire una corriſpondenza tra Roma, e quella corte.
„ Ma perchè voleva ſi daſſe al ſuo Re il titolo di Czar, che in lingua Schiavona non ſignifica
„ altro, che dominatore ſupremo, per la ſomiglianza, che ha col nome di Ceſare ſolo dovuto
„ all'Imperatore, non gli ſi volle qui concedere, onde ſi ritirò l'ablegato da Roma, e ritornò
„ a render conto della ſua commiſſione al Principe, che lo mandò, che per tal cagione lo fece
„ ſtar molto tempo carcerato. Ora il detto Re è mancato, eſſendo reſtato erede del regno il ſuo
„ figliuolo. Con tale occaſione ſi ebbe una notizia, che può molto contribuire all' avanzamento
„ della Fede, e animare la Santità Voſtra a ripigliar il trattato, cioè che quel principe era di-
„ ſguſtatiſſimo del Patriarca di Coſtantinopoli, il quale mandando colà alconi Veſcovi a racco-
„ gliere l'moſine, ſi ſcoperſe, che facevano la ſpia al Turco, e perciò gli avea diſcacciati, e
„ proibito a' ſuoi popoli il commercio col Patriarca, e co i Greci ſudditi del Turco. Anzi
„ conſiderando, che non potevano governarſi que' ſuoi Veſcovi ſenza qualche ſuprema autorità,
„ avea penſato di unirſi con Roma, che in queſto diſegno lo tratteneva, e nodriva grandemen-
„ te Paiſio, o Pantaleone Ligaridio arbitro di quel Principe in materia di religione, quale era
„ ſtato alunno del Collegio Greco in Roma, e poi fattoſi conſacrare Arcivescovo di Gazza dal
„ Patriarca Sciſmatico, ſi era reſo molto ſuſpetto alla Congregazione, ſebbene in tutte le oc-
„ caſioni avea parlato con venerazione, e con riſpetto della Chieſa Romana, eſortando i ſuoi
„ Greci a unirſi con eſſa, onde ſtimava ſarebbe ſtato molto proficuo fargli corteſia, e dimoſtra-
„ zione poſſibile, mentre avea già tolti da quei popoli molti abuſi pernicioſiſſimi dello Sciſma, e
„ orribili beſtemmie verſo la Santa Sede. Qui ſi vede beniſſimo eſſerſi perduta una belliſſima oc-
„ caſione di ſtabilire non ſolo corriſpondenza con quella corte, ma anche di mandarvi un mini-
„ ſtro Apoſtolico, che quel Principe offeriva di mantenere nella medeſima maniera, che fu trat-
„ tato il ſuo ablegato in Roma ... Per via del medeſimo ablegato ſi ebbe anche notizia, che di
„ là ogni anno ſi parte una caravana di mercanti, che per la Tartaria Aſiatica traverſando tutto
„ quel vaſto tratto di paeſe, vanno alla China, e queſta ſarebbe ſtata una delle più belle aper-
„ ture, che mai ſi poteſſe dare per traghettare i noſtri Miſſionarj in quella gran Provincia, e
„ per aver notizie non mai più avute di tutta la Tartaria, e dell' Aſia Settentrionale affatto ab-
„ bandonata &c.

ſeſeque ab ejus factionis Præſule ordinari Epiſcopum paſſus eſſet. Itaque noſtri committendum non putabant, ut ejus dictis fides adjungeretur. Atque ita quidem res Moſchorum ſe, cum Innocentius XI. viveret, habebant. Initio hujus ſeculi Hadriano Patriarcha vita functo, Petrus, qui principatum in republica obtinebat, quod tales ſacrorum præſides nollet, quales ad ea tempora Patriarchæ fuerant, qui non ſolum res Eccleſiaſticas, ſed civiles etiam interdum adminiſtrare conarentur, ut ejus rei periculum deinceps vitaret, tollendos funditus e Moſchovitarum Eccleſia Patriarchas ſtatuit, reſque omnes, quæ ad clerum pertinerent, ab (1) undecim viris Eccleſiaſticis dijudicandas ſanxit, quibus Metropolita præeſſet, cui id eſſet impoſitum onus ab Rege. Hoc genus collegii ſynodum vocari, & Regi eſſe ſubjectum præcepit. His rebus perfectis, Petrus iter in Germaniam, Galliam, aliaſque regiones inſtituit, ut quid rerum in quaque illarum gereretur, qui uſus obtinerent, quæ artes excolerentur, quidque commodi inde, ſi invectæ in ſuum regnum fuiſſent, percipere Moſchi poſſent, cognoſceret. Cum Pariſiis ageret, Sorbonæ collegium inviſit. Doctores Sorbonici, rati utiles ſe Chriſtianæ reipublicæ futuros, ſi cum tanto principe de conciliandis Sedi Apoſtolicæ ſuis egiſſent, libellum ei obtulerunt, quo cauſſas exponebant, quibus perfacilem eſſe ejuſmodi pacem inire defenderent. Petrus non eum eſſe reſpondit ſe hominem laicum, qui de religione agere aut poſſet, aut deberet. Ad Epiſcopos Imperii ſui ſcriberent. Eos namque facturos, quod viſum eſſet opportunum. Dici vix poteſt, quam id acerbe tulerint Proteſtantes. Johannes Franciſcus Buddeus homo de ſecta Lutheranorum, qui plane perſpiciebat, adductis ad ſacra Romanæ Eccleſiæ Moſchis, proficere nihil in Moſchovia Proteſtantes poſſe, librum ſcripſit, quo conci-

 liari

(1) Stephanum Javorski Reſanenſem, & Muromenſem Metropolitam ei concilio Petrus præfecit, & Exarchum vocari juſſit. Qui præſidis vices tenerent duos inſtituit, Theodoſium Novogorodenſem, & Theophanem Procopovvlz Pskovvienſem. Sed Stephano anno 1723. mortuo, nullus ejus loco conſtitutus eſt Synodi præſes. Exarchi enim partes agebat Novogorodenſis, quin plena poteſtate potiretur. Confer Petri epiſtolas, quas eam ob cauſſam ſcriptas refert Lequienius *pag.* 1296. *tom.* 1. *Orient. Chriſt.* Datæ autem ſunt die 22. Februarii, & 7. Martii, atque eodem, quem dixi, anno confirmatæ. Rurſum an. 1722. ſimiles leges tulit, quas edi eodem ipſo anno typis Slavonicis fecit.

liari eos noſtris nequire (1) conficeret. Sed quum permulta miſcuiſſet, quæ longe a veritate diſtare perſpicuum erat, reprobatus non a Ribera Dominicano (2) ſolum, ſed a Moſchis etiam eſt, qui impune calumniari Lutheranum minime ferendum exiſtimabant. Clemente XI. Pontifice Maximo in eam ſpem noſtri venerunt, ut ſi Prædicatores in Moſchoviam miſiſſent, aliquos ſaltem induci ad catholicam religionem colendam poſſe arbitrarentur. Itaque datum Auguſtino Pipiæ Ordinis Prædic. Magiſtro a Pontifice negotium fuit, ut aliquos deligeret, quos & doctos, & bene moratos eſſe ſciret, ut recte inſtituti in eas regiones promulgandæ veritatis cauſſa mitterentur. Sed neſcio quo caſu contigerit, ut deterriti noſtri ſint, quo minus in ſuſcepto conſilio manerent. Nunc etſi Catholicis nonnullis in Moſchovia verſari licet, tamen Moſchi Græcorum ritus (3), & ſchiſma ſequuntur, quin Conſtantinopolitano Patriarchæ pareant. (4)

Quo autem tempore introducti in Provinciam Zichiam, quæ pars Sarmatiæ ad Pontum Euxinum erat, Chriſtiana

1 Refertur libellus Doctorum Sorbonicorum a Buddeo in eo *Tractatu*, quem inſcripſit „ *Ecclesia Romana cum Ruthenica irreconciliabilis, ſeu ſcriptum aliquot Doctorum Sorbonicorum Auguſtiſſimo Ruſſorum Imperatori ad utriuſque Eccleſia unionem ei ſuadendam exhibitum, modeſte expenſum, & animadverſionibus illuſtratum*. Sed quod dicit modeſte expenſum, tam eſt verum, quam eſt verum illud, reconciliari Romanæ Eccleſiæ Ruthenam non poſſe. Nam ſi Rutheni Polonis ſubditi Romanæ Eccleſiæ conſentiunt, non video, cur conſentire nequeant Rutheni ceteri, qui eoſdem ritus, atque eadem inſtituta ſequuntur. De hac re autem dicam copioſe, ſed tempore.

2 Edidit enim is adverſus Buddeum cum in Moſchovia ageret librum, quem Moſchi probarunt, ac verti in Slavicum ſermonem volebant. Quæ res argumento eſt, Buddeum multa Moſchis affinxiſſe, quæ ab eorum opinionibus abhorrerent. Vide Lequien. *tom.* 1. *pag.* 1308. *ſeq.*

3 De Epiſcopis Moſchorum confer Lequienium *ibid. ſeqq.* Riberam *Anti-Apolog. pag.* 16.

4 Sed qui plura de Ruthenis, qui Moſchi deinde ſunt appellari, volet, is conſulat Lequienium *l.c.* & notationes in menolog. Ruthenicum, quod Amſtelodami a Laurentio Van der Hem acceptum, una cum Menologio metrico Græcorum præmiſit *tom.* 1. *menſis Maii Bollandianorum pag.* LXIV. *ſeqq.* Daniel Papebrochius, Joſephum Simonium Aſſemanum Bibliothecæ Vaticanæ cuſtodem primum *lib.* 1. *Kalendar. Eccleſia Slavica, ſive Græco-Moſcha cap.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1750. qui multos nominat, qui in illuſtrandis Moſchorum rebus laborarunt. E Proteſtantibus etiam fuerunt, qui de moribus, & religione Moſchorum agerent. In his eſt Salomon Neugebaverus *in Moſchov. edit. Gedani an.* 1614. *cap.* XII. *ſeqq.* Johannes Conradus Danhaverus *Exercitat. Hiſt. Theol. de Relig. Moſchov. inter ejus opp. edit. Lipſ. t.* II. *pag.* 1611. *ſeqq.* Michael Sricin Githenſis *in Relig. Moſchovit. edit. Gieſſæ an.* 1661. Johannes Erneſtus Gerhardus *Diſſ. de Moſchovitarum relig. edit. Jenæ an.* 1662. 1710. Johannes Herbinius *in Cryptis Kiovienſibus cap.* III. *pag.* 17. *edit. Jenæ an.* 1675. Nicolaus Bergies *Superintendens Generalis Livoniæ Exercit. Hiſt. Theol. de ſtatu Eccl. & Relig. Moſcovit. edit. Holmiæ an.* 1704. *cap.* 4. *pag.* 48. *ſeqq.* aliique, quos recenſet J.A. Fabricius *Salut. Luc. Evang. cap.* XXIII. Sed hi quidem non-

na religio fuerit, non ſatis liquet. Negari autem nullo modo poteſt, quin ante quartum Eccleſiæ ſeculum in ea reperirentur, qui noſtris ſe legibus, ſacriſque dedidiſſent. Nam in oppidis, quæ ei provinciæ attributa ſunt, non modo Theodoſii ſenioris, & Conſtantini M. (1) temporibus, ſed etiam aliquamdiu ante Epiſcopi florebant, qui cœtibus Chriſtianorum præeſſent. Iberiæ incolæ Chriſto ſe obſtrinxerunt, cum Conſtantinus teneret imperium Populi Romani. Quum enim barbari impetum in aliquas regiones feciſſent, in quibus Chriſtiani verſabantur, in principem provinciæ (2) urbem cum aliis multis mulierem quamdam captivam abduxerunt, quæ ſingulari erga Chriſtum fide, pietateque excellebat, ita ut barbaris etiam admirationi (3) eſſet. Interim Regis filius adverſa valetudine laborare cœpit. Eum mater, cum afferri ad mulieres, quæ curandi facultate præſtare dicerentur, juſſiſſet, neque ſalutem recuperare vidiſſet, deduci tandem ad captivam præcepit. Quem illa, cum invocato Chriſti nomine ſanaviſſet, magnam ſibi apud Ethnicos exiſtimationem paravit. Non diu poſt Regina in morbum incidit. Cumque exemplo filii, a qua demum auxilia eſſent petenda, perſpiceret, mulierem ad ſeſe accivit, ſibique ſanitatem eadem ratione reſtitui impetravit. Ubi convaluit, quæſivit ex illa, undenam tantam facultatem conſequuta eſſet. Captiva autem, ne puta, inquit, Regina hæc virtute mea fieri ſolere. Chriſtus enim Dei Filius, quem ego Deum unum agnoſco, & agnoſcam, dum vivam, is ille eſt, qui ut mundum condidit, ita vi reſtituendæ cuique ſanitati pollet. Quamobrem ipſum colito, atque invocato, ſi ſapis. Rex, qui repente ſanatam uxorem acceperat, per-

nonnulla Moſchovitis tribuunt, quæ illis minime probantur. E Moſchis Petrus Mogila Metropolita Kioviensis ſcripſit: ἔκθεσις τῆς τῶν ῥώσων πίστεως. *Expoſitio Fidei Ruſſorum edit. græce, & latine* a Laurentio Normanno *Lipſiæ an.* 1695. De Epiſcopis Ruſſorum Moſchorum confer Lequienum *tom.* 1. *pag.* 1291. *ſeqq.*

1 De Eccleſiis Zichiæ adeundus Lequienus *ibid. pag.* 1325. *ſeqq.*

2 Tractus ille omnis, qui a Ponto Euxino ad *Hircanum*, ſive *Caſpium* mare pertinet, diviſus erat in regiones tres, quarum prior, quæ ad occidentem ſolem ſpectabat, attingebatque Euxinum Pontum, *Colchis*, altera ad mare Caſpium pertinens ad orientem ſolem *Albania*, tertia quæ media earum erat, *Iberia* appellabatur. Sed cum Conſtantinus imperium teneret Populi Romani omnis ea regio Iberia dicta eſt, quæ ad Euxinum uſque Pontum porrigitur. Quamobrem Socrates *lib.* 1. *cap.* xx. *pag.* 52. *edit. Cantabrig.* Ἴβηρες, inquit, δὲ αὐτοὶ προσοικοῦσι μὲν τὸν Εὔξεινον πόντον. *Iberi autem ipſi incolunt Euxinum Pontum.*

3 Vide Rufinum *lib.* 1. *hiſt. cap.* x. Socratem *lib.* 1. *cap.* xx. *pag.* 52. *edit. Cantabrig.* Sozomenum *lib.* II. *cap.* 7. 1. *pag.* 33. *ſeqq. edit. Cantabrig.*

percuntatus, quo medico uſa eſſet, ut intellexit captivæ id eſſe virtute factum, ampliſſima ei munera miſit, ipſamque certiorem fecit, quæ vellet ab ſe facile eam eſſe conſequuturam. Ad hæc mulier reſpondit: non egere pecunia ſe, neque eam eſſe, quæ auro anteponeret pietatem. Id autem ſibi gratum futurum, ſi quem ipſa venerabatur, eidem Rex Deo cultum adhibere ſtatueret. Itaque munera ad Regem reportari fecit. Miratus ille captivæ animum pecuniæ minime cupidum, ſecum cogitabat, quod eſſet ſibi de religione conſilium ſuſcipiendum. Poſtridie ejus diei Rex cum forte ad venandum egreſſus eſſet, & montium juga, ſaltuſque, in quos pervaſerat, nebula, & obſcura caligine obduci vidiſſet, neque viam, qua domum redire poſſet, ullam reperiſſet, & quo ſe verteret, quidque conſilii caperet, ignoraret, ſuorum numinum opem imploravit. Sed cum nihil ageret, ei captivæ mulieris, Deique, quem ipſa nominaſſet, in mentem venit. Hoc invocato, diſſipata continuo caligo eſt. Lætus, quod tanto periculo liberatus eſſet, domum revertit, atque ad ſe mulierem evocat. Quærit, quis ille ſit Deus, quem ipſa coleret. Ubi de conditore mundi, qui rebus univerſis proſpiceret, quique homo eſſet factus, ut genus humanum, quod in dæmonis poteſtatem venerat, ſanguine ſuo redimeret, cognovit, non modo Chriſtianum ſe eſſe dixit, ſed etiam dedit operam, ut ſui eamdem religionem amplecterentur. Iberos enim, qui ſuo imperio parebant, ad concionem vocavit, expoſitiſque iis, quæ filio, quæ uxori, quæ ſibi contigerant, omnes ut ad Chriſtum accederent, hortatus eſt. His jam, ut noſtris ſe ſacris addicerent, permotis, captivam de forma templorum, cujuſmodi eſſe apud noſtros ſoleret, interrogavit. Inde ſaxa, materiam, & quæ ad ædem ſacram perficiendam requirerentur, in certum quemdam locum aſportari, & ædem ſacram extrui præcepit. Columnarum unam cum nulla vi erigi poſſe novi Chriſti aſſeclæ animadvertiſſent (funes enim diſrumpebantur, & machinæ quæque ineptæ ad eam commovendam erant) rem omnem, ut evenerat, Regi nunciarunt. Captiva, quæ id ægerrime ferebat, noctu ad locum eumdem ſe contulit, precibuſque Deo adhibitis impetravit, ut ipſa per ſe columna erigeretur, ac ſuſpenſa ita baſi immineret, ut eam ne contingeret quidem. Mane eodem architectus, atque alii venerunt,

runt, columnamque ſupra baſim in ſublimi pendentem conſpicati, incredibili affecti lætitia ſunt, neque inde recedendum putarunt, quoad ipſis inſpectantibus columna deſcenderet, ſuaque ſponte baſi imponeretur. Clamor tunc excitatus ab omnibus fuit, univerſis veram eſſe Regis, captivæque mulieris religionem ajentibus, atque una dantibus operam, ut templum quam fieri cito poſſet, abſolveretur. His rebus peractis Rex ad Conſtantinum Imperatorem legatos cum his fere mandatis miſit: quoniam divini Numinis beneficio Chriſtiana ſacra probaverat, ſuoſque omnes ad colendam pietatem induxerat, velle ſe Populi Romani ſocium in poſterum tempus eſſe. Interea Epiſcopum, & Clericos ad ſe mitteret. Curaturum ſe, ut nihil eis deeſset, quod ad rem optime gerendam ſpectare videretur. Hæc primordia Chriſtianæ religionis in Iberia fuerunt. Nam quod Colchidis, quam nunc Mingreliam vocant, incolæ ab Andrea ſe fuiſſe Chriſtianam (1) religionem edoctos pugnant, nullus uſquam vetus auctor ſcriptum reliquit. Quod ſi hoc illis nihilominus detur, fateantur neceſſe eſt, penitus eam in Iberia paullo poſt fuiſſe deletam, opuſque captivæ mulieris opera fuiſſe Conſtantini ætate, ut earum regionum habitatores non ſolum fierent Chriſtiani, ſed etiam quis Deus Chriſtianorum eſſet, cognoſcerent. Sexto ſeculo Iberi nulli fere erant, qui leges Chriſti non eſſe colendas arbitrarentur. Igitur cum Cabades (2) Perſarum Rex eos vellet ad Perſica inſtituta ſervanda cogere, Gurgeni eorum Principi mandavit, ut ne Solis cultum introducere in Provinciam differret, caveretque, ne Iberi corpora ſepelirent, neu quidquam aliud agerent, quod a Perſarum conſuetudine diſcreparet. Gurgenes, qui numquam ſe commiſſurum ajebat, ut reus tanti ſceleris eſſet, nuncios ad Juſtinum Auguſtum miſit, qui peterent, ut numquam a Romanis Iberi in poteſtatem Perſarum permitterentur. Id vero ab Juſtino facile impetrarunt.

Albania Aſiana, qua ſpectat ad occidentem ſolem, proxima eſt regioni Iberorum. Ad ortum Caſpio mari alluitur, & qua parte ad meridiem pertinet, attingit Atropatenorum fines.

1 Vide Lequien. *tom.* 1. Or. *Chr. pag.* 1334.
2 Confer Procopium *lib.* 1. *de Bello Perſico cap.* XII. *pag.* 33. *ſeqq. edit. an.* 1662.

nes. Duo in ea præcipua oppida fuerunt *Albania*, & *Chabaluca*. Has veteres nonnulli Scriptores Armeniorum ditioni attribuerunt. *Albaniæ* autem Bartholomæum Apoſtolum deceſſiſſe, traditum a Sophronio eſt, de qua re alio loco (1) demonſtravimus. Fuerunt etiam, qui dicerent, a Thaddæo, quem Syri Addæum vocant, fuiſſe *Albanenſibus* Evangelium nunciatum. Sed neſcio quo caſu evenerit, ut quemadmodum in aliquot aliis regionibus, ita in Albania, extinctis Apoſtolis, eorumque auditoribus, Chriſtianum nomen una deleretur. Itaque quum diu Albaniæ incolæ in ſumma religionis veræ ignoratione perſtitiſſent, Conſtantini demum ætate, eodem ſcilicet, quo Iberi, tempore, Chriſto ſeſe rurſum obſtrinxerunt. Uſi autem inſtitutore Gregorio ſunt, quem nepotem Gregorii Armeniorum magiſtri fuiſſe (2) ferunt. Nunc *Albaniæ*, (3) quæ *Cachetia* dicitur, ille idem *Catholicus* curam agit, qui adminiſtrat Eccleſias Iberiæ (4) ſuperioris, addictuſque eſt opinionibus, & ſuperſtitioni Græcorum hæreticorum. Sunt item in Georgia, Mingreliaque Armenii, ſed

1 Vide *tom.* 1. *hujuſce operis pag.* 316.

2 Galanus *cap.* v. *hiſt. Armenor. t.* 1. *conciliat. Eccleſ. Arm. cum Latin. p.* 45. *edit. a.* 1650.

3 De Catholicis Iberiæ, & Albaniæ adeundus Lequienius locis modo indicatis.

4 De ſtatu Iberiæ, ut erat ſeculo ſuperiore, cum Innocentius XI. Pontifex Maximus eſſet, ſic ſcribit Urbanus Cerrius *l. c. pag.* 94. „ La Georgia detta Iberia orientale poſta tra il mare Caſ„ pio, e il ponto Euſſino è diviſa in gran Provincie aſſai abbondanti di quello, che appartiene „ al vitto, ma è poveriſſima di danaro per mancanza di traffico ... Per vivere i Georgiani ven„ dono i proprj figliuoli bene ſpeſſo a'Turchi, e Perſiani. Da alcuni anni in quà vi ſi mandano „ dalla Congregazione a far le miſſioni i Cappuccini Italiani, che riſiedono in Tiflis capo di „ quella Provincia, dove ha la ſede il principe tributario del Perſiano, e vi ſono gran quanti„ tà di Armeni, de quali ſi fa qualche converſione. Del reſto i popoli ſono tutti di rito Greco „ in lingua Georgiana. Vi erano prima de' Cappuccini, Teatini, e Agoſtiniani, che per le guer„ re ſuggiti, laſciarono in abbandono quella miſſione, e furono occupate le Chieſe, e i beni „ che poſſedevano; onde hanno fatto più volte iſtanze i detti miſſionarj, che ſi procuri alla cor„ te di Perſia di farli reſtituire detti beni, che potrebbero dar gran ſollievo alla miſſione. La „ Mingrellia è una Provincia montuoſa vicina alla Georgia, che gira intorno a *400.* miglia, „ non ha città alcuna, ma ſolo un Caſtello chiamato Levant Dadiari, ch'è il nome del Princi„ pe, che l'hà fabbricato; ma per non avere buoni fondamenti, è in parte diroccato, eſſendo „ tutto il paeſe abitato di caſe diſperſe fatte di legno, e coperte di paglia. Ivi non corre dana„ ro alcuno, ma ſi compra, e vende colla permuta delle robe; ſono però gran ladri tutti que'po„ poli, non iſtimandoſi vergogna il furto, ma deſtrezza, e induſtria, e con pene leggeriſſime „ è punito dalle loro leggi. Sono quelle genti aſſai rozze, e con tutto che ſi profeſſino di rito „ Greco, hanno molti altri errori, e particolarmente non ſervando la forma del batteſimo, ſic„ chè ſono arrivati a battezzare i figli de' più nobili col vino. Riſiede in Mengrellia un Patri„ arca Sciſmatico detto Cattolico con alcuni Veſcovi, quali ſono eletti dal Principe, prenden„ doli da' loro Monaci, chiamati Beri, che non mangiano mai carne, benchè per altro vizioſi, „ e ignoranti. Sono in tutto il paeſe ſei Chieſe Sciſmatiche, dove non ſi celebra ſe non le feſte „ principali, e vi ſi raduna il popolo per mangiare alcune robe portate da loro, e farle benedire „ da

ſed longe minore numero. Qui Pontificis Maximi partes ſequantur in Georgiæ oppidis quibuſdam, viciſque non pauci reperiuntur. In Mingrelia nulli, quod ſciam. Nam Theatini, qui ſibi onus inſtituendorum Mingreliorum ſuſceperant, cum eſſe quædam viderent, quæ plane officerent, quo minus extendere latius Eccleſiæ fines poſſent, inde ſibi excedendum, alioque, ubi laborum fructum aliquem ferrent, abeundum exiſtimarunt. Abbas della Rocca, qui Conſtantinopoli diu egerat, nonnulloſque ſacrorum latinorum hoſtes, ut finem errandi facerent, religioniſque noſtræ decretis aſſentirentur, induxerat, quod Mingreliorum ingenia cujuſmodi eſſent, quidque Orthodoxis pollicerentur cognoſceret, ſi ulli miſſi ad eos ſapientes, beneque morati presbyteri fuiſſent, qui illos veritatem docerent; rerum, quas poſſidebat, ſacram Congregationem de Propaganda Fide hæredem dixit, oravitque, ut ſi quid percepti ex ea pecunia fructus eſſent, his uteretur alendis, dum tempus tuliſſet, miniſtris Mingrelienſibus. In Circaſſiam ſupra Euxinum pontum ad Paludem Mæotidem, Georgiæ, Mingreliæque vicinam, etſi miſſi ſunt, qui religionem Catholicam introducant, num tamen pervenerint, aut ſi jam pervenerunt, quid ibi rerum egerint, non conſtat.

„ da quei Veſcovi. Sono aſſiſtiti quei popoli dai Teatini mantenuti, come i Cappuccini, dalla „ Congregazione, che ſebbene fanno poche converſioni, operano molto nel battezzare i bambini, che in caſo diſperato di ſalute vengono loro portati, mentre facendo la profeſſione di „ medici ſono aſſai ben viſti anche dal Principe. Adeſſo reſtano aſſai ſcarſi di operaj, non eſſendovi, che un ſol ſacerdote, e però la Congregazione ha ordinato al Generale, che la provveda quanto prima, che ne ha propoſti tre, quali quanto prima s'incammineranno a quella „ volta... I popoli della Circaſſia ſono poveriſſimi.... Le loro donne in Coſtantinopoli ſono tenute per la bellezza in gran prezzo. Sono tutti Sciſmatici, e riconoſcono nello ſpirituale il „ Patriarca ſuddetto di Mengrelia, e nel temporale ſono ſoggetti a diverſi Baroni del Paeſe. „ Entrarono in queſta Provincia i PP. Domenicani in tempo di Urbano VIII. ch'erano gl' iſteſſi, „ che riſedevano in Caffa, e vi fecero molti progreſſi. Adeſſo non vi è più alcuno; onde ſarebbe neceſſario prendervi qualche provvedimento. Multa de ſtatu religionis in *Georgia*, *Mingrelia*, *& Circaſſia* Itinerariorum ſcriptores tradunt, quæ longe a veritate diſtant. Quæ ex documentis ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide miſſis comperimus, ſic habent. In Georgia multos orthodoxos agere, in Mengrelia, & Circaſſia nullos. Quamquam id ſacra Congregatio curet, ut in poſtremum, quam diximus, rurſum miniſtri, qui religionem exponant, mittuntur. Sed de moribus Iberorum, deque ignoratione divinarum rerum, in qua verſantur, conſule Galanum *tom.* 1. *conciliat. Eccleſiæ Armen. cum Rom. pag.* 148. & Lequienum *tom.* 1. *Orient. Chriſt. pag.* 1337.

CAPUT XVIII.

In Provinciis Illyrici : *Epiro Vetere*, *Epiro Nova*, *Prævalitana*, *Dacia*, *Dardania*, *Dalmatia*, *Theſſalia* *Pannonia*, & *Noricis*.

SED quonìam de Illyricanis provinciis agere ſupra aggreſſi ſumus, non alienum videtur eſſe (poſteaquam de quibuſdam Thraciæ regionis provinciis, quæ proximæ Illyricanis Achajæ, Macedoniæque erant, deque aliis nonnullis, quæ Thraciæ perinde attribuebantur, dictum eſt) inſtitutam orationem perſequi, atque ut in *Epirum Veterem*, atque *Novam*, in *Mediterraneam*, & *Ripenſem Dacias*, in *Dardaniam*, *Prævalitanam*, *Theſſaliam*, *Dalmatiam*, *Pannoniam*, *Noricoſque* introducta Chriſtiana religio ſit, utque proceſſerit, dicere. (1) Igitur Apoſtolus Paulus in litteris, quas ad Romanos, dum in Achaja verſaretur, ſcripſit, prodigiis, iiſque præſidiis omnibus, quæ propria eſſent veritatis Evangelicæ propagatorum, inlatam ab ſe in Illyricum etiam fuiſſe Chriſtianam (2) religionem teſtatur. Eſt vero auctor Lucas in Actis Apoſtolorum, eam Illyrici partem, quæ Orientalis eſt appellata, Paulum peragraſſe, multiſque incolis regionis perſuaſiſſe, ut idolorum ſuperſtionem relinquerent, ſeque totos Chriſto Servatori (3) dederent.

Theſſalia provincia qua ſpectat ad ſeptemtriones Macedonum, a meridie Achivorum, ab occidente ſole Epiri veteris finibus, ab oriente vero mare, continetur. Quamobrem cum Paulus in Achaja, & Macedonia aliquamdiu conſiſtendum ſibi eſſe, enunciandumque Evangelium divinitus intellexerit, idque jam omni ope conatus ſit, non is certe fuerit neceſſe eſt, qui medios inter utramque provinciam Theſſalos prætereundos eſſe exiſtimaret. Itaque jam uſque a primis temporibus viri magna & vir-


1 De Illyrico vide Cellarium *Geogr. Antiq. lib.* II. *cap.* VIII. *pag.* 483. *tom.* 1. *edit. an.* 1732. & Lequienium *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 1. *ſeqq.* qui quot apud veteres, quamque variæ ſint regionis illius diviſiones oſtendunt.

2 *Ep. ad Rom. cap.* XV. *v.* 19.

3 *Act. Apoſt. cap.* XVI. *ſeq.* Conſule Hieronymum *Comment. in Amos Prophet. t.* III. *opp. pag.* 1414. *edit. Martianæi*.

Digitized by Google

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google

& virtute, & fortitudine, qui in provincia floruerunt, ſanguinemque pro Chriſti religione tuenda profuderunt, in tabulis Eccleſiaſticis (1) nominantur. Ubi potitus imperio eſt Conſtantinus (2), ut aliæ pleræque alibi, ita Theſſaliæ Eccleſiæ magna eſſe in exiſtimatione cœperunt. In his Larienſis una omnium maxime celebratur. Poſt Schiſma partes ſunt Theſſali ſequuti Græcorum. Quare etſi a Turcis ſubacti duriſſima premantur ſervitute, tamen obſtinati in ſententia (3) perſiſtunt.

In Epirum veterem Paulum veniſſe, conſtat ex ejus litteris ad (4) Titum. Prodigiis autem, aliiſque momentis, quæ conferunt ad pietatem, ita in Epiro aucta (5) res Chriſtiana fuit, ut in ea tertio, quartoque ſeculis Chriſtiani reperirentur. Atque ei quidem provinciæ attributa Corcyrenſis Eccleſia eſt, quam a diſcipulis Apoſtolorum fuiſſe inſtitutam (6) tradunt. Nacta ea deinceps Epiſcopos eſt, qui ſanctitate vitæ, diligentiaque ſua illius fines amplificaverunt. Poſt Corcyrenſes a Conſtantinopolitanis circumventi lapſi ſunt in errores Græcorum. Sed quum Veneti eos in poteſtatem redegiſſent, enitendum ſibi putarunt eſſe, ut quibus poſſent modis, opiniones ex animis incolarum evellerent, quas penitus eſſe eorum mentibus inſitas videbant. Igitur Epiſcopos Latini ritus conſtitui curarunt,

 qui

1 Nam in Græcorum Menæis ad *diem* 28. *Martii*, vel ut alia exemplaria habent ad *diem* 8. *Aprilis* fit mentio Sancti Herodionis, quem unum e ſeptuaginta duobus Chriſti diſcipulis extitiſſe, & Epiſcopum Patrarum novarum dictum fuiſſe, martyrumque deceſſiſſe ferunt. Sed vereor, ne cui critico minus hæc eſſe vera videantur.

2 Confer Lequienium *tom.* I. *Or. Chr. pag.* 103. *ſeqq.*

3 Etſi vero Epiſcopis Latinis uſi poſt ſeculum XII. Theſſaliæ quidam populi fuerint, quos numerat Lequienius *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 979. tamen Græcorum partibus tunc etiam temporis fere omnes ſtudebant.

4 Nicopoli enim ſe hiematurum ſcribit *epiſt. ad Titum cap.* III. *v.* 12. quæ urbs Metropolis Epiri veteris erat.

5 Arnobius *lib.* II. *adv. gentes pag.* 50. *edit. an.* 1651. „ Virtutes, *inquit*, ſub oculis poſitæ, „ & inaudita illa vis rerum, vel quæ ab ipſo fiebat palam, vel ab ejus præconibus celebrabatur „ orbe toto, eas ſubdidit appetitionum flammas, & ad unius credulitatis aſſenſum mente una concurrere gentes, & populos fecit, & moribus diſſimillimas nationes. Enumerari enim poſſunt, „ atque in uſum computationis venire ea, quæ in India geſta ſunt . . . Apud Galatas, Parthos, „ Phrygas, in Achaja, Macedonia, Epiro &c. „ Quæ etſi de Apoſtolorum temporibus dicta videntur, tamen cur etiam de Arnobii ætate intelligi nequeant, non intelligo; cum ſi in Epiro extinctum pene Chriſtianum nomen fuiſſet, veritus fortaſſe fuiſſet, ne id ſibi Ethnici, contra quos noſtram cauſſam agebat, opponerent.

6 Confer Menæa *Græcorum ad d.* XXVIII. *Aprilis*, & Bollandianos *tom.* III. *menſis April. pag.* 561. Sed quæ de Jaſone, & Soſipatro dici ſolent, ea recentibus omnino monumentis nituntur. Primordia urbis Corcyræ deſcripſit Eminentiſſ. Angelus Maria Card. Quirinus olim Corcyrenſis, nunc Brixienſis Antiſtes. Epiſcopos numerat Lequienius *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 147. *ſeqq.*

Digitized by Google

qui non cives Latinos ſolum, ſed Græcos etiam (1) moderarentur. In his *Angelus Maria Quirinus*, qui S. Benedicti inſtitutum profitebatur, & a Benedicto deinde *XIII.* Pont. Max. S. R. E. Card. eſt dictus, *Vincentius Maria Mazzolenus Ord. Præd.*, & *Petrus Antonius Foſcarinus* noſtra memoria fuerunt. Nunc *Antonius Nanus* Venetus eam Eccleſiam Archiepiſcopus adminiſtrat.

In Epiro Nova ſunt, qui a diſcipulis Apoſtolorum fuiſſe Chriſtianum nomen nunciatum (2) ſcribant. Quinetiam martyres Dirrhachii, quæ urbs metropolis Provinciæ fuit, atque olim Epidamnus appellabatur, ſub Trajano, aliiſque principibus ethnicis claruiſſe, ſuoque ſanguine religionem propagaſſe (3) contendunt. Nunc verſantur ibidem, qui ſtudere ſe partibus Romanis affirment, Romanæque Eccleſiæ ritus (4) colant.

Apud

1 Vide eorum Archiepiſcoporum Catalogum apud Lequienium *tom.* III. *pag.* 878. *ſeqq.*

2 Confer, quæ in eam rem collegit Lequienius *tom.* II. *Or. Chr. pag.* 240. Sed ea non tam ſunt vetera, ut extorquere a nobis poſſint aſſenſionem.

3 Conſule Bollandianos ad *diem* VII. *Julii tom.* II. *p.* 457. & Synaxarium *Græcor. ad d.* VII. *ejuſdem menſis*.

4 Epiſcopis Latinis aliquot Epiri novæ Eccleſiæ jam inde a XIII. ſeculo uſæ fuerunt, quos numerat Lequienius *tom.* III. *Or. Chriſt. pag.* 949. *ſeqq.* De ſtatu Eccleſiarum ejus, & quæ circum eſt, regionis, quæ nunc Albania dicitur, ut erat extremo fere ſeculo ſuperiore ſic ſcribit ad Innocentium XI. Pont. Max. Urbanus Cerrius *ibid. pag.* 43. *ſeqq.* ,, L'Albania era un regno tutto Cat-
,, tolico, ma dopo la morte del famoſo Scanderbech, che con tanta gloria reſſe quello ſcettro,
,, cadde nelle mani de' Turchi, onde la maggior parte degli abitanti hanno abbracciato la ſet-
,, ta di Maometto, e piaceſſe a Dio, che continuamente non s'ampliaſſe, come pur troppo a vil-
,, le intiere ſi dichiarano Turchi. Sono in queſto regno adeſſo due Arciveſcovati, e quattro Ve-
,, ſcovati provviſti dalla Congregazione. Antivari è Arciveſcovato, nella cui Dioceſi ſi nume-
,, rano caſe Cattoliche 367. che ſono anime 2270. ... Durazzo pure Arciveſcovato, nella cui
,, Dioceſi ſtanno caſe Cattoliche circa 1060. che fanno anime 13650. Aleſſio è Veſcovato, in
,, cui Dioceſi ſi divide in ſuperiore, e inferiore, cioè in monti, e pianura. Vi ſaranno caſe Cat-
,, toliche 900. che ſaranno anime 7000. Pullati Veſcovato contiene caſe Cattoliche 580. che
,, fanno anime 4050. Scuttari è Veſcovato, e vi ſono caſe Cattoliche 2164. che portano anime
,, 20260. e in queſta Dioceſi ſtanno i popoli di Clementi, che abitando ſulle montagne, eſerci-
,, tano liberamente il culto Cattolico ſenza timore de' Turchi ... In Sappe Veſcovato ſono caſe
,, Cattoliche 1075., e anime 9230. Oltre detti veſcovi ha la Congregazione diſtribuiti in quel-
,, le parocchie molti Sacerdoti ſecolari con facoltà di miſſionarj, e annue provviſioni. Vi ha an-
,, che eretta una miſſione di Riformati in numero di 13. ſacerdoti ſparſi per quei villaggi, acciò
,, amminiſtrino i Sagramenti a quelle povere anime. E oltre le accennate miſſioni, che dipen-
,, dono direttamente dalla Congregazione, vi ſtanno diſtinte in tre conventi Minori Oſſervanti
,, ſotto un Provinciale ... Fu anche per provvedere alla ignoranza de' Sacramenti in quelle par-
,, ti fondato dalla Congregazione un collegio in Fermo, dove gli alunni dopo avere ſtudiato
,, gramatica, e caſi di coſcienza, ſono rimandati alle caſe loro; ſtandone un altro in Loreto,
,, amminiſtrato da' Padri Geſuiti ... Ne' confini dell'Albania reſta la Provincia di Cimarra, i po-
,, poli della quale ſono Greci nativi, ſtando nelle montagne hanno poco timore de' Turchi. Vi
,, tiene la Congregazione il veſcovo di Muſacchia con annua provviſione ... Ocrida ha il ſuo Pa-
,, triarca, o Arciveſcovo Greco chiamato di Giuſtiniana: queſto era Sciſmatico, e ſi fece Catto-
,, lico con molti ſuoi popoli, e a tempo della ſan. mem. di Aleſſandro VII. venne a Roma, do-
,, ve

Apud Dacos ante Tertulliani tempora fuerunt , (1) qui noſtris legibus inſtitutiſque parerent . Quarto exeunte , quintoque ineunte Eccleſiæ ſeculo Daciam veterem, quæ partem (2) *Hungariæ* , *Tranſilvaniam* , vicinaſque aliquot provincias complectebatur , peragravit S. Nicetas , & innocentia morum , multiſque editis prodigiis non minimum incolarum numerum ad Chriſtiana ſacra perduxit. Sed de Dacia ut diviſa fuerit, utque altera *Ripenſis*, altera *Mediterranea* dicta ſit , agendum hoc loco eſſe videtur. Igitur quum Aurelianus vaſtatum Illyricum, populatamque cis Iſtrum amnem Mœſiam videret, provinciam Tranſdanubianam Daciam , quam Trajanus conſtituerat , & Antonini Cæſares coloniam vocatam privilegiis amplificaverant , ſublato inde exercitu, in poteſtatem permiſit barbarorum, quod retineri eam poſſe diffideret , deductoſque inde incolas in eam partem , quæ Mœſiam utramque dividit , traduxit, quam ſuam Daciam vocavit . Atque hæc ſane Dacia diviſa fuit in partes duas , quarum altera littus Danubii fluminis attingens *Ripenſis*, altera eſt *Mediterranea* (3) appellata. In utraque etſi erant Chriſtiani IV. ſeculo , tamen magis , magiſque ab Niceta propagata religio noſtra fuit (4) .

Dardania Illyricana provincia tribus præcipue urbibus conſtabat , quarum *Scupa* Metropolis erat , reliquæ duæ *Merione* , & *Ulpiana* vocabantur . In eis quarto ſeculo Chriſtiani florebant . Bulgaris , qui regiones illas occupaverant, ad Chriſtum converſis , Scupa eſt dicta Bulgariæ univerſæ Metropolis . Nunc *Scopia* , & *Uſchup* Serviæ oppidum eſt ad fluvium *Vardar*,

„ ve fu dalla S. ſua mandato ben accolto , e trattato . Vi riſedeva ancora l'Arciveſcovo Latino , „ ma per eſſervi pochi Cattolici di quel rito , fu data del 1675. in amminiſtrazione all' Arciveſcovo di Scopia , come più vicino „ . Sed Achrida urbs eſt , quæ olim ad Macedoniam ſpectabat , poſt Bulgariæ Metropolis ſub monte Pierio fuit in limite Albaniæ .

1 Tertullianus *cap.*VII. *lib. contra Iudæos* „ Britannorum, *inquit*, inacceſſa Romanis loca, „ Chriſto vero ſubdita , & Sarmatarum , & Dacorum , & Germanorum , & Scytharum „ . At puto, hos Dacos diverſos ab his fuiſſe , quos Nicetas inſtituit . Nam ante Aurelianum Imperatorem Tertullianus ſcribebat . Aurelianus vero ſuam inter utramque Mœſiam inſtituit Daciam , ut obſervatum a Lequienio eſt . *Tom.*II. *pag.* 301.

2 Confer Bollandianos *tom.*1. *menſ. Jan. p.*365. *ſeqq.* quo loco veterum ſcriptorum loca de Niceta referunt , & quas ille Dacias inſtituerit , docent: Tillemontium *tom.*x. *monum. Hiſt. Eccl. pag.*621. *ſeq.* & Pagium *ad an.*396. *num.*5. *ſeqq.* & 397. *num.*6. *ſeq.*

3 Adeundus Lequienius *tom.*II. *Or. Chriſt. pag.*301. *ſeqq.*

4 Epiſcopos Daciæ Mediterraneæ recenſet Lequienius *ibid. ſeqq.* quorum jam aliquos ſeculo IV. ineunte floruiſſe conſtat . Vide eumdem *ibid. pag.*301.

Digitized by Google

dar, atque ab urbe *Sophia* octoginta circiter millia paſſuum diſtat. (1)

In Prævalitana, quæ media eſt inter Dardaniam, & Epirum Novam, quarto ſeculo Eccleſiæ vigebant, quas diu ante fuiſſe inſtitutas credibile eſt. (2)

Sunt præterea, qui Apoſtolos in Pannoniam Chriſtianum nomen intuliſſe putent. Quorum tamen ab eruditis viris pleriſque omnibus(3)ſententia reprobatur. Fuiſſe quoque ſub ethnicis Imperatoribus Maximiano, & Diocletiano in provincia feruntur,qui religionis cauſſa(4)martyres obierunt. Quæ vero ante *Paonia*,poſt *Pannonia*,ac demum (5) *Hungaria* dicta eſt. Hunni, genus hominum Scythicum, in eam invaſerunt, multamque rei Chriſtianæ attulerunt partem incommodorum. Hi a Carolo M. (6) Imperatore ſubacti, Chriſto ſe IX. ſeculo devoverunt. Seculo

1 Vide Lequienium *tom.*II. *Or. Chr. pag.*310. *ſeqq.*

2 Neque enim ſi ante non fuiſſent Eccleſiæ conſtitutæ, repente naſci tum Epiſcopi poterant. Antiſtites eoſdem numerat Lequienius *ibid. pag.*275. *ſeqq.*

3 Andream, & Philippum Scytharum Europeorum doctores fuiſſe putat Paulus Herneſtus Debrecenus in *limine Hiſt. Eccl. reform. in Hungaria, & Tranſilvania*, quam Fridericus Adolphus Lampe anno 1728. edidit Trajecti ad Rhenum. Sed ei Lumpius non aſſentitur.

4 Seculo ineunte IV. S. Irenæus Epiſcopus Sirmii in Pannonia affectus pro religione Chriſtiana extremo ſupplicio martyr deceſſit. Confer *Acta* Martyrii apud Ruinartium *Act. SS. MM. ſincera pag.* 336. *ſeqq. edit. Veronenſis*, & Bollandianos *tom.*III. *menſis Martii ad d.* XXV. *p.*555. *ſeqq.* & Lambecium *t.*VIII. *Bibliotheca Vindobonenſis pag.*206. *ſeqq.* Referunt præterea Bollandiani *tom.*1. *Januar. pag.*80. *& pag.*324 *& pag* 470. alios Sanctos Martyres, qui Sirmii viguerunt. Recentiores autem qui in Hungaria ſanctitatis laude floruerunt, memorantur in Martyrologio Romano ad *d.* XXIII. *Aprilis*, XIV. *Julii*. XX. *Auguſti*, XXIV. *Septembris*, XIX. *Novembris*, & apud Bollandianos *tom. extremo Jun. ad d.*XXVII. *p.* 315. *ſeqq.* Pagium *ad an.*997. *num.*3. *&* 1002. *num.*8. 1038. *num.*6. 1047. *num.*4. Baronium *ad an.*1012. *n.*8. *ſeq. & in not. ad Martyrolog. Rom.* XXIV. *Sept. &* XII. *Oct. &* XIX. *Nov.* Antonium Bonfinium *Rer. Hungaric. Decad.*II. *lib.*1. *p.*167. *ſeqq. edit. an.*1606. Caniſium *tom.*III. *pag.*65. *& t.*IV. *Antiq. Lection. edit. Nova pag.*113. Seculo autem IV. Pannoniæ incolas Epiſcopos habuiſſe non ſolum ex Actis *Irenæi*, ſed etiam ex Synodi Nicenæ ſubſcriptionibus apud Harduin. *tom.* 1. *Conc. pag.*319. & ex Synodis Sirmienſibus plane conſtat.

5 Vide Ezechielem Spanhemium *pag.*16n. *not. ad Orat.*1. *Juliani Imp. edit. an.*1696.

6 Ademarus in Chronico *pag.*168. *apud Labb. B. MS. edit. an.* 1657. *tom.* II. de S. Bruno agens ,, Brunus, *inquit*, convertit ad fidem Ungriam Provinciam, & aliam, quæ vocatur Ruſſia, ,, Regem Ungriæ baptizavit, qui vocatur Geitz, mutato nomine in baptiſmo Stephanum vo- ,, cavit ,,. Hæc anno circiter 997. geſta Ademarus putat. Atenim Sigebertus *pag.* 145. *edit. an.* 1608. & Albericus *Chron. pag.* 45. *edit. an.* 1698. *Leibnitii*, circa annum 1010. Hungaros Chriſto nomen dediſſe contendunt. Atque de his quidem rebus di putat Benedictus Pictetus vit *de ſecta Calvinianor. Hiſt. Eccl. ſec.* XI. *pag.* 103. Hungaros autem reliquias eſſe Hunnorum, atque Avarorum, ſcriptores rerum Hungaricarum affirmant. Qua de re conſulantur M. Joh. Thwrocz *Chron. Hungar. cap.*IX. *ſeqq. pag.*11. *ſeq. edit. an.*1600. Melchior Inchoferus *in Annal. Hungar. Eccleſiaſt. pag.* II. *ſeq. edit. an.* 1644. Ranzanus *epiſt. Rer. Hung. Indict.* VI. *pag.* 218. *edit. an.* 1600. Jam vero ante *Geiſam*, qui *an.*997. florebat (vide Pag. *ad an. eund. num.* 3.) Hunnorum aliquos ſaltem Chriſtianos fuiſſe factos, conſtat ex iis, quæ ſcriptores rerum a Carolo M. geſtarum memoriæ prodiderunt. Alcuinus *epiſt.*XII. *ad Carolum Magnum p.*1487. *edit. an.*1617.

,, Gen-

lo x. Hungarorum Rex inſigni ſuorum cum numero, ut eſt auctor Ademarus in Chronico, S. Bruni opera Chriſtianus eſt factus. Jam vero Sigebertus, & Albericus ſec. xi. Hungaros dediſſe Chriſto Servatori nomen tradiderunt. Quo fere tempore apud eos ſancti aliquot viri propter religionem extremo ſupplicio affecti ſunt, quod in barbaros incidiſſent, qui ſuperſtionem veritati præferendam arbitrarentur.

In Dalmatiam (1) a Tito Pauli auditore introductum Chriſtianiſmum, conſtitutamque martyrio Domnii diſcipuli Petri Salonitanam metropolim (2) incolæ ejus provinciæ contendunt. Ac quarto quidem ſeculo in Dalmatia Epiſcopi florebant, quorum

„ Gentes, *inquit*, populoſque Hunnorum antiqua feritate, & fortitudine formidabiles tuis ſuo „ honori militantibus ſubdidit ſceptris Chriſtus, præveniente que gratia colla diu ſuperbiſſima „ ſacræ fidei jugo devinxit, & cæcis ab antiquo tempore mentibus lumen veritatis infudit „. Theodulphus Aurelianenſis apud Sirmond. *tom.* II. *opp. edit. Pariſ. pag.* 1063. ſic habet.

„ Adveniunt gentes Chriſto ſervire paratæ,
„ Quas dextra ad Chriſtum ſollicitante vocas.
„ Pone venit textis ad Chriſtum crinibus Hunnus,
„ Eſtque humilis fidei, qui fuit ante ferox.

Confer quæ in hæc Theodulphi verba animadvertit Sirmondus *ibid. pag.* 1063. Sigebertus præterea ad *an.* 797. *pag.* 95. *edit. an.* 1608. „ Thudin, *inquit*, Princeps Avarorum ſe, & patriam „ ſuam Carolo Magno Regi dedit, & gratiam baptiſmi percepit „. At is ipſe Sigebertus ad *an.* 800. *pag.* 96. *Gens Avarorum*, addit, *a fide deficit*. Verum an. 804., ut idem eſt auctor Sigebertus *pag.* 97. victi Avari a Carolo fuerunt, anno vero 805. „ Non ſufferentes infeſta„ tionem Slavorum a Carolo Imperatore inter Sabariam, & Charantanum impetraverunt habi„ tandi locum, ibique ſine regni nomine reſederunt ſub ditione Francorum. *Sigeb. ibid. pag.* 97. Atque eo quidem tempore nonnullos ſaltem fuiſſe, qui aut Chriſtiani eſſent, aut ad Chriſtum accedere vellent, neminem eſſe arbitror, qui inficiari jure poſſit. Sed de *Pannonia*, & *Hungaria* ſacra erit alibi, imprimiſque *lib.* IV. *hujuſce operis* opportunus iterum diſſerendi locus. De *Hunnis*, *Abaris*, *Iguris*, *deque occupata ab ipſis Hungaria* adeundus Aſſemannus *par.* II. *Calendar. Univ. Eccl. cap.* IX. *pag.* 394. *ſeqq.* & *cap.* X. *pag.* 428. *ſeqq.* & *cap.* XI *pag.* 467. & *ſeqq.*

1 De Dalmatia vide Cellarium *lib.* II. *cap.* VIII. *pag.* 491. *ſeqq. edit. an.* 1732. *tom.* I. *opp.*

2 Titum Pauli diſcipulum in Dalmatiam abiiſſe, teſtis eſt Paulus *ipſe epiſt.* II. *ad Timoth. cap.* IV. v. 10. Confer Thomam Archidiaconum Spalatenſem *in calce operis de Regno Dalmatiæ, & Croatiæ a Johanne Lucio editi pag.* 313. *an.* 1668. & Lucium ipſum *lib.* II. *cap.* XIV. *pag.* 90. Iidem ſcriptores Spalatenſis Archidiaconus, & Lucius neſcio quem Domnium a Sancto Petro Epiſcopum ordinatum, & ad Dalmatas miſſum, multis, ut Chriſtianiſmum amplecterentur, auctorem fuiſſe narrant *ibid.* Ego vero, etſi vera ne ſint, quæ de Domnio Spalatenſis, & Lucius ſcribunt, dubitem, tamen quod Titum in eam provinciam profectum fuiſſe conſtet, concedendum eſſe arbitror, primo Eccleſiæ ſeculo in provinciam inlatam fuiſſe Chriſtianam religionem. Quamvis vero qui primo, ſecundo, tertioque ſeculis Dalmatis Epiſcopi præfuerint, non ſatis conſtet, tamen certum eſt, habuiſſe eos quarto ſeculo Antiſtites ſacrorum, quorum aliqui Synodis interfuerunt. *Vide Concil. Nican.* I. *acta apud Harduinum tom.* I. *concilior. pag.* 319. *Concil. Aquil an.* 481. *ibid. pag.* 835. *Concil. Mediol. an.* 390. *pag* 855. Ex Epiſtola autem Zoſimi Pot. Max. an. 416. ſcripta ad Heſichium Salonitanum, plane colligitur non modo Epiſcopos ibidem, & Presbyterorum collegia ſeculo v. ineunte, ſed etiam monaſteria viguiſſe. *Tom.* I. *epiſt. Rom. Pont. edit. Coutantii pag.* 968. *ſeq.* Quæ autem a Pontificibus Romanis VI. ſeqq. ſeculis conceſſa Salonitanæ Eccleſiæ fuerint, refert Lucius *ibid. pag.* 90. *ſeqq.* qui etiam de Johanne I. Archiep. Spalatenſi, rebuſque ab eo in Dalmatia, Croatiaque geſtis agit.

Digitized by Google

quorum aliqui ad Nicænam Synodum convenerunt, ut contra hæreticos orthodoxam de Verbi Divinitate ſententiam tuerentur. Quinetiam cum ethnici Imperatores in Chriſtianos animadvertendum ſtatuiſſent, repertos in Dalmatia viros inſigni fortitudine narrant, qui extrema pro Chriſto ſupplicia perſerrent (1), alacreſque mortem oppeterent. Poſt nullum tempus fuit, quo Chriſtiani in provincia deeſſent. Nam etſi Slavi (2) in eam invaſerunt, incolaſque maximis incommodis affecerunt, tamen curatum a noſtris eſt, ut hi quoque demum, ejurata ſuperſtitione, noſtræ religionis decretis aſſentirentur. Nunc Dalmatæ, Croatique (3) vulgo Slavi appellantur, diverſiſque Principibus parent. Maritima enim plura loca Venetorum, mediterranea Turcarum, quæ vero ad ſeptemtriones pertinent, Auſtriacorum imperio ſubjecta ſunt. Quæ in Venetorum, Auſtriacorumque ditionem venerunt, Epiſcopos habent, quorum aliqui Eccleſias adminiſtrant, quæ a Turcis dura premuntur ſervitute. Sunt quoque in provincia homines, qui Græcorum ritus, atque inſtituta colant, quorum reliqui ſtudent partibus Schiſmaticorum,

Noricum

1 Lucius *ibid. pag.* 90.

2 De Slavorum irruptione in Dalmatiam confer Lucium *lib.* 1. *de Regno Dalmatiæ, & Croatiæ cap.* VIII. *ſeq.* & virum eruditiſſimum Joſephum Simonium Aſſemanum *de Calend. univ. Eccl. par.* II. *cap.* VII. *&* VIII. *pag.* 320. *& ſeq.* qui errores Bandurii, Lucii, Thomæ Spalatenſis, aliorumque corrigit.

3 De Croatis Dalmatiæ partem incolentibus, eorumque origine, & baptiſmo vide Lucium *ibid. lib.* 1. *cap.* 11. *pag.* 44. *& ſeq.* De ſtatu Dalmaticarum, & Hungaricarum Eccleſiarum, ut erant extremo fere ſeculo ſuperiore, ſic habet Urbanus Cerrius *l. c. pag.* 33. „ Cominciando dal-
„ la parte dell'Ungheria dominata da' Turchi, l'Imperadore ſtante l'aſſerta conceſſione fatta da
„ Silveſtro ſecondo a San Steſano primo Re, e ampliata dopo dal Re Ladislao da Urbano II. vi ſi
„ mantiene tuttavia in poſſeſſo di nominare i Veſcovati, benche gli eletti uſino da molto tempo
„ trattenerſi tutti alla Corte Ceſarea contenti del nudo titolo, e ſenza curarſi punto delle loro
„ Dioceſi, dall'Arciveſcovo di Strigonia in poi prelato molto zelante, e il Veſcovo di Agria, i
„ quali hanno operato molto per la propagazione della fede tra gli eretici ribelli, che tra' Tur-
„ chi poco poſſono fare. La Chieſa di Belgrado però è di libera collazione della Sede Apoſtoli-
„ ca, e la Congregazione n'elegge il Veſcovo, a cui da in amminiſtrazione la Chieſa di Sirmio,
„ e con titolo di Vicario Apoſtolico la cura delle altre Chieſe prive di reſidenza, che ſono com-
„ preſe tra' fiumi Dravo, Savo, Danubio, Tibiſco fino a Temiſvar. In detta citta ſi ebbe nel 1672.
„ notizia dal Veſcovo, che vi erano da 6m. Cattolici, e tra queſti molti mercanti Raguſei, che
„ vi hanno chieſa ben fornita di paramenti, e ſervita da due Franceſcani, a' quali ſomminiſtra-
„ no il vitto, come anche al Veſcovo quando era in viſita, non avendovi nè abitazione, nè en-
„ trata, e dalla Sacra Congregazione l'anno paſſato furono ſomminiſtrate 500. pezze da otto
„ per ajutare a rifarla, eſſendoſi incendiata, e avendone ottenuta licenza dalla Porta gl'iſteſſi
„ Raguſei contro il ſolito della ſuperſtizione maomettana di non permetterlo. Il contado di Sir-
„ mio, che è una delle Chieſe dategli in amminiſtrazione, contiene oltre le città 19. villaggi,
„ 20. parocchie, e in eſſi ventun mila, e ſeicento Cattolici ſotto la cura di 8. frati Minori Oſſer-
„ vanti,

Digitized by Google

Noricum Illyrici occidentis regio inter Vindelicam ad occaſum, Pannoniam ad ortum, & Danubium fluvium ad ſeptemtriones continebatur. Diviſum inde fuit in partes duas, quarum alteram Ripenſem, alteram Mediterraneam vocabant. Ripenſis in eo tractu, in quo nunc Auſtria ſuperior, & pars inferioris, ac Salisburgenſis ditio, erat. Mediterranea Styriam, Carinthiam, & Carniolam, quas nunc vocant, complectebatur. Fuerunt autem, qui aut ab Apoſtolis, aut a diſcipulis Apoſto-

„ vanti, e 4. preti compreſovi il Vicario Generale: ma adeſſo *l'Imperatore* ne ha fatta la nomina del Veſcovo, che dalla Congregazione non è ſtata ammeſſa. Negli altri Veſcovati a lui ſoggetti, come Vicario Apoſtolico, vi ſono ſupra 26. mila Cattolici aſſiſtiti nelle coſe ſpirituali ſolo da' Frati della provincia di Boſna . . . . . . E' ancora in quella parte d'Ungheria il contado Sapnтiense, che contiene 16. terre con alcuni villaggi appartenenti alla repubblica di Polonia, e attualmente col titolo di capitano ritenute dai Lubomiſchi, e perchè in tredici delle ſuddette terre totalmente infette dalla ereſia Luterana non ſi permetteva l'uſo della religione Cattolica, la diligenza di Monſignor Pignatelli allora Nunzio in Polonia ne impiegò lo zelo, e l'autorità del Re Caſimiro, acciò vi ſi riceveſſero i Miſſionarj, come fu eſeguito, eſſendovi adeſſo i PP. di S. Paolo primo Eremita, e delle Scuole Pie, e ſe ne diſcacciarono i Predicanti, come parimente ſucceſſe per l'aſſiſtenza, e ajuti dell'Arciveſcovo di Strigonia. *Pag. 46.* „ La Dalmazia, e la Croazia, che volgarmente vengono ſotto nome di Schiavonia ſono da diverſi principi dominate, ſicchè le parti interne obbediſcono al Turco, le marittime alla Repubblica di Venezia, e le ſettentrionali all'Imperatore. In quelle della caſa d'Auſtria, e Veneziani riſiedono i Veſcovi, de' quali alcune Dioceſi ſi ſtendono nel dominio Turcheſco, e il nuovo Veſcovo di Nona fa iſtanza, che gli ſi mandino Miſſionarj per ajutare que' poveri Criſtiani, che ſtanno ſotto il giogo Ottomanno. La Congregazione però mantiene in Cattaro un Sacerdote ſecolare per iſtruzione de' Serviani di rito Greco calati lui da Monte Nero, e un altro per i Morlacchi nella Dioceſi di Spalatro. Vi erano avanti le guerre de' Veneziani tre Oſpizj di Miſſionarj Riformati in Peraſto, Luſtrizza, e le Roſe, che davano grande ajuto a quei fedeli, quali furono abbandonati portando tutte le ſuppellettili nell'Oſpizio di Cattaro, ne dopo la pace vi ſon più ritornati, onde patiſce aſſai quella parte di Dalmazia ſoggetta al Turco, che non hà, che un Prete in Peraſto, che va ad amminiſtrare loro i Sacramenti poche volte l'anno, ſicche per non laſciare quei fedeli privi di operaj, converebbe rimettervi la Miſſione, e ſe ne potrebbe ſcrivere per l'informazione, e voto all' Arciveſcovo di Antivari ſtato gia Abbate di Peraſto. E' arrivato ultimamente in Roma Monſign. Royna Veſcovo di Tina, o Tinio detto in lingua Schiavona Chinin nominato dall'Imperatore come Re d'Ungheria, quale ha dato una piena relazione della ſua Dioceſi, che ſi ſtende vicino a Sebenico ſtata ſempre incognita a' ſuoi Anteceſſori, dicendo, che vi ſono 8000., e più Cattolici governati nello ſpirituale ſolamente da quattro, o cinque Minori Oſſervanti del Convento di Riſovaz, che ſta nella Dioceſi di Scardona, e hà fatto iſtanza alla Santità Voſtra di alcune proviſioni neceſſarie per la cura di quelle anime, che tutte gli ſono ſtate benignamente concedute: Tractus qui ab Hiſtria ad amnem *Titum* eſt, quamvis *Dalmatiæ* nomine appellatur, diſcrepat tamen a *Dalmatia* propria, vetereque, & in *Croatiam Maritimam*, *Morlachiam*, & *Comitatum Jadertenſem* dividitur. *A Titio*, cui nunc *Kerka* eſt nomen, ad Albaniam uſque, Dalmatia propria eſt, in eaque ſunt *Sebenicum* ad os *Titii* fluminis, ad orientem *Tragurium*, & ad proximum ſinum *Salonæ* rudera, e quibus *Spalatum* oppidum eſt extructum. His Veneti potiuntur. Sequitur Reſpublica *Raguſinorum*, quæ a *Raguſio* urbe Archiepiſcopali nomen capit. Ei ſubſunt *Stagnum* oppidum, *Hillis* peninſula, *Melita* inſula, nonnullæque aliæ, & exiguus continentis tractus. Extrema ditionis Venetorum ſunt *Catarum*, quod Raguſinorum ditionem ad ortum reſpicit; *Caſtrum Novum* in citeriore ſinus littore, *Poſtrovecchio* in limite Albaniæ. Dalmatia Turcica majore parte *mediterranea* eſt, ut diximus, quamquam aliquot etiam in maritimis habeat oppida. Raguſinorum Archiepiſcopatus antiquitati plurimum tribuunt Bandurius, aliique ejus gentis Scriptores, quos merito emendat Clariſſimus Joſephus Simonius Aſſemanus. *In Calend. univ. Eccl. pag. 352. & ſeqq.*

lorum traductam ad Noricos fuiſſe Chriſtianam religionem arbitrarentur. Neque cauſſa ulla eſt, cur, ſi primis Eccleſiæ ſeculis in Illyrico, & Germania Chriſtiani vivebant, nullos omnino fuiſſe putem, qui ad Noricos ſe conferrent, eiſque quid eſſet cuique credendum oſtenderent. (1) Poſt cum barbari potiti iiſdem

1 De Noricis, Vindelicisque agunt Marcus Hanſizius *Soc. Jeſu tom.* I. *German. Sacra par.* I. *pag.* 2. *ſeqq. edit. an.* 1727. Cellarius *lib.* II. *Geogr. Antiq. cap.* VII. *p.* 429. *t.* I. *edit. an.* 1732. aliique. Ab Apoſtolis invectum in Noricum Chriſtianiſmum fuiſſe tradit auctor Epiſtolæ, quæ Symmacho Pontifici Maximo tribuitur, eſtque ad *Theodorum Laureacenſem Archiepiſcopum circa an.* 504. *data*. Confer Hanſizium *ibid. pag.* 7. & Antonium Pagiam *ad an.* 504. *num.* V. Agapetus vero Papa ſecundus, qui medio ſeculo X. Eccleſiam univerſam adminiſtrabat in *ea Epiſtola*, quam ſcripſit ad Gerardum Laureacenſem ſtatuit „ In exordio naſcentis Eccleſiæ a Doctoribus Ro-„ manæ ſedis Catholicæ fidei rudimenta percepiſſe Laureacenſes cives: & exinde a ſuccedenti-„ bus prædicatoribus in ſuperioris, atque inferioris Pannoniæ Provincias ejuſdem fidei manaſſe „ gratiam. Confer Hanſizium *ibid. pag.* 10. Qui vero hi fuerint ab Apoſtolica Sede ad Noricos prædicatum Evangelium miſſi, cum prætermiſſum a majoribus ſilentio ſit, nonniſi temere a novo quopiam diceretur. Igitur non ſolum aſſentiri non poſſum iis, qui Petrum, aut Paulum, aut Thomam, aut Lucium Cyrenenſem Noricos inſtituiſſe arbitrantur, ſed ne iis quidem, quibus aut *Titum*, aut *Lucam*, aut *Marcum* jeciſſe in Noricis fundamenta Chriſtianæ religionis placet. Nam etſi curæ Apoſtolicis viris fuit, decreta Chriſtianiſmi omnibus gentibus tradere, tamen ipſos per ſe omnia loca luſtraſſe, numquam concedam. Quare conjectationes Hanſizii *ibid. cap.* II. *pag.* 13. *ſeqq.* non extorquebunt a me, ut quæ ipſe aliquo modo probat, mihi probentur. Rurſum numeranda in incertis ſunt, quæ *Schritovinus* de Syro, & Eventio Laureacenſium inſtitutoribus ſcribit, cujus ſane merito eſt ab Hanſizio *ibid. pag.* 16. *ſeqq.* rejecta ſententia. Jam vero quod Hanſizius de *Marco* Evangeliſte cenſet, *certo certius* fuiſſe Aquilejenſem Eccleſiam conſtitutam, *pag.* 13. id cujuſmodi ſit, alio loco videbimus. Hoc mihi plus ceteris veriſimile videtur: Chriſtianos, qui primis ſeculis in Germaniam, eam etiam, quæ Romanis ſubjecta non erat (Confer Irenæi, & Tertulliani teſtimonia, quæ ſupra attulimus *tom.* I. *pag.* 340. Conſule etiam Chriſtophorum Cellarium *Diſſertat. de initiis cultioris Germaniæ*, *quæ eſt* VII. *inter editas an.* 1712. *n.* XXVIII. *pag.* 594. *ſeqq.*) in Illyricum, ut paullo ante vidimus, aliaque loca, quæ proxima Noricis erant, Chriſti nomen, cultumque intulerunt, non commiſiſſe, ut Norici ipſi in rerum divinarum ignoratione verſarentur. Deinde cum in caſtris Romanorum, qui ſecundo ſeculo arma in Tranſdanubianos *Quados*, & *Marcomannos* ferebant, Chriſtiani eſſent, ut oſtenſum a me eſt *tom.* I. *pag.* 364. *ſeqq.* non prætermiſerant, ut quæ jam obtinebat, ea latius apud Noricos manaret religio, cum præſertim in Norico, Pannoniaque Marcum Aurelium cum exercitu aliquamdiu manſiſſe conſtet. Vide Hanſizium *ibid. pag.* 19. Quod de Lucio Britannorum regulo, & Noricorum Apoſtolo Andreas Presbyter Ratisbonenſis in *Chronico ad an.* 182. Velſerus *pag.* 304. *opp. edit. an.* 1682. Miræus *in Faſtis ad d.* XXI. *Decemb.* aliique narrant, vereor ne commentitium ſit. Conſule Hanſizium *ibid. pag.* 19. *ſeqq.* Non minus inepta ſunt, quæ de Laurentio a S. Marco in Noricum miſſum memoriæ prodidit Schritovinus. Vide *Hanſiz. ibid. pag.* 27. De martyribus, & ſanctis viris, qui in Noricis, & Pannonia III. ſeqq. ſeculis floruerunt, confer Hanſizium *ibid. pag.* 30. *ſeqq.* De originibus, & progreſſu Religionis in Norico Ripenſi vide Hanſizium *tom.* II. *pag.* 2. *ſeqq.* Hundium *Metrop. Salisburg. pag.* 2. *ſeqq.* Joſephum Meagerum *Hiſt. Salisb. pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1692. & *veter. Hiſtor. de Converſ. Bajoariorum*, & *Carenthanor. Item de Juvav. pag.* 13. *ſeqq. poſt Coſmæ Pragenſis Chron. pag.* 15. *edit. an.* 1637. Prætermitto ſcriptores ceteros, ne ſim longus. Quod ad Vindelicos, Bojoſque attinet, adeundi Marcus Welſerus *in opp. hiſt.* & *Philolog. ſacr.* &c. *in quibus Hiſtorica Bojica*, *res Auguſtana*, *converſio*, & *paſſio SS. MM. Afræ*, *Hilariæ* &c. *Vita S. Udalrici*, & *S. Severini* &c. *edit. Norimb. an.* 1682. & Johannes Adlzreitterus *in Annalibus Boicæ Gentis par.* I. *l.* V. *pag.* 114. *ſeqq. edit. Francofurt. an.* 1710. Andreas Brunnerus *Soc. Jeſu Annal. Boicor. pag.* 108. *ſeqq. edit. an.* 1710. Bernardus *in Baſilic. SS. Udalrici, & Afræ Hiſt. Aug. Vind. pag.* 151. *edit. an.* 1653.

iiſdem locis eſſent, S. Severinus (1) dandam eſſe operam putavit, ut non ſolum, qui in Noricis eſſent Chriſtiani in fide manerent, ſed etiam errantes ad veritatem colendam converterentur.

Sed quoniam in Illyricum efferatis moribus homines irruerunt, & nova locis pleriſque nomina impoſuerunt, atque ita porro fines antiquos provinciarum immutaverunt, ut vix illi hoc tempore dignoſci poſſint, antequam ad ceteras regiones deſcribendas aggrediamur, oſtendamuſque, quo quæque harum tempore noſtris ſe ſacris devoverit, non alienum erit, quæ apud invaſores illos barbaros initia Chriſtianiſmi fuerint, demonſtrare. Ac de Moſchis quidem, Bulgaris, Ruſſis, & Hungaris ſatis dictum eſto. Nunc de Moravis, Bohemis, Polonis, Tranſylvanis, Lithuanis, Gothis Tranſdanubianis, Herulis, Beſſiſque dicendum eſſe videtur. Bohemi (2) igitur, Moravique a Carolo Magno, Ludovico Pio, & Henrico II. multis præliis ſuperati, cum a noſtris, quid eſſet præſidii in Chriſtiana religione intellexiſſent, ſimulacra Deorum, quorum tenebantur ſuperſtitione evertere, Chriſtoque ſe devovere conſtituerunt. Nam (3) Borzivojum exitu IX. ſeculi principem fuiſſe ferunt Bohemorum. Hunc a Cyrillo, (4) & Methodio, ſanctiſſimis Antiſtibus, res ſacras Chriſtianorum edoctum, auctorem ſuis civibus fuiſſe, ut

 ſi ſe-

1 De Sancto Severino Noricorum Apoſtolo præter collectores *vitar. SS.* & ſcriptores *Hiſt. Eccl.* videndi Hunſizius *Germ. Sacra tom.1. pag.69. ſeqq.* Andreas Brunnerus *par.1. Annal. Boi. l.IV. pag.117. edit. Francofurt. an.*1710. Welſerus *ibid. pag.*635. *ſeqq.* Aldzreitterus *l.c. pag.*119. *ſeqq.* De rebus autem ceteris, quæ poſt in Noricis, Vindeliciſque evenerunt, iidem ipſi auctores diſputant, quamquam minus interdum caſtigate in iiſdem verſati ſint. Sed omnia hoc loco exponere, atque dirimere non vacat.

2 Vide Johannis Dubravii Olomucenſis Epiſcopi *Hiſtor. Bojemicam l.*1 v. *ſeqq. pag.*22. *ſeqq. edit. Hanovienſis ſcriptor. rer. Boemicar.* Coſmæ Pragenſis *l.*1. *Chron. Boem. pag.*8. *ſeqq. edit. Hanov. ann.* 1607. Æneæ Silvii Piccolomini *Hiſt. Boem. cap.* XII. *pag.* 127. *ſeqq. edit. an.*1607. *poſt Chron. Coſmæ Pragenſis* Jalil Solimanol *Soc. Jeſu Bohemiam Exorientem Gentilem, Chriſtianam &c. edit. Pragæ an.* 1627. Pauli Stranſck *Remp. Boem. cap.*v1. *num.*II. *pag.*252. *ſeq. edit. Lugd. Batav. an.*1634. De initiis item religionis Chriſtianæ apud Bohemos agit Jacobus Lenfantius *l.*1. *hiſt. concil. Baſil. pag.*1. 2. Video autem de Bohemis a Græcis ne, an ab Latinis inſtituti in Chriſtianis dogmatis fuerint, inter ſe ſcriptores contendere. Ac Græcas quidem eos Eccleſias eſſe origine pugnant Biſelovus Huſſita apud Balbinum *Soc. Jeſ. Epit. rer. Bohem. pag.*78. Stranſekius *Bojem. Reſp. cap.*v1. *pag.*269. contra cenſent Balbinus *ibid. aliique.*

3 Vide ſcriptores modo nominatos *ll. cc.*

4 De Cyrillo, & Methodio confer *Dubravium ibid.* Coſmam Pragenſem *ibid.* Bollandianos *tom.*II. *menſis Martii ad d.*IX. *pag.*12. *ſeqq.* Agit item de ea re, ut Lenfantium, aliosque proteſtantes præteream, Martinus Hanckius vir de ſecta Lutheranorum. *De Sileſiorum rebus cap.*VII. *num.*II. *pag.*112. *ſeqq. edit. Lipſ. an.*1702.

Digitized by Google

ſi felicitatis, ſalutiſque ſuæ rationem habendam putarent, dæmonas, quibus ante cultum adhibere conſueſſent, deteſtarentur, unumque Deum in perſonis tribus profiterentur, & colerent. Fuiſſe præterea ſeculo x. Boleslaenſem Eccleſiam inſtitutam, Epiſcopoſque (1) delectos, qui ei adminiſtrandæ operam navarent. Inde ſanctos (2) viros, mulieresque in Bohemia, atque Moravia viguiſſe, quarum res præclare pro religione geſtæ monumentis fuerunt mandatæ litterarum.

Poloni ita, ut aliæ pleræque (3) gentes ſolent, quam poſſunt longe, primordia Chriſtianiſmi apud ſuos petunt ab ætate Apoſtolorum. Itaque Scytharum exemplum imitati, Andream Apoſtolum in Poloniam veniſſe, multiſque perſuaſiſſe defendunt, ut a patriis erroribus ad veritatis cultum converterentur. Ac inter Sauromatas quidem olim Chriſtianorum cœtus floruiſſe traditum

1 Vide Bohuſlai Balbini *Soc. J. Epit. Hiſt. Rer. Bohemicar. l.1. cap.1. & 1I. & l.v1. c.1I.* ubi de ea Eccleſia diſſerit, *edit. Prag. an.* 1677. Pagium *ad an.* 976. *n.* x1v. quo loco de Pragenſi Epiſcopatu agit.

2 De S. Adalberto Pragenſi confer Coſmam Pragenſem *vit. S. Adal. pag.* 72. *ſeqq. edit. Hanov. an.* 1607. Pagiam *ad an.* 980. & 983. *n.* x111. *ſeq.* 989. *num.* 1. 990. *num.* 2. 994. *num.* 6. 995. *num.* 8. 997. *num.* 1. Bollandianos *Act. SS. MM. April. tom.* 111. *pag.* 174. *ſeqq.* Mabillonium *ad an.* 975. *ſeqq. num.* xxx. *&c.* De S. Wenceslao Duce, & Martyre adeundi Baronius in *not. ad Martyrol. Rom. ad d.* 28. *Sept.* & Bohuſlaus Balbinus *Epit. rer Bohem. l.* 1. *p.* 53. *ſqq. edit. an.* 1677. De S. Ludmilla confer eumdem Balbinum *l. c. pag.* 41. *ſeqq.* De ſanctis reliquis adi-ſis ejuſdem Balbini *Bohemiam Sanctam de Sanctis, & Beatis Bohemia, Moravia, Sileſia, & Luſatia in Miſcell. Hiſt. Regni Bohem. edit. Prag. a.* 1682. & Georgium Bartholdum Pontanum *in Bohem. Pia pag.* 1. *ſeqq. edit. Francofurti an.* 1668. Quæ geſta ab Orthodoxis deinceps in Bohemia fuerint, deque conatibus hæreticorum ex iiſdem ſcriptoribus cognoſcet Lector, quos ſupra de rebus Bohemicis agere diximus. De Bohemiæ ſtatu, ut erat extremo fere ſeculo ſuperiore, hæc ſcribit Urbanus Cerrius *ibid. pag.* 67. „ Furono in Boemia dalla S. Sede eretti i Ve- „ ſcovati di Kinigsgratz, e Leitmerita colle rendite del dazio del ſale aſſegnate dall' Imperato- „ re in ricompenſa de' beni Eccleſiaſtici uſurpati dagli Eretici, e colla medeſima entrata ſe ne „ devono fondare due altri, tutti però reſtando ſuffraganei dell' Arciveſcovo di Praga, quale „ ha l'amminiſtrazione di quelle rendite, e ogni anno deve mandare in Congregazione il bilan- „ cio. Addit multos eſſe in Bohemia, & Germania fere tota hæreticos, quorum tamen aliqui interdum ad veritatem religionis agnoſcendam convertantur. Ad Moravos quod attinet Johannes Georgius Stredowskius *Hiſt. Sacr. Morav. lib.* 1. *cap.* 1x. pagum eſſe in Brunenſi inferioris Moraviæ parte *Zaruſſicium* ſcribit, cui propinquum ſit vetuſtiſſimum templum, quod poſt aſcenſum Chriſti anno xxx1x. extructum ferant. Id vero ne pueri quidem, ut opinor, credent. In Martyrologio Romano *ad d.* 1x. *Martii* hæc habentur „ In Moravia SS. Epiſcopor. Cyrilli, & „ Methodii, qui multas illarum regionum gentes cum earum Regibus ad fidem Chriſti perdu- „ xerunt „. Confer Coſmam Pragenſem, Bollandianoſque *loc. ſup. indic. not.* 4. *p.* 203. & Stredowskium ipſum in opere modo laudato, *editoque Solisbaci an.* 1710. Non ita tamen converſos ad Chriſtiana ſacra Moravos fuiſſe puto, ut nulli ante in provincia Chriſtiani fuerint. Anno 1070. Pragenſes Antiſtites conſenſerunt, ut Moravi Olomucenſem Epiſcopum haberent. Balbinus *Epit. rer. Bohem. pag.* 203. & 211.

3 Ita quidem refert Staniſlaus Lubienskius Epiſcopus Plocenſis *in vit. & ſerie Epiſcopor. Plocenſ.* Vide Pagium *ad an.* 965. *num.* 6.

tum ab Johanne Chryſoſtomo, & Theodorito eſt, quibus nos plurimum hoc in genere credendum arbitramur (1). Sed poſteaquam Sauromatæ in eaſdem, in quas finitimi populi, inciderunt calamitates, ob incurſiones barbarorum, de bello potius, quam de religione cogitandum exiſtimarunt. Itaque extincta pene, atque deleta hæc in provincia fuit, ita ut ad ſeculum uſque decimum perpauci, aut nulli fortaſſe in ea Chriſtiani verſarentur. Namque anno circiter 965. Micislaus dux Polonorum cognita veritate religionis noſtræ non ſolum ipſe ſe noſtris myſteriis initiari fecit, ſed etiam cives permovit ſuos, (2) ut ne ſe duci falſis opinionibus paterentur. Nam cum Dambronicam Boleslai Principis (3) Bohemorum filiam in matrimonio habere cuperet, idque ſibi negari intelligeret, niſi ipſe, ſuique Chriſtiana ſacra amplexi eſſent, hoc idem ille, cum primum facultas eſt data, fecit, Adelheidamque ſororem (4), ut ſuum exemplum imitaretur, permovit, atque a populo tandem impetravit, ut ſimulacra deorum confringeret, Deumque verum deinceps veneraretur. Eſtque illud etiam veriſimile, datam a ſancto Adalberto (5) Pragenſium Antiſtite fuiſſe operam, ut Poloni in errore perſiſtere ceſſarent. Inde Epiſcopatus fuerunt (6) in ea regione conſtituti, quorum eſt numerus auctus temporibus Regum poſteriorum (7).

Lithuanorum, Samogitarumque gentes circa annum 1386. Bodzantæ Archiepiſcopi Gneſnenſis opera, & Ladiſlai Jagellonis Po-

1 Johannes Chryſoſt. *Hom. ſupra indic. contra Judæos*, & Theodoretus IX. *Therapeutices pag.* 115. *tom.* IV. *opp. edit.* Sirmondi.

2 Conſule Ditmarum Merſemburgium *tom.* I. *Scrip. Brunſv. Leibnitzii pag.* 359. *ſeq. edit an.* 1707. Johannem Dlugoſſum Canonicum Cracovienſem *hiſt. Polon. l.* I. *pag.* 86. *ſeqq.* & II. *pag.* 93. *ſeqq. edit. ann.* 1711. Martinum Cromerum *lib.* III. *de rebus Polonicis pag.* 30. *ſeqq. edit. an.* 1589. Albertum Ineſium S. J. Lechiados *part.* II. *pag.* 98. Pagium *ad an.* 965. *num.* VII. Johachimum Paſtorium *libro* I. *Flori Polonici cap.* XV. & II. *cap.* I. & *Script. Rer. Polon. edit. Baſil. an.* 1582.

3 Hankius *De Sileſiorum rebus pag.* 105. 118. *ſeq.* Nicolaus Hanelius *Sileſia renov. par.* II. *cap.* VIII. Pagius *ad an.* 999. &c. Joachimus Curæus *Annal. Sileſ. pag.* 30. *edit. an.* 1571.

4 Vide Scriptores *indic. not. ſuperiore*.

5 Martyrolog. *Rom. ad d.* XXIII. *Aprilis*.

6 Vide Gregorium VII. *lib.* II. *Regeſt. epiſt.* LXXIII. *edit. Hard. tom.* VI. *pag.* 1318. *Collect. concil.* & Chriſtophorum Hartnochium *Rep. Polon. l.* II. *cap.* III. & Pagium *ad an.* 999. *n.* 6. & *ſeq.*

7 In Polonia etſi Catholici principatum obtinent, ſunt tamen non minimo numero Lutherani, Sociniani, Græci, Armeniique Schiſmatici. Nam Græcorum, atque Armeniorum quamquam ſunt plures ad ſanitatem reverſi, nihiloſecius manent etiamnum in errore haud pauci. *De Epiſcopatibus, & Archiepiſcopatibus in Polonia diſſeram* IV. *hujus operis libro*.

Digitized by Google

Poloniæ Regis, Lithuaniæque Ducis præſidio, Chriſtianam religionem colere cœperunt. Itaque Vilnæ cura regis Uladislai an. 1387. conditus Epiſcopatus eſt, cum ante ab Jagellone everſa ſimulacra Deorum eſſent (1).

Transylvani ſeculo XI. noſtris inſtitutis adhæſiſſe feruntur. Cum enim Giula, qui in ea civitate imperium obtinebat, bello ſuperatus, captuſque a S. Stephano Hungariæ rege fuiſſet, cognoſſetque, quam Chriſtus gloria, poteſtateque valeret, abjecta ſuperſtitione, Chriſtianus eſt factus, atque uxori, populoque perſuaſit Tranſylvanorum, ut ſe principem ſequerentur. (2)

Slavis ad Chriſtum convertendis operam Sanctus Amandus ſeculo Eccleſiæ ſeptimo navavit. Ii tamen, ut varias regiones occuparunt, ita diverſis temporibus, quibus in regionibus iiſdem nunciatum Evangelium eſt, Chriſtianæ religioni nomina dederunt. (3)

Apud *Gothos*, qui Tranſdanubianas regiones incolebant, ante Nicænam Synodum (4) Chriſtianos floruiſſe conſtat. Va-

1 Confer Dlugoſſum *Hiſt. Polonica lib.x. pag.*108. *ſeqq. t.*1. *P.*I. *edit. an.*1711. Odoricum Raynaldum *ad an.*1386. *num.*4. Eodem pertinent, quæ affert Jacobus Lenfantius Calvinianus *Hiſt. concil. Piſan. tom.*II. *pag.*294. *ſeqq.* Vide etiam Johannis XXII. *Epiſtolam de Gedemino Lethuinorum rege, & Ruthenis in fide Chriſti inſtituendis apud Martenum tom.* I. *vet. Anecdotor. pag.*1349. & Alberti Kojalovicii S.J. Procancellarii Vilnenſis *Hiſtoriam Lituaniæ a conjunctione magni Ducatus cum Regno Poloniæ ad conjunctionem eorum Dominiorum pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1769.

2 Vide Baron. *ad an.* 1002. *n.* XV.

3 Apud Slavos auditum jam inde ab antiquiſſimis temporibus Chriſtianum nomen fuiſſe, aliquoſque eorum Chriſto ſeſe devoviſſe, veriſimile eſt, tametſi variæ ſint de origine eorum, locisque, quæ ipſi ante irruptionem eorumdem in Dalmatiam, incolebant. De Slavis præter Aſſemanum *Cal. Univ. Eccl.* vide Helmold. *Chron. Slav. pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1659. Schurzfleiſchium *Diſſ.* XX. *edit. an.* 1699. & Joh. Matthiam Beherum *Rer. Mechlemburg. edit. an.*1741. *pag.*35. *& ſeqq.* De Sancto Amando Slavorum Apoſtolo adeundus Baronius *ad an.*632. *num.*7. & Bollandiani *tom.* 1. *Februar. pag.* 815. *ſeqq.* Feliciores fuiſſe Chriſtianiſmi ſucceſſus circa an. 1062. apud Slavos oſtendit Baronius ad *an.* 1062. *num.* CXI. Conſule eumdem *ad an.* 1012. *num.* IX. 1013. *num.* VII. *ſeq.* 1018. 1. Rurſum tamen circa an. 1065. reciderunt in veterem ſuperſtitionem. *Baron. ad an.* 1065. *num.* 21. *ſeqq.* In qua diu perſtiterunt. Baron. *ad an.* 1146. *num.* XXI. Expugnati poſt fuerunt atque ad noſtra tandem ſacra adducti ſunt.

4 In ſubſcriptionibus Synodi Nicænæ apud Harduinum *tom.*1. *pag.*319. nomen Theophili Gothiæ Metropolis Epiſcopi legitur. Conſule Lequienium *tom.*1. *Or. Chriſt. pag.*1241. Cum enim circa an. 323. ſubacti a Conſtantino Gothi fuiſſent, ut eſt traditum ab Socrate *lib.*1. *Hiſt. cap.* XVIII. *pag.*47. *edit. Cantab.* fuerunt, qui Chriſtianæ religioni nomen darent. Nihilominus erant permulti, qui noſtra inſtituta ſequi renuerent. Conſule Socratem *ibid. l.* IV. *c.* XXXIII. *pag.*254 *ſeqq.* Itaque Ulphila Valentis tempore iis convertendis ad Chriſtiana ſacra operam dedit. Vide *Tillem. t.* VI. *mon. H.E. pag.*604. *ſeq. edit. an.*1699. Ulphilam autem eumdem eſſe, atque Theophilum, qui Synodo Nicænæ interfuit, exiſtimat Lequienius *tom.*1. *Or. Chriſt. p.*1241. Quodſi ita eſt, jam is poſt in hæreſim inciderit, neceſſe eſt. Ego vero ſuſpicor a Theophilo Ulphilam diſcrepare. Nam Ulphilam a Valente miſſum conjicere quis ex *Hiſtor. Oroſ. lib.* VII. *c.* XXXIII.

Digitized by Google

Valente Imperatore cum permulti eſſent eorum , qui nondum animum ad Chriſtum ſequendum induxerant, permoti ab (9) Ulphila ſunt , qui tamen Arianorum partibus ſtudebat , ut Chriſtianæ ſe religioni ita addicerent , ut errores etiam Chriſti divinitatis hoſtium tuerentur. Eſt autem auctor (1) Epiphanius, IV. eodem ſeculo Monaſteria quædam in Gothia fuiſſe inſtituta. V. ſeculo Gothi Arianam hæreſim profitebantur, qui multis provinciis vaſtatis , in Italiam venerunt , captaque Roma , (2) aliiſque urbibus expugnatis , ſedes in pulcherrima Europæ parte conſtituerunt . Etſi autem crudeliter imperabant , (3) nihil tamen in Ædes , quæ extructæ in honorem ſanctorum Apoſtolorum erant , improbe , ſacrilegeque fecerunt .

Cum Juſtinianus Imperator principatum in republica populi Romani teneret , *Heruli* , qui Anaſtaſii Auguſti tempore Danubium trajecerant , multis , magniſque beneficiis aucti , univerſi ſumma conſenſione animorum Chriſtianam inſtitutionem probarunt , depoſitaque feritate morum , qua ante vivere conſuerant , mite in poſterum tempus , manſuetumque inſtitutum vitæ ſectati (4) ſunt .

Beſſos Hieronymus , aliique veteres nominarunt . Hi cum incredibili fuiſſent crudelitate , ubi noſtris legibus paruerunt , nihil præſeferebant, quod non grave , dignumque homine Chriſtiano eſſet . (5)

CA-

c.xxxiii. poſſet . Athanaricus interea , quod ſe a factione *Fritigerni* ſuperatum eſſe ægre ferret , ut incommoda ſibi illata ulciſceretur , in Chriſtianos ſæviendum putavit , nefas eſſe dicens patriam religionem a Gotho rejici . *Socr. pag.* 236. quamobrem haud pauci Ariani extremo ſunt apud Gothos ſupplicio affecti . Ulphilæ ſucceſſit Selenas , qui Eunomianiſmum coluit . *Socr. l.* v. *c.* xxiii . *pag.* 300. Sed victis Arianis , eorumque ſecta pene ſublata Unilas , aliique ſequuti Epiſcopi ſunt, qui recte ſentiebant de religione Conſule Lequienium *pag.* 1243. *ſeqq. tom.* 1. *Orient. Chriſt.* Sed Gothi cum a Conſtantinopolitanoa Epiſcopum peterent , partes etiam ſunt ſequuti Schiſmaticorum Græcorum . Lequien. *ibid. pag.* 1245.

1 Vide S. Epiphanium Hæreſi LXX. quæ eſt *Audianorum tom.* 1. *pag.* 827. *edit. an.* 1622.

2 Vide Baronium ad *an* 408. *ſeqq.* Pagium ad *an.* 408. *ſeqq.* qui Sozomenum , Oroſium, Jornandem, alioſque harum rerum ſcriptores laudant, oppugnantque calumnias Zoſimi Hiſtorici hoſtis Imperatorum Chriſtianorum .

3 Confer Procopium *l.* II. *de Bello Gothico cap.* IV. *pag.* 396. *edit. an.* 1662. & Baronium *ad an.* 410. *n.* xxvi. Ac de rebus a Gothis aut crudeliter, impieque , aut aliqua ſpecie pietatis geſtis conſule eumdem Baronium *ad an.* 370. *n.* cxiii. *ſeqq.* 372. *n.* cxiv. 376. *n.* vii. *ſeqq.* 377. *n.* iv. *ſeqq.* 379. *num.* iv. *ad an.* 395. *n.* ii. *ſeqq.* 396. *num.* ix. *ſeqq. ad an.* 410. *ſeqq.* Ceteros ſcriptores , ne ſim longus , prætereo .

4 Vide Evagrium Scholaſticum *Hiſt. Eccl. lib.* iv. *c.* xx. *pag.* 401. *edit. Cantabr.* Pagium *ad an.* 537. *n.* iv. & Baronium *ad an* 527. *n.* LIV.

5 De Beſſis ſic habet Paulinus *Poem.* xvii. *edit. Veron. pag.* 419.

„ Nam

CAPUT XIX.

De Origine, & Progreſſu religionis Chriſtianæ in Dania, Norvegia, Svecia, Livonia, Finnonia, Lapponia, Iſlandia, & Gronlandia.

QUum de incolis pleriſque regionum, quæ pertinent ad ſeptemtriones dictum fuerit capite ſuperiore, poſtulat inſtituti ratio, reliquarum, quæ eodem ſpectant, provinciarum ſitus, & populorum mores, rationem vivendi deſcribere, tempuſque indicare, quo neglecta idolorum ſuperſtitione ad Chriſtum ſibi eſſe accedendum judicaverunt. Principio igitur quamquam eſt veriſimile, datam a majoribus noſtris operam initio fuiſſe, ut qui eam regionem, quæ poſt fuit Dania appellata, incolebant, hi quidem omnes a cultu ſimulacrorum deducerentur, tamen ita afflictæ res noſtræ in ea regione ante VIII. ſeculum erant, ut proditum memoriæ ſit, aut nullos tunc temporis, aut perpaucos ibidem vixiſſe, qui Chriſtum venerarentur, & contemnenda eſſe idola putarent. Igitur anno circiter 795. S. Willebrordus (1), qui a Sergio Pontifice Maximo ordinatus Epiſcopus fuerat, planeque noverat,

„ Nam ſimul terris, animiſque duri,
„ Et ſua Beſſi nive duriores,
„ Nunc oves facti, duce te, gregantur
„ Pacis in aulam.
„ Quaſque cervices dare ſervituti
„ Semper a bello indomiti negarunt,
„ Nunc jugo veri Domini ſubactas
„ Sternere gaudent.
„ Nunc magis dives pretio laboris
„ Beſſus exultat: quod humi manuque
„ Ante quærebat, modo mente Cælo
„ Colligit aurum.

Alloquitur autem Nicetam, de quo paullo ante diximus, cum de Scythis *pag.* 176. ageremus. Vide S. Hieronymum *epiſt.* XXXV. ad *Heliodor. pag.* 268. *tom.* IV. *opp. edit. Martianai*, Martyrologium Romanum *ad d.* VII. *Januar.* Bolland. *tom.* I. *Menſis Januar. pag.* 365. *ſeq.* Tillemontium *tom.* XI *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 622. *ſeqq.* Pagium *ad an.* 396. *num.* V. 397. *num.* VI. *ſeq.* Alani Lazis propinquiſſerant, reſpiciebantque ad ſeptemtriones. Juſtiniani ætate Chriſtianam religionem amplexi ſunt. Vide Procopium *lib.* IV. *De Bello Gothico c.* III. *pag.* 570. *ſeq. edit. an.* 1662. & Lequienium *Orient. Chriſt. pag.* 1347. *ſeqq.*

1 Martyrologium Roman. *ad d.* VII. *Nov.* „ In Friſia depoſitio S. Willebrordi Epiſcopi Trajectenſis, qui a S. Sergio Papa ordinatus Epiſcopus, in Friſia, & Dania Evangelium prædicavit.

noverat, Danos in ſuperſtitione, ignorationeque rerum divinarum verſari, ad eos contendit, multoſque, ut Chriſtum colerent, induxit. Magna nihiloſecius in Dania hominum multitudo ſupererat, quæ patria inſtituta, erroreſque conſectaretur. Huic ut ſalutem afferrent, ſeculo VIII. S. Willehadus, (1) & IX. ſeculo S. Anſcharius (2) iter in Daniam inſtituerunt. Interim Herioldus, ſive Haraldus Claġus Danorum rex ab hoſtibus e regno excedere coactus, ad Ludovicum Pium Imperatorem profugit auxilium poſtulatum. Imperator, qui perſpiciebat, nactum ſe opportunum tempus eſſe, quo Danos Chriſto Servatori conciliaret, facile ab ſe, quæ poſtulabat, impetrari poſſe dixit, ſi quam ipſe colebat, eamdem rex amplecti religionem ſtatueret. Nam fore, ut Chriſtiani, qui tantum principem conjunctum ſibi eſſe ſocietate religionis viderent, alacres ad bellum proficiſcerentur, ſtrenueque contra conjurationis auctores pugnarent. Uſus præterea Ludovicus opera doctorum, ſanctorumque virorum fuit, qui regi perſuaderent, præter eum, quem Chriſtiani haberent, nullum alium extare Deum. Haraldus, qui quotidiano (3) eorum ſermone, divinaque imprimis gratia cognoverat, vera eſſe, quæ ipſi de religione affirmabant, maturandum putavit, ut myſteriis noſtris initiaretur, indeque regno potiturus in Daniam contendit. Abeunti comites itineris ſunt ab Ludovico dati Anſcharius, & Autbertus, qui id agerent, idque omni ope eniterentur, ut religio Chriſtiana, quæ invecta in regnum ante fuerat, manare, atque propagari latius poſſet. Gregorium autem IV. Pontificem Maximum, cui hæc nunciata fuerant, litteras ad Anſcharium dediſſe (4) ferunt, eique poteſtatem amplificandi Eccleſiæ fines feciſſe, ne is propria auctoritate ſibi ſumſiſſe Apoſtolatum videretur. Anſcharii, ſociorumque laboribus quum res feliciter in Dania, proximiſque regionibus geſta eſſet, conſtituti Epiſcopi deinceps fuerunt, quibus onus regendarum Eccleſiarum incumberet. Mortuo Haraldo,

1 Confer Honorium Auguſtodunen. *l.* III. *de Imagine mundi p.* 905. *Bibl.* PP. *edit. Lugd. t.* XX.

2 Conſule vitam Sancti Anſcharii *cap.* VI. *ſeq. apud Boll tom.* I. *Febr. pag.* 410.

3 Vide Grammaticum Saxonem *lib.* IX. *pag.* 175. *ed. an.* 1644. Pagium ad an 826. *num.* XIV.

4 Extat ea epiſt. apud Lambecium I. *Orig. Hamburg. pag.* 26. *edit.* I. *A. Fabricii*, & apud Cointium *Annal. Francor. tom.* VIII. *pag.* 116, *edit. an.* 1683. & Iſaacum Pontanum *lib.* IV. *Hiſt. rerum Danicar. pag.* 98. *edit. an.* 1631.

Sueno filius, qui inimico erat in Chriſtianos animo, ubi ſe imperio potitum vidit, ſævire in illos (1) cœpit, tantaque crudelitate eſt uſus, ut timidos jam cives ad veterem ſuperſtitionem, & opinionum pravitatem impulerit. Sed cum iram in ſe Dei concitaſſet, regnoque expulſus eſſet, cognoviſſetque tandem aliquando, quam Deus Chriſtianorum poteſtate valeret, ad ſanitatem reverſus eſt, curavitque, ut quemadmodum ante acerrimus hoſtis veritatis, ita poſt ſtudioſiſſimus cultor, & fortiſſimus propugnator (2) eſſet. Vixerunt deinde reges inſigni virtute, quorum aliqui donis etiam miraculorum (3) inclaruerunt, optimiſque legibus rempublicam munierunt, atque id laborarunt, ut ne quis in poſterum tempus, quæ ab ſe recte eſſent conſtituta, labefactare auderet. Epiſcopi autem olim ſub Lundenſi Archiepiſcopo in Dania octo numerabantur, *Roſchildenſis*, *Othonienſis*, *Wendſyſſelenſis*, *Ripenſis*, *Arhuſienſis*, *Burglavienſis*, *Aalburgenſis*, *&* *Viburgenſis* (4).

Eiricum Norvegiæ principem decimo ſeculo patria profugum Northumbriam, Adalſtenii regis Anglorum beneficio,

1 Vide Grammaticum Saxonem *lib.* x. *pag.* 184. Commota autem in noſtros hæc tempeſtas fuit circa an. 980. Confer etiam Helmoldum *lib.* I. *cap.* XV. *pag.* 46. *edit. an.* 1659. & Thormodum Torfæum *lib. de tribus Regibus Daniæ Gormo*, *Haraldo*, *&* *Suenone edit. an* 1707.

2 Conſule Grammaticum Saxonem *ibid.* & Adamum Bremenſem *lib.* II. *cap.* XVI. *pag.* 54. & Pagium *ad an.* 994. *num.* 8.

3 Adamus Bremenſis *l.* II. *cap.* XVI. 45. *ſeq.* Sigebertus Gemblacenſis *ad an.* 966. *pag.* 135. *edit. an.* 1608. Stephanus Johannes Stephanius *in not. ad Gramm. Saxonem pag.* 213. Bollandiani *tom.* III. *Julii pag.* 118. *ſeqq.* Confer ſtatuta Regis Canuti apud Harduinum *tom.* VI. *part.* I. *Concilior. pag.* 895. *ſeq.* Baronium *ad. an.* 1081. *num.* XIV. Pontanum *lib.* IV. *ſeq. Hiſt. rerum Danicar. pag.* 115. *ſeq. edit. an.* 1631. Albertum Krantzium *Dan. lib.* III. *cap.* XXV. *pag.* 94. *ſeqq. edit. an.* 1583. Sed de rebus Danicis, Chriſtianæque religionis ortu, progreſſuque in ea regione adeundi Johannes Slangendorfius *Op. de Doctrina*, *&* *Religionis Propagatione*, *&* *incrementis in inclitis Daniæ*, *&* *reliquorum Septemtrionalium regnis edit. an.* 1591. Adamus Bremenſis *Hiſt. Eccl. continente religionis propagata geſta*, *quæ a temporibus Caroli Magni uſque ad Henricum* IV. *acciderunt &c.* *Inter ſcript. rer. Germanic. collect.* Erpoldi Lindenbrogii *edit. Francofurt. an.* 1630. *pag.* I. *ſeqq.* Johannes Mollerus *Introduct. in hiſtor. Cherſonneſi Cymbricæ par.* II. *cap.* I. Scriptores ceteros rerum Danicarum numerat Nicolaus Petrus Sibernus in *Bibliotheca Hiſtorica Dano Norvegica*, *ſive de ſcriptoribus rerum Dano Norvegicarum comment. Hiſtor. Litter. edit. Hamburg. an.* 1716.

4 De Epiſcopatibus Daniæ confer Ioh. Iſaacium Pontanum Chorographiæ Daniæ *pag.* 358. *ſeqq.* Petrum Terpagrum *Chronic. Eccl. Ripenſis edit. Hafniæ* 1708. alioſque, qui res Danorum Eccleſiaſticas illuſtrarunt. Seculo XIII. ineunte Abſalon Huidius Epiſcopus Lundenſis multis rebus pro religione geſtis claruit. De eo quidem hæc nos olim In *l.* III. *ep. Innoc.* III. adnotabamus. Anno 1201. XIII. *Kal. Apriles deceſſit*, ut recte in ſuis Schedis animadvertit Dominicus Georgius ὁ μακαρίτης. Atque eſt id etiam, quod ad diem, & annum pertinet, obſervatum a Stephano Johanne Stephanio *in notis ad Grammaticum Saxonem pag.* 8. *edit. an.* 1644. Migravit autem e vita Abſalon XXIII. ſui Archiepiſcopatus Lundenſis anno. Erat vero Archiepiſcopatus Lundenſis in Scania, quæ regio olim Sveciæ erat, poſt Daniæ pars, nunc rurſum regi Svecorum paret-

cio, obtinuiſſe, eoque cum uxore, liberis, exercituque veniſſe, dediſſeque Chriſtianæ religioni nomen, graves, nobileſque Hiſtorici ſcriptum (1) reliquerunt. Sed regum Norvegiorum, qui primus omnium paucis annis poſt Eiricum noſtris legibus vivere cœperit, multiſque, ut idem facerent perſuaſerit, Haco (2) fuit. At is impedire non potuit, quo minus in regno plures manerent, qui retinendos eſſe patrios ritus arbitrarentur. Horum eſt Olaus Eirici filius errorem ſequutus. Qui cum imperio totius regionis potitus eſſet, ſuperſtitionem, qua erat imbutus, confirmare, latiuſque extendere (3) contendit. Verum quod in *Bernardum* (4), ſive *Tangbrandum* incidiſſet, ab eoque edoctus decreta religionis Chriſtianæ fuiſſet, cognoviſſetque quanta in opinionum pravitate tamdiu perſtitiſſet, immutavit ſententiam, ſeſeque Servatori Chriſto dicare conſtituit. Quo fere tempore Sigurdi Epiſcopi opera magnus in Norvegia nume-

ret. Archiepiſcopus Legatus Apoſtolicæ Sedis ad Aquilonaria regna erat, Danorum quoque Metropolita, & Primas Sveciæ. Conſule Johannem Albertum Fabricium in *Opere inſcripto: Salutaris lux Evangelii in calce pag.* 104. *edit. an.* 1731. qui laudat Magni Matthiæ opus Ms. *De Serie* Lundenſium Epiſcoporum. Videri præterea poſſunt Epiſtolæ Innocentii III *Pontif. Max. lib.* 1. *ep.* CCCCXIX. CCCCXXI. CCCCXXII. CCCCXXIV. CCCCL. *edit. Baluſii tom.* 1. Ad hunc eundem Abſalonem ſcriptæ ſunt ab Innocentio litteræ *lib.* 1. *ep.* CCCL. cujus Epiſtolæ pars refertur *cap.* Tuarum, De *Privilegiis*, ut etiam ex iis, quas paullo ante indicavi. Fuit is & ſingulari nobilitate, & inſigni virtute præſtans. Adeundi Otto Sperlingius *in notis ad Abſalonis teſtamentum*, Moellerus in *Hypomnematibus ad Bartholini librum de ſcriptoribus Daniæ pag.* 154. Nicolaus Petrus Sibernus *Bibliotheca Hiſtorica Dano-Norvegica cap.* 12. §. XIV. *pag.* 304. & Olaus Wormius *In Danic. Monum. lib.* III. *pag.* 171. *ſeq. edit. an.* 1643. qui dum de Aſumenſi cœmeterio diſſerit, refert Danicam Inſcriptionem, cujus ante mentionem fecerat Haraldus Huifeldus regni Daniæ Cancellarius, quæ quidem Inſcriptio verſa in latinum ſermonem, habet hoc modo: *Chriſte Fili Mariæ adſis iis, qui templo tuo benefaciunt, Abſaloni Archiepiſcopo, & Esberno Mule.* Erat Esbernus Abſalonis frater.

1 Confer Torfæum *tom.* II. *hiſt. Norveg. pag.* 183.

2 Torfæus *ibid. pag.* 214. *ſeqq.* Perſuadere autem ſuis Haco, ut Chriſtiani fierent, conatus eſt in Comitiis Froſtenſibus *an.* 945.

3 Saxo *Gramm. loc. mox. indicando*.

4 Grammaticus Saxo *lib.* 2. *pag.* 189. *edit. an.* 1644. loquitur de Olao, & Bernardo. Stephanus Johannes Stephani in notationibus ad Grammaticum Saxonem *pag.* 208. *num.* 48. „ Bernardi „ hujas, *inquit*, non meminit Chronicon Norvegicum, ſed a Tangbrando quodam Chriſtiana „ Sacra Olaum Tryggonis edoctum fuiſſe tradit *pag.* 125. Sigurdi quoque Epiſcopi beneficio mul„ tos in Norvegia ad fidem Chriſtianam converſos edocet *p.* 161. Adamus Bremenſis. Gothebaldum „ quemdam ab Anglia venientem ſæpe etiam in Norvegia pariter, ac Svecia Evangelizaſſe com„ memorat *lib.* II. *cap.* XXIX. „ Olaus Wormius *lib.* 1. *Danicorum monumentorum pag.* 5. *edit. an.* 1643. „ Fanum, *inquit*, erat, & lararium in Norvegia prope Nidroſiam, quod ab Haqui„ no Comite Ladejarl dicto magnifice exornatum erat. Refert namque Snorro Sturlæ *in hiſtor.* „ *Olai* Tryggonii, cum Norvegiam ad Chriſtianam religionem perducere conaretur, hujus fani „ idola confregiſſe, tectum diruiſſe, & ingentem ex auro annulum, qui januam, & valvas exor„ nabat, tamquam magnificentiæ teſtem abſtuliſſe. Quem annulum deinde Sigride Storradæ „ dono miſit, cum ejus ambiret conjugium.

numerus hominum abjectis ſimulacris, quibus ante cultum adhibere conſueverat, Deum verum adorare, ejuſque præceptis parere decrevit. Ac functus eodem, quo Sigurdus, munere Gotebaldus (1) fuit, qui ex Anglia in Norvegiam trajecit, evangeliumque barbaris (2) nunciavit. Interim Olaus rex Sigiſmundum (3) Breſterinum hominem inſigni virtute, & integritate morum in Færeyas inſulas miſit, ut operam inſtituendæ Eccleſiæ daret. Igitur introducta in Norvegiam, vicinaſque inſulas vera religione, cultuque Chriſti propagato, Epiſcopatus (4) inſtituti fuerunt, ordinatique antiſtites, qui Eccleſias moderarentur.

Sveci nono ſeculo cognoſcere de Chriſtianis, noſtriſque myſteriis initiari cœperunt, cum Beron in civitate unus omnium princeps eſſet. Ejus rei auctorem, ſecundum Deum, Sanctum Anſcharium fuiſſe, memoriæ proditum eſt. Quamquam ſunt, qui ante Anſcharium, veniſſe Herbertum Epiſcopum, ſociſque in Sveciam, multiſque ejus nationis hominibus perſuaſiſſe arbitrentur, uti Chriſto aſſentirentur, ſeque baptizari ſinerent. Sed quia non pauci in ea regione extremo ſeculo IX., conſequutiſque temporibus erant, qui errores idololatrarum conſectarentur, Odincharus, aliique Sancti viri, quibus maximæ curæ res Chriſtiana erat, ab impietate illos ad cultum religionis Chriſtianæ deducere curarunt (5).

Livo-

1 Vide *Not. ſuperior.*

2 Vide *not.4 pag. ſuper.*

3 Confer Torfæum *ibid. pag.414. ſeqq.*

4 De Epiſcopatibus Norvegiæ adeundi Aubertus Miræus *Not. epiſc. pag.* 221. & Pagius *ad an.*1148. *num.*XV. At de his agemus ipſi quoque *lib.*IV. De Sanctis viris, qui rebus egregie geſtis regnum illuſtrarunt, vide Baronium *ad an.*1029. *num.*VII. & ad *Martyrol. Roman.* 29. *Jul.* Bollandianos *tom.* VII. *Jul. pag.* 87. *ſeqq.* qui multa diligenter de Norvegorum converſione ad Chriſtum, deque S. Olao Rege ac martyre diſputant, Pagium ad *an.*1028. *n.*VIII. Johannem Vaſtovium in *vite Aquilonari pag.* 27. *edit. an.* 1623. Torfæum *ibid. pag.* 326. *ſeqq.* Annaliſtam Saxonem apud J. G Eccardum *In Corp. hiſt. med. Ævi pag.*491. *tom.*1.

5 Johannes Meſſenus *Chronic. Epiſc. per Sveciam Gothiam, & Finlandiam*, ſive *Compend. Hiſt. Eccl. Svecianæ edit. an.* 1688. *pag.* 2. *ſeqq. ubi de Carolo Magno, Ludovico Pio, S. Anſchario &c.* diſſerit. Vide etiam Rembertum *in vita S. Anſcharii cap.*VI. *ſeqq. pag.*413. *tom.*1. *Februar. apud Bollandianos*, & Bollandianos ipſos *pag.* 391. *ſeqq.* Thurmodum Torfæum *l.*III. *ſer. Reg. Daniæ c.*XV. *pag.*415. Claudium Arnhelmium *Hiſt. Sveonum, Gothorumque Eccl. lib.*IV. *edit. an.* 1689. L. Paulinum Gothum Hiſtoriæ Arctoæ *lib.*II. *cap.*XLI. *p* 90. *ſeq. cap.*XLVI. & *c* XLVII. *ſeqq.* De Sanctis Svecis confer Pagium ad *an.* 1028. *num.*X. *Acta SS. Bolland. t.*III. *Februar. pag.* 847. *ſeq. ad d.*XV. Baronium in *Martyrol. Rom. ad d* XVIII. *Maii*, & Bollandianos *tom.*IV. *Maii pag.*187. *ſeq.* Joh. Vaſtovium *l. c. pag.*65. *ſeqq.* De Epiſcopatibus Sveciæ agam IV.

hu-

Livoniæ, *Lettiæ*, *Curlandiæque* incolæ XII. circiter ſeculo SS. Mainardi Seegembergenſis Canonici, Bertholdi Abbatis Lucenſis, aliorumque ſtudiis converſi ad Chriſtum fuerunt, petieruntque deinceps, ut ſuis Eccleſiis Epiſcopi præficerentur (1).

Eodem ſeculo *Finlandii* ab Erico Svecorum rege ſubacti, Henrici Epiſcopi Upſalienſis, aliorumque opera, noſtris ſe ſacris addixerunt (2).

Lappones etſi circa annum 1160. de Chriſto audierant, nobiſque non minimo numero ſeculo XIII. aſſenſi fuerant, tamen

hujuſce operis libro. Urbanus Cerrius de Svecis hujuſce temporis ſic habet *l.c. pag.* 16. „ Nella „ Svezia è molto più difficile d'introdurre la Fede, e di ottenere la libertà di coſcienza per la „ graviſſima contradizione non ſolo de' predicanti, ma anco dell'iſteſſo principe, de' magiſtrati, „ e de' grandi di quel regno. Si è ſaputo però, che da che quella nobiltà ha cominciato a viaggiare, e trattare co' Cattolici... ſi è mitigata aſſai in materia di religione, non avendo più „ quell'odio, che altre volte aveano, e tolerando fra loro almeno i Cattolici foreſtieri, e però „ non ſi deve diſperare col tempo d' imperrare qualche vantaggio per la fede .... Lo zelo, virtù, „ e poſſanza della Regina Criſtina non potè col ſuo eſempio muovere quegli eretici ad abbracciare la Fede Cattolica, benchè faceſſe quella ſi ſanta, e glorioſa azione di laſciare per la religione un ſi gran regno. Avea anche ne' tempi di Urbano VIII. il Re Guſtavo ſuo Padre dato „ qualche ſperanza di farſi Cattolico, onde gli fu ſpedito il P. Poſſevino Geſuita, ma riconoſcendo le difficultà poſcia ſuperare dalla figlia, trovò varj preteſti per riſecarne ogni trattato: & paullo ante de Danis agens *pag* 13. „ Il Regno, *inquit*, di Danimarca, e Norvegia „ pare affatto abbandonato, perchè ivi non ſono Miſſionarj quaſi di niuna ſorte, eccetto alcuni „ pochi in Gluſtay, e Altoau, e certi Geſuiti, che ſtanno in Coppenaghen come Cappellani „ dell'Ambaſciatore, o Reſidente Ceſareo, e un Prete, o due come Cappellani dell' Ambaſciatore di Spagna. Ma queſti pochi ajuti non poſſono conferire a fare molte converſioni, mentre „ non hanno la lingua, ſono foreſtieri, non ſanno i modi, e i genj di que' popoli, i quali nè „ anco ſi fidano di eſſi. Del reſto forſe in tutto il Settentrione non è maggior diſpoſizione di ricevere la Fede Cattolica, che in queſti due regni, come atteſtano gl'iſteſſi nazionali, e i foreſtieri, che vi ſono ſtati, ed è di queſta verità una prova incontraſtabile, che quel Re non „ fece gran difficultà di concedere libertà di coſcienza nella detta villa d'Altenau a iſtanza del „ Cavalier di Terlon Ambaſciatore del Re Criſtianiſſimo, chiudendo gli occhi anche in Coppenaghen con dare intenzione di permetervi l'apertura d'una Chieſa Cattolica, il che non „ avrebbe mai fatto, ſe vi foſſe ſtata contradizione dalla parte di que' popoli, o de' grandi del „ Regno. Queſta libertà ora è perduta non tanto per la morte di quel Re, che ciò permiſe, a „ cui ſucceſſe il figlio aſſai più apparente nemico della religione Cattolica, ma anche perchè „ gl'iſteſſi Cattolici non ſi ſono comportati tanto ſaviamente, quanto biſognava per mantenerſi „ in poſſeſſo della libertà conceduta loro, eſſendoſi impegnati in certe pubblicità, che diedero „ campo a' veſcovi eretici di fare iſtanza a quel Re di rivocarla .... Nondimeno da queſti ſteſſi „ impedimenti ſi può chiaramente raccogliere, che vi è qualche diſpoſizione alla ſanta Fede &c. Nihil moror J. Fridericum Magnium qui primordia Eccleſiæ Sveciæ antiquiora, quam res ipſa patitur, eſſe pugnat *Diſs. de Paulo Svecorum Apoſtolo edit. Trypinſuvald an.* 1709.

1 Vide Baronium *ad an.* 1085. *num.* XX. Pagium *ad an. eumd. num.* XI. *ſeqq.* & Iſaacum Pontanum *lib.* VI. *hiſt. rer. Danic. pag.* 307.

2 Confer Bollandianos *ad d.* 19. *Jan. tom.* II. *pag.* 294. & Johannem Vaſtovium in *vite Aquilonar. p.* 62. *ſeq.* Pagium *ad an.* 1168. *n.* XXII. Bolland. *ad d.* XVIII. *T.* IV *p.* 189. *Maii*, Pagium *ad an.* 1151. *n.* IX. *De Origine, & religione Finlandiorum edit. Hupſal. an* 1728. agunt M. Fabianus Toccnerus, & Thormodus Torfæus *Hiſt. Vinlandiæ Antiq. edit.* Hafniæ *an.* 1705.

men omnes induci nequiverunt, ut Chriſtianorum myſteriis initiarentur. Seculo ſuperiore ſi qui ſuperſtitionem ejurarunt, ii in novorum hæreticorum impietatem prolapſi ſunt (1).

Neque diverſa in *Iſlandia* Chriſtianiſmi primordia fuerunt (2).

Groenlandi nono ſeculo noſtra inſtituta colere cœperunt (3).

CAPUT XX.

De Initiis, & progreſſu Chriſtianæ religionis in *Germania, Helvetia, Rhetia, Belgio, & Batavia.*

GErmanos jam uſque ab Eccleſiæ ſeculo ſecundo non eos ſolum, qui in poteſtatem populi Romani redacti fuerant, ſed etiam ceterorum, qui feri, barbarique cum eſſent, aditum Imperatoribus ad ſe patere nondum permiſerant, aliquos Chriſtianam religionem amplexos fuiſſe, traditum a Tertulliano eſt illuſtri ſcriptore, & æquali temporum illorum (4). Atque eſt illud veriſimile, fuiſſe noſtrorum aliquamdiu ante nonnullos tam magnis animis, ut nihil veriti earum gentium, quas crudeles, ac beluinis moribus eſſe intelligerent, feritatem, ad eas contendere

1 De Lapponia conſulendi Johannes Scheferus *Lapp. cap.* VIII. *edit. Francof. an.*1673. *Athlas Hiſtoriq. tom.* IV. *Diſſ. ſur la Lapponie cap.* XIV. *pag.* 9. *ſeq. edit. an.*1714. Franciſcus Niger Ravennatenſis *Deſcript. Lapponiæ edit. Venet.* 1705. Olaus Rodbeckius *Lapponia Illuſtrata ed. an.*1701. præter ceteros ſcriptores, quos memorat Johannes Albertus Fabricius *Salut. luce Evang. cap.* XXII. *pag.* 469. Qui aliqua de ſtatu præſensi Lapponum volet, is conſulat lucubrationem Mopertuiſii, aliorumque quorumdam Gallorum, qui nomine Academiæ Pariſienſis Scientiarum ante aliquot annos iter in Lapponiam inſtituerunt, *edit. Amſt. an.* 1738.

2 Thormodus Torfæus *tom.* II. *hiſt. Norveg. pag.*337. citat *Hiſtoriam de religione Chriſtiana per Islandiam inſtituta edit.* Schalholti *an.*1688. Confer Torfæum eumdem *t.* II. *p.*378. 397. 417. 418. 430. 486. *ſeq.* & Theodotum Thorlacium *Diſſ. de Islandia ed.* Witemb. *an.*1666. Scriptores autem ceteros rerum Islandicarum numerat Nicolaus Petrus Sibernus *Bibl. hiſt. Dano-Norv. cap.* V. *pag.*142. *edit. an.* 1716.

3 Vide Torfæum *tom.* II. *hiſt. Norveg. pag.*434. *ſeqq.* & *Gronl. Antiq. edit. Haſn.*1715. Scriptores rerum Grönlandicarum recenſet Sibernus libro indicato *notatione ſuperiore, cap.* V. *ſect.* IV. *pag.*150. *ſeqq.*

4 Conſule Irenæi locum, quem de Eccleſiis in Germania conſtitutis retulimus *tom.* I. *pag.* 340. Et teſtimonium Tertulliani *ibidem notat.* 1. recitatum. Atque primordia quidem Religionis Chriſtianæ in Germania, quæ Romanis non parebat, ſeculo tertio eſſe vetuſtiora oſtendunt Hadrianus Daudeus S.J. *Theologus op. de Majeſt. Hierarch Eccl. edit. an.*1745. *c.* IV. *ſect.* II. *n.* 1. *pag.* 230. *ſeq.* Cellarius *Diſſert. de Initiis cultioris Germaniæ n.* XXV. *pag.* 591. *ſeqq. edit. Diſſertationum an.* 1712. & Balthaſar Babelius *Antiq. Germ. art.* II. *pag.* 32. *ſeq.*

Digitized by Google

tendere auderent, curareque, ut quos Romani ſubigere nequiviſſent, ii ſe in Chriſti poteſtatem permitterent (1). Sed metuo, ne numeranda in fabulis eſſe quis cenſeat, quæ de introducta in eam regionem aut a *Thoma* Apoſtolo (2), aut a *Materno* (3) Sancti Petri auditore, aut a *Valerio*, & *Euchario* (4), aut a *Marco* (5), & *Lucio Cyrenenſi* (6), aut a *Creſcente* (7) diſcipulo Apoſtoli Pauli Chriſtiana religione, aliquot ejus gentis ſcriptores memoriæ tradiderunt. Etſi vero initio reperiebantur in Germania, qui prodigiis, aliiſque (8) momentis, quæ ad rem Chriſtianam amplificandam

1 Sed quiſnam is fuerit non conſtat. Vide *Script. cit. not. ſup.*

2 Ita quidem in quibuſdam Pſeudo-Dorothei, Oecumenii, & Sophronii codicibus legi obſervat Hermannus Coringius *Differt. de Conſtitutione Epiſcopor. German. t. I. opp. pag. 699.* At alii Codices *Caramannis* habent. Iam vero Martyrologium Romanum neutrum admittit *ad d. xxi. Decemb.* Nam in eo *Brachmanis* legitur, quod quidem ad hiſtoriam itinerum Thomæ longe eſſe videtur accommodatius, propterea quod penetraſſe in Indiam feratur.

3 Materno Apoſtoli Petri diſcipulo ceu inſtitutore ſuo gloriantur *Tungrenſes*, *Colonienſes*, *Argentoratenſes*, *Brunſvvicenſes &c.* In hac ſententia verſantur *Gebvvilerus*, *Koningshoferus*, aliique, quos recenſet Balthaſar Bebelius *Antiq. Germ. artic. II. pag. 34. ſeqq. edit. an. 1669.* Probat id etiam Ægidius Bucherius *Belg. Rom. lib. v. pag. 152. ſeqq. edit. an. 1656.* Huc propendere videtur Dauſdeus *l. c. n. IV. pag. 241. ſeq. & cap. v. ſect. II. num. 1. pag. 282.* Mitto ceteros, ne ſim longus. Sed quam hæc omnibus partibus nutet opinio, oſtendunt Dionyſius Sammarthanus *tom. III. Gall. Chriſt. edit. an. 1725. pag. 621. & pag. 608.* Tillemontius *tom. VI. Mon. Hiſt. Eccl. not. VI. ad Hiſtoriam Donatiſtarum pag. 701.* Calmetius *Hiſt. de la Loraine tom. I. pag. 163.* & ex Proteſtantibus Bebelius *ibid. pag. 40. ſeqq.* Maſchovius *lib. VI. de Rebus Geſtis Germanorum*, quem Dauſdeus nominat *ibid. pag. 241. in not.* & Samuel Baſnagius *Annal. Polit. Eccl. ad an. 314.*

4 Horum & Sociorum opera fuerunt, qui ſcriberent in Gallia, atque Germania Chriſtianos æquaſſe fere numerum ethnicorum, Valeriumque potitum Epiſcopatu Trevirenſi fuiſſe. Vide Bollandianos *tom. II. menſis Januar. pag. 917. ſeqq.* Ægidium Bucherium *l. c. pag. 152.* Chriſtophorum Brovverum *lib. II. Annal. Trevir. ad an. 49. & 50. pag. 143. ſeqq. edit. an. 1671.* & Dauſdeum *l. c. cap. IV. ſect. II. n. 3. pag. 239.* Sed vereor, ne hæc minus vera cuiquam eſſe videantur. Tam enim Eucharium, & Valerium Epiſcopos Trevirenſes vetuſtos eſſe, ſunt qui dubitent.

5 De Marco Evangeliſta conſule Hanſizium *Germ. Sacra tom. I. pag. 15. ſeqq.* At ſi ejus diligentia ad Noricos delatum Evangelium eſt, non intelligo, cur non item in Germaniam Transrhenanam. Sed hæc incerta omnino ſunt.

6 Vide Hanſiz. *ibid. pag. 19. ſeq.*

7 Conſule Hanſizium *ibid.* Bollandianos *tom. v. Junii pag. 250. ſeqq.* A Creſcente Moguntinam Eccleſiam fuiſſe adminiſtratam pugnat Serarius *tom. I. rer. Mogunt. pag. 152. ſeqq. edit. Georgii Chriſtiani Johan. Francof. an. 1722.* Verum ubi agam de propagatione Religionis in Gallias, quis hic fuerit Creſcens inquiram.

8 De Martyribus in Germania Martyrologium Romanum *ad d. x. Oct.* ubi *de S. Gereone M. Coloniæ ſub Maximiano, ad d. xv. Oct. ubi de 300. MM., ad d. xx. ubi de Marthæ, Saula & aliis, Martyribus. Coloniæ ad d. xxi. Oct. ubi de SS. MM. Urſula, & Sociis*, quarum tamen hiſtoriam in controverſiam revocant Natalis Alexander *Hiſt. Eccl. ſec. IV. cap. ult. Art. v. p. 194. ſeqq. edit. Lucenſis an. 1734.* Baillетus *tom. III. vit. SS. pag. 330. edit. an. 1704.* Nam Sirmondum, Valeſium, alioſque viros doctiſſimos, qui in eo argumento verſati ſunt, ne ſim longus, mitto. Idem agunt, ſed adhibita contumelia ex Acatholicis Uſſerius *De Britannicar. Eccleſiar. Primordiis pag. 290. ſeqq. edit. an. 1639.* Balthaſar Bebelius *Ant. German. pag. 108. ſeqq. edit.* an.

Digitized by Google

ſpectarent, impulſi, noſtra ſe inſtituta ſequi profiterentur, tamen neſcio quo caſu, temporum lapſu, evenerit, ut rurſum in ea ſuperſtitio invaleſceret, verique Dei cultus extinctus pene, ac deletus eſſe videretur. Itaque opus deinceps ſtudiis, laboribuſque illuſtrium (1) virorum fuit, ut religio Chriſtiana reſtitui, atque propagari poſſet. Sed dilatata magis magiſque eſt, quo tempore Carolus Magnus (2) in occidente imperio potiebatur. Atque in re eadem perficienda plurimum operæ Ludovicus

an.1669. aliique. Rurſum Martyr. Rom. *ad d.*VI.*Oct. ubi de innumerabilibus MM. Trevir. ſub Victio Raro.* Alii memorantur plerique Martyres a ſcriptoribus Martyrologiorum, & Hiſtoriarum, quos in Germaniarum parte aliqua paſſos ferunt. Atque eſt ſane credibile cum & Romani, & Barbari inimici noſtri eſſent, ſæviendumque in hoſtes Deorum arbitrarentur, fuiſſe ſæpe in Chriſtianos Germaniæ incolas concitatos, multoſque necaſſe.

1 Præclare Johannes Albertus Fabricius homo, ſi quis alius, in Germanica hiſtoria verſatus, *cap.*XIX *ſalut. Luc. Evang. pag.*419. „ Certum eſt, *inquit*, longe ante tempora Carolina religionem Chriſtianam Saxonibus, Anglis, & Friſiis eſſe commendatam, ut patet ex Marcellino „ de vita Sancti Suiberti, item ex vita Ludgerii, Beda Venerabili, aliiſque, quos citat Schatenius in Hiſtoria Weſtphaliæ. Quid? Quod ipſe Conringius non diffitetur, ab Anglo Saxonibus, & ſuis Friſiis fidem Chriſtianam in Weſtphalia aliquatenus fuiſſe propagatam? Quod quoque conſtat ex vita Divi Bonifacii, & Litteris Papæ Gregorii I., ſive Zachariæ Pontificis ad „ principes, & Primores Saxoniæ datas apud Serarium rerum Moguntinarum *lib.*III. *Joh. Guill.* „ *Goedenus not. ad* Conringium *t.*VI. *opp. p.*216. „. Cauſſa autem, cur res Chriſtiana in Germaniis tantum incommodi pateretur, ut reſtitutoribus opus fuerit, Alamannorum, aliarumque barbararum gentium irruptiones fuerunt. Id vero cum ab aliis multis, tum eſt etiam a Paulo Hachembergio *Germ. Media Diſſ* VIII. *n.*II. *p.*292. *edit. an.*1686. obſervatum. Igitur ſec. VII. apud Svevos S. Columbanus Evangelium prædicavit, confer Carolum Cointium *Annal. Francor. t.*II. *p.*98. *ſeqq.* Baronium *ad an.*612. *n.*II. *ſeq.* Gaſparem Saggittarium *l.c. p.*1. *ſeq. edit. an.*1675., apud Bavaros S. Rudbertus, conſule Bollandianus *t. ult. menſis Martii ad d.*XXVII. *p.*699. *ſeq.* Raderum *Bavar. ſanc. t.*1. *p.*60. *ſeq. edit. an.*1615. Hanſizium *Germ. ſacr. t.*II. *p.*37. *ſeq*, apud Francos Orientales S. Kilianus, adeundi Bollandiani *t.* II. *Julii p.*615. Martyrol. *Rom. ad d.*VIII. *Jul.* Baronius *ad an.*686. *n.*VIII. Ignatium Groppium Benedictinum *ſcript. rerum Wirceburgenſium pag.* 489. *ſeqq. edit. an.*1741. Elias Martinus Eyringius *Diſs. de Ortu, & progreſſu religionis Chriſtianæ in Francia orientali edit. Lipſ. an.*1704. *poſt vit. Erneſti Ducis Gothani*. S. eodem VIII. apud Friſones, atque Saxones Suidbertus primus Verdenſis Epiſcopus, conſule Bollandianos *tom.*III. *Aprilis pag.*802. *ſeqq.* Mabillonium *tom.*II. *Annal. Ord. S. Benedicti pag.*324. *edit. Pariſ.* Rurſum apud Friſones S. Willibrordus, confer Bedam *lib.*III *Hiſt. gentis Anglor. c.*XIII. *p.*65. *&* *l.*V. *c.*XI. *&* XII. *p.*124. *ſeq. t.*III. *opp. edit an.*1615. Mabill. *in Actis SS. S. Bened. ſec.*III. *par.*1. *pag.*603. eoſque, ſi placet, quos numerat J.A. Fabricius *ſalut. Luce Evang. cap.* XIX. *pag.*422. *ſeq.* Apud Germanorum permultas gentes S. Bonifacius Moguntinus. Adiſis Martyrologium Romanum *ad d.*XIII. *Februar. & ad diem* V. *Junii*, Mabillonium *tom.*II. *Annal. Ord. S. Benedicti pag.* 3. *ſeq. edit. Pariſ.* Nicolaum Serarium *lib* III. *rer. Moguntinar. edit. an.* 1604. *pag.*570. *ſeq.* Bollandianos *tom* I. *menſis Jun. pag.*452. *ſeqq.* Sunt alii permulti Germanorum, qui de Sancto Bonifacio commentarius ediderunt, quorumque aliquos numerat Johannes Albertus Fabricius *ſalut. Luce Evangelii cap* XIX. *pag.*424. *ſeqq.* Mitto Gaſparem Sagittarium, Bebelium, alioſque Heterodoxos, qui in eodem argumentu verſati ſunt, quanquam hi ſuo more agant, ut nihil in ſancto viro probent eorum, quæ ad reverentiam erga ſedem Apoſtolicam ſpectarent.

2 Conſule Cointium *Annal. Francor. tom.*VI. *pag.*776. *ſeqq.* Eginhardum *vita Caroli Magni cap.*XVI. *ſeq. pag.*99. *ſeqq. t.*V. *Collect. ſcriptor. Gall. edit. an.*1744 alioſque, quos recenſet *iisdem* Fabricius *pag.*425.

vicus Pius (1) Imperator exemplum Caroli imitatus conſumſit. Boruſſi interea (2) falſorum numinum ſuperſtitione detinebantur. Seculo x. S. Adalbertus (3) Pragenſis, cum ad eos convertendos ad Chriſtum in eam provinciam contendiſſet, a Siggone idolorum miniſtro lancea confoſſus martyr deceſſit. Seculis xI., ac xII. etſi non deerant, qui ſalutem ei (4) genti afferre conarentur, tamen parum proficere potuerunt. Seculo demum xIII. (5) permoti Boruſſi ſunt, ut recte de religione ſentirent.

1 Confer Ludovici Pii præceptum *de Paganis ad Chriſtianitatem invitandis, & de Inſtitutione Epiſcopatus Hamburgenſis apud Baluzium tom. 1. capitular. reg. Francor. pag.681.* Carolum Cointium *tom. vII. Annal. Francor. pag 615. ad an. 822.* Bollandum *tom. 1. menſ. Februar. pag. 404.* Lambecium *lib. II. rerum Hamburgicarum pag. 354.* Philippum Cæſarem *in Triapoſtolatu Septentrionis. Colon. 1642. pag. 173.* Johannem Johachimum Maderum *ad Adamum Bremenſem pag. 179.* Johannem Chriſtianum Lunigum *Spicileg. Eccl. tom. 1. pag. 114.* Nic. Staphorſt. *tom. 1. Hiſt. Eccl. Hamburg.* Sed de Eccleſiarum Germanicarum ſub Carolo Magno, & Ludovico Pio, & ſequentibus Imperatoribus ſtatu cognoſci poterit ex Sigeberto Gemblacenſi *ad an. 776. pag. 91. ed. 1608. & ad an. 779. pag. 92. & ad an. 780. pag. 92. edit. an. 1608. Martyrolog. Roman. ad d. xIv. Oct. xvI. Oct. vIII. Nov. II. Februar. &c.* Adamo Bremenſi *Hiſt. Eccl.*, Auctoribus Chronicorum & Diplomatum editorum a Leibnitio, Meibomio, Frehero, Piſtorio, Leukfeldo, Struvio, Ludewigio, Schannato, Pezziis, Martenio, Acherio, Eccardo, aliiſque, quorum jam Collectorum magnus extitit ſuperiore, atque hoc etiam ſeculo in Gallia, & Germania numerus, Alberto Crantzio *in Saxonia, & in Metrop.* ſive *Hiſt. Eccl. Saxonum*, Bollandianis *tom. 1. Act. SS. menſis Jan. pag. 380. ſeqq. tom. 1. Februar. ad d. Iv. pag. 554. tom. III. April. ad d. xxIII. pag. 165.* Lambecio *In Orig. Hamburg.* Nicolao Staphorſto *Hiſt. Eccl. Hamburg.* Gaſpar. Sagittario *De Antiquo ſtatu Thuringiæ ſub indigenis Francorum, Germaniaque regibus, & Hiſtor. Alberſtad. de originibus per ſingulos Epiſcopos*, Paulo Achembergio *Germ. Media Diſſert. vIII. n. II. ſeqq.* Paulo Cypræo *in Annalib. Epiſc. Sleſvicenſium*, Johanne Henrico Urſino *de Eccleſiar. Germanicar. Origine, & Progreſſu ab Aſcenſ. Domini uſque ad Carolum Magnum.* Hermanno Adolpho Meindero *de ſtatu religionis, & Reipublicæ ſub Carolo Magno, & Ludovico Pio in Weſtphalia*, Nicolao Schatено *Societ. J. Hiſt. Veſtphal.* Pagio, & Baronio, & Cointio in Annalibus, Dan. Cramero *Chronic. Pomeran. Eccleſ.* Franciſco Alberto Æpino *Schediaſm. De Mecklemburgenſium a gentiliſmo ad Chriſtianiſmum converſione*, Hanſizio *tom. 1. & II German. ſacra*, Hundio *Arch. Salib. &c.* Anonymo *Hiſt. Eccl. d'Allemagna*, Browero *Annal. Trevir.* Gaſpare Bruſchio *Monaſt. &c. German.*, Bucelino *Germ. ſacra.* Ignatio Groppio *collect. ſcriptor. & rer. Wirceburg.* Matthia Joh. Behero *Rer. Mecleburgicar. lib. vIII.*, Joh. Mich. Heineccio *Antiq. Goslarienſ.* utque alios prope innumerabiles miſſos faciam, Barreo *Hiſtoire General de Alemagne tom. II. ſeqq. pag. 332. ſeqq. edit. an. 1748.* De Epiſcopatibus Germaniæ agam *lib. Iv.*, ſcriptoreſque indicabo, qui eos illuſtrare commentariis curarunt. Poſt hæreſes in Germaniam a Luthero, aliiſque invectas plures Eccleſiæ in errores eorum inciderunt, multique Catholici pro religione orthodoxa martyres deceſſerunt.

a Anno 1738. Andreas Schottus Dantiſcanus edidit Gedani Diſſertationem inſcriptam: *Pruſſia Chriſtiana, ſive de Introductione Religionis Chr ſtianæ in Pruſſiam per martyres tentata*, qui multos errores, in quos hiſtoricos incidiſſe contendit, emendare conatur, ſcriptoreſque recenſet, qui eiſdem in argumentis verſati ſunt. *§. x. ſeqq. pag. 14. ſeqq.*

3 De Sancto Adalberto confer Bollandianos *ad d. xxIII. April. tom. ult. pag 174. ſeqq.* & Schottum *ibid.*

4 Confer Schottum *ibid. pag. 79. ſeqq.* qui de S. Brunone diſſerit, ſcriptoreſque indicat, qui de rebus ab eo in Boruſſia præclare pro religione geſtis diſputarunt.

5 Iohannes Albertus Fabricius *ſalut. Luce Evangelii pag. 429.* „ Seculi, *inquit*, xIII. ini-
„ tio

tirent. Atque ut Boruſſi, ita (1) Germani ceteri, alii ante, alii vero poſt, uti quidem animati recte, aut prave fuerunt, ſacris religionis Chriſtianæ initiati ſunt (2).

Helvetii quoniam Gallis, Germaniſque vicini erant, regionemque incolebant, quæ aut Galliæ, aut Germaniæ a ſcriptoribus antiquis, noviſque attribuebatur, iiſdem fere temporibus adducti ſunt, ut Chriſtum eſſe Deum habendum crederent, quibus hoc idem Galli, atque Germani crediderunt. Itaque fuerunt apud eos, qui cum initia Chriſtianiſmi in provincia minime haberent explorata; propterea quod monumentis, quibus res ejuſmodi continerentur, carerent, viderentque gloriæ his Eccleſiis duci, quæ inſtitutoribus Apoſtolis, horumve diſcipulis uſæ fuiſſent; laborandum ſibi putarunt, ut illis vetuſtate pares eſſe exiſtimarentur. Ergo Anglum neſcio quem ſacerdotem a Petro Apoſtolo miſſum ad Helvetios fuiſſe ſcripſerunt, ut eos Chriſto conciliaret. Sed quum minus hæc conſtare intelligerent, ſatiuſque eſſe arbitrarentur auguſtiora in patria Chriſtianiſmi primordia quærere, Petrum ipſum dixerunt, cum ad Britannos iter inſtituiſſet, in Helvetiam ingreſſum doctrinam Chriſti incolis explicaſſe, multoſque perpuliſſe, ut ei ſe traderent (3) in diſciplinam.

At quum alii Petrum inſtitutorem Helvetiorum non fuiſſe plane perſpicerent, miſſum ab eo in provinciam *Beatum*, (4) qui

„ tio *Chriſtianus*, & *Philippus* Ciſtercienſes Monachi feliciore ſucceſſu hac in re ſunt verſati, „ ita ut *Chriſtianus* ille primus Prutenorum Epiſcopus ſit conſecratus A. C. 1213. Innocen- „ tio III. Papa eidem ſuffragante, & Equitibus Ordinis Teutonici „ De iiſdem equitibus Ordinis Teutonici A. 1230., deinde per annos 53. Pruſſos bello perſequentibus, vide Chriſtophori Hartknochii opus *Par.* II. c. II. *pag.* 277. *ſeq.*

1 Pomeranorum Apoſtolus ineunte XI. ſeculo Reimbernus fuit. Confer Pagium *ad an.* 1008. *num.* IV. Hoc eodem munere functus Otho Bambergenſis circa an. 1020. fuit. Adi ſis Baronium *ad an.* 1124. Bollandianos *tom.* I. *Jul. pag.* 349. *ſeqq. Origines Pomeranitas* deſcribit Conradus Samuel Schurtzfleiſchius *Diſp.* XXVI. *pag.* 7. *ſeqq. inter editas an.* 1698. De Religionis Chriſtianæ apud Sileſios primordiis conſule Martinum Hanckium *De Sileſiorum rebus ad an.* 965. *p.* 120. *ſeqq. edit. an.* 1702. Johachimum Curæum *Annal. Gentis Sileſ. edit. an.* 1571. *pag* 29. *ſeqq.* & Conradum Samuelem Schurtzfleiſchium in *Lemmat. Hiſt. ad Sileſiam Pertinent. pag.* 4. *edit. an.* 1698. Inter Inſulas citerioris Pomeraniæ celebriores numeratur Rugia. In ea ſeculo IX. Eleam principatum obtinuiſſe, ſeque addixiſſe Chriſtianæ religioni pugnat vir eruditiſſimus Ioſephus Simonius Aſſemanus in *Calendar. Eccleſ. Univ. p.* 255 *ſeq.* multoſque auctores recenſet quorum teſtimoniis ſuam confirmet ſententiam. Iam vero Rugiani populi Heneti, ſive Slavi a Waldemaro Daniæ rege victi Chriſto ſeſe conſecraverunt. Conſule Pagium ad *an.* 1164. *num.* XIV.

2 Franciſcus Guilliimannus de rebus Helvetiorum *lib.* I. *cap.* XV. *pag.* 135. *ſeq. edit. an.* 1623.

3 *Idem ibid.*

4 Confer Petrum Caniſium S. I. *in vitis SS. Beati*, & *Fridolini primorum Helvetiæ Apoſtolor. edit. Friburgi an.* 1590. & Bollandianos *tom.* II. *menſis Maii ad d.* IX. *pag.* 367.

qui ante eſſet Suetonius appellatus, exiſtimarunt, ut incolas ab idolorum ſuperſtitione abducere curaret. Sed quoniam primis Eccleſiæ ſeculis plerique ita animis comparati erant, ut Chriſtianiſmum ne tolerandum quidem arbitrarentur, factum hinc fuiſſe, ut Lucii Reguli Britannorum, qui Eleutherii Pontificis Maximi tempore florebat, laboribus ſecundo ſeculo opus eſſet, quo Helvetii magno numero, imprimiſque Tigurini veram religionem (1) amplecterentur. Nihiloſecius IV. ſeculo ineunte, cum Maximianus acriter noſtros homines inſectaretur, degerentque adhuc in Helvetia, qui diis cultum, preceſque adhiberent, fuerunt, qui a Felice, quem unum e Martyribus Legionis Thebææ fuiſſe ferunt, ejuſque ſorore Regula, nihil fuiſſe prætermiſſum putarent, quod ad conciliandos Helvetios Chriſto ſpectare (2) videretur. Hoc revocari in controverſiam non poteſt, etſi olim in Helvetia Chriſtiani reperirentur, a quibus tamen noſtris myſteriis primum fuerint initiati, minime conſtare. Sexto ſeculo in locis quibuſdam ſuperſtitio obtinebat. Quamobrem Collus (3) auditor Columbani Tucconliæ ad Limagi ſuperioris fauces delubrum neſcio quod incendit, ut eſt ab Helvetiis ſcriptoribus memoriæ commendatum. Atque in delenda ſuperſtitione deorum Romanus, & Lupicinus eodem ſeculo (4) plurimum operæ conſumſerunt. Sed quod illi tot laboribus ſuſceptis obtinuerunt, ut purioris doctrinæ Helvetii cultores eſſent, hoc XVI. Eccleſiæ ſeculo Zuinglius, ſociique hæreſeos everterunt, cum permultis ſuorum civium auctores fuerint, ut conjungi Eccleſiæ Romanæ ſocietate religionis, veteremque inſtitutionem, quæ ab Apoſtolis quidem manarat, profiteri deſinerent. (5)

1 Ita refert Buceliuus *in Rhet. Chronol. Sacra, & Profana pag.51. ſeqq. edit. an.1666.*

2 Scriptores hujuſce rei teſtes, quamquam hæc multis partibus nutet, numerat Fabricius *ſalut. Luc. Evang. c.xx. pag.441.*

3 Vide Guillimannum *l.c. pag* 138.

4 Conſule Bollandianos *tom.* III. *Februar. pag.* 737. *ſeq. ad d.*XXVIII. *& Tillemont. mon. Hiſt. Eccl. tom.*XVI. *pag.*142. *edit. an.*1712.

5 Scriptores, qui de hæreſi Zuingliana commentarios ediderunt, omittam, quorum jam opera omnium manibus teruntur. Hoc proferam, quod de ſtatu Helveticæ gentis, ut erat extremo fere ſeculo ſuperiore, atque nunc fere eſt, ſcribit Urbanus Cerrius ad Innocentium XI. P. M. *pag.*25. „ Sono queſti ora diviſi in tredici cantoni fra loro uniti, ſette de quali ſono Cattolici, „ quattro eretici, e due miſti, che per la religione hanno tra loro avute fieriſſime guerre ſuſci- „ tate dalla perfida ereſia di Zuinglio, che reſtò morto in una battaglia. La religione tra' Cat- „ tolici

Rhetia Noricis ab ortu, ab occaſu Helvetiis, a meridie Gallis Tranſpadanis, a ſeptemtrionibus Vindelicis finitima, initia religionis Chriſtianæ apud ſuos repetit a (1) Petro Principe Apoſtolorum. Quinetiam Barnabam inter Apoſtolos Rhetorum numerandum eſſe ejus regionis incolæ, qui minus periti Hiſtoriæ habentur, putant. Iidem, mortuis Apoſtolis, Linum, cui datæ adminiſtrandæ Romanæ Eccleſiæ partes erant, in Rhetiam veniſſe, uſumque præſidio Aruntis Mauri propinqui ſui, qui loco Procuratoris provinciam moderabatur, rebuſque noſtris ſtudebat, auxiſſe numerum Chriſtianorum contendunt. Idipſum fuiſſe deinde curatum a Beato, quem Apoſtolum Helvetiorum cenſeri diximus. Hujus exemplum fuiſſe Achatem, ipſum quoque Petri diſcipulum, imitatum. Poſt Apollonium Brixienſium Antiſtitem operam, ut res noſtræ in Rhetia amplificarentur, dediſſe. Lucium Regulum Britannorum anno circiter 190. non Helvetiam ſolum, ſed Rhetiam quoque luſtraſſe, atque Epiſcopum factum Rhetorum bonos in fide confirmaſſe, ceterorum plurimos, qui errore implicati eſſent, vi veritatis impuliſſe, ut Chriſtum Deum agnoſcerent, ejuſque religionem profiterentur, tandemque martyrem obiiſſe pugnant. Temporibus Septimii Severi, & ſequentium Imperatorum ad ætatem uſque Conſtantini in provincia fuiſſe pleroſque, qui pro Chriſto ſupplicia perferrent, mortemque oppeterent. Horum unum *Fidelem* fuiſſe, cum Maximianus, & Collegæ in noſtros omnia cruciatus exempla ederent. Conſtantini auctoritate deſiiſſe Ethnicos in Chriſtianos ſævire. Deinde S. Valentinum Paſſavienſem Epiſcopum ab Arianis de ſede pulſum ſeculo IV., & ad Rhetos delatum, conſediſſe in Pingiano vico; atque ubi intellexit, aliquos eſſe in montibus, qui in ſumma rerum divinarum ignoratione verſarentur, ad eos contendiſſe, egiſſeque prodigiis, oratione, laboribus, ut Chriſtianorum doctrinæ aſſentirentur. Poſt S. Gaudentium Brixienſem idem ſibi onus ſuſcepiſſe, multoſque a ſuperſtitione ad

„ tolici è beniſſimo fondata, ma tra gli eretici è affatto bandita. Solo ne' due miſti ſi fa particolarmente da' Cappuccini di quella Provincia qualche progreſſo. Stando in Lucerna il Nunzio Apoſtolico, facile ſarebbe avere per ſuo mezzo un eſatta relazione della fede Cattolica, e del modo di propagarla ne' ſuddetti cantoni miſti, quando non ſi poſſa tra gli eretici &c. Eminentiſſimus Cardinalis Paſſioneus vir ſingulari eruditione, cum Nuncius a Summo Pontifice ad Helvetios miſſus eſſet, re bene geſta, vulgavit *Acta Legationis Helvetica*.

1 Hæc omnia congeſſit Bucelinus *in Rhet. Sacra, & Prof. pag. 38. ſeqq. edit. an* 1666.

ad veram pietatem colendam revocaſſe. Sanctam Urſulam, ſociaſque, quum Roma reverterentur, iter in Rhetiam inſtituiſſe, atque inde Coloniam migraſſe. Ita nihil eſt fere apud Scriptores ſequiorum temporum fabuloſum, quod non totum in ſuos commentarios nonnulli, ſi quidem digni ſunt hoc tanto nomine, hiſtorici Rheti tranſtulerint. Qui diligentius, accuratiuſque verſati in hoc argumenti genere fuerunt, hi ſane longe eſſe apud ſuos IV. ſeculo vetuſtiora Chriſtianiſmi initia putarunt. Sed quoniam de rebus a memoria noſtra remotis, ſi monumenta in promtu non ſint, nullo modo judicium ferri poſſe arbitrabantur, monumentis autem carebant, quibus quis primus fuerit religionis Chriſtianæ in provincia propagator oſtenderent, aſſenſionem, quod ad rem ejuſmodi pertinebat, cohibendam eſſe exiſtimarunt. Jam vero funditus everti idolorum ſana apud ſuos ad extremum uſque ſec. IV. non potuiſſe ſcripſerunt. Itaque quod aliqui in ea loca, ubi cultus dæmonibus adhibebatur, ſe contuliſſent, nunciareque Chriſtum cœpiſſent, ab incolis captos, multiſque tormentis excruciatos martyrii palmam conſequutos eſſe. Numerari in his Siſinnium, ſocioſque Martyres, & Sanctum Vigilium Tridentinorum Epiſcopum oportere. (1)

Belgas, quod regionem, quæ pars olim Galliæ cenſebatur, incolerent, & propinqui Celtis eſſent, quos proprie Romani Gallos appellabant, eodem fere tempore de Chriſto cognoviſſe veriſimile eſt, quo cognoverunt ceteri Gallorum. Sed ut aliis pleriſque gentibus uſu venit, ut primordia Eccleſiæ ſuæ anguſtiora facere interdum conentur, quam veritas poſtulet, ita Belgæ, qui plane ignorant, quis ille eſſet, qui primus omnium cultum religionis Chriſtianæ in provinciam eamdem intulerit, ſcriptores invenerunt, qui conjecturis indulgerent, jactaque primo ſeculo a Rufo, & (2) Pudente fuiſſe in Belgio Eccleſiæ fun-

1 Nam Tridentinorum tractum ad Rhetiam pertinuiſſe inſignes Geographi arbitrantur. Confer Cellarium *Geogr. Antiq. tom.* 1. *lib.* II *cap.* VII. *pag.* 424. *edit. an.* 1732. De martyribus Siſinnio &c. confer Epiſtolas S. Vigilii Epiſcopi Tridentini ad Simplicianum Epiſcopum Mediolanenſem, & ad Iohannem Chryſoſtomum *in Act. SS. MM. ſinceris edit. Veron. pag.* 532. *ſeqq.* De S. Vigilio confer Baronium *ad an* 400. *num.* XIV. *ſeqq.*

2 Ita quidem cenſere auctorem Diſſertationis vulgatæ in *Diar. Belg. Amſtelod. menſ. April. an.* 1719. refert I. A. Fabricius *Salut. Luc. Evang. c.* XXI. *pag.* 444.

fundamenta defenderent. Sed quamquam hi errent, numquam tamen committam, ut longe recentiora apud Belgas fuiſſe, quam apud Gallos fuerint, Chriſtianiſmi primordia putem (1).

Quod de Belgis, hoc idem fere de Batavis eſſe ſtatuendum exiſtimo, apud quos tamen neſcio quo caſu factum ſit, ut orthodoxa religio vigere deſierit, introductæque ſint variæ, interque ſe diſſidentes hæreſes, quæ univerſam pene nationem perverterunt. (2)

CAPUT XXI.

De Origine, & propagatione Chriſtianæ Religionis in Italia.

§. I.

Ac primum quidem Romæ.

ETſi fieri potuit, ut qui Romam Chriſtianum nomen primi omnium intulerunt, iidem ante ad oppida quædam Italiæ appulerint, in eiſque Evangelium nunciarint, multiſque civibus perſuaſerint, ut præter noſtrum, nullum alium habendum putarent Deum; quoniam tamen, niſi auctoritate veterum monumentorum, nihil in hoc genere conſtitui certi poteſt, eaque jam monumenta aut nulla ſunt majorum memoria ſcripta, aut ſi quæ olim reperiebantur, funditus omnia progreſſione temporum

1 Origines, progreſſuſque religionis Chriſtianæ in Belgio, & Brabantia cognoſcet Lector, modo tamen ſuo recte judicio uſus fuerit, & falſa a veris ſecreverit, ex Nicolao Vernulæo: *De Propagat.* Ægidio Bucherio S.J. *in Belgio Eccleſiaſtico, ac civili edit. Leodii an.* 1635. *& de primis Tungrorum, ſeu Leodienſium Epiſcopis edit. Leod. an.* 1612. Iohanne Molano *Indic. SS. Belgii.* Iohanne Bucelino *in Antiq. Flandriæ Sacris, & Profanis edit an.* 1666. Bollandianis *tom.* 1. *Febr. pag.* 297. *ad d.* 11. Auberto Miræo in *Faſtis Belgicis, ſive rerum Belgicarum Annalibus edit. an.* 1636. Ægidio Gazæo *Hiſt. Eccl. Belgii edit. Belgicæ an.* 1614. Arnoldo Raiſſio *in Belgica Chriſtiana edit. an.* 1634. Dionyſio Sammarthano *Gall. Chriſt. tom.* III. *pag* 1. *ſeqq. & t.* v. *p.* 1. *ſeq. edit. an.* 1725. *&* 1731. Martino Hermitio S. I. *Hiſt. Sanctor. Gallo Flandr cum ortu, progreſſu, & ſplendore Chriſtianæ religionis in illa Provincia edit. Duac. an.* 1638. Nonnulla, quæ huc ſpectant, perſequitur, ſed more hæreticorum hujuſce temporis, Balthaſſar Bebelius *Act.* II. *Antiquit. Germaniæ l. c. pag.* 29. *ſeqq. edit. an.* 1669. Ioh. Bapt. Grammayus *Antiq. Brabant. edit. an.* 1606. *&* 1610.

2 Confer *Bataviam Sacram, qua deſcribuntur res geſtæ Apoſtolicorum virorum, qui fidem Bataviæ primi intulerunt edit. Bruxell. an* 1713.

Digitized by Google

rum perierunt ; miſſis civitatum nonnullarum , quas vulgo producunt , traditionibus, (1) quæ neque ſatis antiquæ, neque Italorum omnium conſenſu firmatæ ſunt, initium a Romanis ducam, oſtendamque breviter, quibus præſidiis auctæ apud eos Chriſtianæ opes, profectique ex iis fuerint, qui doctrinam, cultumque Religionis in ceteras regionis ejuſdem civitates importarent. Igitur cum Petrus Apoſtolus, ut dictum alio loco eſt, Romam veniſſet, atque auctor multis fuiſſet, ut neglecta ſuperſtitione deorum, ſolidam pietatem colerent, Eccleſiam inſtituit, quæ jam inde a temporibus Claudii Auguſti maxima apud noſtros homines in celebritate (2) verſaretur. Sed quum ægre Judæi paterentur, continenterque oriri proinde inter eos, atque Chriſtianos concertationes ſolerent, Imperator, qui tumultus ejuſmodi in republica ferendos non putarat, omnibus, qui nati Judæis parentibus erant, ſive illi Rabbinorum, ſive Chriſti partibus ſtuderent, ut urbe (3) excederent, præcepit. Itaque Aquilas, ejuſque uxor, atque alii plures Chriſtiani, quoniam orignem ex Judæis traxerant, Romam deſerere coacti (4) ſunt, alioque abire exulatum. Poſt cum data Judæis redeundi poteſtas eſſet, & partim eorum, qui conſilium revertendi in Urbem ſuſceperant, ac reipſa redierant, partim Sanctorum cohortatione, qui, quoniam ex Ethnicis erant prognati, in patria manſerant, amplificata majorem in modum res Chriſtiana fuiſſet, ita ut Nerone Imperatore, in palatio quoque noſtræ diſciplinæ, ac religionis homines reperirentur, qui apud Cæſarem gratia, & auctoritate valerent, Paulus Apoſtolus ad Eccleſiam Romanorum litteras (5) dedit, quibus eam multis laudibus commendavit, promiſitque fore, ut ejus viſendæ cauſſa in Urbem aliquando proficiſceretur. Interim Petrus, qui maxima cura eorum, quos Chriſto conciliaverat, tenebatur, Romam forte redierat, & Simonem Magum, qui maleficiis populo Romano imponere ſtudebat, (6) coercuerat, longeque plures

1 De hiſce *traditionibus* agam, cum de ſingulis Eccleſiis Italiæ erit inſtituendus ſermo.
2 Vide quæ diximus *tom.1. pag.317. ſeqq.*
3 Conſule quæ dixi *tom.1. pag.60. not.1.*
4 Confer *tom.1. hujuſce op. pag.330.*
5 Vide Epiſt. *ad Rom. c.1. v.8. ſeqq.*
6 Conſule Tillemontium *t.1. H.E. pag. 178.185. edit. Pariſ.* qui multa refert, quæ ad hanc rem maxime pertinent.

plures ad veritatem agnoſcendam induxerat, cum Paulus Hieroſolymis captus, atque Cæſaream abductus, quoniam vitandi periculi cauſſa ad Imperatorem appellarat, in Urbem tandem perductus eſt, ubi abſente Principe Apoſtolorum, qui ſe ad propagandum Evangelium in alias civitates contulerat, aliquamdiu manſit, auxitque (1) numerum Chriſtianorum. Irati erant Ethnici noſtris, quod doctrinam profiterentur, quæ non ſolum ſuperſtitionis, qua ipſi erant imbuti, inimica, ſed etiam contra-traria moribus eorum eſſet. Igitur Nero, qui iram in ſe civium concitaverat (propterea quod Urbem incendiſſet) ut ab ſe aliquo modo ſuſpicionem ejus rei amoliretur, rem Ethnicis gratam ſe facturum putavit, ſi culpam in Chriſtianos tranſtuliſſet, eoſque exquiſitis tormentis excruciari (2) juſſiſſet. Id cum feciſſet, tanta eſt uſus crudelitate, ut ii etiam noſtrum hominum miſererentur, qui Chriſtianos Atheos appellabant, funditusque tolli oportere arbitrabantur. Petrus, & Paulus, qui dum Nero fureret, Romam reverterant, ab hoſtibus comprehenſi, alter cruce, alter gladio martyres deceſſerunt. Linus curam Eccleſiæ, & poſt Linum (3) Clemens, eoque mortuo Cletus, quibus jam Petrus miniſtris uſus fuerat, ſuſceperunt. Nerone ſublato, ſub Veſpaſiano, & Tito meliore loco res Chriſtiana in Urbe fuit. Quamvis enim Ethnici in noſtros impetum interdum faciebant, Principeque probante innocentes (4) ad ſupplicium rapere non dubitabant, tamen neque leges ullæ ſunt latæ, quibus Chriſtianos interfici ſtatuebatur, neque adeo plebs ſæviendum in eos putabat, ut ſævitum fuerat, cum Nero imperium obtineret. Interea primi civitatis, (5) qui de Chriſto quis eſſet, quantaque virtute præſtaret cognoverant, noſtris ſacris initiati, exemplo multis fuerunt, ut ſuperſtitionem abjicerent, ſeque Chriſtianos eſſe profiterentur. Mortuo Tito, cum Domitianus homo improbis moribus principatu potitus eſſet, crudeliterque aliquamdiu imperaſſet, quum jam nullos fere nobiles haberet, quos ſortunis omnibus expoliatos aut in exilium pelleret,

1 Vide *tom.1. hujus op. pag.337.*

2 Confer *tom.1. hujus op. pag.417.*

3 De Lino, Cleto, & Clemente, ut moderati Eccleſiam Romanam fuerint, diſſeram in libro de *Hierarchia Eccleſiaſtica*.

4 Vide *tom 1. hujus operis pag.415.*

5 Conſule quæ dixi *ibid. pag.420. ſeqq.*

leret, aut capitis condemnaret, furorem in Chriſtianos convertit, publicatiſque (1) edictis, eos, qui ſacrificare Diis noluiſſent, lacerari tormentis, ac poſtremo necari juſſit. Dici vix poteſt, quot incommoda perpeſſa tunc ætatis Romana Eccleſia fuerit. Johannes, (2) qui relegatus, cauſſa religionis, in Patmum inſulam fuerat, quum magnam fuiſſe noſtrum hominum multitudinem Romæ, qui pro Chriſto ſanguinem fuderant, divinitus accepiſſet, id ipſum, figuris uſus, quæ propriæ erant Prophetarum, litterarum mandavit monumentis. Quoties enim leges de Chriſtianorum nomine delendo publicabantur, ab iis interficiendis initium Ethnici ſumebant, qui & majore numero, & in principe ceterarum urbe eſſent. Itaque Romani impetum hoſtium primi omnium experiebantur. Atenim cum maxime hoſtes furerent, tum admirabilem in modum Romanæ Eccleſiæ (3) fines dilatari, augerique opes conſuerant. Jam e vivis Domitianus exceſſerat, & Nerva adeptus imperium fuerat, cum noſtri pace potiti, animum ad confirmandos in fide ſuos, eoſque etiam, qui (4) Corinthi, aliiſque in urbibus agerent, converterunt. Erat eo tempore Epiſcopus Romanorum Clemens, qui nihil prætermittebat, quod ad ſalutem ſuorum civium ſpectare videretur. Quamobrem ubi eos optimis legibus munivit, Epiſcopos aliquot, ut eſt veriſimile, ordinavit, & in varias regiones miſſos, ut rei darent operam, utque veram religionem populos docerent, juſſit. Re bene geſta, Clemens martyr (5) deceſſit. Quamquam enim fuerunt, qui cum Pontificem in martyribus numerandum negare auderent, tamen rem teſtatam, monumentiſque antiquis confirmatam in controverſiam revocare velle, hominum eſt non veritatis amore, ſed contentionis ſcribentium. Jam Ethnici Simonis, de quo paullo ante demonſtravimus, fraude, præſtigiiſque circumventi, ſtatuam ei in Tibe-

1 *Ibid.*

2 Joh. Apoc. *c.* XVII. *v.* 6. Et vidi mulierem ebriam de Sanguine Sanctorum, & de Sanguine „ Martyrum Jeſu. Et miratus ſum cum vidiſſem illam admiratione magna &c.

3 Vide *tom.* 1. *hujus op. pag.* 341. *ſeqq.*

4 Confer quæ dixi *pag.* 164. *hujus vol.*

5 Martyrem deceſſiſſe Clementem negat Tillemontius *tom.* II. *Mon. Hiſt. E. pag.* 162 *ſeq.* Hoc idem agunt plerique omnes Acatholici, qui *Hiſt. Eccl.* illuſtrare conati ſunt. In his Pearſonus *opp. poſthum. pag.* 172. *edit. an.* 1688. Dodwellus *Ad Pearſ. opp. Poſthum. pag.* 213. *ſeqq.* Johannes Albertus Fabricius *tom.* V. *Biblioth. Græca pag.* 31. Contra pugnant Baronius *ad an.* 102. *n.* 1. Pagius *ad an.* 100. *num.* II. Scheleſtratius *par.* 2 I. *Antiquit. Illuſtr. Diſſert.* 2 I. *cap.* II. *p.* 340. *n.* 1. Adnotatores *in Anaſtaſ. Biblioth. tom.* II. *pag.* 55. *ſeq. edit. an.* 1723. Orſius *Hiſt. Eccl. l.* 2 I. *tom.* 1.

rina inſula (1) poſuiſſe dicebantur. Noſtri qui graviter ferebant nova ſuperſtitionum genera in urbem introduci, quum ipſi vetera delere conarentur, laborandum etiam, atque etiam putarunt, ut inimici nominis Chriſtiani mores, quibus Simon vixiſſet, cognoſce-

tom. 1. *edit. prima pag.* 319. *ſeq.* Non negat Dodwellus l.c., Rufinum Aquilejenſem his, quos ſecundo loco numeravi, eſſe conſentientem. Atque id quidem J. A. Fabricius facile patitur. Jam vero Zoſimus Pontifex Max. *Epiſt.* 11. *ad Epiſcopos Africæ ſcripta anno circiter* 417. *pag.* 945. *ſeq. collect. epiſt. Roman. Pontif. edit. Coutantii* ſic habet „ Reſedimus in Sancti Clementis Baſilica, qui imbutus Beati Petri Apoſtoli diſciplinis .... tantos profectus habuit, ut fidem, quam didicerat, & docuerat, etiam martyrio conſecraret „. Quinetiam concilium Vaſenſe an. 452. celebratum *can.* VI. *tom.* 1. *concil. edit. Harduini pag.* 1788. „ Beatum *Martyrem* Clementem „ appellat. Hoc ipſum legimus *in Canone Miſſæ Romanæ Eccleſiæ*, quem ſane IV. ſeculo antiquiorem eſſe, ſuo loco oſtendam. Conſentiunt Liturgiæ nonnullæ Orientalium Eccleſiarum, quas jam uſque a IV. ſeculo ſejunctas ab Eccleſiæ Romanæ communione fuiſſe plane liquet. Nulli autem ſunt antiquiores aut hiſtorici, aut Patres, qui Clementi eam gloriam adimendam putent. Quid? Si initio quinti ſeculi memoratur Baſilica Deo in honorem Clementis dicata? Atqui is, niſi Martyribus, nulli certe ea ætate honos adhibebatur. Neque tum primum conſtructa eadem Baſilica eſt. Quamobrem concedendum omnino eſſe videtur, IV. ſaltem ſeculi monumenta nobis ſuppetere, quæ efficiunt, eſſe Clementem in Martyribus numerandum. Quotus autem quiſque & publicis Eccleſiæ Romanæ monumentis, quales Baſilicæ erant, & auctoritati Pontificum Romanorum, qui ſeculo V. ineunte floruerunt, fidem eſſe denegandam putet, ut conjecturis indulgeat, quæ nonniſi ſilentio nitantur ſcriptorum Antiquiorum? Huc qui facit, videat ne multa in fabulis ponere cogatur, quæ etſi vera ſunt, tamen a nemine memorantur, qui fuerit Euſebio Cæſarienſi vetuſtior. At Irenæus, inquiunt qui adverſus Baronium pugnant, *l.* III. *c.* III. contra hæreſes Theleſphorum Martyrem appellat, Clementem autem non item. Ego vero cujuſmodi hoc ſit, non intelligo. An Pearſonus Ignatianarum ſeptem Epiſtolarum vindex, qui hoc abutitur ratiocinandi modo in ſpuriis eaſdem Epiſtolas numerabit, propterea quod Irenæus Clementis Epiſtolam ad Corinthios memoret, Ignatii contra dicta quædam meminerit, Epiſtolas non meminerit? Minime vero. Quid igitur eſt, quod eo argumentationis genere expungi Clementem oportere ex albo Martyrum arbitretur? Nam quod Pearſonus adjungit, Euſebium ita de Clementis morte agere, dum eum *e vita migraſſe* ſcribit, ut eum non violenta, ſed naturali morte obiiſſe oſtendat, nullius momenti eſt. Nam dici id quidem tam de non martyre, quam de illo, qui martyr deceſſit, poteſt. Clemens exempli gratia in I. *epiſt. ad Corinthios* de Paulo agens ἀπηλλάγη, inquit, τοῦ κόσμου *e mundo migravit*. At Paulum martyrio fuiſſe coronatum, teſtata res eſt. Sed qui error naſci inde potuit, inquit Pearſonus, quod Flavium Clementem conſularem interfectum cauſſa religionis ſub Domitiano fuiſſe conſtaret. Hoc plane abſurdum eſt, arguere veteres Romanos velle, quaſi quæ I. ſeculo geſta apud eos eſſent, IV. jam ſeculo ignoraverint. Atenim Romani non unum Pontificem, ſed etiam virum conſularem martyrii gloriam conſequutos fuiſſe dicebant. Igitur non fuit in cauſſa nomen, cur Pontificem inter Martyres numeraverint. Alioqui unum Pontificem martyrem dixiſſent, excidiſſetque apud eos viri conſularis memoria. Tillemontium denique ajentem, Rufino eſſe denegandam fidem, quod interdum fabulis auctoritatem adjunxerit, nihil moror. Hoc enim ſi detur, nihil erit a Rufino dictum, cui credendum eſſe videatur. Atque id tamen paterer, ab uno Rufino litterarum hæc fuiſſent mandata monumentis. Verum ſi Zoſimus, ſi Vaſenſes Patres, ſi publica monumenta Romanæ Eccleſiæ præſidio ei ſententiæ ſunt, quid eſt, quod in hac re noſtra Rufini fides in dubium revocetur?

1 Memini me aliquando apud Lilium Giraldum *in Hiſtor. Deorum* legiſſe, hoc totum, quod eſt de ſtatua, quibuſdam ſcriptoribus commentitium videri, ut quo loco hoc legerim, profecto non memini. Igitur, niſi mea me fallit memoria, fuerunt, qui ante inventam in Tiberina inſula inſcriptionem, quam mox referam, aut negarent, aut in dubium revocarent, quod eſt ab Juſtino martyre, ab Irenæo, a Tertulliano, aliiſque litteris commendatum. Gregorio XIII. Pontif. Max. anno circiter 1574. effoſſa marmorea baſis eſt, cui hæc ſunt inſculptæ litteræ.

SEMONI

gnoſcerent, & everſa ſtatua, vel inſtitutionem, doctrinamque noſtram profiterentur, (1) vel inſectari veri Dei cultores deſinerent. Augebatur in dies Eccleſia Romanorum, quod Cleti Pontificis ſucceſſores Evariſtus primum, deinde Alexander id maxime curarent, ut ſuos in officio continerent, Ethnicoſque, ſi quos poſſent, propoſito præmio æternæ vitæ, a ſuperſtitione, & improbitate ad religionem, virtutemque colendam revocarent. Multa erant præterea, quæ hoſtes Chriſtianiſmi, ut pertinacia deſiſterent, permovebant. Illud inter cetera ſingulare

SEMONI SANGO DEO FIDIO SACRVM
SEX. POMPEIVS SP. F. COL. MVSSIANVS
QVINQVENNALIS DECVR. BIDENTALIS
DONVM DEDIT.

Ubi inventum hujuſmodi monumentum eſt, inventi continuo ſunt, qui dicerent, hoc ipſum eſſe, quod Juſtinum martyrem imperitum latinæ linguæ in errorem induxerit, impuleritque ut ſtatuam ei baſi impoſitam Simoni mago eſſe dicatam defenderet, quam *Semoni Sango Deo Fidio* poſitam, atque conſecratam eſſe conſtaret. Ex eorum numero fuerunt Ciacconius *opuſc. præfixo Expoſit. Columnæ Trajani*. Nardinus Rom. *l.*VII. *c.*XII. Mabillonius *t.*I. *muſei Italici p.*87. *edit.an.*1687. Antonius Pagius *ad an.*42. *num.*VI. Henricus Valeſius in *not. ad H. E. Euſebii pag.*62. *edit. Cantabrig.* & ex Proteſtantibus Auctor *Diſſertat. Inſerta Nouvell. de la republiq. des lettres ad an.*1685. *menſ. Aug. pag* 844. ac præter ceteros, quos numerat Thomas Ittigius *Diſſert. de Hæreſiarchis pag.*27. Antonius Van Dale ſingulari *libro de ſtatua Simonis* ſubjecta *lib. de Oraculis pag.*579. Salomon Deylingius *obſervat. ſacrar. lib.* I. *obſervat.* XXXVI. *pag.* 140 Moſhemius *Inſtitut. Hiſt. Eccl. c.*V. *pag.*406. *ſeq. edit. an.*1739. Grabius *in notis ad Juſt. Apol.*I. *pag.*51. *edit. Oxon. Juſt. opp.* Contra pugnant Baronius ad *an.*44. *num.*LV. Petrus Halloixius *Soc. Jeſu tom.*II. *Illuſtr. Eccleſ. Orient. ſcriptor. pag.*161. & *pag.*381. *ſeqq.* Tillemontius *tom.*II. *Monum. Hiſt. Eccl. pag.* 521. *ſeqq. edit. Pariſ.* P. Maranus *Congr. S. Mauri* editor *Opp. S.* Juſtini *in Præf. par.*III. *cap.*VI. *num.*3. *ſeq. edit. Pariſ. an.*1742. *pag.*LXXXV. *ſeqq.* & ex Epiſcopalibus Anglis Henricus Hammondus *de Jurib. Epiſc.l.*I. *c.*IX. §.XIII. Spencerus *in not. ad Orig. p.*372. *t.*I. *edit. an.*1733. Sed mihi quidem difficile videtur; primo, ut Juſtinus, qui permultis annis Romæ manſiſſet, tam fuerit imperitus latini ſermonis, atque fabuloſæ Deorum Hiſtoriæ, ut Semonem Sancum Deum Fidium a Simone Mago diſcrepare neſciverit, eumdemque eſſe hunc, atque illum putaverit; ſecundo, ut nemo fuerit Chriſtianorum Romæ, qui monere hominem potuerit, ne tam turpiter laberetur; tertio, ut in tam magnum errorem inciderint Irenæus, qui Romam ipſe quoque aliquando venit, *lib.*I. *cap.*XXIII. *pag.*99. *edit. Pariſ. Monach. S. Mauri*, Tertullianus *Apologet. cap.*XIII. *pag.*14. *edit. an.*1675. ubi „ Simonem Magum, *inquit*, ſtatua, & in„ ſcriptione Sancti Dei inauguraſtis; nam Cyrillum Hieroſolymitanum *Catecheſi* VI. *pag.*53. *edit. an.*1640. Euſebium *lib.*II. *Hiſt. cap.*XIV. *pag.*62. *edit. Cantabrig.* Theodoritum *Hæret. Fabul. l.*I. *c.*I. *pag.*191. *ſeq. tom. ult. opp. edit. Sir. Pariſ. an.*1673. S. Auguſtinum *lib. de Hæreſ. ad Quodvult. cap.* I. *pag.*6. *tom.*VIII. *opp. edit. an.*1688. prætermitto, ut qui aliquanto ſint recentiores. Tertullianum autem verſatum diligentiſſime in hujuſmodi rebus fuiſſe, plane conſtat; quarto, ut ſi ſacellum erat ad Quirinalem extructum Semoni Sanco, velut eſt animadverſum a b Andrea Cirino *de Urbe Roma t.*III. *Theſ. Antiq. Sallengre p.*547. *edit. a.*1718. & deinde a Van Dale, aliiſque multis, quos nunc recenſere non vacat, Juſtinus non dixerit non modo ſtatuam fuiſſe poſitam Simoni, ſed etiam extructum Sacrarium. Quod autem nonnulli opponunt Sancum, non Sanctum appellatum Semonem, erraſſeque proinde Juſtinum, quoniam refutatum egregie a Tillemontio eſt *ibid. pag.* 522. nunc omittatur.

a Confer Juſtinum Martyrem *Apolog.*I. *num.*XXVI. *pag.*59. *edit. Pariſ. Monach. S. Mauri*.

fuit, quod Deum præſidio Chriſtianis eſſe perſpicerent, quorum aliquos (1) feræ, quibus objecti eſſent, non modo non lacerare, ſed ne attingere quidem audebant. Quo fere tempore Ignatius Epiſcopus Antiochenorum juſſu Trajani Auguſti Romam deductus, & beſtiis expoſitus, ab iiſque diſcerptus Martyrii palmam (2) conſequutus eſt. Is antequam in Urbem veniſſet, quoniam Chriſtianorum Romanorum in omnes, præcipueque in Epiſcopos pietatem exploratam habebat, veritus ne impedirent, quo minus ipſe tam cito fructum virtutis, & laborum conſequeretur, litteras ad eos ſcripſit, quibus Eccleſiam illorum a Petro, & Paulo Apoſtolis inſtitutam, & auctam ſummis laudibus (3) commendabat, eoſque majorem in modum obteſtabatur, ut nihil agerent, quod, ne in ſe graviſſime, acerbiſſimeque decerneretur, obſtare poſſet. Interea ſi interdiu minime licebat, propterea quod idolorum cultores noſtri metuerent, noctu in cryptis (4) congregabantur, rei divinæ intereſſe, hymnos, pſalmoſque canere, & Pontificem, atque presbyteros de Chriſti doctrina agentes magno ſilentio audire ſolebant. At ne in his quidem ſubterraneis locis tuto (5) verſari interdum poterant. Namque miniſtri falſorum numinum freti auctoritate Imperatorum, ſi quos in locum aliquem conveniſſe intelligebant, plebem incendere, atque innocentes nec opinantes opprimere conſuerant. Sed quamquam hoſtes tantopere ſævirent, nihiloſecius Chriſtianorum magis, magiſque numerus creſcebat. Hos ut impediret inimicus generis humani, impuriſſimis moribus homines (6) concitavit, qui ſe Chriſtianos mentirentur, impulitque, ut Romam contenderent, idque jam

1 Vide *tom.* 1. *hujus operis pag.* 394. *not.* 1. *&* 426. Atque Romæ quidem hoc ipſum contigiſſe ſuſpicor, quod Ignatius ad Romanos de ea re ſcribat.

2 Vide *tom.* 1. *hujus op. pag.* 426. *num.* 2.

3 Confer Epiſt. Ignatii ad Romanos *tom.* II. *PP. Apoſtolicor. edit. Amſtel. an.* 1724. *pag.* 27. *& ſeqq.*

4 Hoc jam inde ab initio faciebant Chriſtiani. De conventibus Romanorum die Dominico confer S. Iuſtinum *Apol.* 1. *pag.* 82. *ſeqq. edit. Pariſ. Mon.* S. *Mauri*. De conventibus in cryptis Urbis vide *inſcript. a nobis relatam tom.* 1. *pag.* 433. & Iohannem Albertum Fabricium *in lib. Inſcript. ſalut. lux* Evang. *pag.* 352. *edit. an.* 1731. Sed de hac re agemus in eo libro hujuſce operis, qui inſcribitur *de Conventibus* Sacris.

5 Conſule mox indicatam inſcriptionem *ſupra tom.* 1. *pag.* 433.

6 Simonem, Valentinum, Cerdonem, Marcionem, aliosque hæreticos Romam veniſſe, multoſque in errorem pertrahere conatos eſſe, teſtata res eſt. Atque id quidem ex Iuſtino, Irenæo, Tertulliano, Epiphanio, aliiſque cognoſci facile poteſt.

jam improba vivendi ratione perficerent, ut noſtri in ſuſpicionem maximorum ſcelerum venirent, nulloſque in poſterum tempus progreſſus facerent. Atque illi, ſi Eccleſiam omnium facile principem aut ad errorem pertraxiſſent, aut funditus ſuſtuliſſent, ſperabant fore, ut ceteræ omnes, quæ ei plurimum tribuere ſolerent, una ſimul excinderentur. Noſtri quum id primum animadverterunt, ſuos in fide confirmare, arcere ab cœtu ſuo hæreticos, orare Ethnicos, atque obteſtari, ut in noſtrum mores inquirere (1) ne gravarentur. Ea namque flagitia, quæ a Chriſtianis perpetrari audiebant, ſcirent vel nulli omnino, vel ſi cui umquam, eis quidem certe tribui oportere, qui cum ſe Chriſtianos vocare auderent, tum indigni eſſent, qui hoc tanto nomine appellarentur. Erat omnino difficile ex animis quorumque Ethnicorum tam inveteratam, ac penitus inſitam opinionem evellere. Nihilominus hoc genere orationis, morum integritate, conſtantia in perferendis ſuppliciis, prodigiis denique noſtri impetrarunt, ut permulti male de nobis ſentire deſinerent, cooptarique curarent in cœtum verorum (2) Chriſtianorum. Jam vero, qui deinceps ad Conſtantini Auguſti tempora principatum in republica obtinuerunt, alii æquiore (3) imperio utebantur, alii crudeliter (4) in Chriſtianos agebant, ſub utriſque autem palam, aut clam noſtri conventus celebrabant, novoſque religionis, atque virtutis ſocios nanciſcebantur. Nam (5) etſi principibus parendum putabant, tamen nihil eorum faciendum arbitrabantur, quod cum præceptis divinæ legis pugnaret. Ac Pontifices quidem non modo in ſua Eccleſia Presbyteros, Diaconoſque (6) conſtituebant, qui rem Chriſtianorum ſacram

1 Vide quæ diximus *tom.1. pag.156. ſeqq.*

2 Iuſt. Mart. *Apol.II. num.12. pag. 96.* proptereu ſe Chriſtianiſmum probaſſe ſcribit, quod cum de „ criminibus in Chriſtiunos conjectis audiret, eos uutem ad mortem, & ad alia, quæ vi„ dentur metuenda impavidos cerneret, fieri non poſſe intelligeret, ut in nequitiu, & in volu„ ptatum umore viverent „. Hoc Romæ pleroſque feciſſe credibile eſt. Alioqui non tam fuiſſet in urbe auctus numerus Chriſtianorum. Atque id etiam ſibi contigiſſe ſcribit Minucius Felix. Nempe, ut eſt veriſimile, Romæ. Vide ejus teſtimonium *tom.1. hujus op. pag.184.*

3 De Imperutoribus, qui æquiores Chriſtianis fuerunt, diſſeram paullo poſt.

4 Vide *tom.1. pag.417. ſeqq.*

5 De obſequio, & voluntate Chriſtianorum erga principes etiam Ethnicos diſſeram ſingulari cupite, tertio hujuſce operis libro.

6 Presbyterorum, & Diuconorum meminit S. Clemens *in 1. epiſt. ad Corinth. n.XLII. LIV. pag.29.35. Collect. epiſtolar. Roman. Pontif. edit. Contantii.* De Presbyteris & Clericis Eccleſiæ

ſacram adminiſtrarent, ſed exterorum etiam cœtuum curam (1) gerebant, eoſque omnibus rebus, quibus poterant (2), juvabant. Quod ſi ullos uſquam eſſe Antiſtites ſacrorum, qui moliri quidquam contra ea, quæ tradita a majoribus fuiſſent, intelligebant, eos ut ab incœptis deſiſterent, hortabantur, ac ſi obſtinatos in ſententia manere deprehendebant, (3) ſacris quandoque interdicebant, ut errandi, pervertendorumque ſuorum finem aliquando facerent. Hoc (4) ſtatu diu cum Romana Eccleſia fuiſſet, conſequuta tandem eſt, ut Conſtantinus, qui jam inde ab

ſiæ Romanæ, ut ſeculo III. erant, confer Epiſtolam S. Cornelii Pontificis Max. ad *Fabium Antiochenum collect. eadem pag.* 150. Mitto Anaſtaſium Bibliothecarium, ſive quiſquis ille eſt, *vitar. Rom. Pontif.* auctorem, qui paſſim quot Epiſcopos, quot presbyteros, quot denique Diaconos primi illi Pontifices ordinarint, adnotare ſolet.

1 Quemadmodum jam uſque a primis ſeculis Pontifices Romani exterarum Eccleſiarum etiam curam gererent, oſtendetur IV. hujuſce operis libro, ubi de ratione Chriſtianæ reipublicæ diſſeremus.

2 Apud Euſebium *lib.* IV. *c.* XXIII. *H. E. pag.* 187. „ Hæc enim, *inquit*, Dionyſius Corin„ thius (ſcribit autem ad Romanos) vobis conſuetudo eſt jam inde ab ipſo religionis exordio, „ ut fratres omnes vario beneficiorum genere afficiatis, & Eccleſiis quampluribus, quæ in ſin„ gulis urbibus conſtitutæ ſunt, neceſſaria vitæ ſubſidia tranſmittatis. Et hac ratione tum egen„ tium inopiam ſublevatis, tum fratribus, qui in metallis opus faciunt, neceſſaria ſuppeditatis, „ per hæc, quæ ab initio tranſmittere conſueviſtis, munera, morem inſtitutumque Romanorum a „ majoribus veſtris Romani retinentes. Atque hunc morem beatus Epiſcopus veſter Soter non „ ſervavit ſolum, verum etiam adauxit: tum munera ſanctis deſtinata copioſe ſubminiſtrans, „ tum fratres peregre advenientes, tamquam liberos ſuos pater amantiſſimus beatis ſermonibus „ conſolando „. Præterea III. ſeculo Dionyſius Alexandrinus *epiſt. ad Stephanum Pont. Max. apud Euſeb. l.* VII *Hiſt. cap.* V. *pag.* 254. „ Syriarum, *inquit*, provinciæ omnes cum Arabia, „ quibus identidem neceſſaria ſuppeditatis, & quibus litteras nunc ſcripſiſtis, *de pace gaudent* &c. Hoc vero ſemper ad noſtram uſque ætatem Romani Pontifices curarunt, ut oppreſſis, variiſque calamitatibus affectis Eccleſiis opem ferrent.

3 De hac re item agetur eo in libro, qui erit de ratione reipublicæ Chriſtianæ, ſeu de *Hierarchia Eccl.*

4 Sæpe enim ad Conſtantini uſque tempora vexata Romana Eccleſia eſt, ut conſtat ex iis, quæ & hujus *cap.* §. IV. dicam, & diſſerui *t.* I. *p.* 441. *ſeqq.* & *p.* 459. *ſeqq.* at interdum reſpirabat; ſemper tamen conſtans in fide perſiſtebat, ceteriſque Eccleſiis erat adjumento. Multo plura cognoſcere lector ex Aringhi *Roma ſubterranea*, ex Boldetti *oſſerv. ſopra i Cimiterj*, ex Bottari *Roma Sotterranea*, ex Lupi *Monum. Sanctæ Severæ*, exque aliis, qui monumenta Romanæ Eccleſiæ illuſtraverunt. Ac præter inſcriptiones, quas *tom.* I. *pag.* 461. deſcripſimus, & quibus conſtat, multos fuiſſe Romæ extremos cruciatus perpeſſos, quorum jam apud noſtros memoria interciderat, hanc etiam refert Boſius *in not. ad litter. Paſchal. I. de Invent. Corp. S. Cæcil. pag.* 142. putatque eam fuiſſe poſitam, cum ſepulta corpora SS. Tiburtii, & Valeriani fuerunt.

SANCTIS MARTYRIBVS TIBVRTIO
VALERIANO ET MAXIMO QVORVM
NATALE EST XVIII. KALEN. MAIAS

Confer Boldettum *oſſerv. ſopra i Cimiter. l.* I. *c.* XLIV *pag.* 234. Ac de Martyribus Romanis adeundus præterea Ludovicus Antonius Muratorius *tom.* II. *Anecdotor. Diſquiſit. ad Conradum Janingum de Antiquit. Catalogi SS. Mart.* &c. *pag.* 103. *ſeqq. edit. an.* 1698. Marangonius *Act. S. Victorini* &c. *Rom.* 1740. De locis Sanctis, Oratoriiſque, quæ Romæ primis Chriſtianiſmi temporibus frequentabantur, agam in eo libro, qui erit de *ſacris ædibus*.

Digitized by Google

de ab aliquot annis rebus Chriſtianorum (1) ſtudebat, Maxentium Tyrannum bello ſuperaret, atque in Urbem ingreſſus, (2) templa vero Deo extrui, inſcriptiones (3), quibus ſignificaretur, cujuſnam numinis virtute viciſſet, variis in locis poni, amplificarique cultum religionis Chriſtianæ, juberet, ac leges (4) ſcriberet, quibus Ethnici non modo a vexandis noſtris, ſed etiam

1 Confer quæ diximus *l.* II. *tom.* I. *hujus operis pag.* 390. *ſeq.* Lactantius Firmianus in *Præf. ad Inſtitut. Divin. lib.* I. *cap.* I. *pag.* 5. *edit. nova an.* 1748. „ Quod opus, *inquit*, nunc nomi-„ nis tui auſpicio inchoamus, Conſtantine Imperator Maxime, qui primus Romanorum princi-„ pum, repudiatis erroribus, majeſtatem Dei ſingularis, ac veri & cognoviſti, & honoraſti „. Lucius Cæcilius *de mortibus Perſecutor. cap.* XXIV. *pag.* 217. *tom.* II. *ejuſd. edit. an.* 1748. „ Suſcepto, *inquit*, (an. 306.) *Conſtantinus* imperio nihil egit prius, quam Chriſtianos cultui „ ac Deo ſuo reddere. Hæc prima ejus Sanctio ſanctæ religionis reſtitutio „. Euſebius *lib.* I. *de vita Conſtantini cap.* III. *pag.* 500. *edit. Cantabr.* θεῷ, inquit, τῷ παμβασιλεῖ μόνος πάντων τῶν ῥωμαίων ἀρχῆς καθηγησαμένων γεγονὼς φίλος. *Deo Regi regum ſolus eorum, qui obtinuerunt Romanum principatum amicus factus.* Conſule *l.* I. *c.* XXVII. *pag* 514. *c.* XXVIII. *pag.* 515. *c.* XL. *pag.* 521. *l.* II. *c.* VII. *pag.* 540. *ſeqq. lib.* III. *cap.* I. *ſeqq. pag.* 577. *l.* IV. *c.* LXII. *pag.* 662. *& cap.* LXXV. *pag.* 670. *& oratione de Laudibus Conſtantini pag.* 717. *edit. Cantabrig.* Quemadmodum autem crudelitas ſuperiorum Imperatorum in cauſſa fuerat, cur noſtrum permulti patriam desererent, & ad barbaros ſe conferrent, propagarentque Chriſtianam religionem, ut eſt animadverſum ab Euſebio *l.* II. *de vita Conſtantini cap.* LIII. *pag.* 562. ita Conſtantino Imperatore pace reſtituta, non modo Romæ, ſed ubique etiam terrarum magnum ſplendorem, atque augumentum Eccleſia eſt conſequuta. Euſeb. *l.* I. *c.* VIII. *pag.* 502. Sed de victoria Conſtantini, & ingreſſu in Urbem conſuluntor Lucius Cæcilius *de Mort. Perſec. cap.* XLIV. *pag.* 240. Euſebius *l.* IX. *c.* IX. *H. E. pag.* 450. *ſeq. & lib.* I. *cap.* XXXVIII. *ſeq. pag.* 515. *ſeq. De Vita Conſtantini.*

2 De templis a Conſtantino Romæ extructis adeundi præ ceteris Johannes Ciampinus *Synopſi Hiſtor. de Sacris Ædificiis a Conſtantino Magno conſtructis edit. Rom.* 1693. Sed de hac item re agemus accurate in eo libro, qui erit de ſacris ædificiis.

3 Senatus, Populuſque Romanus in Arcu triumphali Conſtantini ad radices Palatini, Cœliique montium extructo, hanc poſuit inſcriptionem.

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO . MAXIMO
P. F. AVGVSTO . S. P. Q. R.
QVOD . INSTINCTV . DIVINITATIS . MENTIS
MAGNITVDINE . CVM . EXERCITV . SVO
TAM . DE . TYRANNO . QVAM . DE . OMNI . EIVS
FACTIONE . VNO . TEMPORE . IVSTIS
REMPVBLICAM . VLTVS . EST . ARMIS
ARCVM . TRIVMPHIS . INSIGNEM . DICAVIT.

Confer Ciampinum *loc. cit. pag.* 118. Gruterum *p.* CCLXXXII. Joh. Petrum Bellorium *Veter. Arc. Auguſtor. edit. Rom. an.* 1690. & Alexandrum Donatum *in Roma tom.* III. *Theſauri* Grævii *pag.* 685. *edit. an.* 1696. Vide præterea quæ ex Euſebio attulimus *tom.* I. *pag.* 392.

4 Prima Conſtantini Sanctio Chriſtianæ religionis reſtitutio fuit. L. Cæcil. *de Mort. Perſecutor. cap.* XXIV. *pag.* 217. *tom.* II. *edit. Pariſ. an.* 1748. Poſt variis quidem temporibus, ut e re eſſe videbat, ſanxit præterea Imperator, ut Confeſſores, quique damnati ad metalia &c. fuerant, liberarentur, Euſeb. *de vit. Conſt. lib.* II. *cap.* XX. *ſeq.* XXX. *ſeq. & lib.* III. *cap.* I. Ut bona martyrum propinquis, ac ſi hi quidem nulli eſſent, Eccleſiis reſtituerentur, Euſeb. *l.* II. *cap.* XXI. XXXV. & XXXVI. XXXIX. Ut Martyrum monumenta, cœmeteria, aliæque poſſeſſiones Eccleſia.

etiam a ſuperſtitione deterrerentur. Fuiſſe autem aliquos, eſſeque jam hac ætate ſcriptores, & hos quidem magnos, ac nobiles video, qui eumdem Imperatorem Romæ (1) fuiſſe a Silveſtro Pontifice baptizatum arbitrarentur. Quorum etiamſi cuiquam

cleſiaſticis redderentur, *ibid. cap.* XL. Ut Eccleſiis ædificia, fundique, qui in aliorum poteſtatem venerant, reſtituerentur, Euſ. *lib.* X. *Hiſt. cap.* V. Ut nemo Chriſtianorum ad celebranda luſtrorum ſacrificia cogeretur, *Cod. Theodoſ. de Epiſc. Eccl. & Cler. lege* 5. Ut Chriſtianis præſides eſſe Provinciarum, & Præfecti prætorio liceret, Euſ. *lib.* II. *de vita Conſtant. cap.* XLIV. Ut templa & nova extruerentur, & everſa ampliora reſtituerentur, Euſeb. *lib.* II. *de vit. Conſt. cap.* XLV. *ſeqq. l.* III. *c.* I. Socr. *l.* I. *c.* 12. *Hiſt.* Epiphanius *Hæreſ.* XXX. *num.* XI. *ſeq.* Ut dies Dominicus, & ſabbatus ſanctificaretur, Euſ. *l.* IV. *de vita Conſt. cap.* XVIII. Etiam a præſidibus Provinciarum, Euſeb. *lib. eod. c.* XXIII. Curavit etiam Imperator, ut Ethnici cultum dæmonum abjicerent, quamvis ad eam rem neminem cogendum putarit, Euſ. *lib.* II. *de vita Conſt. c.* XLVIII. LVI. & LX. Ut idolorum templa quædam everterentur, *lib.* III. *de vita Conſtantini c.* I. *lib.* III. *cap.* LIII. LIV. LV. LVI. LVIII. Conſule Franciſci Balduini librum Inſcriptum: *Conſtantinus Magnus, ſive de Conſtantini Imperatoris legibus Eccleſiaſticis, atque civilibus, edit. an.* 1556. Baronium *ad an.* 324. *ſeqq.* Tillemontium *tom.* IV. *Hiſt. Imperatorum vit. Conſtant.* Iohannes Albertus Fabricius in opere inſcripto: *Salutaris lux Evangelii cap.* XIII. leges a Conſtantino contra Ethnicorum ſuperſtitionem, & pro Chriſtianis latas recenſet, ſcriptoreſque indicat, qui eaſdem illuſtraverunt *pag.* 273. *ſeqq.*

1 De loco, in quo eſt baptizatus Conſtantinus magna eſt inter ſcriptores etiam Orthodoxos diſſenſio. Ac Romæ quidem fuiſſe baptiſmo initiatum anno 324. præter Reginaldum Polum S.R.E. Cardinalem, Gabrielem Biciolam, Jodocum Coccium, Johannem Buſæum, Severinum Bionium, Johannem Ciampinum, Johannem Nicolaium Ord. Præd., Emanuelem Schelſtratem, & magnum Baronium ad annum 324. qui diligenter in hoc genere argumenti verſati ſunt; duobus vol. in 4. his annis paucis defendit Matthias Furmannus Auſtriacus Ord. S. Pauli primi Eremitæ *Hiſt. Sacra de Baptiſmo Conſtantini Max. Auguſti Colloquiis Familiaribus Digeſta edit. Romæ* 1742. Contra pugnant Tillemontius *tom.* IV. *Hiſt. Imperator. pag.* 266. 659. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1704. Natalis Alexander *Diſſ.* XXIII. *in Hiſt ſec.* IV. *pag.* 323. *ſeqq. edit. Lucen. an.* 1734. Bollandiani *tom.* V. *menſis Maji pag.* 14. & Janingus *in Apolog. pro Papebrochio præfixa tom.* I. *Junii pag.* XVI. Henricus Noriſius, qui poſt S.R.E. Cardinalis eſt dictus *in Prælectionibus, quas habuit in Acad. Piſana tom.* IV. *opp. edit. Veronenſ. pag.* 650. *ſeqq.* Ludovicus Elias du Pinius *Biblioth. tom.* 2. *p.* 28. Benedictini Monachi Congregationis S. Mauri in *Not. ad S. Ambroſ. op. t.* II. *pag.* 1209. *edit. Pariſ.* Ex Acatholicis vero Abrahamus Scultetus, Samuel Baſnagius, Balthaſar Gualterus, Johannes Andreas Schmidius, & ex Inſtituto Willelmus Erneſtus Tenzelius *Exercit. ſelectis pag.* 299. *ſeqq.* Et Elevaldus Dalhuus in ea, quam de hoc argumento ſcripſit, Diſſertatione, ediditque Hafniæ *an.* 1698. Argumenta autem, quibus utuntur, qui Romæ fuiſſe Conſtantinum Baptizatum putant, ſunt hujuſmodi; primo, producunt edictum Conſtantini Imperatoris, quod exhibetur *tom.* I. *concil. edit. Venet. an.* 1728. *pag.* 1564. *ſeqq*; ſecundo, Acta Synodi *an.* 324. celebratæ Romæ, cum Sylveſter Eccleſiam univerſam moderaretur. *T.* I. *edit. Venet. pag.* 1562. tertio *Sermonem Proſphoneticum ad Patres Nicænos* apud Gelaſium Cyzicenum *tom.* II. *concil. ejuſd. edit. pag.* 164. quo quidem in loco Conſtantinus ait: *animam ſuam juſtificatam eſſe in ſinceritate &c.*; quarto, locum Euſebii *lib.* IV. *de vit. Conſtant. cap.* IX. *pag.* 631. *edit. Cantabrig.* ubi ſic Imperator ad Perſarum regem ſcripſiſſe dicitur: *Deum immortali memoria me honorare profiteor, nunc liquida, & pura mente . . . avidiſſime complector.* Id vero Conſtantinum, niſi baptizatum, numquam dicturum fuiſſe defendunt; quinto, Nicænorum Patrum teſtimonium apud *Socr. l.* I. *cap.* 12. *pag.* 26. *edit. Cantab.* qui Conſtantinum *Deo cariſſimum* appellant; quinto, Interpretis Anonymi, qui Epitomen *vitar. Sanctor. ab Euſeb. ſcriptarum* formavit locum; ſexto, Euſebii ejuſdem teſtimonia *vit. Conſt. l.* IV. *c.* XVII. *c.* XXI. *cap* XXII. *pag.* 634. *ſeq.* LVII. *pag.* 658. quibus ſtatuit diu ante obitum cœtus Chriſtianorum frequentaſſe Imperatorem, preceſque Deo adhibuiſſe, & Sacrorum ritus obiviſſe, atque Paſcha celebraſſe, ſacrorumque myſteriu-

Digitized by Google

quam minime probaretur ſententia, tamen nihil ſplendori, gloriæque Eccleſiæ Romanæ detraheret, quæ tot monumentis,

ſteriorum participem fuiſſe; ſeptimo, *Acta Liberii Papæ*; octavo, Antiquam picturam, quæ viſitur in *ſacello Sancti Silveſtri in Monte Cœlio*; nono, Juliani Apoſtatæ *in Cæſar. Interpr. Petav. pag. 33. periochen, de Conſtantini, filiorumque Religione*; decimo, Auctoris ſeculi v. ad Euſtochium *de Vinculis Petri Epiſtolam. Tom. IX. opp. S. Hieron. epiſt. XXXV. edit. Pariſ. an. 1609*; decimo, Zoſimi Hiſtorici ſcriptoris Ethnici e *lib.* II. locum, ajentis Conſtantinum ab Ægyptio inductum fuiſſe, ut Chriſtianam religionem ampiecteretur, ea quidem perſuaſione, ut hoc pacto putaret, liberari ſe ab ſcelerum reatu, in quæ inciderat, poſſe; undecimo, Sozomeni auctoritatem idipſum fere, quod eſt a Zoſimo dictum, conſtituentis; duodecimo, alia denique monumenta, quæ eſſe fateatur ſeculo v. recentiora. Quod attinet ad Euſebii diſertiſſimum teſtimonium de baptizato prope Nicomediam Conſtantino, aut nihili pendendum, propterea quod eſſet Arianus, aut ſuppoſitum ei auctori eſſe arbitrantur. Hieronymum autem, & Ambroſium accepiſſe ab Euſebio exiſtimant, quare non magnam eorum in hac re eſſe auctoritatem. *Synodi* Ariminenſis non tam grave teſtimonium putant, ut a nobis extorquere aſſenſionem poſſit. Ad hæc contrariæ opinionis adſertores reſpondent; primo, ſpuria eſſe edictum Conſtantino attributum, & Acta Synodi Romanæ. Secundo, ſermonem Propheticum apud Gelaſium Cyzicenum ad rem minime pertinere, cum ibidem de baptiſmo verbum nullum, ut ne in Juliani quidem, Zoſimi, atque Sozomeni teſtimoniis; quamquam eſſe illud veriſſimum fateantur, Zoſimum multa adverſus Imperatores Chriſtianos mentiri. Tertio, quod Niceni Patres *Deo cariſſimum* vocent Conſtantinum, parvi referre. Extare enim Patrum exempla, ex quibus plane liqueat, appellatos ab eis *Sacratiſſimos* illos etiam fuiſſe, qui idolis cultum adhiberent, quod in eis non religionem, ſed auctoritatem, quam divinitus accepiſſent, venerarentur. Quarto, Interpretem Anonymum hominem obſcurum, nulliuſque pretii eſſe; ſub que eos præterea, qui *vitas Sanctorum Epiſcoporum*, *Martyrum*, *Confeſſorum*, & *Virginum* fuiſſe ab Euſebio ſcriptas anguntur. Quinto, Acta, quæ Liberii Papæ dicuntur, plena eſſe ineptiarum, atque indigna, quæ a criticis viris probentur. Sexto, Incertam eſſe ætatem ſcriptoris *Epiſtolæ* ad Euſtochium, hunc tamen impoſtorem videri, diuque poſt ſeculum v. vixiſſe, fabulaſque confirmare, Euſtochii nomine præfixo, voluiſſe. Septimo, picturas, quæ in æde S. Silveſtri cernuntur, non tam eſſe veteres, ut ſeculum v., ſextumve æquare poſſint. Mirum autem non eſſe, ſi oravit in cœtu Chriſtianorum is, qui nondum baptizatus eſſet. Myſteriorum autem participem fuiſſe Conſtantinum factum, antequam baptiſmo extremo vitæ tempore initiaretur, Euſebium ſcripſiſſe hoc ſenſu, quod jam religionis arcana, aliaque decreta explorata Imperator habuiſſet. Quod autem ab Arianis Euſebius ſtatet, id vero nihil efficere, cur ille ſe vellet ludibrio exponere omnium, tanquam impudenter mentiri. Hieronymum, qui Romæ diu verſatus fuerit, ſi baptiſterium Conſtantini ullum umquam ejus ætate in Urbe fuiſſet, ſi tot tamque illuſtria monumenta dari intellexiſſet, quot Baronius affert, ſi demum traditionem Eccleſiæ Romanæ de baptizato ante annos ferme 70. ibidem Imperatore cognitam habuiſſet, commiſſurum numquam fuiſſe, ut Euſebio aſſentiretur. Ambroſium autem quis credat, voluiſſe patriæ, nam Romanus erat civis, traditioni, quæ tam celebris fuiſſet, auctoritatem Euſebii anteponere. Atque eſſe illud præterea omnino dubium, cogniti ne Epiſcopi Cæſarienſis de *vita Conſtantini* libri Ambroſio fuerint. Eſſe enim aliquos, qui negent. Sed enim Euſebii, Hieronymi, Ambroſii, Synodi Ariminenſis, aliorumque luculentiora eſſe loca, quam ut implicari ulla verborum circuitione poſſint. Confer *lib.* IV. *de vita Conſtantini cap.* LXII. *pag.* 662. *edit.* Cantabr. S. Hieronymum in *Chronic. pag.* 187. *edit. Pontaci*, Sanctum Ambroſium *oratione habita in funere Theodoſii Imperatoris tom.* II. *opp. edit. Pariſ. Monach. S. Mauri pag.* 1209. Socratem *lib.* I. *Hiſt. Eccl. cap.* XXXIX. *pag.* 75. *edit. Cantabrig.* Sozomenum *lib.* II. *cap.* XXXIV. *pag.* 92. *edit. Cantabrig.* Theodoritum *lib.* I. *hiſt. cap.* XXXII. *edit. Cantabrig. pag.* 64. Epiſtolam Synodi *Catholicor. Epiſc.* qui Ariminum convenerant, *ad Conſtantinum Imperatorem* apud Athanaſium *lib. de Synod. Arimin. & Seleuc. tom.* I. *opp. pag.* 723. *edit. Pariſ. Montfauc.* Socratem *lib.* II. *c.* XXXVIII. *pag.* 140. Theodoretum *l.* II. *cap.* XIX. *pag.* 98. *edit. Cantab.* Sanctum Hilarium *in fragmentis pag.* 1344. *edit. Pariſ. Couſtantii*. Atque horum ſane omnium teſtimoniis præferri jure ſpuria quædam acta non poſſe. Nam eos qui libros *de Vita Conſtantini* attributos lojutia eſſe Euſebio,

tot ſanctorum Martyrum trophæis, tot denique privilegiis abundat, ut hujuſmodi honore non egeat. Interim quamvis ſenatores aliqui, nobileſque viri magno numero Chriſtianam religionem amplecterentur, nihilominus erant in Senatu permulti, qui idolis cultum adhibendum defenderent, & in ſucceſſores, poſteroſque derivare ſuperſtitionem conarentur (1). Mortuo Conſtantino, cum Conſtans in Occidente imperaret, Juliuſque Pontifex (2) unus omnium virtute, conſtantiaque in fide tuenda maxime floreret, Epiſcopi, quos factio Arianorum, qui apud Conſtantium Orientis Imperatorem plurimum gratia valebant, de ſedibus dejecerat, abireque coegerat exulatum, Romam poſtulaturi auxilium venerunt. In his Athanaſius Alexandrinus fuit. Quos Julius, cognita cauſſa, Orthodoxos eſſe comperit, hi ut in patriam redirent, ſuaſque Eccleſias moderarentur, curavit. Quamdiu autem ea hæreſis perturbavit Chriſtianam rempublicam, nullus (3) Pontificum

ſebio, contra Socratis, aliorumque veterum auctoritatem, putant, ne audiri quidem oportere. Accedere ad hæc Sanctorum Maximiliani, & Bonoſi teſtimonium, qui Juliano Imperatore Martyres deceſſerunt. Nam ut eſt in eorum actis apud Ruinartium *Act. SS. MM. ſincer. pag.* 522. *edit. Veronenſis*, ſic Juliano Comiti reſponderunt „ Nos Chriſtiani ſumus ſub Patre noſtro Conſtantino „ accipiente teſtamentum in Aquilona juxta Nicomediam, quando & ad finem mortis ſuæ jam „ properabat, ad juramentum nos conſtrinxit omnibus mandatis ſuis &c. Facile denique fieri ſatis poſſe his, qui mirentur, quid fuerit, quod tamdiu maxima pietate præditus Imperator expectarit, quin baptiſmo initiaretur. Nam ſic ille apud Euſebium *lib.* IV. *de Vit. Conſt. cap.* LXII. *pag.* 662. *edit. Cantabrig.* „ Equidem olim ſtatueram id agere in flumine Jordane, in quo Servator ipſe ad exemplum noſtrum lavacrum ſuſcepiſſe memoratur. Sed Deus, qui optime novit „ ea, quæ nobis utilia ſunt, hoc in loco nobis idipſum exhibere dignatur „. Jam is uſus apud multos tunc temporis, ætatibuſque etiam ſequioribus invaluerat, ut pietatis ergo baptiſmum differrent, quoad potuiſſent ad Jordanem accedere. Conſule Hieronymum *lib. de locis Hebraicis pag.* 39. *edit. an.* 1707. *& Itinerar. Antonini* apud Valeſium *in not. ad l. c. Euſebii*. Recte ne illi, an ſecus facerent, non inquiro. Eſt enim hæc alterius loci, ac temporis quæſtio. Hoc ſatis eſſe arbitrantur, ut conſtet, obtinuiſſe eam apud permultos opinionem, adeoque etiam probari potuiſſe Conſtantino Imperatori. Quodſi explicare hoc ipſum nequirent, tamen diſertiſſima teſtimonia veterum tantæ eſſe auctoritatis, ut vel invitos fateri cogat, a Conſtantino baptiſmum fuiſſe dilatum ad ſupremam ſui ægritudinem. Hæc utriuſque partis patronorum præcipua ſunt argumenta.

1 Conſule Baronium ad annum 409 *ſeqq.* Pagium ad *an.* 409. alioſque, qui Hiſtoriam Eccleſiaſticam illuſtrarunt.

2 Confer Baronium eumdem, Pagium, Tillemontium, Coutantium *tom.* I. *Collect.* Epiſtolarum Romanor. Pontificum, Natalem Alexandrum, Orſiam, alioſque, qui res Romæ contra Arianos ſeculo IV. a Romano Pontifice Julio, & ſucceſſoribus geſtas complexi ſunt. Vide etiam Epiſtolas noſtras IV. *De ratione temporum Athanaſianorum ad Johannem Dominicum Manſium*, quas *anno* 1748. *Romæ* vulgavimus.

3 Etſi enim ſunt, qui Arianis ceſſiſſe aliquanto Liberium P. M. putent, hos tamen ſingulari Diſſertatione refellit eruditiſſimus *Gorgneus* ex *Diſſertat.*, quam *Gallice* pro Liberio edidit *an.* 1732. & Joſephus Auguſtinus Orſius Sacri Palatii Apoſtolici Mag. *tom.* V. *Hiſt. Eccleſiaſt. pag.* 358. *edit. prima*.

Digitized by Google

cum Romanorum fuit, qui non dignitatem Sedis, atque Orthodoxam religionem ſtrenue defenderit, dederitque operam, ne animi ſuorum perverſa opinione inficerentur. Poſt Conſtantium, qui mortuo Conſtante opprimere Catholicum Romanorum cœtum ſtatuerat, nihilque profecerat, Julianus (1) Apoſtata imperio potitus, id conſilium ſuſcepit, ut dolis, arteque potius, quam animadverſione rem Chriſtianam cum alibi, tum Romæ imprimis extenuaret. Sed hoc paucis annis poſt interfecto, reſpirarunt aliquanto noſtri, nactique Jovianum primum, tum Valentinianum, inde Gratianum, & Valentinianum alterum, Theodoſiumque Imperatores adeo numero creverunt, ut jam ſecundiore tempore uti vix umquam ad ſuas copias, opeſque augendas poſſe viderentur. Nam Gratianus adeo Chriſtianarum partium ſtudio detinebatur, ut non modo, quod factum a Conſtantino, Conſtante, Conſtantio, patreque Valentiniano eſt, ſanctiſſimas leges tulerit, ſed etiam ne voce quidem habere quidquam cum Ethnicis commune (2) voluerit,

Gg 2 datam-

1 De Juliano vide quæ diximus *tom.* 1. *pag* 456. *ſeqq.*

2 Variæ ſunt virorum doctorum de Pontificatus Maximi appellatione a Chriſtianis Imperatoribus receptæ ſententiæ. Alii enim negant omnino, alii a Gratiano primum rejectam putant, alii denique uſurpatam ab iis etiam fuiſſe arbitrantur, qui poſt eum imperium obtinuerunt. Priorem quidem ſententiam probaſſe videntur Magnus Baronius *not. ad Martyrolog. Romanum ad d.* XXII. *Auguſti*, Antonius Pagius *ad annum* CCCXII. *num.* XVII. *ſeqq.* Jacobus Gothofredus *ep. ad Rivetum de Interdicta Chriſtianorum cum gentilibus communione, deque Pontificatu Maximo, num Chriſtiani Imperatores eum aliquando geſſerint*, quæ edita primum *an.* 1645. ſeorſim fuit nomine *Johannis Facidii*, deinde *an.* 1654. *Genevæ* una cum aliis quibuſdam ejuſdem Gothofredi opuſculis, & Philippus Bertherius *lib. Pithanon. Diatrib.* II. *cap.* VI. *pag.* 212. *ſeqq.* Alteram tuentur Baronius ipſe ad *an.* CCCXII. *num.* XCIII. *ſeqq.* & *an.* CCCLXXXIII. *n.* VI. mutavit namque ſententiam; Tillemontius *tom.* IV. *Hiſt. Imperatorum pag.* 139. *ſeq. edit. Pariſ. an.* 1704. Spanhemius *diſſertat.* XII. *De Præſtantia, & uſu numiſmatum pag.* 413. *& ſeq. tom.* II. *edit. ann.* 1717. Johannes Andreas Boſius *lib.* I. *de Pontificatu Maximo Romanorum cap.* III. *& ſeqq. pag.* 286. *& ſeqq. tom.* V. *Theſaur. Antiquitat. Romanarum edit. Lugd. Batav. ann.* 1696. Joſephus Auguſtinus Orſius de *capitalium crimin. Abſolut. pag.* 271. *edit. ann.* 1730. Theophanes Archiepiſcopus Pleſcovienſis, & Vice-Præſes Synodi a Petro Czare in Moſchovia conſtitutæ ann. 1721. Ruſſico, & Slavonico ſermone edidit *Diſquiſitionem de cauſſis, & ſenſu, quo Imperatores Rom. Ethnici, Chriſtianique appellati fuerint Pontifices.* Poſtremam tuetur Antonius Vandale, qui ad Juſtinum uſque fuiſſe Imperatores Chriſtianos Pontifices Maximos appellatos putat. Confer eundem de *Antiquit. & Marmorib. pag.* 183. *ſeqq. edit. an.* 1702. & Spanhemium *ibid.* Is autem titulus nihil ſuperſtitioſi continebat, ut non modo a Baronio, aliiſque animadverſum, ſed etiam copioſe a Boſio demonſtratum eſt. Atque eum retinuiſſe Imperatores Chriſtianos conſtat primo ex Zoſimo *lib.* IV. *Hiſtoriarum cap.* XXXVI. *pag.* 435. *edit. Cellar. an.* 1679. „ Conſtantinus etiam, *inquit*, potitus imperio; licet is . . . fidem Chri-
„ ſtianorum amplexus ſit; itemque poſt illum reliqui ordine ſequuti, & Valentinianus, & Valens.
„ Quum ergo Pontifices ex more talem Gratiano amictum attuliſſent, averſatus eſt id, quod petebant; ratus non eſſe fas illiuſmodi habitu Chriſtianum uti. Quumque ſtola flaminibus red-
„ dita

Digitized by Google

datamque ſibi appellationem *Pontificis Maximi* rejecerit, quam uſurpatam fuiſſe conſtabat, ſi non voluntate, at permiſſu ſaltem principum ſuperiorum. Idem cum ejuſmodi moribus viveret, non modo Ambroſium Mediolanenſem Epiſcopum, ſed etiam Damaſum Chriſtianorum omnium Pontificem coluit, & Romanam Eccleſiam, quod ad ſe quidem pertinebat, multis, magniſque privilegiis (1) amplificavit, legeſque ſcripſit, quibus idololatriam (2) excindere, Chriſtianamque religionem quamlatiſſime propagare poſſet. Itaque Theodoſio, aliiſque viris, qui deinceps principatum in republica populi Romani obtinue-

„ dita fuiſſet, ajunt eum, qui dignitate princeps inter eos erat, dixiſſe: εἰ μὴ βούλεται ποντίφεξ ὁ βασιλεὺς ὀνομάζεσθαι, τάχιστα γένεται Ποντίφεξ Μάξιμος. *Si Rex non vult ap„ pellari Pontifex, brevi fiet Pontifex Maximus*. „ Atque his verbis princeps flaminum indicavit, fore ut Maximus imperio poliretur, & Pontificatum Maximum ſibi ſumeret. Neque vero teſtimonio Zoſimi ſolum, ſed etiam veterum marmorum auctoritate idipſum demonſtratur, quæ jam ab aliis producta, omitti a nobis poſſunt. Quod vero opponunt & Gothofredus, & qui eum ſequutus eſt Pagius, ab Ethnicis eas inſcriptiones eſſe profectas, quin conſcii earum rerum eſſent Chriſtiani Imperatores, quemadmodum etiam hoſtias pro Joviano Chriſtiano alioqui principe ipſi Ethnici immolaverunt, minus eſt veriſimile. Nam apud Euſebium *lib.* VIII. *cap.* XVII. *Hiſt. Eccl. pag.* 403. *edit. Cantabrig.* extat edictum Galerii, Valerii Maximiani, Conſtantini, & Licinii de concedenda Chriſtianis pace, in quo quidem edicto hæc leguntur: *Imperator Cæſar Flavius Valerius Conſtantinus, Pius, Felix, Invictus, Auguſtus*, ἀρχιερεὺς μέγιστος *Pontifex Maximus*. An inſcio Conſtantino latam hanc fuiſſe legem quiſquam putaverit? Id vero ne ſuſpicari quidem poſſum. Gratianum autem fuiſſe poſtremum Imperatorum, qui id ſibi nominis tribui paſſi ſunt, conſtat ex verbis Zoſimi, quidquid contra Vandale ſtatuat. Flaminum namque princeps *recuſaſſe*, dixit, Gratianum *nominari Pontificem*. Ad Auſonii teſtimonium, qui Gratianum appellare *Pontificem* videtur, quem ſane locum opponit Vandale, & ad inſcriptiones duas, quæ leguntur apud Gruterum *pag.* 159. & 1082. quod attinet, reſponderi poteſt, illud fuiſſe dictum, inſculptaſque marmoribus haſce duas fuiſſe, antequam Gratianus appellationem Pontificis rejeciſſet. Nam rejecit extremo fere Imperii tempore, ut ex Zoſimo colligitur, quum ſcilicet *Maximus* tyrannus turbas agere cœpiſſet, quod recte eſt animadverſum a Cellario *ad l. c.* Zoſimi. Non moror autem eos, qui ne Juſtinum quidem Imperatorem ſibi ab ejuſmodi titulis temperaſſe contendunt. Etſi enim lapidi, quem proferunt, inſculpta hæc cernantur:

PONT. MAX. FRANC. MAX. GOTH. MAX.
VANDALIC. MAX.

legi tamen commode hoc pacto poſſunt, velut poſt Reineſium obſervatum a Spanhemio eſt *loc. cit. p.* 416. *Pontico Maximo, Francico Max. Gothico Max., Vandalico Max.*

1 Conſule Baronium ad annum 381. *num.* 2.

2 Nam Ethnicorum fana fiſco addixit lata lege, ut ne Baſnagius quidem negat *Annal. Theologic. Polit. ad an.* 376. *num.* V. Addit mox Baſnagius „ Quo tempore Gracchus præfectus urbis „ egregiam in dejiciendis idolis operam navat. Quod præclarum facinus multis laudibus cele„ brat Hieronymus ad Lætam *epiſt.* VII. *Ante annos paucos propinquus veſter Gracchus nobili„ tatem patriciam ſonans nomine, cum præfecturam gereret Urbanam, nonne ſpecum Mithra &
„ omnia portentuoſa ſimulacra, quibus Corax, Niphus, Miles, Leo, Perſes, Helias, Bro„ mius Pater initiantur, ſubvertit, fregit, excuſſit, & his, quaſi obſidibus ante præmiſſis, „ impetravit baptiſmum Chriſti*. Carminibus quoque ſuis id extulit Prudentius adverſus Sym„ machum *lib.* 1.

nuerunt (1), ut ſimilia, ac multo etiam majora facerent, exemplo fuit. Eodem tempore, ut Principum, atque Conſulum ante conſuerant, ita Pontificum Romanorum nomina in monumentis publicis memorari cœperunt, ut poſteri, (2) qua ætate poſita eſſent, cognoſcerent. Sed de rebus deinde decretis, adminiſtratis, geſtis, de templis extructis in (3) Urbe, de Synodis celebratis, de pacata republica, de cultu religionis Chriſtianæ propagato, deque Eccleſia optimis legibus munita, cura Pontificum Romanorum, agere & non eſt neceſſe, quod occupata hæc jamdiu ab doctiſſimis (4) viris provincia fuerit, & quo minus agam, brevitas operis eſt impedimento.

§. II.

In oppidis quibuſdam Romanæ & nonnullis aliis Metropolibus ſubjectis.

POſtulat nunc inſtituti ratio, ut de Eccleſiis, quæ Metropoli Romanæ ſubjectæ ſunt, diſſeram, tempuſque indicem, quo in eas Chriſtianum nomen inlatum fuiſſe ferunt. Igitur Veliterni

1 Conſule quæ Baronius, aliique Hiſtorici Eccleſiaſtici de Theodoſii ſenioris, de Arcadii, & Honorii, de Theodoſii Junioris, aliorumque Imperatorum, qui poſt floruerunt, contra idololatriam decretis complexi ſunt.

2 Extat in Muſeo Kirkeriano inſcriptio, quæ ſic habet.

ERENI QVE VIXIT ANN
☧ MXLV CVM CVPARE
SVO FECIT ANNVS VIII
QVE RECESSIT III NON IN
... ACE SVB DAMASO EPISCO

Ante Damaſum nulla, quod ſciam, inſcriptio reperitur, in qua nomen ullius Pontificis hac ratione memoretur.

3 De his rebus omnibus agam opportune, dum tempus monuerit. Interea hoc animadverti volo inter memorias, quas ſummi Pontifices Sanctis ponere conſuerant, hanc ineditam reperiri, quam ex ſchedis Fulvii Urſini exſcripſit, mihique communicavit vir eruditus Gregorius Jacobus Terribilinus.

MARTIRIB. SANCTIS PROTO PARITERQ. HYACINTHO
SYMMACHVS HOC PARVO BENERATVS HONORE PATRONOS
EXORNABIT OPVS SVB QVO PIA CORPORA RVRSVS
CONDIDIT. HIS AEVO LAVS SIT PERENNIS IN OMNI

4 Scio hæreticos calumniari. Sed cujuſmodi ſint eorum accuſationes lib. IV. videbimus, ubi de Hierarchia Eccleſiaſtica diſſeremus.

literni (1) traditum ſibi a majoribus, ajunt, miſſum Velitras a Petro Apoſtolo Epaphroditum fuiſſe, dediſſeque operam, ut cultus idolorum aboleretur. Eodem fere tempore (2) Oſtienſes, fuiſſe aliquos ſuorum, defendunt, qui ad Chriſtum accederent. Portuenſes paullo poſt quam eſt eorum oppidum conditum, nomen ſe Chriſto dediſſe putant, etſi ignorare ſe, quonam uſi fuerint inſtitutore (3), confiteantur. Sabini Apoſtolorum opera majores ſuos adductos ad Chriſtum fuiſſe, deindeque multos in oppido ſingulari opinione ſanctitatis floruiſſe, & religionis cauſſa ſanguinem fudiſſe, ferunt. Hoc idem (4) *Præneſtini*, quique *Tuſculum* incolebant, *Tiburtini*, (5) *Narnienſes*, *Inte-*

1 Vide Ughellum *tom.* I. *Italia Sacra pag.* 42. *ſeq. edit. nova Venet.* & Borgiam *Hiſt. Velit. pag.* 76. *ſeqq. edit. an.* 1723. 2 Confer Ughellum *ibid. pag.* 47. *ſeq.*

3 Vide Ughellum *tom. eodem p.* 100. *ſeq.* Apud Portuenſes quoque olim religionis Chriſtianæ cultus vigebat. Uſi autem III. ſeculo Epiſcopo fuerunt Hippolyto, cujus meminerunt Euſebius *l.* VI. *cap.* 22. *H. E. pag.* 221. *edit. Pariſ. an.* 1659. Epiphanius *Hæreſ* xxxI. *num.* xxxIII. *tom.* I. *opp. pag.* 205. S. Hieronymus *Catalog. viror. illuſtr. tom.* IV. *opp. edit. Martianai par.* II. *pag.* 117. & Prudentius περὶ στεφάνων *hymn.* IX. *v.* 10. *ſeqq.* de quo tamen Prudentii loco variæ ſunt recentiorum Scriptorum ſententiæ. Baronius in not. ad *Martyrol. Rom. ad d.* XXX. *Jan.* & XXII. *Auguſti* e tribus Hippolytis a Prudentio unum fuiſſe factum putat. Contra ſtatuit Ruinartius *Act. Mart. pag.* 155. *edit. an.* 1689. Tillemontius *tom.* III. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 675. *edit. an.* 1695. Ceillerius *ſcript. Eccl. tom.* II. *pag.* 567. Sed Hippolytum Epiſcopum Portus Romani fuiſſe, atque hunc eumdem eſſe, quem Euſebius, Hieronymus, & Prudentius memorant, plane demonſtrat Conſtantinus Ruggerius vir eruditiſſimus *Diſſ. de Portuenſi S. Hippolyti Sede*, quæ ut ſpero, tandem aliquando publicabitur. Paullo ſunt obſcuriores Eccleſiæ Albanenſis origines. Hoc viri docti plurimum ad ejus gloriam conferre putant, quod in eo oppido natus Innocentius I. Pont. Maximus fuerit. Id veteres catalogi, imprimiſque is, quem Papebrochius in Propylæo vulgavit, & Anaſtaſius, quem Bibliothecarium vocant, in *vit. Innoc.* ſtatuunt. Confer Baronium *ad an.* 402. *n.* XLVIII. Natalem Alexandrum *ſec.* V. *par.* I. *c.* II. §. 1. Tillemontium *t.* 2. *p.* 627. *edit. Pariſ.* At Arnaldus Pontacus, & Thomas Dempſterus *lib.* 12. *Hiſt. Eccl. Gent. Scotor. n.* 703. *pag.* 470. e *Scotorum* gente fuiſſe Innocentium contendunt: quos ſingulari Diſſertatione nondum vulgata, quam nos vidimus, egregie refellit Conſtantinus Ruggerius amicus meus vir doctiſſimus.

4 Vide Ughellum *ibid. pag.* 191. *ſeq.* Joſeph. M. Suareſium Epiſcopum Vaſionenſem *Antiquit. Præneſt. p.* 54. *ſeqq. t.* VIII. *p.* IV. *collect. Script. rer. Italic. edit. Burmanni.* Cecconus Epiſcopus Montis Alti, vir eruditiſſimus, deque me optime meritus *in Opere Italico* quod paravit, ac penes me, quæ eſt ſingularis ejus humanitas, habeo, *Par.* II. idipſum ſtatuit. Ac negari profecto non poteſt, Apoſtolum Petrum, cui maximæ curæ propagatio religionis erat, mittere aliquos conſtituiſſe in oppida, quæ proxima Urbi eſſent, ut errantes ad veritatem colendam inducerent. Seculo III. Sanctum Agapetum adoleſcentem, cum Aurelianus imperaret, martyrio functum Præneſte, Eccleſiæ illius traditione, conſtat. Sunt tamen ejus acta plena errorum. Conſule Suareſium *ibid. pag.* 62. Cecconus multa de iiſdem Actis diſputat ſane accurate. De Præneſtino Epiſcopatu diſſeram IV. hujuſce operis libro.

5 Conſule Ughellum *t.* I. *pag.* 1301. *ſeq.* G. C. Crocchiantum *Della Iſt. di Tivoli, e ſue Chieſe edit. an.* 1726 Franciſcum Martium *Hiſt. Tiburt. t.* VIII. *parte* IV. *Theſauri Italiæ edit. Burman. p.* 82. *ſeqq.* Fulvium Cardulum *Paſs. SS. MM. Getulii, Amantii, Symphoroſæ &c. p.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1588, *de Tiburis Antiquitate p.* 65. *ſeq. edit. Rom. an.* 1588. Michaelem Juſtinianum *De' Veſcovi, e Governatori di Tivoli l.* I. *p.* 17. *edit. an.* 1665. & Rocchum Vulpium *in Latio.* Sed negari nequit, quin nimium hi ſcriptores interdum conjecturis indulſerint. Sub Hadriano Cæſar

Digitized by Google

(1), *Interamnenſes* (2), *Amerini* (3), *Fulginates* (4), *Nepeſini* (5), *Sutrini* (6), *Anagnini* (7), *Tarracinenſes* (8), *Setini* (9), *Signini* (10), *Tudertini* (11), *Hortani* (12), *Ferentinates* (13), *Spoletani* (14).

Rea-

Cæſar Sancta Symphoroſa martyrium Tibure pertulit. Ejus Acta refert, præter ceteros, Ruinartius *pag.* 20. *ſeqq. edit. Veron*, Rocchus Vulpius *an.* 1734. edidit Romæ vitam S. Symphoroſæ, & aliorum MM. *Pag.* 213. narrat an. 1724. repertam fuiſſe Tibure in Carmelitarum templo ab Antonio Fonſeca Epiſcopo Tiburtino inſcriptionem, qua antiquiſſimo Romano charactere hæc omnino continebantur.

† HIC REQVIESCIT ZOTICVS MAR

Zoticus autem, ſeu Getulius maritus S. Symphoroſæ fuerat. Quæ Scriptores Tiburtini de Sibylla, ejuſque oraculis congerunt, quoniam minus eſſe veriſimilia videntur, cenſeo eſſe prætermittenda, ne lectori moleſtiam afferam.

1 Vide Ughellum *ibid. pag.* 1007. *ſeqq.* & Papebrochium *tom.* I. *Act. SS. Menſis Maii pag.* 386.

2 Confer Ughellum *tom.* 1. *pag.* 746. *ſeqq.* & Bollandianos *tom.* III. *Maii pag.* 563. *ſeq.*

3 Ughell. *ibid. pag.* 297. *ſeqq.*

4 Ibid. *pag.* 680. *ſeqq.* Confer Jacobillum *diſcorſo della città di Foligno, e ſua Dioceſi &c. edit. an.* 1646. e de' SS. dell' Umbria *edit. an.* 1647. Bollandianos *tom.* II. *Jan. pag.* 584.

5 Ughell. *Ib. p.* 1024 *ſeqq.* & Nicolaus Nardinios *lib. inſcript. La Cattedra Veſcovile di S. Tolomeo in Nepi. Edit. Rom an.* 1677. *pag.* 1. *ſeqq.* Sed ii, & qui ſuperioribus notationibus nominati ſunt, nonnulla affirmant, quæ vereor ne criticis probari nequeant.

6 Ughellus *Ibid. pag.* 1273. *ſeqq.*

7 Ibid. *pag.* 306. *ſeqq.* De S. Magno Tranenſium Epiſcopo, qui S. Secundinam Anagniæ agentem ad fidem convertiſſe fertur, & Decio Imperatore martyr obiit, deque monumentis Eccleſiæ Anagninæ conſule diligentiſſimum Johannem Marangonum Canonicum Anagninum *In Act. Paſſionis, atque Tranſlationis S. Magni Epiſcopi Tranenſis, & Martyris edit. Æſinæ an.* 1743. *pag.* 1. *ſeqq.* Conſule etiam Boldettum *Oſſerv. ſopra i Cimit. pag.* 210. 304. 746. Intelligo autem a viro docto *de Magiſtris* Canonico Theologo ejuſdem Eccleſiæ deſcriptam nuper fuiſſe Hiſtoriam Anagninam.

8 Ughell. *ibid. pag.* 1278. *ſeqq.*

9 Ibid. *pag.* 1282. Adeundi Petrus Marcellinus Corradinus S.R.E. Card. *de Civit. & Eccl. Setina cap.* 1. *pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1702. & Dominicus Georgius *à* *μακαρίτης Diſſ. Hiſt. de Cathedra Epiſcop. Setiæ edit. Rom.* 1727.

10 Ughell. *ibid. pag.* 1234. *ſeqq.*

11 *Ibid. pag.* 1349. *ſeqq.*

12 De primordiis religionis Chriſtianæ apud Hortanos, eorumque finitimos ſic aliqui ſtatuunt. Jam inde a Claudii I. Imp. temporibus non modo fuiſſe, qui Evangelium ei genti nunciarint, ſed etiam paſſi martyrium fuerint. Etſi autem non negem veriſimile videri a Petro, Pauloque Apoſtolis curatum fuiſſe, ut Hortani quoque Chriſtianiſmum amplecterentur, tamen quos martyras ſub Claudio, deindeque ſub Domitiano memorant, hos aut Claudii II. aut Diocletiani ætate paſſos fuiſſe defendo. Quamobrem aſſentior Juſto Fontanino Archiepiſcopo olim Ancyrano, & viro eruditiſſimo *Antiq. Hort. l.* 1. *c.* v *pag.* 85. *ſeqq.* Anno 1628. Baſanelli vico Faliſcorum inventum corpus B. Lanni Epiſcopi fuit, cum inſcriptione in lateritio lapide, quæ ſic habebat.

LANNVS XPI MARYR

HIC REQVIESCIT SVB

DIOCLETIANO [E. P. S.] PASSVS

Ex qua re conſtat, labi eos, qui martyrium ſub Domitiano pugnant. Confer Fontaninum *ibid. pag.* 108. *ſeqq.* & Boldettum *Oſſerv. ſopra i Cimiter. l.* 1. *cap.* xxx. *pag.* 146.

13 Ughell. *ibid pag.* 672. de Ferentinat. Epiſcopis.

14 De Orig. Chriſt. relig. Spoleti vide Ughelium *ibid. pag.* 1250. *ſeqq.* & Ferdinandum Campellum *delle ſtorie di Spoleti lib.* 1v. *pag.* 103. *ſeqq. edit. an.* 1772. & Bollandianos *tom.* 1. *Febr. pag.* 362.

Digitized by Google

Reatini (1), *Aſſiſinates* (2), *Peruſini* (3), *Aretini* (4), *Tiphernates* (5), *Cortonenſes* (6), *Eugubini* (7), *Nucerini* (8), *Æſini* (9), *Anconitani* (10), *Auximates* (11), Picenique (12) ceteri fere omnes de majoribus ſuis narrare pergunt. §. III.

1 Ughell. *ibid. pag.* 1194. *ſeq.* & Pompejus Augelottus *deſcript. urbis Reatenſis tom.* VIII. *Theſauri Italia edit. Burmanni par.* III. *pag.* 13. *ſeqq.* Scripſit Martanus Victorius *Hiſt. Reat.* quam penes ſe habet vir illuſtriſſimus Potcntianus Præſul, & Gubernator Tiſernutium.

2 Ughell. *ibid. pag.* 476. *ſeqq.*

3 Ughell. *ib. pag.* 1154. *ſeqq.* Confer Felicem Ciattum O. Min. *Memorie, Annali, e Iſtorie delle coſe di Perugia tom.* I. *pag.* 42. *ſeqq. edit. an.* 1638. *della origine della Cattedrale di Perugia, del primo veſcovo della medeſima, edit. an.* 1634. At is auctor nimium ingenio indulget, & traditiones vulgi, ſine ullo delectu, ut fieri plerumque a minus cautis ſolet, conſectatur.

4 Vide quæ paullo poſt de Apoſtolis primis Florentinorum, ceterorumque Etruſcorum adnotamus. Interea conſule Petri Farulli *memorie Iſtoriche della città di Arezzo in Toſcana edit. Fulgin.* Sed quam metuo ne is multa turbarit, quæ diſtent a veritate.

5 Ughellus *ibid. pag.* 1356. *ſeqq.*

6 Ughell *ibid. pag.* 620. *ſeqq.* ſed de primo Cortonenſium Apoſtolo erit paullo poſt diſſerendum.

7 Ughell. *ibid. pag.* 632. *ſeqq.*

8 Ughell. *ibid. pag.* 1063. *ſeqq.* Ludovicus Jacobillus *Coronolog. Epiſcop. Nucerinor.*

9 Ughell. *ibid. pag.* 279. *ſeqq.*

10 Ughell. *ibid. pag.* 326. Confer Julianum Saracinum *Notiz. Hiſtor. d' Ancona edit. an.* 1675.

11 *Ibid. pag.* 495. *ſeqq.* ſed ante XV. ſeculum Auximates Epiſcopum nullum, qui eorum Eccleſiam moderatus fuerit, agnoſcunt. Conſule Aloyſium Martorellum *Memor. Iſtoriche dell' Antichiſſima città di Oſimo pag.* 423. *edit. an.* 1705.

12 Ughell. *ibid. p.* 496. &c. & Compagnonus in *Regia Picena lib.* VII. *pag.* 345. *edit. an.* 1661. qui martyras etiam habuiſſe jam uſque a primo ſeculo Picenos ſcribit. Horum ſub Domitiano unum fuiſſe Ulp. Catervium cenſet. In pariete Eccleſiæ martyris ejuſdem extra ſacellum rotundum hoc epigramma antiquo marmori inſculptum cerni teſtatur *ibid. pag.* 346. Compagnonus.

„ Sacra Tolentinum docuit te lingua Catervi,
„ Et verum oſtendit, quem ſequerere Deum
„ Hoc tibi præ cunctis decus eſt, & gloria terris
„ Dicere, quod Chriſti prima ſubiſſe jugum.
„ Sed cave degeneres, iterumque ad falſa traharis
„ Numina, tartareis aut capiare dolis.

Ego vero ne vix quidem in animum inducere poſſum, ut tam eſſe veterem hanc inſcriptionem putem, quam idem auctor exiſtimat. Multo autem minus aſſentior his, qui hoc monumentum ad Caterviam Martyrem ſpectare arbitrantur.

FL. VL. CATERVIVS . V. C.
EX. PRAEF. PRAETORIO
QVI . VIXIT . CVM . SEPTIMIA
SEVERINA C. F.
DVLCISSIMA . CONIVGE . ANNIS . XVI. MINVS . D. XIII.
QVIEVIT . IN . PACE . ANNORVM . LVI.
DIERVM . XVIII . XVI . KAL . NOB.
DEPOSITVS . EST . IIII . K. DEB.
SEPTIMIA . SEVERINA . C. F.
MARITO . DVLCISSIMO . AC . SIBI . SARCOFACVM
ET . PANTEVM . CVM . TRICORO . DISPOSVIT
ET . PERFECIT .

Digitized by Google

§. III.

In Campania, ceteriſque Provinciis Italiæ.

NEapolitani (1) quoque, Nolani (2), Capuani (3), Campanique (4) reliqui ſimilia de inſtitutis ab Apoſtolis, eorumque di-

Additur Monogramma



Apud *Compagnon. ibid. pag.* 347. In Codice Theodoſiano *lib.* VI. *Tit.* XXX. *de Palatinis lege* 3. *a Gratiano, Valentiniano, & Theodoſio lata, tom.* II. *edit. Gothofred. ann.* 1665. *pag.* 210. Catervius Comes Sacrarum largitionum memoratur. Fuerit ne is Præfectus prætorio aliquando, neſcio. At inſcriptio mox relata tribus illis Auguſtis aut nullo modo, aut paullo eſt, mea quidem opinione, antiquior. De Cingulana Eccleſia vide Horatii Aviccunæ *Memorie della città di Cingoli pag.* 17. *edit. an.* 1644. De oppido S. Helpidii, Natalis Medagliæ *Memor. Iſtoriche della Città di Cluana, oggi terra di S. Elpidio nella Marca, edit. Macerat. an.* 1692. His annis paucis editæ ſunt a *P. Siena Presb. Orator. Le Memor. Iſtor. della città di Sinigaglia.* Camillus Lilius vir eruditiſſimus vulgavit *la Iſtoria di Camerino lib.* II. *pag.* 35. agit de initiis Chriſtianæ religionis in ea civitate. *De rebus Recinetenſium* confer Johannem Franciſcum Angelitam *Della Origine, e ſtoria della città di Recanati. In Theſaur. Burmanniano tom.* VII. *par.* II. *pag.* 2. *ſeqq.* & Didacum Calcagnium *Memor. Iſtor. della Città di Recanati, edit. Meſſan. an.* 1711. De rebus a Firmanis geſtis conſule Franciſcum Adamium *Theſaur. Burm. t.* VII. *par.* II. Hiſtoriam Aſculanam ſcripſit Sebaſtianus Andreantonellus *an.* 1672. Sed horum aliqui in ſuis civitatibus, quod non tam ſint antiquæ, recentiora eſſe, ut ipſi recentes ſunt, Eccleſiarum primordia fatentur.

1 Neapolitani a Sancto Petro ſe primum fuiſſe inſtitutos pugnant. Antonius Caracciolus *De ſacris Eccl. Neap. Mon. p.* 41. *ſeqq. edit. an.* 1645. Capuanis autem Priſcum fuiſſe ab Apoſtolorum Principe Epiſcopum datum cenſet *ibid. pag.* 70. *ſeq.* Paulum præterea, qui Puteolos venerit, ut eſt in *Actis Apoſtolor. cap.* XXI. veriſimile eſſe ait, Neapolim quoque acceſſiſſe *pag.* 98. *ſeqq.* Quid? Si Timotheus, ejuſdem Caraccioli ſententia, eam in urbem contendit *pag.* 102. Candidam autem primam fuiſſe Neapoli Petri diſcipulam *pag.* 106. *ſeqq.*, ait, & Aſprenum primum Epiſcopum Neapolitanorum *pag.* 108. Confer cetera, quæ idem congerit, ſpectantque ad origines Chriſtianiſmi apud Neapolitanos *pag. ead. ſeqq.* A Sancto Petro Sacrificium fuiſſe oblatum addit cum alibi, tum eo imprimis in loco, qui nunc *S. Petri Ara* appellatur. At vereor, ne tam eſſe antiqui lapides, quos memorat, non poſſint. Etſi enim traditiones civitatum non eſſe contemnendas arbitrer, tamen negari nequit, quin ſcriptores pleri que omnes ſtudio patriæ ducti plus tribuere quibuſdam ejus generis monumentis ſoleant, quam flagitare ratio videatur. *Pag.* 92. hoc ille monumentum profert: *ſiſte fidelis, & priuſquam templum ingrediaris, Petrum ſacrificantem venerare. Hic enim primo, mox Romæ filios per Evangelium genuit, paneque illo ſuaviſſimo cibavit.* Extat epigramma haud ſane vetuſtius apud Compagnonum: *Regia Picen. pag.* 346.

QVOD . PRIMA . IN . LATIO . CHRISTO . PIA . COLLA . SVBEGI
PARTHENOPE . HAEC . PETRI . PRAESTITIT . ARA . FIDEM.

Innumeri prope ſunt ſcriptores rerum Neapolitanarum, quos ſi recenſere vellem, longa eſſet opus oratione. Horum aliquos numerat Struvius *Bibl. Hiſt. ſelect. tom.* II. *pag.* 1405. *ſeqq.* Iocis eſt Cæſar Eugenius Caracciolus *Neap. ſacr. edit. an.* 1624.

2 Hiſtoriam Eccleſiæ Nolanæ deſcripſit Stephanus Remondinus Cleric. Regularis de Somaſca, vulgavitque ante annos paucos. Ceteros rerum Nolanarum ſcriptores numerat Struvius. *p.* 1406.

3. Vide Michaelis Monachi *Sanctuarium Capuanum edit. Neap. an.* 1630. & 1637.

4 Campani ceteri iiſdem inſtitutoribus gloriantur, quibus Neapolitani, Capuani, atque Nolani.

ſcipulis in Chriſtiana religione ſuis civibus prædicant. Neque ab his diſcrepant ſcriptores *Apulorum*, (1) *Calabrorum*, (2) *Lucanorum* (3), & *Brutiorum* (4). *Etruſci* (5) a Romulo, vel Paulino

Nolani. Petrus Giannone etſi temere ſæpe agere ſolet, eaque inficiari, quæ ſunt alioqui perſpicua, tamen *lib.* 1. *hiſt. Civ. Regni Neapolit. pag.* 57. *edit. an* 1723. de rebus traditis a majoribus, quod ad inſtitutionem Eccleſiarum ſpectat, ſic habet „ Altri con un ſol fiato hanno preteſo „ mandar a terra tutti queſti racconti, e renderli favoloſi, poichè ſi ſono impegnati con pari „ temerità, che pertinacia a ſoſtenere, che S. Pietro non ſolamente non foſſe capitato in queſte „ noſtre parti, ma sfacciatamente hanno ardito d'affermare, che nemmeno foſſe ſtato in Roma „ giammai „. Ubi vero Sanctorum veterum auctoritate ſtatui adventum Petri Romam oſtendit; de Eccleſiis regni Neapolitani mox ſubjungit. „ A noi, per quello, che richiede il noſtro iſtituto, baſterà che ſia incontraſtabile, che o da S. Pietro ſteſſo, o dagli altri Apoſtoli, ovvero „ da loro diſcepoli, o da altri loro ſucceſſori foſſe ſtata in molte città di queſte noſtre regioni „ introdotta la religione Criſtiana, e fondate molte Chieſe &c. De ſingulis Campaniæ Eccleſiis agam IV. libro, ubi Archiepiſcopatus, & Epiſcopatus numerabo.

1 *Brunduſini*, *Tarentini*, *Tranenſes*, *Sipontini*, aliique Apuli a Petro ſe primum accepiſſe doctrinam Chriſti defendunt. *Caracciolus de Sacr. Neap. Eccl. Mon. cap.* III. *ſect.* IV. Juven. *hiſt. Tarent. l.* VIII. *c.* 2. *& l. ult. c.* 1. Summont *hiſt. Neap. l.* 1. *c.* 12. *p.* 291. *ſeq. edit. an.* 1675.

2 Brunduſium, & Hydruntum &c. oppida erant Calabriæ veteris. Confer Cellar. *lib.* II. *Geogr. Ant. c.* 12. *pag.* 716. *ſeqq. edit. an.* 1732. Atque ut Brunduſini, ita Hydruntini a Petro ſe doctos Chriſtianam religionem pugnant. Confer Caracciolum l. c.

3 Vide Ughellum *tom.* VII. *pag.* 1. *ſeqq.*

4 Rhegienſes quoque, ceterique Brutii primis temporibus a Petro, aut ab ejus diſcipulis ſeſe fuiſſe doctrina Chriſtiana imbutos cenſent, ut eſt ab Giannone *ibid. pag.* 56. animadverſum.

5 Etruſci, imprimiſque Feſulani, & Florentini *Romulo*, *Paulino*, *& Frontino* Petri Apoſtoli diſcipulis ſe uſos Evangelii promulgatoribus contendunt. Conſule Baronium *ad an.* 46. *num.* II. Johannes Lamius vir doctiſſimus in *ſingulari de eruditione Apoſtolorum libro cap.* XI. *pag.* 190. *edit. an.* 1738. Romulum, Paulinum, atque Frontinum non tanta eſſe antiquitate putat, ut Petro ſe tradere in diſciplinam potuerint. Igitur quamquam non negat, aliquos primo ſeculo Florentiæ, atque alibi in Etruria viaiſſe, qui audiſſent de Chriſto, eumque colere inſtituiſſent, tamen ſecundo, vel tertio primum ſeculo auctam in ea provincia majorem in modum religionem Chriſtianam arbitratur. Ei conſenſit Petrus Franciſcus Fogginius vir eruditus, & amicus meus *exercit.* XIV. *Operis de Romano D. Petri Itinere, & Apoſtolatu pag.* 289. *ſeqq. edit. an.* 1741. ſed quoniam *Fidelis Soldanus*, qui tum erat Monachus Vallis Umbroſæ in *hiſtor. Paſſinianenſis Monaſterii* primum, tum in ea Apologia, quam inſcripſit: *Difeſa degli Atti di S. Romolo M. diſcepolo di S. Pietro Apoſtolo &c.* invectus aſperius in eos eſt, qui minus eſſe acta eadem ſincera arbitrabantur; Fogginius, qui plane perſpiciebat, ſe potiſſimum a Monacho imperito hiſtoriæ vexari, librum edidit an. 1742., qui inſcribitur: *La vera Iſtoria di S. Romolo Veſcovo, e Protettore di Fieſole liberata dal Dottore Pier Franceſco Foggini dalle Calunnie appoſtele &c.* Nihilo ſecius qui lædi vetuſtatem Eccleſiæ Florentinæ a Fogginio falſo exiſtimabant, in hunc, atque Lamium invehi, eoſque inſectari non deſtiterunt. Equidem iis me aſſentiri fateor, qui olim Romulum virum ſanctitate conſpicuum in Etruria floruiſſe defendunt, atque una exiſtimant, neque eum Petri fuiſſe auditorem, neque ejus acta, quæ circumferuntur eſſe genuina. Ita quidem cenſent Bollandiani, idque longe accuratius demonſtrat Fogginius *pag.* 306. *ſeqq.* Atque id quidem poſtulat inſcriptio vetus, quæ in Eccleſia Epiſcopali Feſulana cernitur.

MESSI HIC ROMVLI CORPVS LONGA IN PACE QVI
ESCIT QVI. XPI CVM PRIMIS IVSSA SERVARET AB ANNIS
TVM LECTOR DOMINI ANNIS QVINDECIM IVSTVS ☧
CONTINVIS PROBATVSQ. FVIT MERITOQ. IVVATVS
AECCLESIAE SANCTAE DIACONII ESTORDINATVS HONORE

Illu-

Digitized by Google

lino Petri auditoribus inductos cives olim ſuos contendunt, ut errandi finem aliquando facerent. *Ligures* (1) a Petro ſe, tum a Nazario, & Celſo doctos, quid eſſet credendum, exiſtimant. Atque hæc imprimis eſt Genuenſium de initiis Chriſtianiſmi in ſua civitate ſententia. *Ravennates* (2) Apollinaris, *Bononienſes* (3) alicujus Apoſtolorum diſcipuli, *Mediolanenſes* (4) Barnabæ Apoſtoli labore, ac diligentia idolo-

 rum

Illuſtre Florentinorum decus Philippus Bonarotius *Oſſer. ſopra alcuni Frammenti di vetro &c pag.* 125. & vir doctiſſimus Antonius Franciſcus Gorius *inſcript. Antiq. tom.* III. *pag.* 120. non Romuli Petri diſcipuli, ſed alterius longe recentioris, qui a Romulo illo antiquo nomen acceperit, hoc eſſe elogium putant. Id vero eſt creditu difficile. Nam primo antiquus ille lapis ſub eo ipſo altari jacet, ſub quo diu S. Romuli corpus quievit. Præterea antiqui ſcriptoris Homilia de S. Romulo, quam edidit Fogginius, plane efficit, Meſſium Romulum, qui Acolythus in Feſulana Eccleſia, deinde Diaconus, poſt Presbyter, ac demum Epiſcopus fuit, eumdem atque illum fuiſſe, quem ferunt a Petro Epiſcopum ordinatum, & Feſulanis, Florentinis, aliiſque Etruſcis præfectum. Adeundus Fogginius *loc. laud.* Non me movet libellus, quem intelligo a Florentino quopiam, quem nominare equidem nolo, ſcriptum adverſus Fogginium, cum novi nihil, niſi aliquot impoſturas contineat. De Paulino, quem Lucenſes magiſtrum, & Epiſcopum ſuum fuiſſe pugnant, deque Frontino Florentinorum, nemo extorquebit a me, ut fuiſſe Petri auditores cenſeam. Etſi enim Franciſci Mariæ Florentinii ſumma fuit copia eruditionis, atque doctrinæ, tamen ſaceor Etruſci, quos ego imprimis colo, ſi ejus ſcriptoris libro: *De Etruſca pietatis originibus*, veritatem eſſe præferendam putem. De antiquo cœmeterio his annis paucis Florentiæ invento vide Fogginium *de Itin. D. Petri pag.* 290.

1 Ligures a Petro ſe, atque a Barnaba accepiſſe doctrinam contendunt. Conſule Ughellum *tom.* IV. *pag.* 830. *ſeq. Ital. ſacr. edit. Venet.* Auguſtinum Juſtinianum *Ord. Præd. Hiſt. Genuen. lib.* 1. *pag.* 24. *ſeq. edit. an.* 1537. *Orlendium tom.* I. *par.* II. *Orb. Sac. & Prof. pag.* 85. *ſeq. Baron. ad an.* 51. *num.* IV. Mitto ceteros, ne ſim longior, quam oporteat.

2 Ravennates S. Apollinaris Petri diſcipuli opera fuiſſe ſe Chriſtianam religionem amplexos teſtantur. Utuntur autem ad eam rem demonſtrandam S. Petri Chryſologi auctoritate, qui ſermonem CXXVIII. *p.* 117. *edit. an.* 1633. de S. Apollinare ſcripſit. Inventæ præterea laminæ in ſepulcro S. Martyris fuerunt tres, quibus rerum ab eo geſtarum breviter hiſtoria continebatur. Confer Rubeum *Hiſt. Ravenn. lib.* I. *ſeqq. pag.* 22. *ſeqq. Theſaur. Ital. edit. Burman. tom.* VII. *parte* I. Ad acta quod pertinet, negari non poteſt, quin fuerint a neſcio quo vitiata. Adeundi Tillemontius *tom.* II. *pag.* 111. *ſeqq. edit. Pariſ.* & Bollandiani *tom* V. *Jul. pag.* 318. *ſeq.* Apollinari magiſtro, aut altero quopiam, qui miſſus a Petro fuerit, uſos ſe fuiſſe perinde affirmant *Ceſenates*, *Forocornelienſes*, *Ariminenſes*, *Faventini*, *Mutinenſes*, *Papienſes*, *Parmenſes*, *Placentini*, *Regienſes*. Vide Ughellum *Ital. ſacra tom.* II. *pag.* 1. *ſeq.* Hiſtoricorum ejus regionis Commentarios indicabo quarto hujuſce *operis libro*.

3 Bononienſes aliqui, uti quidem mihi facile perſuadeo, initio ſe Chriſto conſecrarunt, quamvis Epiſcopos nullos ante ſeculum tertium habuiſſe ferantur. Conſule *Martyrolog. Rom. ad d.* XXIV. *Januar. & ad* 26. *Februar.* Bollandianos *tom.* II. *Jan. pag.* 591. *& tom.* III. *Febr. pag.* 630. *ſeq.* Baronium *ad ann.* 272. *num.* XXII. & Caroli Sigonii *de Epiſcopis Bononienſibus* egregium *opus tom.* III. *opp. pag.* 358. *edit. an.* 1733. Celſi Falconi *Memor. Iſtoriche della Chieſa Bologneſe, e ſuoi paſtori edit. an.* 1649. Gaſp. Bombaci *Memorie ſacre degli uomini illuſtri per titoli e per fama di ſantità edit. an.* 1640. Hiſtoriam non civilem modo, ſed etiam Eccleſiaſticam Bononiæ ſcripſit ſummo labore, ac diligentia vir eruditiſſimus Conſtantinus Ruggerius, ſed nondum vulgata eſt, magno reipublicæ litterariæ damno. Reliquos ſcriptores rerum Bononienſium prætermitto, quod brevitas operis ita poſtulet.

4 Mediolanenſes a S. Barnaba adductos ſe ad fidem Chriſto dandam, atque ſervandam contendunt. Sed ſola traditione nituntur, quæ tamen ejuſmodi eſt, ut componi cum itineribus ejus Apo-

rum ſuperſtitionem tolli in urbibus ſuis, proximiſque oppidis cœpiſſe defendunt. Eſtque jam multorum conſenſione probata eorum opinio, qui Inſubres, reliquoſque Tranſpadanæ, & Ciſpadanæ Galliarum incolas aut ab Apoſtolo quopiam, aut ab auditoribus Apoſtolorum fuiſſe adChriſtum perductos arbitrantur. *Aquilejenſes* (1) Marcum Petri diſcipulum, & Evangeliſtam,

Apoſtoli nequire videatur. Conſule Bollandianos *Hiſt. de Epiſcopis Mediol. præfixa tom.* VII. *menſ. Maii p.* XV. *ſeq. & t.* I. *Jun. p.* 643. Tillemontium *t.* I. *p.* 439. *&* 687. Mabillonium apud Muratorium *t.* I. *ſcript. rer. Italic. par.* II. *p.* 201. Nicolai oamque Sormanni de Barnaba Apoſtolo, & doctore Mediolanenſium *commentatio* oibil continet, quod eſſe alicujus momenti videatur. Sed vetuſtiſſimam eſſe Eccleſiam Mediolanenſem teſtata res eſt. Confer Bollaod. *tom.* III. *ad d.* XIX. *Jun. p.* 817. Tillemontium *tom.* II. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 77. *edit. Pariſ.* Bergomates S. Narno diſcipulo Barnabæ, Ticioenſes S. Syro & Juventio auditoribus Hermagoræ, Brixienſes SS. Romulo, Fauſtino & Jovita, & Calocero Martyre &c. Cremoneoſes Sabino S. Syri diſcipulo, Laudenſes B. Anathalone, vel vetuſtiore aliquo, alii aliis ioſtitutoribus aut Apoſtolicis, aut qui miſſi ab Apoſtolis fuiſſent, gloriantur. Conſule Bollandianos *tom.* VI. *Aug. ad d.* XXVII. Anonymum Ticineoſem *de Laudibus Papiæ tom.* XI. *ſcriptor. rer. Italicar. Murator.* & Bernardum Saccum *Hiſtor. Ticin. lib.* VI. *tom.* III. *Theſauri Italiæ Graviani pag.* 670. *ſeqq. De SS. Fauſtino, & Jovita, & Calocero* vide Bollandiaoos *tom.* II. *Februar. pag.* 807. De religionis Chriſtianæ apud Cremonenſes, & Laudeoſes initiis vide *cap.* VII. *Diſſert.* præfixæ operi, quod ioſcribitur: *Cremonenſium Epiſcoporum ſeries a Ferdinando Ughellio primum contexta, deinde a Nicolao Coleto aliquantulum aucta, nunc tandem a Franciſco Antonio Zacharia Societatis Jeſu Presbytero reſtituta &c. edit. an.* 1749. *pag.* 35. *ſeqq.* Sed is auctor totius antiquitatis, latinique ſermonis origioum imperitus de Cremona diſputans multa peccat. Atque ut cetera, quæ ſunt graviſſima, prætermittam, illud perridiculum, quod eam, antequam Colonia Romanorum eſſet, *urbem* minime fuiſſe dicat, propterea quod *oppidum* vocaretur. Ex qua re cognoſcitur, quo in numero habendus ſit is, qui non ſolum veteres Plautum, Ciceronem, Varrooem, Cæſarem, quorum ſcriptorum ſumma eſt io hoc genere auctoritas, non conſuluerit, ſed ne Lexicographos quidem novos, quorum opera puerorum manibus teruntur.

1 Aquilejenſes a S. Marco, ejuſque auditore Hermagora accepiſſe ſe diſciplinam Chriſti contendunt. Confer Bollaodiaons *tom.* III. *April. pag.* 346. *& tom.* II. *Julii ad d.* XII. *pag.* 249. Ughellum *Ital. ſacr. tom.* V. *pag.* 1. *ſeq. edit. an.* 1720. Morocutum in *Ughelli loc. mox indicatum pag.* 18. Baronium *ad ann.* XLVI. *num.* 2. Henricum Palladium *Hiſtor. Aquilej. lib.* V. *pag.* 77. *& ſeqq. edit. an.* 1659. omniumque diligentiſſimum Bernardum de Rubeis Ord. Præd. virum doctiſſimum *in Monum. Eccl. Aquilej. pag.* 1. *ſeqq. edit. Veneta an.* 1740. Sed vereor, ne minus hæc eſſe conſtaos, minuſque vera traditio Aquilejenſium videatur. Rem enim antiquis Latinis, Græciſque ſcriptoribus incognitam, pro vera ut quiſquam tueri poſſit, eſt omnino difficile. Nam, quæ VIII. aut VII. ſeculo vetuſtiora monumenta non ſunt, ea ſane inducere hominem nequeunt, qui partium ſtudio minime teneatur, ut vera eſſe, quæ contioeot, arbitretur. Adeundi Tillemontius *tom.* II. *pag.* 99. *&* 548. *Mon. H. E. edit. an.* 1694. & Papebrochius *Act. SS. tom.* III. *Jun. ad d.* XVII. *pag.* 287. *& tomo* III. *Apr.* loco ſupra indicato. De Origine Patriarchatus Aquilejenſis confer eamdem Beroardum de Rubeis *lib. De Schiſmate Aquilejenſi*, & Hieronymum, ac Petrum Ballarinios Fratres eruditiſſimos *tom.* IV. *opp. Henrici Noriſii S. R. E. C. pag.* 1051. *edit. Veron.* De Eccleſiæ Veronenſis originibus adeundus Scipio Maffejus eruditiſſimus vir *Verona Illuſtrat. lib.* VII. *pag.* 161. *ſeqq. edit. an.* 1732. & *Epiſt. ad Nicolaum Coletum tom.* V. *Ital. Sacræ Ughelli pag.* 672. *ſeqq. edit. Veneta an.* 1720. Negari tamen non poteſt, quin II. ſeculo vigeret Aquilejenſis Eccleſia, veriſimileque ſit, fuiſſe eam jam inde a primo ſeculo conſtitutam. Vide Rubeum *Mon. Eccl. Aquil. pag.* 34. *ſeqq.* & Juſtum Fontaninum virum eruditiſſimum *Hiſt. Litter. Aquil. pag.* 63. *ſeqq.* De ceteris Italiæ Eccleſiis, earumque traditionibus adeundus Ughellus. At eſt illud diligenter ei animadvertendum, qui ad Ughelli Italiam legendam appellit animum, quod

Digitized by Google

geliſtam, cum Romam veniret, aut in Ægyptum contenderet, Aquilejam perveniſſe,& jactis Eccleſiæ fundamentis *Hermagoram* Epiſcopum ordinaſſe, eique in mandatis dediſſe, ut in omni circum regione Evangelium nunciare, cœtuſque Chriſtianorum inſtituere conaretur.

§. IV.

De Imperatoribus Romanis, qui propenſiore in Chriſtianos voluntate fuerunt, permiſeruntque, ut eorum in Italia potiſſimum propagaretur religio.

ETſi inimici nominis Chriſtiani iram in nos concitare ſolerent Imperatorum, efficereque, ut illi ſævire in homines innocentes auderent, atque impedire, quod ad ipſos quidem attinebat, quo minus, qui bene animati eſſent, Chriſtianiſmum palam profiterentur; exiſtebant nihilominus interdum principes, qui cognita noſtrorum virtute, integritateque morum, aut modum vexandi faciundum, aut a cædibus, ſuppliciiſque ſibi abſtinendum putarent. Quo quidem tempore Chriſtiani rati datam ſibi facultatem eſſe peragrandi provincias populi Romani,curandique, ut qui vellent,veram religionem conſectarentur, incre-

quod eſt a Maffejo obſervatum in eadem ad Coletum Epiſtola, non quod novum ſit, aut Italis minime exploratum, ſed quod majore ſit ia auctor libertate ioquendi, ſcribendique uſut, quam reliqui conſueverint. „ Popularas fabellæ, nec non hiſtoriolæ decimo ſexto ac plurimom ſeculo „ concinnatæ (labitur vir doctus; ſunt anim illarum plaraqua ſeculo ſaxto,ac decimo longe ve- „ tuſtiores) cujuslibet fere Italiæ civitatis paſtorem primum ab Apoſtolorum ævo, Ipſiſque Chri- „ ſtianæ fidei incunabulis areeſſune, ſeriemque Epiſcoporum mirificam, nec interruptam perbel- „ le ædificant. Quamplurimas tamen fuiſſe ex his civitatibut, in quibus ante III. ſeculum Epi- „ ſcopi nomen non ſit auditum, rerum ordinem, & rempora perpendenti conſtabit. Neque enim „ Chriſtiana religio in omnibut illico univerſæ Italiæ municipiis diffundi potuit,ac radicea agere. Etſi vero radices in omnibus muoiaipiit Italiæ Chriſtiana religio non egit,tamen facile eradiderim auditum in omnibus fere nomen Chriſti fuiſſe, extitiſſeque in iis homines, qui noſtra inſtituta coli opottere arbitrarentur. Atque Juſtini Martyris, Tertullianique teſtimonia, quæ *tom.1.pag.339. ſeq.* produxi, conſideranti plane perſuaderi hoc idem poſſe exiſtimo. Atque id aſat Petro, ejuſque ſucceſſoribus curæ, ut cœtus Chriſtianorum ubique in Italia conſtituerantur. Itaque Innocentius I. P. M. *epiſt.*xxv. *ad Decentium Eugubinum num.*11.*pag.*856. *collect. epiſt. Rom. Pont. tom.*1. *edit. Coutantii* „ Manifeſtum aſt, *inquit*, in omnem Italiam .... nullum Inſtituiſſa Eccleſias, niſi eot, quos venerabilis Apoſtolus Patrus, aut ejus ſucceſſores conſtituerint „. Sacerdotet „. Diſtuliſſa autem eos ad III. quartumve ſaculum, ut in Italia religioni latiſſime propagandæ operam darent, cum in remotiſſimis regionibus adeo propagata ſecundo ſeculo eſſet, ut ne vicus quidem eſſet, in quo Chriſtus minime coleretur, numquam credam.

Digitized by Google

incredibilem multitudinem hominum deterrebant a ſuperſtitione,inducebantque,ut ſolum verum Deum agnoſcerent. Atque hac ſane voluntate jam uſque ab Eccleſiæ primordiis vixiſſe Imperatores aliqui feruntur. Fuerunt enim qui ſcriberent, Tiberium Auguſtum, cum primum ex Pilato intellexiſſet, Chriſtum hominem divinum rogatu Judæorum affectum crucis ſupplicio fuiſſe; retuliſſe id quidem ad Senatum, petiiſſeque, ut Patres ipſum quoque in diis ponere ne gravarentur. Patrum pleroſque omnes recuſaſſe, decreviſſeque, ut Chriſtiani imperii finibus exterminarentur. Tiberium, qui hoc ægerrime tuliſſet, non modo juſſiſſe, ut noſtris, ubi vellent, tuto conſiſtere liceret, ſed etiam ſtatuiſſe condemnari eorum accuſatores capitis oportere (1).

Nero autem quamquam ſumma erat crudelitate, habuit tamen diu viros inſigni virtute domi, qui eum forte detinerent, quo minus quidquam in noſtros graviter, acerbeque decerneret. (2)

Quin-

1 Tertullianus *Apologet. cap.* v. „ Tiberius, *inquit*, . . . annunciata ſibi ex Syria Palæſtina, „ quæ illic veritatem iſtius divini revelarent, detulit ad Senatum cum prærogativa ſuffragii ſui. „ Senatus quia non in ſe probaverat, reſpuit. Cæſar in ſententia manſit, comminatus periculum accuſatoribus Chriſtianorum „. Eadem fere ſcribunt Euſebius *l.* II. *Hiſt. cap.* II. *p.* 46. *edit. Cantabrig* & Hieronymus *in Chronico Euſebiano ad an.* XXIII. *Tiberii pag.* 156. *edit. Pontaci an.* 1604. Subdit Tertullianus *cap.* XXI. „ Ea omnia ſuper Chriſto Pilatus & ipſe jam pro ſua „ conſcientia Chriſtianus Cæſari tunc Tiberio nunciavit „. Geſta hæc fuiſſe a Tiberio facile patiuntur Baronius *ad an.* XXXIV. *n.* CCXXIX. Pearſonus *Lection. in Acta Apoſt. p.* 65. *edit. an.* 1688. Samuel Petitus *Diatriba de Jure Principum edictis Eccleſiæ quæſito pag.* 21. *ſeqq.* Petrus Daniel Huetius *Demonſtr. Evang. Prop.* III. *n.* XXII. *pag.* 44. *ſeq. edit. an.* 1733. Hyacinthus Serrius *Exercit. de Chriſto, ejuſque V. Matre Ex.* LXIV. *pag* 447. *ſeqq. edit. an* 1719. Sed dici vix poteſt quam magno numero ſeculo ſuperiore, atque hoc noſtro fuerint, qui lapſum errore Tertullianum defenderent, hæretici, ut Tanaquillus Faber *tom.* II. *epiſt.* XII. Antonius Vandale *Diſſ. de Act. Pilati addita edit.* II. *lib. de oraculis pag.* 609. *ſeqq.* Sigebertus Havercampus in *Notationibus ad cap.* v. *Apologet. Tertull.* Samuel Baſnagius *in Annal. ad an.* 33. *num.* CXCIX. Vide graviſſimos viros Tillemontium *tom.* I. *Mem. Hiſt. Eccl. not.* XVIII. *in vit. S. Petri pag.* 541. & Natalem Alexandrum *t.* I *H.E. Nov. Teſt. p.* 9. *ſeq. ed. Lucen. a.* 1734. Ego vero ſive hæc ſint vera, ſive a vero diſtare videantur, ſic cenſeo, Chriſtianos Tiberii ætate nullos vixiſſe, Petrumque primum intuliſſe in Urbem religionem. Nam ſi quid eſt hujuſmodi factum a Tiberio, idcirco eſt ſcilicet factum, quod eum Pilatus rerum, quæ in Palæſtina contigerant, feciſſet certiorem.

2 De Prætorianis, qui cognorunt de Chriſto, ut ſcribit Paulus in I. *cap. epiſt. ad Epheſios*, vide Jacobum Perizonium *Diſquiſitione de Prætorio pag.* 255. *edit. Franequeræ an.* 1691. De iis, qui erant in aula Cæſaris, Chriſtianis cum Paulus ſcriberet, conſule Baronium *ad an.* 59. *n.* VII. *ſeqq.* Tillemontium *tom.* I. *pag.* 302. *ſeq. edit Pariſ.* & interpretes *epiſt. ad Philippenſes cap.* IV. *v.* 22. imprimiſque veterem Theodoritum *tom.* III. *op pag.* 341. *edit. Sirmondi*, & S. Johannem Chryſoſtomum *Homil.* XV. *in eamd. epiſt. pag.* 316. *tom.* XI. *edit. an.* 1734. Eorum unum, qui in aula Cæſaris erant, Torpetem fuiſſe, qui Piſas venerit, nunciaritque Evangelium, Piſani cives defendunt, neſcio quam traditionem ſequuti, quæ certe neque vetus eſt, neque tanta auctoritate, ut extorquere a nobis poſſit aſſenſionem; etſi id nobis perſuadere conetur Orlendius *t.* I I. P. I I. *Orb.*

Sac.

Digitized by Google

Quinetiam Domitianus, poſteaquam torqueri Chriſtianos, atque interfici imperaſſet, cujuſmodi tandem illi eſſent, cognovit, præcepitque, nonnullorum quidem opinione, ne quis deinceps in eos animadvertere auderet. (1)

Trajanus autem qui Deorum ſuperſtitione imbutus erat, quod magnum eſſe eorum numerum accepiſſet, qui Chriſtum Deum eſſe credebant, ſecumque mori potius, quam idolis, imaginibuſque Imperatorum ſacrificare ſtatuerant; ac periculum proinde eſſe vidiſſet, ne urbes, vicique deſolarentur, cavit, ne quis in Chriſtianos inquireret. Quo ſane pacto imitatus fuit exemplum Veſpaſiani, Titi, ac Nervæ, quibus principibus, quamvis non deerant, qui Chriſtianos quandoque aggrederentur, atque ad ſupplicium raperent, edicta tamen nulla vulgata fuerunt, quibus accuſari noſtri, occidique præſcriberetur. (2)

Atque Hadrianus, qui initio Imperii paullo iniquior noſtris

Sac. & Profani pag.89n. ſeqq. edit. an. 1732. Contra pugnare Iohannem Dominicum Manſium Congreg. Matris Dei Presb. virum eruditum audio; ſed ejus libellum de hoc argumento, & Antiquitate Lucenſis Eccleſiæ nuſquam vidi. Quamquam qui viderunt, non eſſe ei quod ad rem quamdam attinet, credendum patent.

1 Confer quæ Tertullianus de Domitiano ſcribit *cap.v. Apologet.* & quæ ipſe diſputavi *tom.1. hujus op.pag.42n.ſeqq.*

2 Vide quæ diximus *t.1. hujus op. pag.414. ſeq.* Ex iis enim quæ ſcripta a Trajano ad Plinium fuiſſe animadvertimus, plane colligitur, non fuiſſe amicum Chriſtianorum Imperatorem, ſed aliquanto alienum a crudelitate. Miror autem quid fuerit, quod Pſeudo-Luitprandus in Adverſariis *pag.*512. 597. & Pſeudo-Flavius *in Chronico pag.*273. contendunt, Plinium Juniorem in Creta Inſula fuiſſe a Tito ad Chriſtiana ſacra perductum. Eſtque illud abſurdius, quod Alphonſus Ciacconius ſequutus fabulatorum quorumdam fidem ſingulari opuſculo defendit, Trajanum Gregorii Magni precibus fuiſſe pœnis ſolutum, quæ ſempiternæ eſſe debebant. Atque hauſit hoc ille portentum opinionis ex *vita Gregor. Magni* ab Johanne Diacono ſcripta, & ſermone falſo adſcripto Johanni Damaſceno *de Defunctis pag.*588. *tom.*1. *opp. edit. Lequienii an.*1712. Glycæ *Annalibus pag.*24n. *edit. an.*1660. Conſentientes autem ea in re Ciacconius habuit Franciſcum de Mendoza *lib.*II. *de Floribus ſacris Problem.*VI. Alphonſum Salmeronem *t.*XIV. *operum diſp.* XXVII. *p.*236. *ſeqq. edit.an.*1604. Sed, ut *Alphonſum Toſtatum, Dionyſium Carthuſianum, Dominicum Sotum, Franciſcum Suareſium, Robertum Bellarminum, Blaſium Vegam, Johannem Becanum, Poſſevinum*, alioſque viros eruditiſſimos prætermittam, qui hoc portenti genus rejiciendum putarunt, ut eſt etiam animadverſum a *J. Alberto Fabricio lib.*II. *Bibliotheca Latina cap.*XXII. *pag.*479. *edit. an.*1721. teſtata res eſt, oppugnatos fuiſſe ejuſdem fabulæ defenſores a Monachis Benedictinis S.Mauri *in vita S.Greg.Magni l.*III. *c.*X. *p.*274.*t.*IV.*opp. ed.an.*1705. Cæſare Card. Baronio *ad an.*119. *& ad an.* DCXCIV. *n.* XXX. *ſeqq.* Leone Allatio *Diſſert.*II. *de libris Eccleſiaſticis Græcor.n.*CXXVIII. *pag.*92. *tom.*V. *Biblioth.* Græca Johann. *Alb. Fabricii par.* II. *edit. an.* 1712. *& lib.* I. *de Conſenſu utriuſq. Eccl. & lib.* II. *cap.* XII. *pag.* 663. *edit. Colon. & de conſenſu utriuſque Eccl. in dogm. de Purgator. pag.*14n. *edit. an.*1655. Natali Alexandro *ſeculo* II. *Hiſt. Eccl. par.*1.*pag.*349. *edit. Lucenſis an.*1734. Petro Halloixio *tom.*1. *de viris illuſtr. ſcriptor. Orientalium pag.*420. *ſeq edit. an.*1633. Dionyſio Sammarthano *Hiſt. Gregorii Magni pag.* 283. *ſeqq.* 409. *ſeqq. edit.an.*1697. Nicolao Comneno Papadopulo *Prænotion. Myſtagog. e Jure Canonico pag.*36. *ſeqq.edit. an.*1697. Michaele Lequienio *in notat. ad Johan. Damaſceni tom.*I. *opp. pag.* 583. *edit. an.*1712. aliiſque, quos recenſere non vacat.

ſtris fuerat, & Symphoroſam Martyrem, ejuſque filios interfici juſſerat, ubi cognovit, circumveniri quandoque judices, & calumnia a pleriſque hoſtibus Chriſtianorum agi, ad Minucium Fundanum litteras ſcripſit, quæ ſic haberent; ſi quiſquam Chriſtianus accuſatus eſſet, qui contra leges aliquid peccaſſet, eum quidem puniri oportere. Sin minus, hoc tantum nomine, quod Chriſtianus ſit, nemini eſſe deinceps (1) pereundum. Proditum præterea ab Ælio Lampridio eſt, Hadrianum templum Chriſto Servatori extruere, eumque in Deos referre voluiſſe, idque ne faceret miniſtros falſorum numinum impediſſe, qui dicerent, ſi ulla dicata Chriſto templa fuiſſent, genus hominum univerſum Chriſtianum ſine (2) dubio futurum. Poſt

1 Lucius Cæcilius *lib. de mort. Perſecutor. cap.* II. *pag.* 587. *tom.* II. *opp. edit. an.* 1748. omnes principes, qui a Domitiano ad Decium vixerunt, nihil eſſe in Chriſtianos molitos ſtatuere videtur: „ Reſciſſis, *inquit*, actis Tyranni non tantum in ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta „ eſt, ſed etiam multo clarius, ac floridius enituit, ſecutiſque temporibus, quibus multi ac bo- „ ni principes imperii clavum, regimenque tenuerunt, nullos inimicorum impetus paſſa, manus „ ſuas in Orientem, Occidentemque porrexit; ut jam nullus eſſet terrarum angulus tam remo- „ tus, quo non religio Dei penetraſſet, nulla denique natio tam feris moribus vivens, ut non „ ſuſcepto Dei cultu, ad Juſtitiæ opera miteſceret „. Vide Lactantium *l.* VII. *c.* XXVI. *Divinar. Inſtit. pag.* 588. *edit. an.* 1748. *t.* I. *opp.* quo loco habitos fuiſſe in numero bonorum Imperatores quoſdam affirmat, qui ante Conſtantinum floruerant. At negari nullo modo poteſt, quin Veſpaſiano, & Tito ante Domitianum, poſt Nerva, Trajano, Hadriano, Antoninis, Commodo, Severo &c. Imperatoribus permulti aut plebis impetu, aut etiam voluntate Imperatorum in jus vocati Chriſtiani fuerint, excruciatique omni genere ſuppliciorum. Vide *tom.* I. *pag.* 416. *ſeqq.* ſed ita fortaſſe, dicet quiſpiam, loquutus Cæcilius eſt, quod poſt Domitianum, & ante Decium etſi aliqui Imperatores in Chriſtianos ſævierunt, tamen nulli fuerint, qui edictis vulgatis, præceperint delendum eſſe nomen Chriſtianorum. Atenim edicta fuiſſe a Septimio Severo ſcripta circa an. 202. oſtenſum a nobis eſt *tom.* I. *pag.* 438. *not.* 2. Equidem dictum id arbitror a Cæcilio, quod de Cæſaribus ageret, qui miſere perierunt poſteaquam in Chriſtianos omnia ſævitiæ, crudelitatiſque exempla edenda decretis publicis ſtatuiſſent, cujuſmodi a Domitiano ad Decium nulli fuerunt. Alioqui Cæcilius lapſus eſſet manifeſto errore. De Hadriani litteris ad Minucium Fundanum Proconſulem Aſiæ Provinciæ ſic habet Hieronymus *in Chron. Euſebiano p.* 168 *edit. Pontaci an.* 1604. „ Quadratus diſcipulus Apoſtolorum, & Ariſtides Athenienſis noſter Philoſophus libros pro Chri- „ ſtiana religione dedere compoſitos, & Serenus Granius legatus vir apprime nobilis litteras ad „ Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem „ concedi, & ſine ullo crimine nominis tantum, & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Hadria- „ nus Minucio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcribit, non ſine objectu criminum Chriſtianos condem- „ nandos, cujus epiſtolæ uſque ad noſtram memoriam durat exemplum. Confer quod extat exemplum in extrema prima Apologia Juſtini *n.* LXIX. *edit. Monach. S. Mauri*, & Euſebium *l.* IV. *Hiſt. cap.* IX. *pag.* 153. *edit. Cantabrig.* Vide præterea Sulpicium Severum *lib.* II. *Hiſt. c.* XXXI. *pag.* 381. *edit. an.* 1582. & Oroſium *lib.* VII. *cap.* XIII. *edit. Havercampi an.* 1738. Neque vero Minucio Fundano ſolum, ſed etiam aliis pluribus, qui præfecti provinciis erant, eodem fere modo Hadrianus ſcripſit, ut eſt auctor Melito Sardianus apud Euſebium *l.* IV. *cap.* XXVI. *pag.* 190. „ Inter quos (Imperatores) avum tuum Hadrianum, *inquit*, πολλοῖς μὲν ϗ ἄλλοις, ϗ Φουν- „ δάνῳ δὲ τῷ ἀνθυπάτῳ ἡγουμένῳ τῆς Ἀσίας γράφων φαίνεται, *& pluribus quidem aliis*, „ *& Fundano Proconſuli Præſidi Aſiæ ſcripſiſſe apparet*. Adeundi Baronius *ad an.* 128. *num.* V. & Petrus Daniel Huetius Demonſtrationis Evangelicæ *Prop.* III. *num.* XX. *pag.* 42. *edit. Venet. an.* 1733. Pagius *ad an.* 126. *num.* III. *& ad an.* 134. *num.* 3.

2 De templis, quæ ab Hadriano extructi cœpiſſe feruntur, ſic habet Ælius Lampridius in

Ale-

Poſt Hadrianum Antoninus Pius Auguſtus, quod clamore vulgi rapi in jus noſtros, atque incognita cauſſa damnari intelligeret, cum ad Lariſſeos, Athenienſes, alioſque ſcripſiſſet, tum litteras ad Commune (1) Aſiæ dedit, præcepitque, ne quis Chriſtianos religionis cauſſa punire auderet. Quodſi quis fuiſſet, qui nihiloſecius accuſandos arbitraretur, is ſciret ſe impune minime laturum (2).

Antonino Pio imperio, atque vita functo, Marcus Aurelius Antoninus, etſi rogatus a noſtris etiam atque etiam fuiſſet, ut Ethnicis, qui provinciis præfecti erant, modum ſæviendi in Chriſtianos, quos innocentes eſſe cognoverant, facere, reſcindique de-

Alexandro Severo *c.*XLIII. *p.*993. *t.*1. *Script. H. Aug. ed. a.*1671. „ Chriſto templum facere voluit, „ eumque inter Deos recipere: quod & Hadrianus cogitaſſe fertur, qui templa in omnibus civita- „ tibus ſine ſimulacris juſſerat fieri, quæ hodie idcirco, quia non habent numina, dicuntur Ha- „ driani, quæ iſte ad hoc paraſſe dicebatur; ſed prohibitus eſt ab iis, qui conſulentes ſacra, „ repererant omnes Chriſtianos futuros, ſi id optato eveniſſet, & templa reliqua deſerenda „. Negant fidem ei hiſtorico adhibendam Caſaubonus in *notat. in hunc locum Lampridii*. Pagius ad *an.*134. *n.*IV. Baſnagius *in Annal. ad an.*126. *n.*V. Eaque templa Hadrianum aut ſibi, aut diis, inlaturum deinde in ea ſimulacra, non Chriſto extrui juſſiſſe, (quæ poſt *Hadrianea* fuerint appellata, ut eſt apud Epiphan. *tom.*1. *opp. pag.*136. *edit. an.*1622.) putant. Silentium autem Patrum veterum Juſtini, Tertulliani &c. magni eſſe ad ſuam opinionem confirmandam momenti arbitrantur. Contra Petrus Daniel Huetius *Demonſtr. Evang. Prop.*III. *num.*XXIII. *pag.*45., & Dominicus de Colonia S. J. *tom.*II. *De la religion Chretienne auctoriſée par le temoignage des anciens auteurs Payens tom.*II. *pag.*23. *ſeq. edit. an.*1718. non eiſe ſcriptori Ethnico de Chriſtianis bene loquuti negandam auctoritatem defendunt. Non omnia Patribus innotuiſſe, quæ cogitata, geſtaque fuerant tempore ſuperiorum principum. Atque eos adducere hoc genus exempli, ut ſuam cauſſam tuerentur, non potuiſſe. Nam fuiſſe Ethnicis, quod reſponderent, in promtu: Juſſiſſe quidem Hadrianum templa Chriſto fieri, ſed mutaſſe conſilium. Quod ait Caſaubonus de ſimulacris in eadem templa poſt inferendis, illud quidem cum Lampridii ſententia pugnare. Eum hiſtoricum ſic ſtatuere: *præceptum ab Hadriano fuiſſe, ut templa ſine ſimulacris* extruerentur. Falſum eſſe, quod dicitur de iiſdem templis ab Imperatore ſibi deſtinatis. Spartianum enim, quem Caſaubonus teſtem appellat, extruxiſſe quidem ſibi Hadrianum templa dicere, non extrui juſſiſſe, ut ſibi poſt mortem dedicarentur. *Vide Spart. in Hadriano c.*XIII. *pag.* 126. *edit. an.*1671. Vide, lector, utra ſit harum ſententiarum ad veritatem propenſior.

1 Confer quæ diſputavimus *tom.* 1. *pag.* 381. *not.* 3. & Euſebium *lib.* IV. *Hiſt. Eccl. cap.* XIII. *pag.* 159. Melito Sardenſis apud eumdem Euſebium *lib. eodem cap.* XXVI. *pag.* 190. „ Pater quoque tuus, *inquit*, (alloquitur autem M. Aurelium) quo tempore cuncta ſimul cum ipſo admi- „ niſtrabas, ſcripſit ad civitates, ne contra nos tumultus concitarent: nominatim ad Lariſſeos, „ ad Theſſalonicenſes, ad Athenienſes, ad univerſos denique Græcos.

2 Sic autem habet apud Euſebium *l.* IV. *c.* XIII., & in extrema *priore Apolog. Juſtini* Antoninus „ Super quibus plurimi ex provinciis Judices etiam venerabili Patri noſtro (Hadriano) „ ſcripſerunt. Quibus reſcriptum eſt ab eo, ut nihil omnino moleſtiæ hujuſmodi hominibus ge- „ nerarent, niſi forte arguerentur aliquid adverſum ſtatum Romani regni moliri. Sed & mihi „ ipſi de his quamplurimi retulerunt. Quibus ego paternam ſequutus ſententiam pari modera- „ tione reſcripſi. Quod ſi quis perſiſtit hujuſcemodi hominibus abſque ullo crimine movere ne- „ gotia, ille quidem, qui delatus pro hoc nomine fuerit ἀπολελύσθω abſolvatur; etiamſi pro- „ betur id eſſe, quod ei objicitur, Chriſtianus. Is autem, qui crimen obtendit, reus pœnæ „ ipſius, quam objecit, exſiſtat „. Aliquando tamen, antequam de innocentia Chriſtianorum cognoſcet, in noſtros crudelem fuiſſe Antoninum, oſtenſum a nobis fuit *pag.* 432. *ſeq.*

creta, quæ ab ipſo publicata (1) eſſe dicebantur, juberet, tamen annuendum non putavit, quoad virtutem eorum Marcomannici belli tempore (2) perſpexit. Itaque hoc principe multi exagitati, ſpoliati, populique rogatu beſtiis objecti, & lacerati, interfectique Chriſtiani (3) fuerunt. Sed prodigio, de quo ſupra demonſtratum eſt, permotus, ſic eſſe plectendos delatores Chriſtianorum ſanxit, ut etiam ii, quorum eſſet nomen ad judices delatum, pœnas abjectæ ſuperſtitionis deorum (4) luerent. Non enim aſſentior his, qui a Marco datas fuiſſe ad Senatum litteras cenſuerunt, quibus ſignificaretur, accuſatores Chriſtianorum exuri (5) vivos, Chriſtianoſque dimitti liberos oportere. Nam quæ litteræ in extrema priore Juſtini Apologia leguntur, confictæ, neſcio cujus, impoſtoris fraude, tributæque Marco injuria fuerunt, qui ne poſtremo quidem imperii tempore deterrendos a maleficio Ethnicos putabat (6).

Multo æquior Commodus (7) Chriſtianis fuit. Quum enim initio imperii accepiſſet, agi in eos a Præſidibus, populoque crudeliter ſolere; idque jam ægre tuliſſet, nolle ſe dixit, ut quiſquam in poſterum tempus condemnaretur, qui nullo eſſet ſcelere implicatus, quod reipublicæ afferre detrimentum poſſet.

1 Vide *tom.1. hujus operis pag.434. ſeq.* Non admodum autem profeciſſe Patres, qui Marcum oraverant, ut ſuis præſidibus, plebique finem vexandi noſtros facere juberet, conſtat ex *l.11. operis ejuſdem Marci* de ſua vita, quem extremis imperii annis ſcripſit. Conſule *tom.1.* hujus operis loco mox indicato.

2 Conſule *tom.1. hujus operis pag.364. ſeqq.*

3 Vide tom. eumdem *p.434. ſeqq.*

4 Tertullianus *Apolog. cap.v.* „ Litteræ, *inquit*, Marci Aurelii Imperatoris requiruntur, „ quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum forte militum precationibus, impetrato imbri, „ diſcuſſam conteſtatur. Qui ſicut non palam ab ejuſmodi hominibus pœnam dimovit, ita alio „ modo palam diſperſit, adjecta etiam accuſatoribus damnatione, & quidem tetriore „. Vide quæ dixi *tom.1. pag.382. ſeq.*

5 Vide *l.c. tom.1. hujuſce operis.*

6 Ex loco Tertulliani modo recitato plane colligitur, litteras ad Senatum, quæ Marco Aurelio tribuuntur, in ſpuriis eſſe numerandas. Adjectæ autem illæ a ſcriba, neſcio quo, extremæ priori Apologiæ Juſtini Martyris fuerunt. Nam iis in litteris ſic habetur. Quodſi quis inventus fuerit crimini „ dare culpiam, quod Chriſtianus ſit, ei quidem, qui in crimen vocatur, manifeſtum fieri volo, „ nihil aliud objectum eſſe, quam quod Chriſtianus tantum eſt, eum autem qui Chriſtianum ac„ cuſavit, vivum exuri: illum qui Chriſtianum ſe eſſe profeſſus fuerit, periculo omni, quod ob „ eam rem ei credebatur, liberatum is, cui provincia commiſſa eſt, nequaquam ad pœnitentiam adigat, aut libertatem ei adimat. Hæc autem ſic etiam ſanciri volo, atque hoc meum „ edictum in foro divi Trajani proponi, ut legi poſſit „. Quis vero non animadvertat falſa hæc eſſe, & cum hiſtoria, & loco mox relato Tertulliani pugnantia? Vide *tom.1. hujus op. pag.382.* Scaligerum *in Animadverſ. ad Euſeb. pag.222.* & Chriſtophorum Cellarium *Diſſert. de primo Principe Chriſtiano* § XVIII.

7 Vide *tom.1. hujus op. pag.383. not.3. & pag.437. not.1.*

Digitized by Google

ſet. Non enim religionis, quæ nihil mali contineret, ſed flagitiorum reos extremo ſupplicio affici debere.

Atque Septimius Severus (1) cum primum potitus imperio eſt, pari æquitate in Chriſtianos utendum exiſtimavit. Igitur eorum aliquos in ſuis ædibus verſari, palamque profiteri Chriſtianiſmum permiſit. Cumque memor eſſet beneficii, quod a Proculo, qui *Toparcion* vocari conſueverat, accepiſſet (prodigio enim Cæſarem, cum eſſet privatus, adverſaque valetudine laboraret, ſanaverat) ei ad ſe adducto, ſecum ut ſemper in Palatio maneret, poteſtatem fecit. Quinetiam Caracallam filium (2) nutrice uti Chriſtiana voluit, ac viros, feminaſque omnes, quas, ut erat a Chriſto conſtitutum, vivere cognorat, non modo non læſit, ſed etiam laudavit, populoque furenti, ne quid in eos mali auderet, (3) præcepit. Sed cum mutata deinde voluntate, acerbe, crudeliterque de Chriſtianis decreviſſet, & puerum, qui cum Antonino Caracalla educatus fuerat, ob religionem cædi juſſiſſet, id graviter adeo Antoninus tulit, ut diu non modo non alloqui, ſed ne dignari quidem Patrem aſpectu vellet (4).

Juliam Mamæam Alexandri Severi matrem fuerunt, qui Chriſtianam religionem coluiſſe (5) arbitrarentur. Quorum

Ii 2 ex

1 Da Septimio Severo Tertullianus *lib. ad Scapulam cap.* IV. *pag.* 71. *edit. nova Venet.* „ Ipſe etiam Severus Pater Antonini Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianum, „ qui Toparcion cognominabatur, Evhodiæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando cura- „ verat, requiſivit, & in palatio ſuo habuit uſque ad mortem ejus, quam & Antoninus optime „ noverat, lacte Chriſtiano aducatus. Sed & clariſſimas feminas, & clariſſimos viros, Severus „ ſciens hujus ſectæ eſſe, non modo non læſit, verum & teſtimonio exornavit, & populo furenti „ in nos palam reſtitit „. Sed quæ Severus poſt geſſerit anno circiter imperii X. cognoſcet lector ex iis, quæ diſputata ſunt tomo ſuperiore *pag.* 438. *ſeqq.*

2 *Lacte Chriſtiano educatum* fuiſſe ſcribit *ibid.* Tertullianus.

3 Vide mox allatam Tertulliani teſtimonium.

4 Spartianus *in Caracalla cap.* I. *pag.* 707. *edit. an.* 1571. „ Septannis puer, *inquit*, cum „ collaſorem ſuum puerum ob Judaicam religionem gravius verberatum audiſſet, neque patrem „ ſuum, neque patrem pueri, vel auctores verberum diu reſpexit „. Sed de Severo conſule Tillemontium in *vit. Imperator. t.* III. *edit. Pariſ. p.* 1. *ſeqq.* 89. *ſeq.* & Samuelem Petitum *Comment. de legibus Atticis pag.* 301. & Diatriba *de jure, Principum edictis, Eccleſiæ quæſito pag.* 60. 64. & Baronium *ad an.* 195. *n.* IV.

5 Euſebius *lib.* VI. *Hiſtoria cap.* XXI. *pag.* 286. *edit. Cantabrig.* „ Mater Alexandri Imperatoris Mamæa nomine, pia imprimis, ac religioſa femina cum Origenis nomen ubique jam celebertimum haberetur, adeo ut ad ipſius quoque aures delatum eſſet, conſpectu ejus frui, & „ ſcientiam rerum divinarum, quam omnes in eo viro magnopere admirabantur, certiſſimo experimento cognoſcere concupivit „. Similia ſcribit Hieronymus *de Viris Illuſtribus cap.* LIV. *pag.* 116. *edit. Martian. tom.* IV. *opp. par.* II. Hinc factum eſt, ut *Chriſtiana* ab aliquibus appellata

ex eo imprimis orta ſententia eſt, quod ejus inſignem in noſtros fuiſſe benevolentiam conſtaret. Igitur cum ſingulari apud filium auctoritate valeret, ipſaque per ſe moderari rempublicam videretur, actum hinc eſt, ut noſtri in honore haberentur, templaque Imperatoris voluntate extruerent, in iiſque ſine metu (1) congregarentur. Jam vero Alexander, etſi erat ſuperſtitione Deorum imbutus, tamen Chriſto rem divinam (2) Ethnicorum more facere, & præcepta quædam (3) morum, quæ a noſtris coli perſpiciebat, probare, eaque palam enunciare, ut a ſuis etiam colerentur, ſolebat. His ille moribus cum vixiſſet, Maximino ſucceſſori, qui male in ipſum eſſet animatus, occaſio ſæviendi in Chriſtianos fuit (4).

Sublato Maximino, Gordianoque Auguſto interfecto, Philippus Arabs adeptus imperium eſt. Is quum Chriſtianis partibus ſtuderet, non aliquos veterum modo, ſed novos etiam quoſdam ſcriptores induxit, ut eum, ejuſdemque nominis filium Auguſtum Chriſtianos fuiſſe defenderent. Placuit ea ſane aliquando Baronio, (5) Petro Danieli Huetio, (6) Johanni Rodolfo Wetſtenio, (7) Stephano Moynio, (8) aliiſque

lata eadem Imperatoris mater fuarit, qui cernerent piam fuiſſe ab Euſebio, atque religioſam vocatam. Vide Oroſium *l.* VII. *c.* XVIII. *edit. Havercampi p.* 507. *ſeq.* Sed de Mamæa videndi Baronius *ad an.* 220. *num.* VI. Tillemontius *t.* III. *vit. Imp. pag.* 157. *ſeq. edit. Pariſ.* Orſius *Hiſt. Eccl. tom.* III. *pag.* 46. *ſeq. edit. Prima.* Triſtanus *in Imp. Rom. pag.* 421. *tom.* II. Chriſt. Kortholtus *Diſſ. Hiſt. de Phil. Alex. Mamaa &c. Chriſtianiſmo edit. an.* 1667. Spanhemius Junior *tom.* II. *opp. pag.* 405. ex quibus etiam cognoſcet lector, defeciſſe poſtmodum eam a recta inſtitutione vitæ.

1 Lampridius in vita Alexandri Severi *cap.* XLIX. *pag.* 1003. *edit. an.* 1671. „ Cum Chriſtiani „ quemdam locum, qui publicus fuerat, occupaſſent, *inquit*, contra popinarii dicerent, ſibi „ eum deberi, reſcripſit, melius eſſe, ut quomodocumque illic Deos colatur, quam ut popinariis dedatur. Vide Baronium *ad. an.* 224. *num.* IV. Tillemontium in Alexandri *vita tom.* III. *eod. pag.* 163. *ſeq.* Verum de hac re erit in libro de ſacris ædificiis copioſius diſſerendum.

2 Lampridius in *vita Alexandri Severi cap.* XXIX. *p.* 930. *ſeq.* „ Matutinis horis in larario ſuo, „ in quo & divos principes, ſed optimos, electos, & animas ſanctiores, in queis & Apollonium, „ & quantum ſcriptor ſuorum temporum dicit, *Chriſtum*, Abraham, & Orpheum, & hujuſmodi „ *Deos* habebat, ac majorum effigies, rem divinam faciebat &c.

3 Idem Lampridius *cap.* LI. *p.* 1007. hæc per præconem clamari juſſiſſe Alexandrum Severum ſcribit: *quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris. Idem c.* XLIII. *p.* 993. „ Chriſto templum facere „ voluit, eumque inter Deos recipere, quod & Hadrianus cogitaſſe fertur „. *Cap.* XXII. *p.* 914. „ Judæis privilegia reſervavit. Chriſtianos eſſe paſſus eſt.

4 Euſebius *lib.* VI. *Hiſt. Eccl. cap.* XXVIII. *pag.* 293. „ Cæſo, *inquit*, Alexandro ... in ejus „ locum ſuccedit Maximinus (an. 235.), qui gravi odio ſuccenſus adverſus familiam Alexan„ dri, in qua plerique erant Chriſtiani, perſecutione excitata, ſolos Eccleſiarum antiſtites, utpote prædicationis Evangelicæ auctores interfici juſſit.


5 Ad *ann.* 246. *num.* IX.

6 *Origenianor. lib.* I. *cap.* 3. *num.* IV.

7 *Ad libros Origeni adſcriptos contra Marcionitas in Præfat. pag.* 8. *ſeqq. edit. an.* 1674.

8 *Not. ad varia ſacra pag.* 1106. *ſeqq.*

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google

que (1) ſententia. Momenta autem rationum, quibus permoti ſic eſſe ſtatuendum judicaverunt, hæc erant omnino. I. Euſebio Cæſarienſi, niſi graviſſima monumenta poſtulent, numquam eſſe in hoc genere denegandam fidem. Scriptum autem fuiſſe ab Euſebio (2) in Hiſtoria, utrumque Philippum nomen Chriſtianæ religioni dediſſe. II. Ejuſdem rei Dionyſium (3) Alexandrinorum Epiſcopum teſtem eſſe, cui ſcriptori & gravi, & æquali temporum illorum qui repugnet, hunc contra præcepta criticæ facultatis agere. III. His illis duobus, quos diximus, Chryſoſtomum (4), Hieronymum, Oroſium, & Vincentium Lirinenſem accedere. IV. Acta Pontii (5) Martyris, quem cum Philippis vixiſſe ferunt, idipſum omnino flagitare. Quodſi vitiata multis partibus ſunt, non hinc eſſe continuo conſequens, contemni eadem oportere. V. Nihil eſſe præterea, quod efficere plane poſſit, numquam Philippos induxiſſe animum, ut Chriſtianam religionem profiterentur. Contra Joſephus (6) Scaliger, Chriſtianus Kortholtus, (7) Antonius Pagius, (8) Chriſtophorus Cella-

1 Bollandiani *tom.* I. *Januarii ad d.*xx. *pag* 253. Petrus Taſſinus S. J. *de Anno*, *&* *Ludis ſecular. tom.*VIII. *Antiquit. Romanar. edit. Batava Gravii pag.*617. Natalis Alexander *Hiſt. ſec.* III. *pag.*668. *edit. Lucenſis an.*1734. aliique, quos numerat Ciampinus *Diſquiſitione de duobus Emblematibus in Cimelio Cardinalis Carpinei aſſervatis edit. Romana an.* 1691.

2 Euſebius *lib.* VI. *Hiſt. cap.* XXXIV. *pag.* 298. Τοῦτον κατέχει λόγος χριστιανὸν ὄντα, ἐν ἡμέρᾳ τῆς ὑστάτης τοῦ πάσχα παννυχίδος, τῶν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εὐχῶν τῷ πλήθει μετασχεῖν ἐθελῆσαι· οὐ πρότερον δὲ ὑπὸ τοῦ τηνικάδε προεστῶτος ἐπιτραπῆναι εἰσβαλεῖν, ἢ ἐξομολογήσασθαι, καὶ τοῖς ἐν παραπτώμασιν ἐξεταζομένοις, μετανοίας τε χώραν ἴσχουσιν, ἑαυτὸν καταλέξαι. ἄλλως γὰρ μὴ ἄν ποτε πρὸς αὐτοῦ, μὴ ὀυχὶ τοῦτο ποιήσαντα, διὰ πολλὰς τῶν κατ' αὐτὸν αἰτίας παραδεχθῆναι. „ Hunc (Philippum) fama „ fert, Chriſtianum exſiſtentem, in poſtrema Paſchæ vigilia precationum in Eccleſia participem „ ſimul cum reliquo populo fieri voluiſſe. Sed Epiſcopum, qui tunc Eccleſiæ præerat, non prius „ illi aditum permiſiſſe, quam confeſſionem ſcelerum feciſſet, iiſque, qui lapſi fuerant, & in pœ„ nitentium ordine ſtabant, ſeſe adjunxiſſet. Aliter enim numquam certe, niſi id prius feciſſet, „ admiſſus fuiſſet propter multa, quæ perpetrarat, flagitia.

3 Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium *lib.* VII. *Hiſt. Eccl. cap.* X. *pag.*331. *edit. Cantab.* „ Neque enim ullus ſuperiorum Principum, ne illi quidem ipſi, qui palam Chriſtiani fuiſſe di„ cuntur, tanta humanitate, ac benevolentia noſtros complexus eſt. Conſule Pagium ad an.253. *num.*XX.

4 Chryſoſt. *Homil. de S.Babyla M. tom.* II. *opp. pag.*545. *ſeq. edit. Montfauconiana*, Hieronymus *In Chronic. Euſeb. edit. Pontaci pag.*177. Oroſius *lib* VII *cap.*XX. *pag.*513. *edit. Havercampi.* Vincentius Lirinenſis in Commonitorio *c.*XXIII. *p.*75. *t.*IV. *Bibl. PP. edit. Pariſ. an.*1589. Conſule Tillemontium *tom.*III. *Hiſt. Imperatorum pag.*631. *edit. Pariſ. an.*1702.

5 Conſule Acta S.Pontii apud Baluzium *tom.* II. *Miſcellaneorum pag.*130. *ſeqq.* & Bollandianos *tom.* III. *Maii ad d.*XIV. *pag.* 276.

6 Ad Chronicon Euſebii *n.*MMCCLX. *pag.*234. *edit. an.*1658.

7 *De Perſecutionibus Eccleſiæ cap.*VIII. *pag.* 305. *ſeqq. & Diſſert. Hiſtorica de Philippi Arabis, Alexandri, Mamææ Chriſtianiſmo, edit. Kilon. an.*1667.

8 *Ad an.*244. *num.*V. *ſeqq.* 247. *num.*VI. *ſeq.*

Cellarius, (1) Fridericus Spanhemius (2) filius, Benedictus (3) Pictetus, & Thomas Vincentius (4) Monelia Ordinis Prædic. cum multa eſſe in vetere hiſtoria viderent, quæ impedirent, quo minus Huetio, ceteriſque, quos ſupra numeravi, aſſentirentur, de libris ſcribendis cogitarunt, quibus eam opinionem refellerent. Igitur aſſequi ſe nullo modo poſſe dixerunt, quemadmodum Chriſtianis annumeratus fuerit is, qui non ſolum cum in Oriente ageret, ſed etiam cum Romam veniſſet, rem divinam falſis divinitatibus fecit (5), ludos ſeculares celebravit, qui pleni crudelitatis, & ſuperſtitionum (6) erant. Incredibile præterea videri, cudi juſſu Imperatoris Chriſtiani nummos potuiſſe, in quibus ipſe, filiuſque ſacrificantes (7) exhiberentur. Factum

1 *Diſſert. de primo Principe Chriſtiano xv. pag. 322. ſeq. num. xxi.*

2 *Tom. II. opp. pag. 400. ſeqq.*

3 *Diſſertatione contra P. Fayum.*

4 *Diſſertat. de religione utriuſque Philippi pag. 1. ſeq. edit. Rom. an. 1741.* His accedunt Samuel Baſnagius *tom. II. de Annal. pag. 333. ſeqq.* Johannes Andreas Boſius *Exercit. II. de Pontificat. Max. Rom. Imperat. tom. v. Antiq. Roman. edit. Batav. Grævii pag. 290.* Franciſcus Blanchinus ex Pagio *tom. II. Anaſtaſii in obſervat. ad S. Fabiani vitam pag. 190. ſeq. edit. Rom. an. 1723.*

5 Ita quidem poſtulat nummus, quem exprimit Figura xi. *Tab.* vii. quem hoc loco apponi curavimus, & de quo mox erit differendi locus.

6 Victor *in Epit. p. 540. t. 1. H. Rom. Script. ed. a. 1588.* „ Animi ſeveri, & triſtis animi fuit (Philip„ pus Junior) ut patrem ludis ſecularibus petulantius cachinnantem, quamquam adhuc tener, vultu „ notaverit averſo „. Quanta autem in hiſce ludis ſuperſtitio eſſet, & quot ſigna ſævitiæ, & crudelitatis, cognoſci poteſt ex verbis Capitolini in *Gordiani vita pag. 132. t. 2. Script. Hiſt. Aug. edit. an. 1671.* „ Fuerunt ſub Gordiano Romæ Elephanti xxxii. quorum ipſe xii. miſerat; Ale„ xander x. Alces x. Tygrides x. Leones manſueti lx. Leopardi manſueti xxx. Belbi, ideſt „ hyænæ x. Gladiatorum fiſcalium paria M. Hippopotamus, & Rhinoceros unus, Archoleontes x. „ Camelopardali x., Onagri xx., Equi feri xl., & cetera ejuſmodi animalia innumera, & di„ verſa, quæ omnia Philippus ludis ſecularibus vel dedit, vel occidit. Has autem omnes feras „ manſuetas, & præterea efferas parabat ad triumphum Perſicum; ſed votum publicum nihil „ valuit; nam omnia Philippus hæc exhibuit ſecularibus ludis, & muneribus, atque Circenſi„ bus, cum milleſimum ab urbe condita annum in conſulatu ſuo, & filii ſui celebravit „. Confer Moneliam *l. c. cap. II.* quo loco demonſtrat: *Philippum cum filio annum, ludoſque ſeculares celebraſſe, idque cum Chriſtiana religione pugnare.* Confer præterea *fig.* i. ii. iii. iv. v. vi. vii. viii. *tab.* vii. *mox laudata.* Conſule etiam *caput.* iv. ejuſdem Diſſ. Monelianæ, quo demonſtratur: *Philippos Imperatores nulla neceſſitate compulſos, ſed libentes, volenteſque annum ſecularem celebraſſe.*

7 Nummus maximi moduli ex duobus metallis, ut Franciſcus Baldinus cenſet, conflatus flavo atque rubro, qui figura xi. *tab.* vii. exhibetur, quique cum trecentis aliis ex muſeo Eminentiſſimi Cardinalis Alexandri Albani in Bibliothecam Vaticanam tranſlatus eſt, exprimit Philippos Patrem, atque Filium in aditu templi ornatiſſimi octo columnis ſuffulti rem divinam facientes, tibicine, popa, & victimario adſtantibus, biniſque aliis ſuperſtitioſi cultus adminiſtris cum inſcriptione SAECVLVM NOVVM. Ex eo nummo quam eſſent ſuperſtitioſi Philippi conſtat. Nam ejus eſt generis, qui non Senatus conſulto, ut ſunt ærei omnes primæ, atque ſecundæ formæ, ſed ex iis maximi moduli, qui unius Imperatoris juſſu, auctoritateque cuſi, amicis, & viris dignitate præſtantibus diſtribuebantur.

Factum id vero a Philippo fuiſſe, cujus etiamnum ejus generis nummi circumferuntur. Igitur lapſum errore fuiſſe Leontium (1) Antiochenum, qui eum quo tempore Antiochiæ agebat, adeoque jam uſque ab initio Imperii, Chriſtianum fuiſſe affirmavit. Quid enim? A Chriſtiano ne quiſquam putet, ubi ad urbem pervenit, ſacrificia fuiſſe falſis numinibus procurata? Nam Euſebium, cui ſane plurimum de Eccleſiaſticis rebus credendum eſt, nihil certi ſtatuere. Etenim quod una fama, ſermoneque aliquorum elatum in populum fuiſſe ſcribit, (2) hoc ſcilicet uti certum, atque teſtatum concedi non oportere. Nihil eſſe in Chronico Euſebiano(3) adverſæ cauſſæ patronis præſidii. In libris de Vita (4) Conſtantini ab eodem Cæſarienſi Epiſcopo demonſtrari, quis tandem primus fuerit principum Chriſtianorum.

1 Sic enim ſcribit auctor Chronici Paſchalis ad *Olympiada* CCLVII. *pag.* 270. *edit. Pariſ. an.* 1688. „ Ex majorum relatione & hoc de S. Babyla ad alios pervenit, ut iis, qui ante hæc „ tempora vixere, narravit Beatus Leontius Antiochiæ Epiſcopus (*Beatum vocat hominem* „ *Arianum*). Hic Decius S. Babylam non ſolum quod Chriſtianorum religionem profiteretur, „ interfecit, ſed & quod Imperatoris Philippi uxorem, atque adeo ipſum Philippum utrumque „ Chriſtianum ab ædis Sacræ ingreſſu arcere eſſet auſus propter perpetratum a Philippo crimen, „ quod ejuſmodi fuit. Philippus iſte janior, cum præfecturam prætoris, imperante illius deceſſore Gordiano, gereret, commendatum ſibi, ac ſuæ tutelæ datum a Gordiano filium, ipſo „ Gordiano Imperatore mortuo, interfecit, ac imperium arripuit „. Quam multa paucis verbis peccata! An Gordianus tutelam filii puero commendaſſet, qui vix loqui per ætatem poterat? Jam vero præfectus ne puer Philippus prætorio fuiſſet? Equidem tam turpiter erranti Chronographo nemo, ut opinor, prudens aſſentietur.

2 Conſule ſupra recitatum Euſebii locum. Ex eo cognoſces famane, an veritatis vi fuerit permotus, ut ſcriberet. Atque eſt illud præterea animadvertendum, Euſebium, Leontium &c. tritam aliquorum ſermone fuiſſe dicere, Philippum utrumque Chriſtianiſſimum fuiſſe profeſſum, antequam Romam veniſſet. At componi hæc cum ludis ſecularibus nullo modo poſſunt, qui ut eſt dictum pleni erant ſævitiæ, & impietatis.

3 Chronicon Euſebii vitiatum eſt multis partibus, ut nemo harum rerum peritus inficiatur. Igitur qui *hiſtoriæ*, *libriſque de vita Conſtantini* Chronicon anteponunt, ne hi vehementer labuntur. Adeundum Chronicon ipſum *ad annum* Abrahami 2260. *pag.* 177. *edit. Pontaci*.

4 Euſebius *lib.* IV. *De vita Conſtantini cap.* LXII. *pag.* 662. *edit. Cantabrig.* ὁ δὲ μόνος, inquit, τῶν ἐξ αἰῶνος αὐτοκρατόρων Κωνσταντῖνος Χριστοῦ μαρτυρίοις ἀναγεννώμενος ἐτελειοῦτο· θείας τε σφραγῖδος ἀξιούμενος, ἠγάλλετο τῷ πνεύματι „ Solus igitur ex omnibus, „ qui umquam fuerunt, Imperatoribus Conſtantinus in Chriſti Martyriis renatus, perfectus eſt, „ & divino ſignaculo donatus, exultavit ſpiritu „. Idem eſt memoriæ traditum a Lactantio in Procemio *Divinarum Inſtitutionum l.* 1. *cap.* 1. *pag.* 4. *edit. opp. an.* 1748. *tom.* 1. „ Conſtantine, „ *inquit*, Imperator Maxime, qui primus Romanorum principum repudiatis erroribus, majeſtatem Dei ſingularis ac veri & cognoviſti, & adoraſti „. De hoc loco vide *adnot.* Dufreſnii *ibid. ad lin.* XVII. Rurſum Lactantius *lib.* VII. *cap.* XXVI. *pag.* 588. „ Nec immerito, *ſubdit*, rerum Dominus, ac rector te potiſſimum (Conſtantine) delegit, per quem ſanctam religionem „ ſuam inſtauraret, quoniam unus ex omnibus extitiſti, qui præcipua virtutis, & ſanctitatis „ exempla præberes, quibus antiquorum principum gloriam, quos tamen fama inter bonos numerat, non modo æquares, ſed etiam, quod eſt maximum, præterires. Illi quidem natura fortaſſe tantum ſimiles juſtis fuerunt. Qui enim moderatorem univerſitatis Deum ignorat, ſimi- „ litu-

Digitized by Google

rum. Ac ne in cogitationem quidem cadere, ut qui ante Conſtantinum nullum fuiſſe Imperatorem dixit, qui noſtris ſe ſacris addixerit, idem affirmarit, Philippum non modo in baptizatorum, ſed etiam in pœnitentium numero fuiſſe. Dionyſium Alexandrinum aut prætermiſiſſe quod erat de Philippi religione, aut ſi quidquam dixit, non ſua, ſed aliorum opinione dixiſſe. Eum namque Epiſcopum ſic habere: fuiſſe aliquos Imperatores(1), qui Chriſtiani eſſe dicerentur. Hæc ut Philippis, ita Alexandro Severo accommodari poſſe, quem poſtremum Ethnici devotum fuiſſe Chriſto arbitrabantur. Acta Martyris Pontii referta eſſe ineptiſſimis (2) fabulis, indignaque videri, quibus fides adhibeatur. Quotum enim quemque eſſe, qui gentem Romanam pene univerſam, Philippo Imperatore, Chriſtianam fuiſſe factam exiſtimet? Ac ſi minus id veriſimile ſit, ne illud quidem, quod eſt de Philippo, perſuaderi cuiquam diligenti, & perito antiquitatis viro poſſe. Hæc ab ſe non eo conſilio prædicari, quo Pontium ex albo Sanctorum Martyrum expungi velint. Ejuſdem eſſe generis *Acta Babylæ*, & ſi quæ eorum ſimilia circumferuntur. Atque eis, qui fidem adjungant, hos contra leges criticæ facultatis agere, qui fabulas anteponant auctoritati graviſſimorum(3) hiſtoricorum.

„ litudinem juſtitiæ aſſequi poteſt, ipſam vero non poteſt „. S. Ambroſius *oratione in Funere Theodoſii an.*395. *habita tom.*II. *opp.pag.*1209. *edit. Pariſ. Monach. S. Mauri* „ Adhæret, *inquit*, Conſtantino, cui licet baptiſmi gratia in ultimis conſtituto omnia peccata dimiſerit, „ tamen quod primus Imperatorum credidit, & poſt ſe hæreditatem fidei principibus dereliquit, „ magni meriti locum reperit „. Sulpicius Severus *l.*II. *Hiſt.p.*151. *edit. Antuerp. an.*1574. „ Conſtantinus, *inquit*, rerum potiebatur, qui primus omnium Romanorum Principum Chriſtianus „ fuit „. Auctor *Actor. S. Pachomii apud Bollandianos tom.*III. *ad d.*XIV. *menſis Maii p.*296. „ Cum finem, *inquit*, accepiſſet perſecutio, regnavit Conſtantinus M. Imperatorum Romanorum primus Chriſtianus „. Theodoritus *lib.*V. *Hiſtoria cap.*XXXIX. *pag.*242. *edit. Cantabrigæ* ſic habet „ Ante Conſtantini Maximi principatum, quotquot Romani Imperatores fuerunt, adverſus pietatis cultores furere non deſtiterunt „. Quæ poſtrema verba in Philippos etiam cadere poſſunt, quamquam ii animo a Chriſtianis alieno non eſſent. Nam iis imperantibus dira eſt in noſtros homines ab Alexandrina plebe tempeſtas concitata, quia coercere ejus impetum Principes ipſi curaverint. Conſule S. Dionyſii Alexandrini *Epiſtolam ad Fabium Antiochenum* apud Euſebium *l.*VI. *H. E. cap.* XLI. *pag.* 304. *ſeqq. edit. Cantabrig.* & Moneliam *Differt.* ſupra indicata *cap.*VI. *pag.*43. *ſeqq.*

c De loco Dionyſii, quem ſupra retulimus ſic ſtatuit Pagius, & quidem recte, ad *an.* CCL III. *num.* XX. „ Utrumque Philippum intelligere videtur. Aliqui tamen Philippum Patrem, & Alexandrum Severum, qui imaginem Chriſti habuit in larario ſuo, intelligunt. Hos non reapſe, „ ſed tantum *exiſtimatione* fuiſſe Chriſtianos, dicit Dionyſius. Vide Moneliam *ibid. pag.*7.

a Acta S. Pontii plena eſſe fabularum, cuique eadem legenti plane conſtabit. Confer Bollandianos *tom.*III. *Maii ad d.*XIV. *pag.*272. & Moneliam *ibid. cap.*II. *pag.*9. *ſeqq.* Quod ipſum eſt de *Actis S. Babylæ* concedendum. Ea referunt Bollandiani *tom.*II. *Januarii ad d.*XXIV. *pag.*571. *ſeqq.* Conſule Moneliam *ibid. pag.*9. *ſeqq.* (3) *Vide not.*4. *pag. ſuperior.*

Digitized by Google

ricorum. Johannem Chryſoſtomum nihil de Philippo (1) agere, miſcereque nonnulla, quæ cum monumentis eorum temporum pugnare videantur. Nam Oroſium, & Vincentium (2) Lirinenſem (Hieronymiano enim, vel Euſebiano potius (3) Chronico aliqua eſſe ſequente ætate adjecta) qui multo plura de Philippis dixerint, quam eſſent ab Euſebio, atque Dionyſio commendata memoriæ poſterorum, neque tam veteres eſſe, neque tanta exiſtimatione valere, ut (rejectis Euſebio, Lactantio, Ambroſio, quorum eſt de Conſtantino primo Chriſtiano Impetore perſpicua ſententia, miſſiſque argumentis, quæ e ludis, ſacrificiiſque petuntur) his tantum, eorumque æqualibus eſſe auctoritatem adjungendam, & fidem putent. Sciant præterea, qui Philippi defenſionem ſuſcipiunt, non tam hebetes eſſe ſe, neque tam imperitos rerum, ut ignorent, eſſe aliquos, qui cum nummos Philippi repererint, in quibus arca, atque columba exprimi videantur, concludendum exiſtimarint, eum, qui Noachicum diluvium (4) noverit, fuiſſe initiatum myſteriis Chriſtianorum. Sed hanc rationem concludendæ ſententiæ, ſi quid habeat virium, hoc item efficere, ut ſit in Chriſtianis Septimius Severus (5) etiam numerandus, cujus ſimiles nummi extant, quemque plane liquet acerrimum fuiſſe noſtrorum hominum inimicum. Prætermitti ab ſe, quæ de Apotheoſi Philippi (6) ab antiquitatis cultoribus produci ſolent. Se namque qui monumenta habeant in promtu, quæ demonſtrent, quid vivo Philippo geſtum ſit, his ſcilicet non egere, quæ mortuo eodem principe peracta a Romanis eſſent.

1 Vide Moneliam *ibid. cap.* I I. *pag.* I I. & Chryſoſtomum ipſum l.c. ubi „ Neque, *inquit*, „ ipſi ad Imperatoris quidem emolumentum libertas profuit . . . Quaſi enim abunde ſatis ad impietatem non eſſet homicidium patraſſe, & fronte perfricta in Dei templum inſiliſſe, ſic homicidio „ priori & alterum adjecit homicidium . . . Et erat profecto pueri cædes prior poſteriori miſerabilior. Babylæ autem cædes poſterior priori ſceleſtior „. Conſule Tillemontium *tom.* I I I. *Hiſt. Imp. pag.* 497. *ſeqq. edit. an.* 1702. ubi quædam in hoc loco Chryſoſtomi eſſe fatetur, quæ tam ſint implicata, ut evolvi nullo modo poſſint.

2 Oroſius enim contra veterum fidem confidenter ponit, quod Dionyſius, Euſebiuſque dubitantes fama ſolum circumferri ſcripſerunt. Vincentius autem Lirinenſis Epiſtolam præterea a Philippo ad Origenem fuiſſe datam commentus eſt, *Chriſtiani magiſterii auctoritate*. Quod cum ab Euſebio, aliiſque antiquis, qui ſunt res Origenis perſequuti, dictum numquam ſit, nullam meretur fidem.

3 In Chronico enim Euſebiano ſcripta hæc ſunt, quod eſſe multis locis vitiatum conſtat.

4 Vide *tab.* V I I. *fig.* I X.

5 Confer *tab.* V I I. *fig.* X. ſed his nummis Deucalioneum diluvium ſignificatur. Vide Moneliam ibid. *cap. ult. pag.* 56. *ſeq.*

6 Adeundus Monelia *ibid. cap.* V I. *pag.* 43. *ſeq.*

Sublatis Philippis vexati, exagitatique, ut demonſtratum alio loco eſt, noſtri a Decio, (1) deindeque a Valeriano fuerunt. Poſt Gallienus, cum potitus imperio fuiſſet, intellexiſſetque quam caſte, integreque Chriſtiani vivere ſolerent, binis edictis, ut eis templa, & cœmeteria reſtituerentur (2), præcepit. Inde Claudius II. principatum adeptus eſt, quo Imperatore non pauci noſtrorum hominum religionis cauſſa interfecti (3) ſunt. Aurelianus initio Imperii nihil contra Chriſti ſectatores agendum (4) exiſtimavit. Immo vero cum de Paulo Samoſateno ortæ contentiones eſſe, Epiſcopoſque in eam ſententiam conſpiraſſe perſpiceret, ut de ſede Antiochena impium hæreſiarcham pellendum arbitrarentur, eis, qui ad ſe confugerant auxilium poſtulatum, reſpondit, ei ſe Antiſtiti domum Eccleſiæ daturum, ad quem Italici, Romanuſque imprimis Epiſcopus ſcripſiſſent (5). Sed extremo principatus tempore ab improbis, neſcio quibus, hominibus (6) circumventus, leges vulgavit, quibus ſtatuit, quærendos eſſe Chriſtianos ad necem, quaſi ſacrilegi, & reipublicæ hoſtes eſſent. Reſpirarunt tamen aliquanto noſtri ſub Tacito, deinde ſub Probo, poſt ſub Caro Auguſtis, ita ut non pauci eorum in ædibus principum degerent, jus dicerent, provincias adminiſtrarent, omnes autem religionem, cui ſe addixerant, palam, aperteque profiterentur. Atque ita quidem ſeſe res noſtræ aliquamdiu, Diocletiano, & (7) Maximiano Herculio Imperatori-

1 *Tom. 1. pag. 444. ſeq.*

2 Confer Euſebium *lib. VII. Hiſt. cap. XIII. pag. 340. edit. Cantabrig.* Quo loco edictum refert, quod ſic habet „ Imperator Cæſar Publius Licinius Gallienus, Pius Felix Auguſtus, Dionyſio, Pinnæ, Demetrio, & ceteris Epiſcopis ſalutem. Meæ munificentiæ beneficium per univerſum orbem divulgari præcepi, ut qui loca illa religioſa, quæ ſpectant ad Chriſtianos, obtinent, ab illis ſtatim diſcedant. Et propterea vos mearum litterarum exemplari uti poteritis, quo nemo deinceps vobis quicquam faceſſat moleſtiæ. Atque iſtud quod nunc libere, & pro arbitratu a vobis expleri queat, jam pridem a me erat conceſſum. His de cauſſis Aurelius Cyrenius, qui ſummam rerum ſecundum me adminiſtrat, litterarum etiam exemplar conſervavit.

3 De Valeriano, qui initio nobis faverit, vide Euſebium *lib. VII. cap. X. p. 331. edit. Cantabrig.* De Claudio vide quæ diximus *tom. 1. pag. 449.*

4 Vide Euſebium *lib. VII. cap. XXX. pag. 364. edit. Cantabrig.*

5 Confer Euſebium *ibid.*

6 Conſule *tom. 1. hujus op. pag. 449.*

7 Euſebius *lib. VIII. cap. 1. pag. 375. edit. Cantab.* „ Qualem quantamque gloriam, *inquit*, „ ſimul ac libertatem doctrina vera erga ſupremum Deum pietatis a Chriſto primum hominibus „ annunciata apud omnes Græcos pariter, & barbaros ante perſecutionem noſtra memoria excitatam conſecuta ſit, nos certe pro merito explicare non poſſumus. Argumento eſſe poſſit Imperatorum benignitas erga noſtros, quibus regendas etiam provincias committebant, omni ſa-

etiſ-

ratoribus habuerunt, quoad Galerii Maximiani Cæſaris ſcelere (1) permoti principes ipſi ſunt, ut nomen Chriſtianorum delere ſtatuerent (2).

Maxentius Maximiani Herculii filius, cum primum tyrannidem occupavit, ut ſibi plebem conciliaret, cujus magnam partem Chriſtianis partibus ſtudere cognoverat, a ſacris ſe noſtris minime eſſe alienum ſimulabat. Itaque cavit, ne quis Chriſtianorum quemquam injuria afficere auderet (3).

Hujus eſt quidpiam ſimile factum a Galerio Maximiano. Nam is,cum ſibi eſſe iratum Deum animadvertiſſet, timeretque, ne pœnas graviores ob vexatos Chriſtianos daret (adverſa enim valetudine laborabat) legem tandem ſcripſit, qua integrum eſſe Chriſtianis ſanxit,ſuis inſtitutis vivere, ædes ſacras habere, in quibus congregarentur, & divino numini pro Imperatoribus, ſaluteque reipublicæ preces adhiberent, modo ne quid flagitioſe, ſceleſteque molirentur, (4) & agerent. Maximinus, qui id ægerrime tulerat, neque tamen abrogare audebat, hoc præſi-

 dibus

„ crificandi metu eos liberantes ob ſingularem, qua in religionem noſtram affecti erant, bene-
„ volentiam. Quid opus eſt dicere de iis, qui in Imperatorum palatiis verſabantur? Quid de
„ Imperatoribus ipſis? Qui domeſticis ſuis, eorumque uxoribus, liberis, ac servis ea, quæ reli-
„ gionis ſuæ erant, tam verbis, quam factis libere exequendi curam ſemetipſis poteſtatem dede-
„ runt... Similiter & ſingulis Eccleſiarum Antiſtitibus ſummum honorem, cultum, ac benevo-
„ lentiam ab omnibus tam privatis, quam provinciarum rectoribus deferri vidiſſes. Jam vero
„ quis innumerabilem hominum quotidie ad fidem Chriſti confugentium turbam, quis illuſtres
„ populorum concurſus in ædibus ſacris cumulate poſſit deſcribere? Quo factum eſt, ut priſcis ædi-
„ ficiis jam non contenti, in ſingulis urbibus ſpatioſas ab ipſis fundamentis extruerent Eccleſias.
„ Atque hæc progreſſu temporis increſcentia, & quotidie in majus, ac melius proficientia, nec
„ livor ullus atterere, nec malignitas dæmonis faſcinare... potuerunt &c. Conſule Lucium Cæ-
cilium *lib. de mortibus Perſecutor. cap.*XI. *& ſeqq. tom.*II. *pag.*197. *edit. an.*1748.

1 Vide *Euſebium* ibid. & *Cæcilium* ibid.

2 Conſule quæ dixi *tom.*I. *pag.*250. *ſeqq.*

3 Euſebius *lib.*VIII. *cap.*XIV. *Hiſt. Eccl. pag.*397. *edit. Cantabrig.* „ Maxentius, qui Ro-
„ mæ Tyrannidem arripuit, principio quidem fidei noſtræ profeſſionem ſimulavit, ut in eo mo-
„ rem gereret, blandireturque populo Romano. Itaque ſubditis ſuis præcepit, ut a perſecu-
„ tione Chriſtianorum deſiſterent, fictam ſcilicet pietatis ſpeciem præſeferens, utque benignior
„ multis, atque humanior ſuperioribus principibus videretur.

4 Vide Euſebium *l.*VIII. *cap.*VI. *pag.*401. *ſeqq.* ubi deſcripto Galerii Maximiani morbo, ſic
*cap.*XVII. ſcribit „ Tandem adverſus tot ærumnas conflictans intelligere cœpit, quæ in cultores
„ Dei admiſerat ſcelera. Totaque mentis acie in ſemetipſum converſa, primum quidem condi-
„ tori omnium Deo errorem ſuum confeſſus eſt. Convocatis deinde palatii ſui proceribus, abſ-
„ que ulla dilatione perſecutionem Chriſtianorum cohibere eos jubet, & Eccleſias illorum quan-
„ tocius extruere imperiali reſcripto præcipit, quo Chriſtiani ſacra ſua ſolito more peragere poſ-
„ ſent, ac pro Imperatore preces ad Deum fundere. Confeſtim igitur verba ſubſequentibus fa-
„ ctis, per ſingulas urbes propoſita ſunt edicta palinodiam erga nos continentia in hunc modum:
Imperator. Cæſar. &c. Conſule Lucium Cæcilium *lib. de mortibus Perſecutor. cap.*XXXIV. *t.*II.
*opp. edit. an.*1748. *pag.*229.

Digitized by Google

dibus tantum voce, non ſcripto edixit, ut caverent, ne quis Chriſtianus religionis cauſſa (1) condemnaretur. Paullo æquius fuit edictum, quod aliquanto poſt per Sabinum Præfectum Prætorio, ut noſtris rem gratam faceret, (2) publicavit. Sed extremum, quod non diu ante mortem dedit, ejuſmodi fuit, ut eo ethnici omnia, quæ ablata, occupata, vendita, aut dono alicui data eſſent, Eccleſiis reſtituere cogerentur.

Poſtremus Principum Romanorum, qui cum deorum ſuperſtitione tenerentur, tamen edicta pro Chriſtianis ediderant, quibus Ethnicorum in nos impetum reprimerent, libertatemque colendæ religionis, quam noſtri probabant, concederent, Licinius (3) fuit, qui poſtea, ut quibus poſſet modis Conſtantinum læderet, vexari, cruciarique Epiſcopos juſſit, a quibus inſtitui ceteri in doctrina Chriſti, virtuteque ſolerent. (4)

His

1 Euſeb. *l.* IX. *cap.* I. *pag.* 439. *ſeqq. edit. Cantabrig.* 2 Edictum Maximini ad eumdem Sabinum pro Chriſtianis vide apud Euſebium *lib.* IX. *cap.* IX. *pag.* 452. *edit. Cantabrig.*

3 De edictis Licinii adeundi Euſebius *lib.* X. *Hiſt. cap.* V. *p.* 480. & Cæcilius *cap.* XLVIII. *l. de mort. Perſec. p.* 244. *ſeq. t.* II. *opp.* Sed de immutato deinceps Licinii animo confer Euſeb. *lib* I. *de vita Conſtantini cap.* LI. *ſeqq. pag.* 527. *edit. Cantabrig.* & *lib.* II. *cap.* I. *pag.* 535. & *cap.* XV. *pag.* 543.

4 Non eſt prætermittendus Conſtantius Conſtantini Pater qui etſi Chriſtianus non fuit (Conſule Cellarium *Diſſert. Academ.* XV. *pag.* 324. *edit. an.* 1712. & Bandurium *tom.* II. *Numiſmat. Imperat. pag.* 105. quo loco diſſerit adverſus Triſtanum *t.* III. *Imp. pag* 389. 399. *edit. an.* 1644.) tamen is ſæviendum in Chriſtianos, qui ſubjecti ejus imperio eſſent, non putavit. *Euſeb. lib.* I. *de vita Conſtant. cap.* XIII. *pag.* 506. *edit. Cantabrig.* ubi de Diocletiano, & Maximiano Herculio, & Maximino diſſerens, quos diris modis vexaſſe Eccleſiam conſtat, continuo excipit Conſtantium, affirmatque ipſum *ſuis ſubditis conceſſiſſe, ut ſine moleſtia divino cultui inſervirent.* *Cap. autem* XVI. *pag.* 508. adjungit, eos Chriſtianos, qui ſacrificarant, ex aula ejectos ab Conſtantio fuiſſe, *quod Dei proditores etiam indigni Imperatoris miniſterio eſſent.* Ex quibus Euſebii verbis plane ſequitur, Conſtantium fuiſſe amicum Chriſtianorum. Lucius Cæcilius *lib. de mort. Perſec. c.* XVI. *p.* 202. *t.* II. *opp. Lactant. edit. an.* 1748. „ Conſtantius ne diſſentire a majorum præceptis „ videretur, conventicula, ideſt parietes, qui reſtitui poterant, dirui paſſus eſt: verum autem „ Dei templum, quod eſt in hominibus, incolume ſervavit. Vexabatur ergo univerſa terra, & „ præter Gallias, ab oriente uſque ad occaſum tres acerbiſſimæ beſtiæ ſæviebant „. Donatiſtæ præterea in libello precum Conſtantino Magno oblato: Apud optatum Milev. *lib.* I. *pag.* 22. *edit. an.* 1702. ſic alloquuntur Conſtantinum Imperatorem, „ Rogamus Te, . . quoniam de genere juſto es, „ cujus Pater inter ceteros Imperatores perſecutionem non exercuit, & ab hoc facinore immunis „ eſt Gallia... Petimus, ut de Gallia nobis judices dari præcipiat pietas tua „. Huc ſpectant, quæ Eutropius ſcribit initio *lib.* X. *p.* 132. *ſeq. edit. an.* 1703. Quod autem martyres perplures Diocletiano Imp. in Gallia extiterint, ut ne Euſebius quidem *l. de martyr. Palæſt. cap.* I. *p.* 406. *ſeqq. Hiſt. Eccl. edit. Cantabr.* negat, ejus rei non Conſtantius, ſed alii in cauſſa fuerunt. Confer Pagium *ad an.* CCCIII. *num.* VIII. & Baluzium *in not. ad Lucium Cæcil. pag.* 298. *tom.* II. *opp. Lactant. edit. an.* 1748. & quæ diximus *ſupra pag.* 455. *tom.* I. Non probo autem, quod novi quidam ſcriptores putant, Hiſpanias ſcilicet Conſtantio obtigiſſe. Nam Cæcilius *cap.* VIII. *lib. De Mortibus Perſecut. pag.* 193. de Maximiano Herculio loquens „ Cum ipſam, *inquit*, Imperii ſedem „ teneret Italiam, ſubjacerentque opulentiſſimæ Provinciæ vel *Africa*, vel *Hiſpania* &c.„ Siciliæ, Corſicæ, & Sardiniæ Inſularum incolæ Apoſtolis inſtitutoribus glorientur. De Pauli in Siciliam ad-

His igitur Imperatoribus, cum prodire in publicum noſtris, conventus agere, ad eoſque, qui propenſi ad noſtram diſciplinam eſſent, adire, eiſque veritatem exponere, multiſque rebus confirmare liceret, adeo auctæ opes Chriſtianæ reipublicæ cum in aliis regionibus, tum in Italia imprimis fuerunt, ut ubi adeptus principatum eſt Conſtantinus, non æquare modo noſtri numerum Ethnicorum, ſed ſuperare etiam viderentur.

CAPUT XXII.

De Origine, & Propagatione Chriſtianæ Religionis in Galliis.

DE initiis Chriſtianæ religionis in Gallia magna virorum doctorum non aliarum gentium modo, ſed etiam Gallorum diſſenſione certatur. Sunt enim, fueruntque ætate ſuperiore doctiſſimi viri, qui dicerent, cooptatos ab Apoſtolis aliquos in ordinem Epiſcoporum, in Galliaſque miſſos, maximam hominum multitudinem Chriſto Servatori conciliaſſe, e qua non pauci fuerint, qui ſupplicia, mortemque perpeti potius, quam deſerere Chriſtianiſmum ſtatuerent. Ex eorumdem ſcriptorum nu-

adventu vide Fabricium *tom.* XIV. *Biblioth.* PP. *pag.* 36. qui ſcriptoris cujuſdam Græci narrationem refert, quæ ad eam rem pertinet. Catanenſes S. Berillam, Syracuſani S. Marcianam, Tauromenienſes S. Pancratium a S. Petro ad ſuas fuiſſe urbes in Siciliam miſſos putant. Confer Bollandianos *tom.* III. *Martii ad d.* XXI. *pag.* 257 *Tom.* II. *Junii ad d.* XIV. *pag.* 786. *& tom.* I. *Aprilis ad d.* III *pag.* 237. Præterea ſunt, qui S. Peregrinum Petri perinde diſcipulum Siculos permultos adduxiſſe ad Chriſtum defendant. Adeundus Tillemontius *tom.* 5. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 200. *edit. an.* 1693. Sed in haſce traditiones inquirere non eſt otium. Meſſanenſes Paulum ad ſe veniſſe, civitatemque Chriſto conciliaſſe, ejuſque rei certiorem Mariam Virginem feciſſe, narrant. Hanc datis ad Meſſanenſes litteris, eoſdem collaudaſſe, commenti ſunt. Epiſtolam Virginis proferunt, qua plane efficitur, æram vulgarem in uſu primo ſeculo fuiſſe. Vide Caroli Morabiti *Annales Proto-Metropolitanæ Meſſanenſis Eccleſiæ, in quibus Pauli Apoſtoli prædicatio, ac a B. V. Script. Epiſt. traditio confirmatur.* *Edit. Meſs. an.* 1669. *pag.* 1. *ſeqq.*

De Propagatione Chriſtianorum ſacrorum in Sicilia adeundi Octavius Cajetanus *Iſag. ad Hiſtor. Siculam edit. Panormi an.* 1707. Albertus Piccolus *de Antiquo Jure* Hiſtoriæ Siculæ *edit. Meſſan. an.* 1623. Rocchus Pyrrhus *Sicil. Sacra edit. an.* 1630. Codicem diplomaticum Siciliæ edidit his annis paucis Canonicus *de Giovanni* vir doctus. De Epiſcopis, & ſcriptoribus rerum Sicularum agam IV. libro copioſius. Antiqua eſt in Sardinia Chriſtianæ religionis origo. Multi enim Chriſtianorum in eam Inſulam relegati, lucem Evangelii incolis attulerant. Adeundi Salvator Vitalis *Annal. Sardiniæ edit. an.* 1639. Martinus Carilas *Relacion. &c. edit. an.* 1612. Franciſcus Vicus *Hiſt. Sard. edit. an.* 1639. Franciſcus Iohannes Fara *de rebus Sardois edit. an.* 1580. Iohannes Arca, & Dimas Serpi Ord. Min. *Chronic. SS. Sardiniæ edit. an.* 1600. De Corſica dicetur alio loco opportune.

Digitized by Google

numero exiterunt nonnulli, qui arbitrarentur, non ſolum Dionyſium Areopagitam, quem veteres Athenienſem Epiſcopum fuiſſe tradiderunt, Pariſienſium, Julianum Petri auditorem Cenomanenſium, Martialem Lemovicenſium, alios denique, qui Apoſtolis magiſtris uſi erant, aliorum Gallorum doctores, ac præſules fuiſſe, verum etiam Mariam Magdalenam, Martham ſororem, fratremque Lazarum tempeſtate delatos Maſſiliam perveniſſe, ibique prædicaſſe Chriſtianam religionem, & magnum tuliſſe operæ, ac laborum fructum; atque ubi ex vita migrarunt, nactos fuiſſe pios, ſanctoſque homines, qui eorum corpora magnificis ſepulcris condi curarent. Horum omnium cum aliis minime probaretur, tum ſic eſt oppugnata opinio, uti jam ne primo quidem ſeculo, initioque ſecundi ullos fuiſſe defenderent, qui in Galliam ſibi contendendum introducendæ religionis cauſſa putarent. Fuerunt denique, qui exceptis Lugdunenſibus, Viennenſibus, aliiſque perpaucis, ullam fuiſſe aliam gentem Gallorum negarent, quæ magiſtris uſa Chriſtianis ante ſeculum Eccleſiæ tertium eſſet, incolaſque haberet, qui Deorum ſuperſtitionem averſarentur. (1)

§. I.

1 Ab Apoſtolis, Apoſtolorumve diſcipulis Gallos fuiſſe ad Chriſtiana ſacra converſos pugnant Petrus de Marca Archiepiſcopus Pariſienſis *Epiſtola* ad Henricum Valeſium *de tempore quo primum in Galliis ſuſcepta eſt Chriſti fides*, Euſebianæ Hiſtoriæ Eccl. editionum Pariſienſis Valeſianæ, & Cantabrigienſis præfixa, & quæ extat in opuſculis ejuſdem Archiepiſcopi *edit. Baluzii Pariſ. an.*1669. & apud Bollandianos *tom.*v. *Jun. pag.*544. Franciſcus Gergonus Theologus Pariſienſis *Epiſtola ad Sirmondum* gallice edita *Pariſ. an.*1641. *& in Apologia pro Dionyſio, Lazaro, Trophimo*, & aliis Galliæ Apoſtolis *edit. an.*1642. Johannes Samblancatus *in Palladio Galliæ edit. Toloſ. an.*1641. Germanus Milletus Benedictinus *in Vindicata Eccl. Gallicanæ gloria edit. Pariſ. an.* 1638. *& Reſponſ. ad Joh. Launoy diſſert. edit. Pariſ. an.* 1642. Hugo Menardus Monachus item Benedictinus *De Unico Dionyſio contra Launoy Diſcuſſionem edit. Pariſ. an.*1643. Jacobus Doublerus Decanus Abbatiæ S. Dionyſii *Hiſt. Chronol.* gallice edita *de veritate S. Dionyſii edit. Pariſ. an.*1646. Natalis Alexander *Hiſt. Eccl. novi Teſtam. Diſſert.*xvi *ſeq. pag.*160. *tom.*1. *edit. Pariſ. an* 1699. Gabriel de Caumont *lib. de S. Dionyſ. edit. Pariſ. an.*1673. Andreas Sauſſayus *de Myſticis Gall. ſcriptorib. & Tractat. Polem. de Apoſtolatu Gallico edit. Pariſ. an.*1639. Bernardus Labenazieus *Diſſertat. Launoyo oppoſit. in Defenſ. Antiquit. Eccleſiar. Galliæ edit. Hagenenſis an.*1696. Leo de S. Johanne Carmelita *lib. gallice ſcripto de Gallia convert. edit. Pariſ. an.*1661. Hugo Mathoudus Monachus Benedictinus *In Diſſertatione de Vera Senonum Origine Chriſtiana adverſus Johannis de Launoy criticas obſervationes edit. Pariſ. an.*1687. Sed hi multas traditiones privatarum Eccleſiarum congerunt, quæ quidem aut dubiæ ſunt omnino, aut ne quid dicam gravius, minus veræ. Sed Jacobus Longuevalus Soc. Jeſu *in Hiſt. Eccleſiæ Gallicanæ gallice ſcripta editionis Pariſ. an.*1632. *tom.* 1. *Diſſert. Prælim. Propoſit.*1. *pag.*43. *ſeqq.* certum videri ſcribit, primo ſeculo æræ Chriſtianæ fuiſſe a diſcipulis Apoſtolorum in Galliis conſtabilitam Chriſtianam religionem. *Prop.* vero 3. *pag.*48. defendit plena eſſe incertitudinis, quæ de privatis traditionibus quarumdam Eccleſiarum Galliæ a nonnullis ſcriptoribus afferuntur. Atque is mediam inſiſtens viam ſequutus ſcriptores eſt, quorum jam multis probari video opinionem, Antiquiorem ſecundo ſeculo jam adulto in Galliis eſſe religionem

Chri-

§. I.

Gallia non Vienneníis modo, ac Lugdunenſis, ſed omnis, diu ante ſeculum III. *incolas habuit, etſi non magno numero, qui noſtram religionem profiterentur.*

EGO vero etſi nihil eſſe de quarumdam Galliæ civitatum privatis *traditionibus* ſtatuendum putem, propterea quod aut novæ ſint, aut multis difficultatibus implicatæ; nihilominus eorum eſſe video ad veritatem propenſiorem ſententiam, qui vixiſſe primo Eccleſiæ ſeculo viros Apoſtolicos arbitrantur, qui in Gallias profecti Chriſtianam religionem incolis explicare, inque omnes provincias introducere conarentur. Nam eſt principio incredibile, Apoſtolos, quibus a Chriſto in univerſo terrarum orbe Evangelii prædicandi impoſitum onus erat, quique curaverant, ut ne Britanni (1) quidem noſtra inſtituta, legeſque ignorarent, præterire inclitam gentem Gallorum voluiſſe, ac pati, ut in ſumma rerum divinarum inſcientia verſaretur. Deinde perſuaderi nemini prudenti poteſt, Chriſtianos, qui jam Sedes Viennæ, atque Lugduni (2) conſtituerant, ſeſe tam anguſtis limitibus continuiſſe, quin latius ſecundo ſaltem ſeculo fines Eccleſiæ extendere ſtuderent. Eſt præterea Auctor Irenæus (3) in iis

Chriſtianam negant Stephanus Paſquierus *Recherches de la France lib.*III. *pag.*260. *c.*VI. *edit. Pariſ. an.*1665. Tillemontius *tom.*IV. *pag.*439. *Mon. Hiſt. Eccl. edit.* Pariſ. Johannes Launojus *Diſſert.*III. *quarum una Gregorii Turonenſis de ſeptem Epiſcoporum adventu in Galliam, altera Sulpicii Severi de primis Galliæ martyribus locus defenditur, & in utraque diverſarum Galliæ Eccleſiarum Origines tractantur, tertia quid de primi Cenomannorum Antiſtitis Epocha ſentiendum ſit, explicatur. Editionis* 2. *Pariſ. an.*1670. *& Diſp: inſt. epiſt. de tempore, quo primum in Galliis ſuſcepta eſt Chriſti fides. Edit.* Pariſ. *an.*1659. aliique, quos paullo poſt nominabo, cum de traditionibus quarumdam Eccleſiarum Gallicanarum agam.

1 Euſebius *orat. de laudibus Conſtantini pag.* 764. *edit. Cantabrig. lib.* I. *Præparationis Evangelicæ cap.*IV. *pag.*11. *ſeq. edit. an.*1628. *lib.*II. *Hiſt. Eccl. cap.*III. *pag.*48. *edit. Cantab.*

2 Quo ſtatu Marci Aurelii tempore Chriſtiana religio in Lugdunenſi Gallia eſſet, cognoſci ex Euſebio poterit *lib.*V. *Hiſt. Eccl. cap.* I. *pag.* 198. *& ſeqq.* Quodſi ita erat eo tempore in Lugdunenſi propagata, quid eſt, quod tum primum invectam fuiſſe in eam provinciam, neque in propinquas manaſſe putemus? Atque eſt illud etiam difficile creditu, a Pothino primum, qui ſub Marco Aurelio Epiſcopus erat Lugdunenſium, fuiſſe Lugdunenſem Eccleſiam conſtitutam. Creſcere enim ea tam cito ad tantam multitudinem qui poterat? Igitur ſic exiſtimo. Fuiſſe aliquos ante Pothinum in provincia Chriſtianos, ſed non magnos feciſſe initio progreſſus. Itaque poſt opera Pothini auctum illorum fuiſſe numerum.

3 Irenæus *lib.* I. *cap.* X. *Contra Hæreſes pag.*49. *Edit. Monachorum S. Mauri*, poſt ubi dixit: *Eccleſiam per univerſum orbem uſque ad fines terræ fuiſſe ſeminatam. & ab* APOSTOLIS, &c

iis libris,quos contra hæreſes anno circiter 170. ſcripſerat,conſtitutos jam inde ab aliquo tempore apud Celtas, Germanoſque cœtusChriſtianorum fuiſſe,quorum traditiones non minimi eſſe ad hæreticos refellendos momenti deberent. Jam vero quis putet novitatis convinci hæreticos potuiſſe traditione Eccleſiarum,quas novas tum fuiſſe conſtaret? Vetuſtate igitur robuſti ea ætate Celtarum, Germanorumque cœtus Chriſtianorum erant. Etenim qui Irenæum de Lugdunenſibus, atque Viennenſibus Eccleſiis agere contendunt, næ illi calumniando vetera monumenta pervertunt, pluſque Germanis, qui jam feris, barbariſque moribus erant, tribuunt, quam Gallis, ad quos eſſent acceſſus faciliores, quique, conſuetudine Romanorum, longe ceteris humaniores exiſtimarentur, & eſſent. Atque is, qui non diu poſt ſcripſit, Tertullianus (1) non Viennenſes modo, ac Lugdunenſes, ſed varias, diverſaſque Galliarum nationes, Britannorumque inacceſſa Romanis loca Chriſto ſubdita fuiſſe narrat. Quid? Sibi ne quiſquam perſuadeat, diverſarum nationum verbis

& a Discipulis *eorum accepiſſe eam fidem*, tum ἢ οὔτε, inquit, αἱ ἐν Γερμανίαις ἱδρυμέναι ἐκκλησίαι ἄλλως πεπιστεύκασι, ἢ ἄλλως παραδιδόασιν, οὔτε ἐν ταῖς ἰβηρίαις, οὔτε ἐν κελτοῖς, οὔτε κατὰ τὰς ανατολὰς, οὔτε ἐν αἰγύπτῳ &c. „ Et neque hæ, quæ „ in Germania ſunt fundatæ Eccleſiæ aliter credunt, aut aliter tradunt; neque hæ, quæ in Iberia ſunt, neque hæ, quæ in *Celtis*, neque hæ, quæ in Oriente, neque hæ, quæ in Ægypto. „ &c. Confugit ergo Irenæus ad Eccleſiarum Gallicarum traditionem, ut hæreticos reos eſſe demonſtret novitatis. At ſi a Pothino primum conſtitutæ illæ fuerunt, tamque erant recentes, quemadmodum novitatis arguere poterant Valentinianos, qui ſane vetuſtiores erant Pothino? Argumento eſt igitur, ante Pothinum aut ab Apoſtolis, aut ab eorum diſcipulis 1. ſeculo jacta fuiſſe religionis Chriſtianæ in Gallia fundamenta, ut earum traditiones opponi novitati hæreticorum jure poſſent.

1 Tertullianus *cap.* VIII. *libri adv. Judæos*. „ Getulorum, *inquit*, varietates, & Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diverſæ nationes, & Britannorum inacceſſa Romanis loca, Chriſto vero ſubdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & Provinciarum, & Inſularum multarum nobis „ ignotarum, quæ enumerare non poſſumus: in quibus omnibus locis Chriſti nomen, qui jam „ venit, regnat. „ Lucius Cæcilius *lib. de mortibus Perſecutor. cap.* II. *p.* 185. *edit. an.*1747. *tom.* II. Neronis tempore aſſirmat „ Non modo Romæ, ſed *ubique* quotidie magnam multitudinem defeciſſe a cultu Idolorum, & ad religionem novam damnata vetuſtate tranſiſſe. Et *cap.* III. *pag.* 187. „ Reſciſſis, *inquit*, actis Domitiani non tantum in ſtatum priſtinum Eccleſia „ reſtituta eſt, ſed etiam multo clarius, ac floridius enituit, ſecutiſque temporibus, quibus nonnullos inimicorum impetus paſſa eſt, manus ſuas in Orientem, Occidentemque porrexit, ut jam „ nullus eſſet terrarum angulus tam remotus, quo non religio Dei penetraſſet, nulla denique „ natio tam feris moribus vivens, ut non ſuſcepto Dei cultu ad juſtitiæ opera miteſceret „. Neque id quiſquam factum poſt Antonini Pii tempora arbitretur. Nam Juſtinus Martyr in dialogo cum Tryphone, cujus verba ſupra *tom.* 1. *pag.* 339. attulimus, ſua jam ætate nullam gentem tam fuiſſe barbaram tradidit, quæ non de Chriſti nomine audiſſet, eique gratiarum actiones non adhibuiſſet. An barbaris feriſque nationibus id fuiſſe conceſſum dicemus, negatum autem Gallis, quos tunc ætatis in barbaris, niſi forte appellatione tantum, numerari non debuiſſe conſtat?

Digitized by Google

bis duas illas Lugdunenſem, atque Viennenſem tantummodo indicari, excludi autem ceteras; quum in Germanorum, Britannorumque, ad quos Romani accedere non audebant, locis Eccleſiæ florerent? Longe ſcilicet accuratius diſputant, qui quatuor Galliæ provincias, ut ab Auguſto facta diviſio poſtulabat, hoc eſt Narbonenſem, Lugdunenſem, Belgicam, & Aquitanicam, demonſtrari a Tertulliano defendunt. Eſt autem creditu perdifficile, tum primum, cum is auctor animum ad refutandos Judæos appuliſſet, ortam apud has gentes fuiſſe Chriſtianam religionem. Non enim repente Eccleſiæ prodibant, ſed paullatim augebantur: nihilque impedit, quo minus, quæ indicatæ a Tertulliano ſunt, eædem atque illæ eſſent, quas oſtendimus fuiſſe inter veteres numeratas ab Irenæo. Accedit Zoſimi (1) Pontificis Maximi teſtimonium, quem Innocentio I. ſucceſſiſſe conſtat. Atque illud ſane eo pluris æſtimari debet, quod & perſpicuum ſit, & plurimum habeat virium ad oppugnatores vetuſtatis Eccleſiarum Gallicarum repellendos, qui obſcuro Innocentii loco abuterentur. Ac Zoſimus quidem, a Sancto Trophimo accepiſſe Gallicanas Eccleſias doctrinam, & Chriſtianam inſtitutionem morum facile patitur. Trophimum autem veterum Arelatenſium opinione, qui anno 450. ad Leonem I. Pontificem ſcribebant, Petri Principis Apoſtolorum auditorem fuiſſe plane liquet. Nam Launoyum, ejuſque ſimiles criticos nihil moror, qui Gregorium (2) Turonenſem auctorem ſequuti, Trophimum tertio Eccleſiæ ſeculo vixiſſe arbitrantur. Quid enim? Auſcultemne Gregorio, qui VII. ſeculo floruit, ſcriptori, cum de rebus a memoria ſua remotis ageret, minus diligenti, minuſque perito hiſtoriarum, fidemque tot Epiſcopis negem, qui de vetere traditione Arelatenſis (3) Ec-

 cleſiæ

1 Zoſimus Pontifex M. *epiſt.* 1. *pag.* 938. *Collect. Coutantii tom.* 1. *Epiſtolarum Rom. Pontif.* „ Sane, inquit, quoniam Metropolitanæ Arelatenſium urbi vetus privilegium minime de„ rogandum eſt, ad quam primum ex hac Sede Trophimus ſummus Antiſtes, ex cujus fonte totæ „ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus eſt. „ *an.* 417. Annon colligitur Trophimum antiquiorem Pothino Lugdunenſi fuiſſe. Nam ſi erat recentior, quemadmodum verum eſſet, *totas Gallias ex fonte Trophimi fidei rivulos accepiſſe*? Id vero confirmari poteſt Arelatenſis Synodi auctoritate. *Vide not.* 3.

2 De Gregorii Turonenſis teſtimonio erit paullò poſt differendum.

3 *Epiſt. ad Leonem Papam, quæ eſt inter Leonianas edit. Queſnelii* XLI. *& edit. Veneta an.* 1741. *eſt* CVI. *pag.* 182. ſic ſcribunt Epiſcopi Provinciæ Arelatenſis „ Omnibus etiam regio-
„ nibus

cleſiæ medio quinto ſeculo ad S. Leonem litteras dederunt ? Ab Zoſimo autem quis credat probatum, quod tamdiu poſt Gregorius ſcriptum reliquit, neglectam vero illam, quæ tunc ætatis obtinebat in Galliis, opinionem? Neque vero orta quinto ſeculo eſt, quum Cypriani (1) tempore Eccleſia Arelatenſis floreret, haberetque Epiſcopos, quorum unus, quod novis rebus ſtuderet, Cyprianum Carthaginenſem impulit, ut ad Stephanum Romanum Pontificem ſcriberet, atque eum oraret, ut ejus loco alium præfici Arelatenſibus juberet. Denique, ut cetera miſſa faciam, quæ quidem non tam eſſe ſingularia videntur, illud animadverti volo: extare in Bibliotheca Caſanatenſi veterem annorum fere nongentorum codicem, quo libri varii, & antiqua quædam calendaria continentur. In his libris eſt ἀκέφαλος unus, qui eſt adverſus Arianos de Deo Filio perſcriptus. Hujus etſi minus eſt cognitus auctor, tamen non eſt ſeculo ſexto, ut quidam putant, ſeptimove recentior. Niſi forte quis velit, eſſe etiam antiquiorem ſexto. Is igitur auctor, ubi Eccleſias Ægypti, & Aſiæ Catholicam religionem colere animadvertit, meminitque earum, quæ in Italia, atque alibi fuerant ab Apoſtolis conſtitutæ, tum ad Gallicanas deſcendit, aitque, fuiſſe jacta (2) earum a Trophimo, aliiſque nonnullis Apoſtolorum diſcipulis fundamenta.

„ nibus Gallicanis notum eſt, ſed nec Sacroſanctæ Eccleſiæ Romanæ habetur incognitum, quod „ prima intra Gallias Arelatenſis civitas miſſum a Beatiſſimo Petro Apoſtolo Sanctum Trophimum „ habere meruit Sacerdotem, & exinde aliis paullatim regionibus Galliarum donum fidei, & reli„ gionis infuſum, priuſquam alia loca ab hoc rivo fidei, quem ad nos Apoſtolicæ Inſtitutionis „ fluenta miſerunt, meruiſſe manifeſtum eſt ſacerdotem, quam Viennenſis civitas, quæ ſibi nunc „ impudenter, ac notabiliter primatus expoſcit indebitos. Jure enim ac merito ea Urbs ſem„ per apicem ſanctæ dignitatis obtinuit, quæ in ſancto Trophimo primitias noſtræ religionis pri„ ma ſuſcepit, ac poſtea intra Gallias, quod divino munere fuerat conſequuta, ſtudio doctrinæ „ ſalutaris effudit.

1 Epiſtolæ Cypriani ad Stephanum Papam, quæ eſt LXVIII. *inter Cyprianicas edit. Oxon.* & 1. *inter epiſt. Roman. Pontif. edit. Conſt. pag.* 211. locum afferam paullo poſt, diligenterque expendam.

2 „ Si nolunt conſiderare oculis cordis, vel corporis oculos aperiant, & videant quomodo „ per omnem mundum per Apoſtolos, & Apoſtolicos viros Chriſtus Eccleſias fundavit Catholicas, „ quæ ita in ipſo fundamento gratia ſua cooperatore permanent, ut exinde divelli nullis unquam „ perſecutionibus potuiſſent . . . Si volumus conſiderare in ipſa Hieroſolyma, ubi Chriſtus & na„ tus, & paſſus eſt, Eccleſiæ Catholicæ aperiens principatum. In Epheſo autem quomodo a S. Jo„ hanne Evangeliſta condita eſt, & late producta. In Alexandria ſicut a Domno Marco fundata „ eſt, ita Domino auxiliante uſque hodie perſeverat . . . . ſimiliter & illas omnes Eccleſias, „ quibus Apoſtolus Paulus ſcripſit, nunquam vel potuerant, vel preſumſerunt alterius religionis „ Principes occupare . . . In Galliis etiam civitas Arelatenſis diſcipulum Apoſtolorum S. Tro„ phimum habuit fundatorem. Narbonenſis S. Paulum. Toloſana S. Saturninum. Vaſenſis S. Da„ phnum. Pariſienſis quatuor Apoſtolorum diſcipulos „.

menta. Intelligo autem eſſe aliquos, qui Innocentii (1) primi Pontificis Maximi auctoritate veterem, ſatiſque bene conſtitutam ſententiam evertere conentur. Sed hi non animadvertunt, Innocentium ſic de Eccleſiis Italiæ, Africæ, Hiſpaniæ, Galliæque agere, ut eas vel a diſcipulis Apoſtoli Petri, vel ab iis fuiſſe inſtitutas affirmet, quos Romani Pontifices ad propagandam religionem Chriſtianam miſiſſent. Quæ ſane verba ita ſunt comparata, ut verti in utramque partem poſſint. Quid enim obſtat, quo minus inter eas, quas Innocentius tradit, fuiſſe ab auditoribus Petri conſtitutas, Gallicanas recenſeamus, quum præſertim hoc idem Zoſimi Pontificis auctoritas flagitet? Sed habere ſe graviſſima argumenta Launoyus, du Bois, ac ceteri, qui a nobis diſſentiunt, affirmant, quibus, exceptis Lugdunenſi, Viennenſi, nonnulliſque aliis Eccleſiis, quas eſſe conſtitutas ſecundo ſeculo arbitrantur, plane demonſtrent, reliquarum fuiſſe jacta fundamenta cum Decius imperaret. Atque mirum ſibi principio videri dicunt, quod defenſores antiquitatis Eccleſiarum Gallicanarum illuſtria monumenta negligant, conjecturiſque inanibus delectentur. Scriptorem enim Actorum S. Saturnini Epiſcopi Toloſanorum & veterem, & diligentem ſic habere: tum primum cum Decius, Gratuſque Conſules eſſent, anno æræ Chriſtianæ circiter 250., ſeptem a Fabiano Pontifice Maximo fuiſſe Epiſcopos ordinatos, qui in Galliam profecti Evangelium prædicaverint, multiſque ad Chriſtum adductis Gallorum, Eccleſias conſtituerint. Huic, ajunt, Gregorium Turonenſem Hiſtoricum neque recentem, neque imperitum rerum eſſe conſentientem. Accedere Sulpicii Severi antiquiſſimi ejus gentis hiſtoriarum ſcriptoris auctoritatem, qui ante Marcum Aurelium nullos fuiſſe in Gallia martyres confitetur, propterea quod *ſerius trans alpes divina religio ſuſcepta eſſet*. Nam quæ ex Irenæo, & Tertulliano proferri ſolent, nullius eſſe ad eam rem, quam volumus, conſtituendam momenti. Irenæum namque Celtarum nomine Lugdunenſem, non Narbo-

 nenſem,

1 *Epiſt ad Decentium Eugubinum an.* 416. *ſcripta*, quæ eſt in *collect. Coutantii inter epiſt. Innocentii vigeſimaquinta pag.* 856. *num.* 2. „ Præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Gallias, Hiſpanias, Africam, atque Siciliam, & Inſulas interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ejus ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes.

nenſem, Belgicamque Gallias indicare. Eamdem eſſe Tertulliani ſententiam. Neque vero inveniri quidpiam, quod officiat, quo. minus eorum teſtimonia intelligi hoc ſenſu poſſint. Nam ſi quis eſt, qui de Ciſalpina Gallia inſtitui ab antiquis Patribus ſermonem exiſtimet, ei ſe non admodum repugnare. Ab ſe autem de Epiſtola, quæ ad Stephanum a Cypriano ſcripta diceretur, ſic ſtatui: plenam eſſe pugnantium rerum, ac proinde in falſis numerandam. Ad Stephanum enim ſcribere de Marciano Arelatenſi ante ejus Pontificis ſecundum annum, Cyprianus qui potuiſſet? Nam Arelatenſis Provinciæ Epiſcopos de Stephani electione audire primum debuiſſe, tum ad ipſum de Marciano partibus Novatianis ſtudente litteras bis dare, poſt cum nullam ſui rationem a Pontifice haberi vidiſſent, Cyprianum hortari, ut id apud Stephanum ageret, ne Arelatenſem ſedem ab homine Novatiano occupari deinceps ſineret, atque impetrare denique, ut Carthagine Romam litteræ mitterentur. Hæc vero omnia fieri unius anni intervallo nequiviſſe, cum tanta eſſet diſtantia locorum. At ſecundo Pontificatus Stephani anno maximas illas de baptiſmo hæreticorum contentiones fuiſſe coortas, quæ ſane omne inter Stephanum, & Cyprianum ſuſtulerant commercium litterarum. Quamobrem cum indicari tempus, quo ſcripta fuerit Cypriano epiſtola, nullum poſſit, reliquum eſſe, ut ſcripta demum eſſe dicatur ab his, qui imponere incautis ſolerent. Accedere ad hæc perpetuum veterum ſcriptorum de Marciano ſilentium. Quid? Quemquam ne Hiſtoricum tam indiligentem fuiſſe, ut cum de Novatianis ageret, Epiſcopum tanta dignitate, qui ei ſectæ faveret, prætermittendum arbitraretur? Addunt Patribus Arelatenſis Provinciæ Acta Saturnini, & Severum Sulpicium, qui ante vixerat, repugnare. A Sulpicio autem Euphronium, Prætextatum, Germanum, Felicem, Domitianum, Victorium, & Domnolum Epiſcopos minime diſſentire, quos anno fere centeſimo poſt floruiſſe conſtat. In eadem opinione verſari Gregorium Turonenſem. Eſſe præterea falſum, quod Arelatenſis Provinciæ Epiſcopi de Trophimo Gallicarum Eccleſiarum magiſtro ſcripſerunt. Quis enim Pothinum, qui auditor Polycarpi in Aſia fuerat, accepiſſe a Trophimo doctrinam putet? Mitto cetera Launoy argumenta, quod ad peculiarium quarumdam Eccleſiarum

ſiarum

ſiarum traditiones, non ad Galliam univerſam ſpectent.

Nunc cujuſmodi hæc argumenta ſint videamus. Ac primum quidem omnium errant vehementer, qui Actis Sancti Saturnini quidquam contineri putant, quod Gallicanarum Eccleſiarum, imprimiſque Arelatenſis antiquitatem evertat. Non enim Trophimi, nec alterius cujuſquam Epiſcoporum, quos Grato, Decioque Conſulibus in Gallias perveniſſe Gregorius Turonenſis narrat, ſed unius Saturnini in eiſdem (1) fit mentio, quem ſeculo III. vixiſſe etſi ſunt, qui negent, tamen eſſe arbitror concedendum. Quodſi Actis ipſis adhibenda aſſenſio eſt, quorum auctoritate adverſarii abutuntur, dandum profecto eſt, religionis Chriſtianæ in Galliis originem eſſe repetendam jam uſque a temporibus (2) Apoſtolorum. Gregorium vero Turonenſem quid morer? qui ex Actis Saturnini concluſerit id, cujus ne veſtigium quidem in ipſis (3) reperitur? Nam quod Saturninum medio tertio ſeculo floruiſſe legerit, an ideo erat conſequens iiſdem temporibus Trophimum veniſſe in Gallias Arelatenſibus Evangelium (4) nun-

1 *Acta S. Saturnini apud Ruinartium pag. 109. edit. Veronenſis*, ſic habent „ Tempore „ illo, quo poſt corporeum Salvatoris Domini Noſtri Jeſu Chriſti adventum, exortus in tene„ bris ſol Juſtitiæ, ſplendore fidei illuminare occidentalem plagam cœperat, poſtquam ſenſim, „ & gradatim in omnem terram Evangeliorum ſonus exivit, parique progreſſu in regionibus no„ ſtris *Apoſtolorum prædicatio coruſcavit*, cum raræ in aliquibus civitatibus Eccleſiæ paucorum „ Chriſtianorum devotione conſurgerent; ſed nihilominus crebra miſerabili errore gentilium ni„ doribus fœtidis in omnibus locis templa fumarent, ante annos quinquaginta, ſicut actis publi„ cis, id eſt Decio, & Grato Conſulibus, ſicut fideli recordatione retinetur, primum, & ſum„ mum Chriſti Toloſa civitas Sanctum Saturninum habere cœperat ſacerdotem. Cujus fide, at„ que virtute, eorum, qui in urbe eadem colebantur, dæmonum cœperunt ceſſare vaticinia, com„ menta nudari, artes detegi, omniſque illorum apud gentiles potentia, omniſque fallacia, „ Chriſtianorum fide creſcente, decreſcere. Cumque ſupradicto Epiſcopo ad Eccleſiam id tem„ poris parvulam juxta Capitolium, quod inter domum ſuam, & domum Dei erat, frequens itus „ eſſet, ac reditus, ſancti viri præſentiam ſuſtinere fallax dæmonum turba non potuit &c.

2 Vide adnotationem ſuperiorem, *Apoſtolorum enim prædicationem coruſcaſſe in Gallia* ſcribit Actorum ſcriptor, oſtenditque ante Saturninum, etſi non magna multitudine, in eadem tamen regione Chriſtianos viguiſſe.

3 Confer Pagium qui *ad an. 255. n. vi.* ſic habet, Pearſonum auctorem ſequutus. „ Gregorius „ citat quidem Hiſtoriam paſſionis Sancti Saturnini. Verum verba, quæ refert, ad Saturninum „ ſolum pertinent, quæ adhuc etiam in ejus paſſione reperiuntur. Reliqua vero, *hi ergo miſſi* „ *ſunt &c.* non ſunt verba paſſionis, ſed ipſius Gregorii, qui hanc epocham Saturnini inde na„ ctus, reliquorum ſex Epiſcoporum tempora, quorum certa initia ignoravit, ad eam referenda „ eſſe duxit „. Vide Ruinartium *ibid. pag. 108.*

4 Verba Gregorii ſunt hujuſmodi „ Septem presbyteri Epiſcopi ordinati in Gallias miſſi ſunt, „ ſicut hiſtoria paſſionis S. Saturnini denarrat. Ait enim ſub Decio, & Grato Coſs. ſicut fideli „ recordatione retinetur, primum ac ſummum Toloſana civitas S. Saturninum habere cœperat „ Sacerdotem. Hi ergo miſſi ſunt, Turonicis Gratianus Epiſcopus, Arelatenſibus Trophimus Epi„ ſcopus, Narbonæ Paulus Epiſcopus, Toloſæ Saturninus Epiſcopus, Pariſiacis Dionyſius Epi„ ſcopus, Arvernis Aſtremonius Epiſcopus, Lemovicinis Martialis eſt deſtinatus Epiſcopus. *lib. 1. Hiſt. Francor. cap. XXVIII. pag. 22. ſeq. edit. Ruinartii an. 1699.*

Digitized by Google

nunciatum. Sulpicio autem Severo, qui præter Euſebium, alium ſcriptorem, qui de initiis, propagationeque Chriſtianæ religionis ageret, nullum legit, quique de rebus ſua ætate geſtis differens, multa turbavit, an fidem quiſquam adjunxerit loquenti (1) contra vulgatam in Galliis traditionem? Equidem Epiſcopis, qui anno 400. Taurinenſem (2), atque iis, qui anno 450. (3) Arelatenſem Synodum celebrarunt, & Zoſimo (4) Pontifici, qui omnes Trophimum a Petro Apoſtolo in Gallias miſſum aut difertis verbis affirmarunt, aut pro re certa ſumſerunt, numquam adimam auctoritatem, ut Sulpicio credam, & erranti ſæpe, & minus perito hiſtoriarum. Atque Irenæi locum ita coarctare (5) velle, ut in ſolos Lugdunenſes, & Viennenſes cadat, hominum eſt non veritatis ſtudio, ſed contentionis agentium. Namque ſi veteres Patres, Apoſtolorum, & diſcipulorum eorumdem laboribus in nationes etiam, quæ numquam in Romanorum ditionem veniſſent, efferatiſque moribus viverent, inlatam fuiſſe Chriſtianam (6) religionem tradiderunt, quid eſt,

1 Sulpicius Severus *lib.* II. *hiſt. pag.* 381. *edit. an.* 1581. „ Sub Aurelio Antonini Filio perſecutio quinta agitata, ac tum primum inter Gallias martyria viſa, ſerius trans Alpes Dei religione ſuſcepta „. Ad hæc Pagius *ad an.* CCLV. *num.* V. „ Cum Sulpicius in *hiſt.* IV. *ſeculi*, „ quo vixit, ſæpius erraverit, eum in antiquiori numquam hallucinatum nullus, ut puto ſibi „ facile perſuaſerit. Sulpicius itaque, qui hiſtoriam Euſebii in compendium redigebat, cum vi- „ deret in Hiſtoria Euſebiana, ante Imperium Marci Aurelii fidei in Galliis annunciatæ mentio- „ nem non fieri, quemadmodum nec aliquorum Martyrum in ea regione ante Irenæum paſſorum, „ credidit, tum primum intra Gallias martyria viſa eſſe, & ſerius religionem Chriſtianam trans „ alpes ſuſceptam, cum in Hiſtoria Eccleſiaſtica Euſebii, quæ Sulpicii Severi ſeculo tantum non „ adorabatur, nullum ejus prædicationis in Gallia veſtigium extaret.

2 Concilium Taurinenſe vel extremo ſeculo IV. vel an. 400. celebratum, apud Harduinum *tom.* I. *concilior. pag.* 958. *canone* 2. „ Illud inter Epiſcopos urbium Arelatenſis, & Viennenſis, „ qui de primatus apud nos honore certabant, a *Sancta* Synodo definitum eſt, ut qui ex eis ap- „ probaverit ſuam civitatem eſſe Metropolim, is totius Provinciæ honorem obtineat, & ipſe, „ juxta canonum præceptum, ordinationum habeat poteſtatem. Certe ad pacis vinculum con- „ ſervandum, hoc conſilio utiliore decretum eſt, ut ſi placet, memoratarum urbium Epiſcopis, „ unaquæque de his viciniores ſibi intra provinciam vindicet civitates, atque eas Eccleſias viſi- „ tet, quas oppidis ſuis vicinas magis eſſe conſiliterit &c. Quibus autem rationibus de primatu cum Viennenſi Epiſcopo contendere Arelatenſis poterat, niſi his, quas ann. 417. ſub Zoſimo, deindeque anno 450. produxit? At eæ rationes huc tandem recidebant, a Sancto Trophimo Petri diſcipulo fuiſſe Arelatenſem Eccleſiam conſtitutam. Vide Pagium *ad an.* CCCC. *num.* XVII. *ſeqq.*

3 Vide ſupra *pag.* 265. *hujus volum. notat.* 3.

4 Confer quæ ex Zoſimo protuli ſupra *pag.* 265. *hujus volum. notat.* 1.

5 Ita egit Launoyus *Diſpunctione epiſt. de tempore, quo primum in Galliis ſuſcepta eſt Chriſti fides cap.* VII. *pag.* 68. *ſeqq. edit. Pariſ. an.* 1659.

6 Vide Juſtini, & aliorum PP. loca, quæ ſupra produximus *p.* 263. *ſeq. hujus volum. notat.* 3. *ſeq.* Scio Launoyum *in Diſſertationibus tribus edit. Pariſ. an.* 1670. *pag.* 126. Juſtini locum contorquere.

eſt, quod omiſſis ab illis fuiſſe cultiſſimas tunc ætatis gentes Gallorum, ut Irenæum de Celtis differentem, de ſolis Lugdunenſibus, atque Viennenſibus dicamus intelligi oportere, quaſi de Chriſto nihil ante ſeculum tertium ceteri accepiſſent? Sed fac de Lugdunenſibus Irenæus agat. Quid? annon ille diu ante jacta ejus Eccleſiæ fundamenta fuiſſe (1) indicat, quam hæretici, contra quos animum ad ſcribendum appulerat, infeſtare cœtus Chriſtianorum cœpiſſent? Quod vero dictum de Irenæi loco eſt, hoc ipſum eſſe cenſeo de Tertulliano dicendum. Non me movet, quod attinet ad epiſtolam Cypriani. Nempe hoc reſtabat, ut qui Trophimum Stephani I. Pontificis Maximi tempore claruiſſe putant, iidem epiſtolam Cypriani probarent, quæ efficeret, propagatam tunc late longeque in Galliis religionem fuiſſe, & alium tunc ætatis (2) Arelatenſem Eccleſiam adminiſtraſſe, adverſus quem Provinciæ Epiſcopi, quod ab Novatianis ſtetiſſet, agendum arbitrarentur. Sed tam illuſtre monumentum a Pearſono (3), ab Editoribus (4) Oxonienſibus, a Coutantio aliiſ-

quere, ut temporibus Antoninorum, adeoque teſtimonio Sulpicii accommodari poſſit. Sed Juſtinus non tum primum, cum ſcriberet, introductam in efferatis moribus gentes religionem dixit; Sed ita diſſerit, ut de invecto in eas regiones ante Chriſtianiſmo agere videatur. Eodem modo reliqui Patres diſputant, in quibus eſt, ut mox videbimus, Irenæus.

1 Niſi enim ita res ſeſe habuiſſet, hæretici Irenæum facile refellere potuiſſent. Cujus enim generis eſſe poterat traditio Eccleſiarum, quas recens eſſe conſtitutas ab Irenæi amico Pothino manifeſtum eſſet? Cum ergo Sanctus Martyr ad Eccleſiarum Gallicanarum traditionem confugerit, argumento eſt, longe illas fuiſſe hæreticorum ſectis, contra quas ſcribebat, antiquiores. Vide locum Irenæi ſupra recitatum *pag. 263. hujus volum. not. 3.* Atque Irenæi quidem inſtitutum hoc erat, ut vetuſtiores eſſe Eccleſias, ad quarum traditionem provocabat, hæreticis, non Valentinianis modo, ſed etiam ceteris, quorum hæreſes oppugnabat, oſtenderet. Ac demus antiquiores fuiſſe Valentinianis, qui propagari an. circiter 130. cœperant, profecto a diſcipulis ſaltem Apoſtolorum conditæ fuerint, neceſſe eſt.

2 Cyprianus *epiſt.* quæ eſt in *editione* Pamelii LXVII. *in Oxonienſi* LXVIII. *& in collect. Epiſtolarum Romanorum Pontificum edit. Coutantii prima ex Cyprianicis ad Stephanum pag.* 211. ſic habet „ Fauſtinus collega noſter Lugduni conſiſtens . . . ſemel atque iterum mihi „ ſcripſit, ſignificans ea, quæ etiam vobis ſcio utique nuntiata tam ab eo, quam a ceteris Coepi- „ ſcopis noſtris in eadem Provincia conſtitutis (*en Epiſcopos in Provincia Arelatenſi conſtitutos Cypriani, ac Stephani temporibus, contra atque auctor Actor. S. Saturnini, & Gregorius Turonenſis pugnent, ut qui aut nullos, aut perpaucos Chriſtianos ante Saturninum fuiſſe in partibus Galliæ arbitrentur*) quod Marcianus Arelate conſiſtens Novatiano ſe conjunxerit ..... quapropter facere te oportet pleniſſimas litteras ad Coepiſcopos noſtros in Galliis conſtitutos, ne ul- „ tra Marcianum . . . collegio noſtro inſultare patiantur . . . . Dirigantur in provinciam, & ad „ plebem Arelate conſiſtentem a Te litteræ, quibus abſtento Marciano, alius in locum ejus ſub- „ ſtituatur, & grex Chriſti, qui in hodiernum ab illo diſſipatus, & vulneratus contemnitur, „ colligatur . . . ſufficiat MULTOS ILLIC EX FRATRIBUS noſtris annis iſtis ſuperioribus exceſſiſſe „ ſine pace, vel ceteris ſubveniatur, qui ſuperſunt, & diebus ac noctibus ingemiſcunt „. *Superioribus igitur annis Marcianus Eccleſia Arelatenſi potiebatur, quare ante Stephanum Pontificem, igitur Trophimus an. 250. eſſe Arelatenſis Epiſcopus non poterat.*

3 In Annalibus Cyprianicis *pag* 38. *edit. opp. Cyprian. Oxonienſis.* 4 *Pag.* 291.

(1), aliiſque Criticis (2) probatum, adimi, Launoy opera, Cypriano nullo modo poteſt. Quæ vero contra opponi ſolent, omnibus ſuis partibus nutant. Nam de baptiſmo hæreticorum contentio orta ante annum Stephani tertium non fuit. Quod cum a Pearſono (3) primum, deindeque a Pagio (4) demonſtratum ſit, noſtra nimirum oratione non eget. De Epiſcopis Euphronio, Prætextato &c., quos adverſarii Sulpicio conſenſiſſe pugnant, nihil dico. Eſt enim eorum de initiis Chriſtianiſmi in Gallia, jam inde ab ætate (5) Apoſtolorum, luculentiſſimum teſtimonium. Jam vero eſt indignum homine ſapiente, quod poſtremo loco objiciunt. Quid enim obſtabat, quo minus Trophimus primus Chriſtianiſmum in Galliam introduceret, tametſi Pothinus Polycarpi diſcipulus Lugdunenſem deinde Eccleſiam moderatus ſit, in qua perpaucos Chriſtianos reperiſſet? Nam exiguum fuiſſe tunc ætatis in Gallia numerum noſtrorum, facile patior. An Pauli Apoſtoli ſtudio, quiſquam neget manaſſe in Aſiam pene univerſam Chriſtianum nomen, propterea quod Johannem quidam inſtitutorem (6) Eccleſiarum Aſiaticarum vocent, qui ſane a Paulo neque doctrinam, neque diſciplinam acceperat? Cum autem aliqui eſſent Lugduni, Viennæ, atque in aliis locis Galliarum ante Pothinum Chriſtiani, dici commode potuit, a Trophimo in omnes ejus regionis Eccleſias noſtram inſtitutionem, ut a fonte rivulos, manaſſe, quarum aliquas fundaſſe Pothinus cenſeretur, quod earum opes ſua cura, labore, ſtudio auxiſſet. Pri-

1 *Pag. 211. Collect. epiſt. Roman. Pontif.*

2 Pagius ad *an. 255. num.* 11.

3 *Ibid.*

4 *Ibid.*

5 Apud Gregorium Turonenſem *lib.* IX. *hiſt. cap.* XXXIX. *pag.* 464. *edit. Ruinartii an.* 1699. „ Dominæ beatiſſimæ, & in Chriſto Eccleſiæ filiæ Radegundi, Euphronius, Prætextatus, Germanus, Felix, Domitianus, Victorius, & Domnolus Epiſcopi. Sollicita ſunt jugiter circa genus humanum immenſæ divinitatis proviſura remedia, nec ab aſſiduitate beneficiorum ſuorum quocumque loco vel tempore videtur aliquando ſejuncta, cum pius rerum arbiter tales in hæreditate culturæ Eccleſiaſticæ perſonas ubique diſſeminat, quibus agrum ejus intenta operatione fidei raſtro colentibus ad felicem centeni numeri reditum divina temperie Chriſti ſeges valeat pervenire. Tantum igitur benignitatis ejus ſe paſſim diſpenſatio profutura diffundit, ut illud nuſquam deneget, quod prodeſſe multis agnoſcit. Quarum perſonarum exemplo ſanctiſſimo, cum judicaturus advenerit, habeat in plurimis, quod coronet. Itaque cum ipſo *Catholicæ religionis exortu cœpiſſent Gallicanis in finibus veneranda fidei primordia reſpirare,* „ & adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia pervenissent Trinitatis dominicæ Sacramenta; „ ne quid hic minus adquireret, quam in orbis circulo prædicantibus Apoſtolis obtineret &c. Vident, ut Apoſtolorum ævo fuiſſe prædicatam religionem Chriſtianam in Galliis affirment.

6 Vide ſupra *pag.* 137. *hujus vol.*

Digitized by Google

Privatarum Eccleſiarum hæ ſunt de primordiis Chriſtianiſmi in Galliis opiniones. *Maſſilienſes* (1) Lazarum, Mariam, & Martham ejus ſorores, atque Maximinum divina ope in Provinciam veniſſe, & *Maſſilienſis*, proximarumque Eccleſiarum fundamenta jeciſſe putant. Sunt præterea qui Philippum (2) Apoſtolum, qui Lucam (3) Evangeliſten, qui Creſcentem (4) Pau-

1 Suppetere ſibi vetera monumenta, quibus eam rem ſtatuant, contendunt Maſſilienſes. His præſidio ſunt Sigebertus Gemblacenſis *ad an.745. pag.84. edit. an.1608.* Baronius *ad an.* XXXV. *num.* V. *& in not. ad Martyrologium Romanum d.*XXII. *Julii, &* XVII. *Decembris.* Johannes Scholaſticus Pittonus Medicus *Diſſ. Hiſtorique pour le Sainte Egliſe d'Aix, que S. Maximin diſciple de N. S. Jeſus Chriſt, & Sainte Marie Magdaleine ſoeur de Lazare ſont venus en Provence &c. edit.Lugd. anno 1668.* Natalis Alexander *Hiſt.Eccl. ſec.*I. *Diſſert.*XVII. *pag.106. edit. Lucenſis an.1734.* Vincentius Reboulus *Vie de la S. Magdaleine edit. Maſſil. an.1661.* Johannes Canteloupus *In Apoſt. Provinciæ &c.* Gallice *edit. an.1607.* Johannes Baptiſta Gueſnayus S. J. *in Magdalena Maſſilienſi Advena edit. Lugd. an.1643. contra Launoyum. Idem in Diſquiſitione Diſquiſitionum* cum ſcholiis *edit. an.1644.* & ad calcem *Annalium Provinciæ Maſſilienſis edit. an.1657.* Honoratus Boucheus *In Vindiciis Fidei, & Pietatis contra Launoyum edit. Aquiſextienſis an.1644.* Michael Jordanus Ord. Præd. *In Ration. Vindicatrice calumniæ contra Launoyum edit.an.1644.* Theophilus Raynaudus *In Hercule Commodiano Launoyo Repulſo t* XVIII. *opp.p.331.ſeqq.* Antonius de Ruffi *l.x. hiſt.Maſſ. gallice edit.an.1696. p.2.ſeqq.t.*II. Sauſſayus *Mar.Gall. pag 453.edit.an.1637.t.*I. aliique prope innumerabiles. Contra pugnant Johannes *Launoyus Diſſert. de commentitio Lazari, Maximini, Magdalenæ, & Marthæ in Provinciam appulſu edit. Pariſ. an.1641.* Idem *in ſentiments ſur le Auctarium du Pere Gueſnay edit. Pariſ. an 1646 & Diſquiſitione Diſquiſitionis, de Magdalena Maſſilienſi Advena &c Pariſ. an.1660.* Jacobus Sirmondus *De duobus Dionyſiis tom.*IV. *opp. pag. 359. edit. Pariſ. an.1696.* Bollandiani *t.* V. *Julii pag.205. ſeq.* Tillemontius *tom.*II. *Monumentorum Hiſt. Eccl pag.519. ſeq. edit. Pariſ. an.1694.* Ceteros, ne longior ſim, prætermitto.

2 Sanctum Philippum in Gallias Evangelium prædicatum veniſſe, contendit Petrus de Marca *epiſt. ad Henricum Valeſium Hiſt. Eccl. Euſebii Valeſianæ editionis præfixa*, Iſidorum *lib. de vita, & Morte Sanctorum* ſequutus, aliique. Negant Baronius *ad an.44. n.*XXXI. Launoyus *Diſpunction. epiſt. pag.14. ſeqq.* Tillemontius *tom.*I. *Monum. Hiſt. Eccl.pag.379. edit Pariſ.* His quidem præſidio eſt Innocentius I. P. M. *loco indicato Epiſtola ad Decentium Eugubinum.* Ac fallor equidem, quemadmodum Philippus religionis noſtræ in Galliis eſſe propagator potuerit, ſi quinto ſeculo apud Arelatenſes, alioſque opinio invaluerat, Trophimi opera introductum Arelatem Chriſtianiſmum, in urbes ceteras Galliæ manaſſe.

3 De Luca idem affirmat Petrus de Marca *ibid.* Negat Launoyus *Diſpunct. cap.*III. *pag.20. ſeqq.* atque Epiphanium Hæreſi LI. *pag.433. edit. Pariſ. an.1622.* ſic explicat, ut Petavius explicavit *pag. 90. tom.* II. *opp. Epiphanii* „ Lucam, *inquit Petavius*, in Gallia prædicaſſe, nullus, „ quod ſciam, prodidit, atque haud ſcio, an Galliam Ciſalpinam intelligat (Epiphanius) per „ quam in Dalmatiam, Græciamque contenderit.

4 Placuit etiam quod eſt de Creſcente non ſolum Petro de Marca *ibid.* & Natali Alexandro *Diſſ.*XVI. *Hiſt. ſec.*I *pag 456. ſeq. edit. Lucenſis an.1734.* Sed etiam, ut alios prætermittam, Michaeli Lequienio viro imprimis perito originum Eccleſiaſticarum *t.*I. *Orient. Chriſt. pag. 433.* Utuntur autem teſtimonio Epiphanii *ex Hæreſi* LI. *pag. 87. edit. Pariſ. an.1622.* Negant Launoyus *ibid. cap.*IV. *pag.33. ſeqq.* Du Bois *Hiſt. Eccl. Pariſ. tom.*I. *pag.7. edit. an.1690.* Profectum enim in *Galatiam* ſcribit Paulus, non autem in *Galliam*, Creſcentem. Quodſi contra omnium exemplarium, quæ extant, quæque plerique omnes veteres conſuluerant, fidem Epiphanius, & Theodoritus *tom.*III. *opp. edit.Sirm.an.1642. pag.505.* legendum in *Galliam* defendunt, non tanti ſunt ponderis eorum teſtimonia, ut contemtis omnibus, his duobus ſit adjungenda aſſenſio. Quodſi Creſcens in Galliam perveniſſet, & Viennenſem Eccleſiam fuiſſet moderatus, ea magis Viennenſibus V. ſeculo, quam Theodorito comperta fuiſſet traditio, quam Arelatenſibus ſine dubio oppoſuiſſent, cum de dignitate, & antiquitate inter ſeſe contenderent.

Digitized by Google

li auditorem Gallis Evangelium nunciaſſe arbitrentur. *Narbonenſes* Paulo (1), *Lemovicenſes* (2) Martiali, *Pariſienſes* Dionyſio (3) Areopagita, *Toloſani* S. Saturnino (4), *Senonenſes* Saviniano,

1 Dionyſ. Sammarth. *Gall. Chriſt. tom.*VI. *pag.*5. *edit. an.*1739.

2 S. Martialis fieri mentionem vidimus in codice Caſanatenſi DCCC. annorum *Tractat. de Divinitate Verbi*, quem neſcio quis diu ante VIII. ſeculum ſcripſit. Meminerunt ejuſdem Aquitaniæ Apoſtoli Synodi Pictavienſis *anno* 1023. Pariſienſis *anno* 1024. Confer Bulæum *t.*I. *Acad. Pariſ. pag.*3737. *ſeq.*& Pagium *an.*1023. *n.*II. & 1024.*num.*III. *ſeq.* & Concilia Lemovicenſia duo *an.*1029. & 1031. celebrata. Vide *tom.*IX. *Concilior. edit. Pariſ. Labb. p.* 860. & 869. Circumferuntur ejus Epiſtolæ duæ, quas eſſe ſpurias demonſtrant Nicolaus Nourrius *Apparat. ad Biblioth. Max SS.PP. t.*I. *Diſſ.*12. *pag.*166. *ſeqq. edit. an.*1703.& Dionyſius Sammarthanus *t.*II. *Gallia Chriſtiana p.*499. Pro Apoſtolatu I. ſec. Martialis pugnant Sauſſayus *de myſticis Galliæ ſcriptoribus pag.*302. *ſeq.edit. an.*1639. Bonaventura de S. Aimable *Defenſ. Apoſtolat. S. Martialis* Gallice *edit. an.*1676.1683.1685. Bernardus de Labenaaie *Defenſ. Antiquit. Eccl. Gall.&c. edit. an.*1696. Johannes Cordeſius Canonicus Lemovicenſis *Diſſert. inſerta tom.*I. *Bonaventura de S. Aimable pag.*146. Natalis Alexander *Diſſert.*XVII. *in Hiſt. ſec.*I. *pag.*188. *edit. Lucenſis an.*1734. Repugnant Launoyus *Trib. Diſſertat. &c. Diſſert.*I. §.VII. *pag.*23. *ſeqq. & Diſpunct. pag* 118. Tillemontius *t.*IV. *memor. Hiſt. Eccl. pag.*442. *ſeq. edit. an.*1696. Dionyſius Sammarthanus *tom.*II. *Gallia Chriſtiana pag.*499. *edit. an.*1720. Confer Pagium *ad an.*1023. *num.* II. *ad an.* 1024. *num* III. *ad an.* 1029. *num.*III. & *ad an.*1034. *num.* V. & Johannem de Fraiſſe *Orig. Eccleſ. Gallicanarum Gallice edit. Pariſ. an* 1683.

3 Dionyſium Areopagitam, cujus fit in Actis Apoſtolorum commemoratio, eumdem atque Epiſcopum Eccleſiæ Pariſienſis eſſe exiſtimant Baronius in *not. ad Martyrolog. Romanum d.*12. *Octob.* & XV. *Nov.* quo loco de Eugenio Toletano Dionyſii ejuſdem diſcipulo, Franciſcus Gergonus Theologus *Pariſienſis epiſt. ad Sirmondum* Gallice ſcripta, editaque *an.*1641. & *Apologia pro Dionyſio, Lazaro, Trophimo, & aliis Galliæ Apoſtolis edit. an.*1642. Johannes Samblancatus *in Palladio Galliæ edit. an.* 1641. Germanus Millerus Benedictinus *in Vindicata Eccleſiæ Gallicanæ gloria edit. an.*1638. & *in reſponſ. ad Johannis Launoy Diſſert. edit. an.*1642. Hugo Menardus *de Unico Dionyſio contra Launoy Diſcuſſionem edit. an.*1643. Jacobus Doubletus *Hiſt. Chronolog. de verit. S. Dionyſ. edit. an* 1646. Natalis Alexander *Hiſt. Eccl. Novi Teſtamenti edit. Lucenſ. an.*1734. *Diſs.*XVI. *pag.*188. *ſeq.* Petrus Franciſcus Chifletius S. J. *In opuſculo de S. Dionyſii ætate edit. an.*1676. aliique. Sed qui diligentius in hoc argumenti genere verſati ſunt, videruntque ex ſimilitudine nominum ortam eſſe de Dionyſio Areopagita, quaſi idem atque Pariſienſis eſſet, opinionem (quem tamen Pariſienſem non eſſe ſeculo III antiquiorem animadverterunt) diſtinguendos eſſe Dionyſios duos putarunt, quorum alter Athenis primo ſeculo, alter in Gallia tertio vixerit. Confer Jacubum Sirmondum *Diſſert. de duobus Dionyſiis t.*IV. *opp. pag.*354. *ſeqq. edit. Pariſ. an.*1696. Johannem Morinum *de Sacris Ordinationibus par.*II. *c.*13 *ſeqq. p.*310. *ſeqq. edit. an.* 1655. Launoyum *loc. ſup. indic. & Diſſertat. de duobus Dionyſiis edit. an.* 1660. & *Judicio de Petri Franciſci Chifletii Diſſert. edit. an.*1677. Gerardus du Bois *Hiſt. Eccl Pariſ. l* I. *cap.*III. *ſeqq. pag.*11. *ſeqq. edit. Pariſ. an.*1690. Tillemontius *tom.*IV. *Monum Hiſt.Eccl. pag.*439. *edit. an.*1696. Confer Bolland. *tom.*VI. *Jul. p.*76., & Dionyſium Sammarthanum *Gall. Chriſt. tom.*VII. *pag.*6. *ſeqq.* Auctor Tractatus *de Divinitate Verbi*, qui tractatus extat in laudato *Cod. Mſs. Caſanatenſi* octingentorum annorum, cum de Eccleſia Pariſiaca agit, non a Dionyſio, quem non memorat, ſed a neſcio quibus diſcipulis Apoſtolorum, eam fuiſſe inſtitutam ſcribit, quin indicet quinam tandem illi fuerint. Atque ei equidem, quod attinet ad Trophimum, facile concedo, propterea quod cum Arelatenſis Provinciæ Epiſcopis conveniat. Nam cetera, quæ adjungit de Saturnino, & Apoſtolorum diſcipulis Eccleſiæ Pariſienſis inſtitutoribus &c. fateor mihi eſſe ſuſpecta, quamvis ſit ille antiquior paullo his, quorum ſe Areopagitæ Pariſienſis defenſores præſidio tuentur.

4 Saturnini Apoſtolatum defendunt Marca *l. c.* & Antonius Noguerus *Hiſt. Toloſ. l.*1. *c.* VII. *pag.*56. *ſeqq. edit. an.*1556. Contra pugnant Launoyus *cap.*VIII. *Diſpunct. pag.*75. *ſeqq. & in Diſſertationibus Diſs.*1. §.X. *pag.*31. *ſeqq.* Conſule Calmetum *Hiſt. Lotharing. l.*III. *pag.*130. *ſeq. tom.*1. & Dionyſ. Sammarth. *l.c. pag.*8.

Digitized by Google

no, (1) alii aliis diſcipulis Apoſtolorum inſtitutoribus gloriantur. Hoc certum eſt: perpaucos floruiſſe primis temporibus in ea regione, qui Chriſtianam religionem profiterentur. Secundo autem ſeculo auctum magis magiſque eorum fuiſſe numerum, adeo ut (2) Lugduni, ac Viennæ permulti rapti ad ſupplicium, variiſque tormentorum generibus excruciati, martyres demum magno Eccleſiarum commodo, atque utilitate deceſſerint. Experiundo enim noſtri compererant, Sanguinem Martyrum ſemen eſſe Chriſtianorum. Tertio ſeculo amplificatas noſtrum hominum opes (3) fuiſſe, ac quarto, cum Conſtantinus potitus eſſet (4) imperio populi Romani, ita confirmatam rem Chriſtianam fuiſſe, ut Eccleſiæ Galliarum neque amplitudine cuiquam, neque pietatis cultu, neque celebritate Epiſcoporum cedere viderentur (5).

1 Acta S. Saviniani plena eſſe fabularum plane conſtabit cuique eadem legenti apud Hugonem Mathoudum *lib. de vera Senonum Origine Chriſtiana adverſus Johannis de Launoy Theologi quondam Pariſienſis edit. an.1687. Differt. cap.1. ſeqq. pag.1. ſeqq.* Itaque Andreæ de Sauſſayo *lib. de Myſt. Gall. ſcriptorib. pag.279. ſeqq. 300. ſeqq.* eadem probanti, nullo modo prorſus aſſentior. Confer Launoyum *Diſs.* 11. §.iv. *pag.60. ſeqq edit. an.* 1670. De Paulo Narbonenſi confer quæ protulimus ſupra ex *Cod. mss. Caſanatenſi*. Conſule præterea Bollandianos *tom* III. *Martii pag.372.* Dionyſium Sammarthanum *t.*vi. *Gall. Chriſt. pag.5. ſeq.* Bailletum *ad d.*xxii. *Martii*, & Tillemontium *tom.*iv. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.442. ſeq. 469. 724.*

2 De Martyribus Lugdunenſibus, & S. Pothino eorum Epiſcopo conſule Euſebium *lib.*v. *Hiſt. Eccl. cap.1. pag.198. ſeqq. edit.* Cantabrig. De ſeptem Epiſcopis, qui in Galliam, atque, ut alii putant, in Hiſpaniam miſſi fuiſſe a Petro Apoſtolo feruntur, hoc eſt de Torquato, Cteſiphonte, Secundo, Indaletio, Cæcilio, Eſicio, & Euphraſio, vide Tillemontium *tom.* 1. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.200. ſeqq. edit. Pariſ.* De S. Juliano Cenomanenſi adeundi Bollandiani *tom.*II. *Januarii pag.761. ſeq.* & Launoyus *Differt. qua de primi Cenomanorum Præſulis Epocha quid veriſimiliter ſtatui poſſit, oſtenditur: inter Differt. edit. an.1670. pag.215. ſeqq.* De S. Clemente primo ſeculo (ut cenſent aliqui, ſed vereor, ne errent) Epiſcopo Metenſium, vivide Meuriſſeum *Hiſt. Epiſc. & Eccl. Metenſ. edit. gallice Metis an.*1634. De Simone Magalonenſium, & Monſpelienſium primis temporibus inſtitutore, ut vulgo traditur, adeundus Petrus Garielus *par.*1. *ſeriei* Præſulum *Magalon. pag.41. ſeq. edit. an.*1665. De Morinis, quos ab Apoſtolis fuiſſe Chriſtianam religionem doctos aliqui pugnant, confer Jacobum Malbranque S. J. *t.* 1. *de Morinis, & Morinorum rebus l.*1I. *cap.*vii. *pag.103. ſeq. edit. Tornac. an.*1639. De S. Gatiano Turonenſi conſule præter Launoyum, & Marcam ll. cc., Johannem Maanum *S. Metrop. Eccl. Turon. &c. edit. Auguſt. Turon. an.*1667. *pag.3. ſeq.* De Xiſto, & Sinicio Remenſium Apoſtolis, videndus Marlotus *l.*1. *c.*xii. *pag.44. ſeq. t.*1. *Hiſt. Metrop. Rhemenſ. edit. an.*1680. De primis Epiſcopis reliquarum Eccleſiarum Gallicanarum, conſule Dionyſium Sammarthanum *tom.*1. *ſeqq. Galliæ Chriſt.*, qui ſcriptores etiam opportune ſuis locis plerumque indicat, qui de ipſis copioſe diſſeruerunt.

3 Confer Acta S. Saturnini apud Ruinartium *pag.109. ſeqq. edit. Veron.* & Gregorium Turonenſem *l.*1. *Hiſt. Francor. cap.*xxviii. *p.*22. *ſeq. edit. Ruinartii*, Tillemontium *t.*iv. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.439. ſeqq. edit. Pariſ. an.*1696.

4 Euſeb. *H.E. l.*x. *c.*vi. *p.* 485. *ſeqq.* Atque Hiſtorici Eccleſiaſtici recentiores, ut Baronius, Pagius, aliique ad *an.*414. *ſeqq.* Tillemontius *t.*v. *Mon. H. E.* Noriſius *t.* iv. *opp. Hiſt. Donatiſt. par.*1. *c.*ix. *ſeq. p.*151. *ſeqq.* Mitto ceteros, ne ſim longus. 5 Pietatis cultum admirabilem in modum non modo ante Conſtantini tempora quibus multi martyres floruerunt; ſed etiam poſt

io

CAPUT XXIII.

De ortu, & progreſſu religionis Chriſtianæ in Hiſpania.

JAcobum Apoſtolum Johannis Evangeliſtæ fratrem, cum primum potuit, e Palæſtina profectum in Hiſpaniam veniſſe, ejus regionis incolæ arbitrantur. Ibi cum Eccleſias (1) condidiſſet, in patriam reverſum, atque ab Herode Agrippa, qui ut rem gratam Judæis faceret, ſæviendum in Chriſtianos putabat, captum, interfectumque fuiſſe defendunt. Sed quod eſſe pleroſque intelligant, qui repugnent, enitendum ſibi exiſtimant eſſe, ut quam a majoribus acceperunt opinionem, quibus tandem documentis queant, confirment. Sic autem ſtatuunt: Hieronymum, qui extremo ſeculo IV., atque ineunte V. florebat, in ea fuiſſe verſatum ſententia, ut alium quidem Apoſtolum in Illyrico,

in Gallia viguiſſe, liquet; atque jam mittam antiquos, de quibus magnæ ſunt ortæ inter Hiſtoricos controverſiæ, ut Peregrinum, quo Autiſſiodorenſis (*v. Mart. Rom. ad d.* XVI. *Maii* & Bollandianos *t.* III. *Maii pag.* 561. *ſeq.*) Benignum, quo Divionenſis (*v. Martyrol. Rom. ad d.* 1. *Nov.*) Altinum, quo Aurelianenſis (*v. Dion. Sammarthanum Gall. Chriſt. tom.* VIII. *p.* 1410.) Urſinum, quo Bituricenſis (*v. Martyrol. Rom. ad d.* IX. *Nov.*) Ceratum, quo Auſcienſis (*v. Iter. Martini & Durand gallice editum tom.* II. *par.* II. *pag.* 37.) S. Lucianum, quo Bellovacenſis (*v. Tillemont. tom.* IV. *pag.* 537. *ſeqq. edit. an.* 1696.) S. Andeolum, quo Vivarienſis (*v. Bollandianos tom.* 1. *Maii pag.* 35. *ſeq.*) S. Frontonem, quo Petrogorienſis (*v. Martyr. Rom. ad d.* XXV. *oct.*) S. Martinum Apoſtolorum, ut ajunt, diſcipulum, quo Viennenſis (*v. Martyr. Rom. ad d.* 1. *Jul. & Bollandianos t.* 1. *pag.* 14. *ſeq.*) S. Memmium, quo Catalaunenſis (*v. Mart. Rom. ad d.* V. *Aug. & Bolland. tom.* II. *Aug. pag.* 4. *ſeq.*) Andochum, & ſocios, quibus Auguſtodunenſis (*v. Mart. Rom. ad d.* XXIV. *Sept.*) SS. Felicem, & ſocios, quibus Valentina in Gallia (*v. Bolland. tom.* III. *April. ad d.* XXIII. *p.* 97. *ſeqq.*) Ferreolum, & Ferrutionem, quibus Veſontionenſis (*v. Mart. Rom. ad d.* XVI. *Junii*) S. Eutropium, quo Santonienſis (*v. Bolland. tom. ult. April. ad d.* XXX. *p.* 733 *ſeq.*) alioſque, a quibus aliæ Eccleſiæ illuſtratas ſeſe fuiſſe gloriantur; negari certe non poteſt, quin Materni, (*v. Tillemont. t.* VI. *Monum. H.E. pag.* 701. *edit. an.* 1699. & Calmetium *Hiſt. Lotharing. t.* 1. *p.* 163.) poſtque jam Hilarii, Martini, & SS. Epiſcoporum celebritate maximam fuerint Gallicanæ Eccleſiæ gloriam conſequutæ. De Clodoveo Rege Chriſtiano facto, & Francis permultis ad veram religionem converſis, vide Gregorium Turonenſem *l.* II. *c.* XXXVIII. *ſeq. pag.* 80. *ſeqq. edit. Ruinartii* & ex recentioribus Joh. Petrum Ludevvigium *vit. Juſtiniani Imp. p.* 504. Confer *Martyrolog. Rom. ad d.* 21. *Februar.* 3. *Junii* 1. *Octobris*, & *Hiſt. regni Francici* a P. Gabriele Daniele Soc. Jeſu gallice ſcripta *tom.* 1. *pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1713.

1 Jacobum in Hiſpaniam veniſſe cenſent Johannes Mariana S.I. *l.* IV. *de reb. Hiſpan. p.* 100. *edit. an.* 1731. *tom.* 1. Franciſcus Bivarius *in not. ad Pſeudo-Flavii Dextri Chronicon pag.* 39. *ſeq. edit. an.* 1627. Franciſcus Padilla *H.E. d'Eſpanna Cent. t.* 1. *c.* VI. *ſeq. p.* 13. *ſeqq. edit. an.* 1605. Gaſpar de Mendoza y Segovia *Predicacion de ſaint Jago en Eſpanna pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1682. Joſephus Saenz de Aguirre *Diſſ.* IV. *Apparat. ad Conc. Hiſp. tom.* 1. *pag.* 134. *ſeqq.* Hieronymus Con-

Digitized by Google

lyrico, alium in Hiſpania prædicaſſe Evangelium (1) judicaret. Nunciatum autem Illyricis Evangelium fuiſſe a Paulo. Non ergo hunc eſſe alium illum Apoſtolum, qui primus in Hiſpaniam intulerit Chriſtianiſmum. Fuiſſe igitur Jacobum. Nam alium, qui perſunctus eo munere fuerit, inveniri poſſe neminem. De Jacobo enim proditum id quidem memoriæ ab Iſidoro, ab Juliano Toletano, a Beda, ab aliis denique permultis eſſe, qui dignitate, doctrina, virtute claruerunt; de ceteris vero Apoſtolis, excepto uno Paulo, non item. Accedere *Mozarabici Codicis* Sacrorum Officiorum auctoritatem. Hujus autem tantam eſſe antiquitatem, ut niſi a pugnacibus, obſtinatiſque in ſententia viris, reprobari quidem a nemine ſine injuria poſſit (2). Quod ſi qui ſunt, qui adjecta eſſe, quæ ad Jacobum ſpectant, a recentiore quopiam arbitrentur, hos contentionis ſtudio agere, non veritatis, cum nihil afferant, quod eſſe ad eam rem efficiendam alicujus ponderis videatur. Eſſe præterea columnæ Cæſarauguſtanæ monumentum præſidio Hiſpanis, qui Jacobum in eam regionem veniſſe (3) contendunt. Non eſſe autem tam ineptos ſe, ut quæ contra proferri

Contadorus de Argote Clericus Regularis *Diſſert.* Luſitanice ſcripta *pro S. Jacobi in Hiſpaniam Adventu ex S. Hieron. mente in comment. Acad. Uliſſip. an.* 1722. Manuel Cajetanus de Souza *in iiſdem comment. an.* 1725. *ad d.* 19. *Jul.* qui promittit ſe datuum Syllogem 500. & amplius Auctorum, qui itineris Hiſpanici S. Jacobi meminerint. Didacus Murillus Ord. Minor. *Fundacion. de la Capilla Angel. del Pilar. pag.* 58. *ſeqq. edit. Barchinon. an.* 1616. Didacus *de la Serra, y Cantoral. in Vindiciis Catholica Granatenſ. edit. an.* 1706. Bollandiani ad d.xxv. & v1. *menſis Julii p.* 69. *ſeqq. edit. Antuerpienſis*, utque jam innumerabiles alios prætermittam, quorum inſignis aut in excogitandis monumentis, aut publicandis, aut defendendis diligentia, ne quid gravius dixerim, fuit; noviſſimus omnium vir eruditus Henricus Florez Auguſtinianus in opere Hiſpanico inſcripto „ *Eſpanna Sagrada, Theatro Geographico Hiſtorico de la Igleſia d'Eſpanna. Origen, Diviſiones, y Limites de Todas ſus Provincias, Antiguedad, Translacione, y Eſtado Antiquo, y Preſente de ſus Syllas en todos los dominios d'Eſpanna, y Portugal con varias Diſſertaciones Criticas para illuſtrar la Iſtoria Eccleſiaſtica d'Eſpanna. Tomo tertio, Tractat.* 1. *pag.* 1. *ſeqq. edit. Matrit. an.* 1748. Non placet hæc tamen criticis pleriſque omnibus hujuſce præſertim ætatis opinio. Quare Jacobum in Hiſpaniam veniſſe aut omnino negant, aut minus veriſimile eſſe putant. Ita quidem Baronius *ad an.* 816. *num.* 21. *& apud Spondanum n.* xLIX. Natalis Alexander *Diſs.* xv. *Hiſt. Eccl. ſec.* 1. *p.* 181. *ſeq. tom.* 1. *edit. an.* 1734. Chriſtianus Lupus *ad Tertull. lib. de Præſcript. cap.* xx. *tom.* Ix. *pag.* 194. *edit. opp. Veneta an.* 1727. iique, quos numerat *Michael a S. Maria* Auguſtinianus *Diſſert. Hiſtorica de primo, potius unico* Evangelii *Prædicatore in Luſitania, totaque Hiſpania inter ſcript. Acad. Regia Portugall. ad an.* 1722.

1 S. Hieronymus *in Iſaia cap.* xxxIv. *tom.* III. *opp. edit. Martianai pag.* 279. „ Spiritus il-
„ lius congregaverit eos, dederitque eis ſortes, atque diviſerit, ut alius ad Indos, alius ad Hi-
„ ſpanias, alius ad Illyricum, alius ad Græciam pergeret, & unuſquiſque in Evangelii ſui, at-
„ que doctrinæ provincia requieſceret.

2 Floretius *ibid. cap.* III. §. vIII. *pag.* 81. *ſeqq.*

3 Floretius *ibid.* §. xI. *pag.* 112.

ferri a criticis ſoleant, ignorent. At qui ſine ratione pugnant, eos non in criticorum, ſed in vitilitigatorum numerum referri oportere. Mitti ab ſe recentiora monumenta. Sed hæc ſane præteriri nullo modo poſſe: non martyrologiorum modo ſcriptores, ſed etiam Romanos Pontifices Hiſpanorum communem, ac pervulgatam ſententiam probare. In his Callixtum ſecundum (1) eſſe ponendum. Eſſe explorata ſibi, quæ opera Baronii Romæ (2) contigerunt. Atenim quod ille Jacobi elogium, ut ante legebatur, deleri e Breviario Romano fecit, hoc ipſum poſt Romanos Pontifices, re ſatis accurate, diligenterque conſiderata, reſtitui juſſiſſe. Levia eſſe denique, quæ jactari contra ab adverſariis ſoleant. Quamdiu enim *negativo*, ut ajunt, argumenti genere uſi fuerint, oppugnari ab eis iter Hiſpanicum Jacobi nequire. Monumentis enim agi, non ſilentio veterum in hoc genere debere. Quid vero proficiet *negante* argumento is, qui oſtendere nequeat, eſſe quidpiam, quod repugnet, quo minus patria excedere Jacobus, atque in Hiſpaniam venire, poſtque reverti Hieroſolymam, gladioque ab Herode Agrippa interfici poſſet? Quodſi nihil (3) repugnat, jam hoc ſibi eſſe concedendum: traditionem, cujus origo ignota ſit, non eſſe omnino negligendam.

Ad hæc adverſæ cauſſæ patroni reperiſſe in Actis Apoſtolicis exiſtimant neſcio quid ſe, quod cum Jacobi Apoſtoli Hiſpanico itinere pugnare videatur. Principio enim incredibile eſſe ajunt, Judæos, qui ad Chriſtum acceſſerant, vitio Petro fuiſſe daturos, quod Cornelium Centurionem hominem Ethnicum baptizaſſet, ſi Jacobum in Hiſpaniam veniſſe, multoſque deditos ſuperſtitioni Deorum ad Chriſtiana ſacra perduxiſſe cognoſſent. At ſi Jacobi Hiſpanicum iter concedendum eſt, multo ante illum auctorem Ethnicis fuiſſe oporteret, ut Chriſtum colerent, quam Cornelium Petrus noſtris myſteriis initiaſſet. Lucam enim ita de Jacobo egiſſe, ut ſtatim atque de Cornelio ſcripſit, tum eodem

1 Idem *ibid.* §.XII. *pag.* 116.

2 Idem *cap.* III. §.1. *pag.* 42. *ſeqq.*

3 Idem *ibid. cap.* III. §.1. *pag.* 39. *ſeqq.* neque ſcripturæ auctoritatem, neque Roderici Toletani Metropolitæ teſtimonium, propterea quod ſpurium ſit, neque Epocham diviſionis Apoſtolorum, neque adventum Pauli in Hiſpaniam, neque Innocentium I., neque Gregorium VII., neque ſilentium deulque Sanctorum PP. ſibi adverſari putat. Ac de Epocha diviſionis Apoſtolorum quod ſcribit, facile fortaſſe concedent, qui contra ipſum pugnant.

eodem circiter (1) tempore Herodem in Jacobum animadvertiſſe tradiderit. Deinde Patres omnes, qui de itineribus Sanctorum Apoſtolorum ſcripſerunt, non Græcos ſolum, ſed etiam Latinos, eoſque imprimis, qui in Gallia, Hiſpaniaque viguerunt, nullam uſpiam feciſſe adventus Jacobi in Hiſpaniam mentionem. At ſi ille veniſſet, totque progreſſus in provincia feciſſet, quot labores, itinera, ſtudia tanti Apoſtoli poſtulabant, fieri ſane non potuiſſe, ut ſic de ceteris agerent, ut unum Jacobum prætermittendum arbitrarentur. Eſſe ſibi compertum, atque exploratum argumenta, quæ *negativa* ſint, nullius fere ponderis eſſe, modo *poſitiva* afferantur, quæ & antiqua ſint, & digna, quibus fides, & auctoritas adjungi poſſit. Quod ſi vetus nullum afferunt Hiſpani monumentum, & ſi quod adducant, aut confictum fraude eſt, aut ſaltem ſuſpectum falſitatis, (2) nihil eſſe, cur, præ hoc, eſſe Patrum ſilentium contemnendum putent. Atque eſſe illud etiam atque etiam conſiderandum: in *negativis*, quæ vocant, *argumentis*, non eſſe ponendum, quod ita comparatum eſt, ut eſſe conſtat illud, quod e ſilentio Patrum colligitur. Namque ne veriſimile quidem videri, veteres non dicam Græcos, (3) Romanoſque, ſed Hiſpanos ipſos fuiſſe tam immemores beneficiorum, ut cum itinerum meminerint, quæ ceteri Apoſtoli

1 *Act. Apoſt. cap.* XI. XII.

2 Vide, quæ infra de operibus SS. Juliani, & Iſidori dicemus. Nihil de monumentis Cæſaraugustanis dico, quæ jure ab eruditis reprobantur.

3 Non enim Origenes apud Euſebium *lib.* III. *hiſt. cap.* 1. *pag.* 87. *edit. Cantabrig.* ubi recenſet Apoſtolos, nationeſque, quas docuerunt religionem, commemorat, non Euſebius ipſe *ibid.* non S. Johannes Chryſoſtomus, qui *Homil.* VII. *de laudibus Pauli tom.* II. *opp. pag.* 516. *edit. Montfauconianæ* Paulum in Hiſpaniam ſe contuliſſe teſtatur; & *Homil.* XXIX. *in epiſt. ad Rom. tom.* IX. *pag.* 732. *edit. Montfauconianæ* ſic ſcribit „ Sed neque ad eos abiit *Paulus*, qui prius „ fuerant edocti, uſque adeo ſcilicet abſtinuit, quominus alienis ſe diſcipulis ingereret, gloriæ- „ que gratia quod faciebat faceret, ut & ſtudio eos maxime voluerit docere, qui nondum au- „ dierat dè Chriſto: non enim dicit, ubi nondum nominatus eſt Chriſtus, id quod plus eſt „. Qui Jacobum in Hiſpaniam veniſſe cenſent, Iohannem Chryſoſtomum de gentibus, quas Paulus adiit, dum Epiſtolam ad Romanos ſcriberet, non de iis, quas poſt docuerit, agere contendunt. Non placet hoc genus reſponſionis aliis, qui eamdem tamen propugnant ſententiam. Igitur aut nullos Hiſpanos dediſſe Chriſto nomen, aut ſi qui dederunt, eos fuiſſe perpaucos tempore Jacobi cenſent. Itaque modo hunc Apoſtolum in Hiſpaniam deducant, non æque curant, tulerit ne, an non tulerit laborum, atque itinerum fructum. Mitto aliorum reſponſa, quæ legere quiſque apud Michaelem a S. Maria Auguſtinianum *Differt. Hiſt. de primo Evang. tradit. in Luſit. totaque Hiſp. cap.* IV. §. II. *in monument. Acad. Reg. Portug. an.* 1722. Quid? Si neque Pſeudo-Clemens in Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Homiliis, neque Pſeudo-Abdias, neque alii Fabulatores, qui ante irruptionem Maurorum in Hiſpaniam, ſcripſerunt, Jacobum in Hiſpaniam veniſſe affirmarunt? Immo vero Pſeudo-Abdias ſic habet apud Fabricium *tom.* II. *Cod. Apocryphi novi Teſt. pag.* 516. „ Poſt „ paſſionem Domini Iudæam, & Samariam in diviſione Apoſtolica ſortitus eſt.

ſtoli ſuſcepiſſent, tum ejus mentionem taciti præterierint, quod ad Hiſpanicum Jacobi (1) pertineret. Nam Iſidorum Hiſpalenſem non in ſpurio (2) illo *de Vita, & Morte Sancto-rum*

1 Prætereo Latinos Patres antiquiores. Nam eſt certum ab eorum nullo memorari iter Iacobi Hiſpanicum. Quod mirum eſt, id eſt profecto, quod ne ſexti quidem ſeculi ſcriptoribus innotuerit. Venantius Fortunatus ſeculi VI. ſcriptor in Carmine *de Virginit.* de Apoſtolis, lociſque in quibus Evangelium nunciarunt agens, ſic habet *pag.* 190. *l.* VIII. *Carm.* IV. *edit. opp. an.* 1603. *t.* I.

„ Præcipuum meritis Epheſus veneranda Johannem
„ *Dirigit* & Jacobos terra beata ſacros.

Non probo, quod aliqui dicunt, Venantium de locis, in quibus ſunt Apoſtoli martyrium paſſi, ſcribere. Nam Johannes paſſus Epheſi non fuit. Quodſi dicant, de locis, ubi ſepulti ſunt, eorumque corpora quieſcant, ab eo inſtitui ſermonem, caveant ne Hiſpanis Iacobi corpus adimere videantur. Itaque ſatius eſt reſpondere Venantio Fortunato ignotum iter idem fuiſſe. De nonnullis aliis ſequiorum etiam temporum Latinis ſcriptoribus erit paullo poſt opportunior diſſerendi locus.

2 Spurium id opus eſſe contendit Cajetanus Cennius vir eruditus *tom.* I. *de Antiquit. Eccl. Hiſp. cap.* II. *pag.* 24. *tom.* I. *edit. Rom. an.* 1741. Ei præiverant Magnus Baronius ad *Martyrol. Rom. ad d.* XXV. *Jul.* & Natalis Alexander *Hiſt. Eccl. ſec.* I. *Diſſ.* XIV. *concl.* 2. Confer Oudinum *De ſcript. Eccl. t.* I. *pag.* 1591. *edit. an.* 1722. alioſque. Principio enim is auctor cum Iſidoro pugnat. Iſidorus *lib.* VII. *Originum cap.* IX. *pag.* 98. *edit. an.* 1601. de Iacobo loquens „ Iacobus, „ *inquit*, Zebedæi a patre cognominatur, quem relinquens, cum Iohanne verum patrem ſe„ quuti ſunt. Ibi ſunt filii tonitrui, qui etiam Boanerges ex firmitate, & magnitudine fidei „ nominati. Hic eſt Iacobus, qui poſt aſcenſionem Domini ab Herode manifeſtatur occiſus „. Idem ipſe Iſidorus *Præf. in nov. Teſtam. pag.* 411. *edit. opp. an.* 1601. de Iacobo minore ſcribit „ Ia„ cobus, *inquit*, frater Domini ſcripſit unam Epiſtolam ad ædificationem Eccleſiæ pertinentem, „ cujus ſententiæ immenſam ſcientiæ claritatem legentibus videntur infundere „. Rurſum *lib.* I. *de off. Eccl. cap.* XII. *pag.* 584. „ Iacobus, *inquit*, (de fratre Domini loquitur) ſuam ſcripſit „ Epiſtolam, quæ & ipſa a nonnullis ejus eſſe negatur, ſed ſub nomine ejus ab alio dictata exi„ ſtimatur „. At hæc omnia evertit auctor operis *de vita & morte* PP. Non enim ſolum affirmat Iacobum Majorem in Hiſpaniam veniſſe, quod verus Iſidorus nuſquam dixit, ſed etiam Iacobum eumdem Majorem auctorem eſſe Epiſtolæ illius, quam & nemo occidentalium veterum Majori, & ipſe Iſidorus minori tribuere ſolebat. „ Iacobus, *inquit*, Zebedæi frater Iohannis quartus in „ ordine, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione gentium, ſcripſit, atque Hiſpaniæ, & oc„ cidentalium locorum populis Evangelium prædicavit, & in occaſu mundi lucem prædicationis „ effudit. Hic ab Herode Tetrarcha gladio cæſus occubuit, ſepultus in Carmarica „. Quis autem ferat, Iſidorum tam fuiſſe incautum, ut ea diceret, quæ & Patrum ſententiis opponerentur, ſecumque ipſe pugnaret? Quinetiam librum eumdem de vita & morte Sanctorum plenum eſſe ineptarum ſententiarum, indignarumque gravitate Iſidori, recte obſervat Cennius *ibid.* Alii Iſidori hoc opus eſſe arbitrantur, etſi vitiatum deinceps fraude impoſtorum facile concedant. Vide *Michaelem a S. Maria l. c.* §. III. *cap.* IV. Confer etiam Launoyum *in Diſpunctione Epiſtolæ Petri de Marca c.* VI. *pag.* 57. *edit. an.* 1670. Neque vero iis repugnarem, qui corruptum alicubi eſſe dicerent, neque omnino Iſidoro adimendum exiſtimarent, cum in antiquiſſimis codicibus inter Iſidori opera numeretur, tribuique Iſidoro a graviſſimis, vetuſtiſque ſcriptoribus ſoleat. Conſule Nicolaum Antonium *Bibl. vet. Hiſpan. tom.* I. *l.* V. *num.* 114. Petrum de Marca *epiſt. ſup. cit. Euſebianæ Hiſt. a Valeſio Præfixa*, Marchionem de Mondejar *cap.* XX. Henricus Floretius vir eruditus *cap.* III. §. 2. multos numerat, qui aut dubitarent, aut putarent Iacobo majori eſſe Epiſtolam, de qua paullo ante diximus, tribuendam. Sed occidentales nullos veteres nominat, quos ſequi Iſidorus auctores poſſet. Atque eſt ſane exploratum, Iſidorum, alioſque, qui ea ætate viverent, quæ ad auctores librorum ſacrorum pertinebant, ea Hieronymo, aliiſque occidentalibus, qui Euſebium in hoc genere imprimis ſequebantur, non ex bibliis Arabicis, aut Syriacis, repetere conſueſſe. Rurſum Floretius Iacobum *fratrem domini*, quem Iſidorus auctorem Epiſtolæ fuiſſe affirmat, non diſcrepare a Iacobo Majore arbitratur, quod *Matth.* XII. *v.* 47. fratres domini

rum libro, ſed in (1) *Originibus* de Jacobo ſic ſcribere, ut cum res ab eo fortiter geſtas complexus breviter fuerit, omiſerit tamen iter ejus Hiſpanicum, quod ſane plurimum ad ipſum, atque Eccleſiam, cui erat præfectus, ſpectabat. Concilia autem (2), quæ ante Maurorum in Provinciam adventum celebrata aut Toleti, aut Brachari, aut Eliberi fuerunt, nuſquam Jacobi meminiſſe, quaſi inſtitutor fuerit Hiſpanicarum Eccleſiarum. Eſſe autem gravius, quod ex antiquis Ritualibus libris Hiſpanorum, Gothorumque (3) concluditur. Nemini enim perſua-

mini Iacobus, & Iohannes appellari videantur. At erat a Florentio demonſtrandum his verbis: *Jacobus frater domini*, aliquando fuiſſe ab Iſidoro, aut a Patribus Iacobum Majorem indicatum. Atque eſt illud incredibile Iacobum Majorem, ſi eſt *Frater domini* appellatus ab Iſidoro, non fuiſſe etiam *Zebedæi filium* vocatum, ut diſtingui ab illo poſſet, quem ceteri omnes *fratrem Domini* dicere ſolebant. Quinetiam ne in cogitationem quidem cadit, Iacobum fratrem Iohannis fuiſſe Zebedæi filium, cum neceſſitas non poſceret, dictum ab Iſidoro, cum autem poſceret, non item. Neque eſt veriſimilius, quod inquit Floretius mutaſſe nempe Iſidorum, quæ ante dixerat, *in lib. de vita, & morte PP.* Emendaſſet ne ante, quam orta hæc eſſet in occidente opinio? At Miſſale, inquit, Mozarabum, & Freculphus. Scilicet hinc efficitur, ut vel Freculpho non eſſe ſcriptorem libri de *Vita, & Morte PP.* hoc eſt IX. ſeculo antiquiorem, vel ſi eſt, librum ipſum vitiatum a poſteriore quopiam putem. Non moror, quod adjungit pro *ſcripſit*, legi fortaſſe oportere *prædicavit*; nam quid hoc eſt: *duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione, prædicavit, atque Hiſpaniæ, & occidentalium locorum populis evangelium prædicavit*. Hæc ſcilicet τοῦ *prædicavit* repetitio inepta eſt. Confer Cennium *ibid. pag.* 24. *num.* V.

1 Vide *notat. ſuper.*

2 *Mirabile* ſane videtur, quod nullius *Synodi* earum, quæ ante adventum Saracenorum habitæ in Hiſpania ſunt, Actis quidquam de Iacobi in Hiſpaniam adventu contineatur. Nam quod aliqui opponunt Concilium Toletanum quartum anno 633. celebratum, quaſi in eo de condendo *Breviario Gothico Hiſpanico*, quod dictum deinde Mozarabicum ſit, Patres cogitarint, inane eſt. Synodus enim non novum *Breviarium* componi præcepit, non id oneris Iſidoro impoſuit, non hymnum, reſponſoriumque memoravit, in quo ſit itineris Iacobi in Hiſpaniam mentio; ſed e vetere vitia quædam tolli, ut ne poſthac quadrageſimæ tempore *Alleluja* diceretur, atque hymni, imprimiſque Zachariæ canticum *Benedictus* recitaretur, juſſit. Concilium autem I. Bracharenſe, quod Brito protulit, commentitium eſt. Qua de re vide Antonium Pagium *ad an.* 411. *num.* 212. Cennium *ibid. pag.* 26. & Michaelem a S. Maria *ibid. cap.* IV. §. III.

3 Rituales libri, ut omnes norunt, novis ſemper acceſſionibus, augeri ſolent. Quare etſi Iſidorianus codex idem atque is eſſet, qui poſt Mozarabicus eſt appellatus, ex eo tamen nullum ſibi commodum polliceri Floretius, Aguirrius, Mondejarus &c. poſſent, ut qui oſtendere nequeant, eſſe hymnum de S. Jacobo, quem continet, inventione Corporis Iacobi, & adventu Maurorum in Hiſpaniam antiquiorem. At Cennius *l. c. pag.* 28. Gothicum, atque Mozarabicum unum, eundemque eſſe Codicem *negat*. Ac Mozarabicum ſane a. ſeculo conflatum arbitratur. Ut ut ſit, illud profecto negari nequit, in antiquiſſimo Codice Iſidoriano, qui ſervatur in celeberrima Veronenſi Bibliotheca, & quem poſt Ioſephum Blanchinium Congregationis Oratorii Rom. Presb. eruditiſſimum *t.* I. *P.* II. *opp. Card. Thomaſii edit. an.* 1741. *pag.* 1. *ſeqq.* edidit Muratorius ὁ Μακαρίτης *t.* II. *Liturg. Collect. pag.* 514. *edit. an.* 1748. nulla ſit Iacobi Apoſtoli, ejuſque itineris in Hiſpaniam commemoratio. Numerum dierum feſtorum deſcribit Cennius *ibid. Diſſ.* 1. *cap.* II. *pag.* 33. *ſeq.* in quo quidem catalogo nomina ss. Polycarpi, Sebaſtiani, Agnetis, Babylæ, Agathæ, Marci Evangeliſtæ, Cypriani, Hyppoliti &c. ſit mentio, Iacobi vero

deri poſſe, nullam in iis fieri Apoſtoli commemorationem, qui Hiſpaniam peragraſſet, tamque inſignem incolis attuliſſet partem commodorum. Quid enim? An martyrum, qui in aliis regionibus egerant, affectique religionis cauſſa extremo ſupplicio fuerant, celebrandam memoriam Hiſpani putaſsent; Jacobi vero, a quo primum diſciplinam acceperant, non item? Id vero, niſi eos, qui ſtudio partium teneantur, liberum quidem certe neminem crediturum. Atque adventum Jacobi non fuiſſe x. (1) ſeculo; quid autem x.? Immo vero ne XII. quidem ita pervulgatum, ut omnibus Hiſpanis probaretur. Extare monumenta eorum temporum, quæ plane efficiant, fuiſſe aut ignotum multis, aut viſum haud prope ad veritatem accedere. Itaque Cajetanum (2) Cennium, qui neglectis documentis, quibus uti Scriptores Hiſpani, ut ſuam opinionem tueantur, ſolent, ad unam conſenſionem, quæ tam eſt recens, confugiat, putetque optime ſe proinde eſſe meritum de Eccleſiis Hiſpanorum, ac ſi primus omnium, quod erat implicatum evolverit, vel candide non dixiſſe, quod ſentiebat, vel ſi dixit, non animadvertiſſe, quam infirma eſſet ratio, quæ

vero Apoſtoli nullo modo. Id vero magno eſſe videtur argumento his, qui negant, veniſſe Jacobum in Hiſpaniam, ad ſuam confirmandam opinionem, quod Eccleſiæ ſuorum Magiſtrorum, & Martyrum imprimis, deinde aliorum memoriam colere ſolerent. Nam Romanum Kalendarium nullum eſt, in quo Petri, & Pauli, Carthaginienſeque nullum, in quo Cypriani, Aurelii &c. memoriæ certus quidam non ſit deſtinatus dies.

1 Auctor hiſt. Compoſtellanæ, qui ut colligitur ex Florerio *pag.* 151. *ſeqq. tom.* III. non eſt profecto ſeculo x. & fortaſſe etiam XI. vel XII. antiquior, ut defenſores itineris Hiſpanici confitentur, apud eumdem Floretium *in Append. tom.* III. *pag.* XVI. ſic habet „ Aliis itaque „ Apoſtolis ex præcepto Domini in diverſas provincias, & ad diverſas civitates Evangelicæ „ prædicationis ſtudio commigrantibus, Beatus Jacobus ſancti Johannis Apoſtoli, & Evangeliſtæ frater Hieroſolymis remanſit Verbum Dei prædicaturus, ibique ab Herode ob Chriſti „ confeſſionem, & Catholicæ fidei aſſertionem decollatus &c. „ Quid ad hæc Floretius. *Reſpondeo*, inquit, *Hiſpania*, *&* *Hieroſolymis Verbum Dei prædicavit*. Quam id recte reſpondeat, ipſe viderit. Si qua eſt igitur, ea omnino facilior eſt reſponſio, quam adhibet Cennius. *Diſſ.* 1. *cap.* II. *pag.* 27. Qui de eo monumento agens: *mihi eſt*, inquit, *figmentum omnium celeberrimum*. Hoc pacto nulla res erit tam implicata, quam nullo negotio expedire non liceat. Etſi vero introductam fuiſſe fateotur, tamen confirmatam, pervulgatamque ſeculo XI. & XII. fuiſſe eam opinionem negant oppugnatores ſententiæ Hiſpanorum, quod cum Bracharenſis, & Compoſtellanus Præſules inter ſeſe contenderent, ſervari quidem reliquias Jacobi Compoſtellæ affirmarent, veniſſe autem Jacobum in Hiſpaniam numquam affirmarent. Vide Gregorii VII. *l.* I. *Reg. ep.* LXIV. *pag.* 53. *tom.* X. *concil. edit. Labbei pag.* 53. & Innoc. III. *lib.* II. *epiſt.* CXXXIII. *pag.* 423. *tom.* I. *edit.* Baluzii.

2 Cujuſmodi enim ea eſſe poteſt traditio, quæ ne ſeculo quidem XI. conſtans, probata multis, beneque confirmata eſſet? Ita quidem cenſet Michael a S. Maria *cit. Diſs. cap.* V. quod inſcribitur „ *Nullam eſſe traditionem de Prædicatione S. Jacobi in Hiſpania, quæ vera traditionis rationem, & conditiones habeat*.

quæ ignota antiquis traditione niteretur . Vidiſſe hæc ſcilicet Cardinalem (1) Aguirrium virum doctiſſimum , quamobrem id aliquando conſilii ſuſcepiſſe , ut nihil eſſe ſtatuendum arbitraretur , quoad in Sirletanum codicem & veterem , & magnæ auctoritatis incidiſſet , in quo appulſus Jacobi in Hiſpaniam memoraretur . Sed eum, quum certior eſſet factus , nihil eodem codice contineri , quod ad ipſius inſtitutum poſſet conducere , ita ut ſit , ubi quis indulgere ſuis civibus , quam aperte profiteri , quod cenſeat, mavult , conjecturis agendum exiſtimaſſe , quibus tamen nihil ineſſe virium videretur . Eſſe præterea falſum , quod defenſores Hiſpanici putant , argumenta nulla adverſariis ſuis ſuppetere , quæ appellari *poſitiva* poſſint . Innocentium (2) enim primum , quem ineunte ſeculo v. vixiſſe conſtat , ſic ſtatuere , non ab Apoſtolo aliquo , ſed ab iis , qui miſſi in Hiſpaniam a Petro , vel ab ejus Succeſſoribus ſunt , inſtitutas fuiſſe Eccleſias Hiſpanorum . Namque ne in cogitationem quidem cadere, excidere id ſapientiſſimo Pontifici potuiſſe , qui ſciret , fuiſſe in ea Provincia ab Jacobo collectos cœtus Chriſtianorum . Quod ſi ſunt , qui Innocentium lapſum errore fuiſſe (3) affirment , ſunt autem, ut intelligo , aliqui , ab

 his

1 Aguirrius *Collect. concilior. Hiſp. Diſſert.* ix. *tom.* 1. *num.* 27. *pag.* 140. „ Hiſce , *inquit* , in utramque partem breviter diſputatis fateor ingenue , mihi adhuc hærere aquam , ac „ proinde quæſtionem in medio relinquam , donec contingat invenire codicem illum Cardinalis „ Syrleti , ex cujus ſola lectione illam dirimere oportet „ . Confer Cennium *ibid. pag.* 20. ubi „ Codicem nempe unum , *inquit* , tantæ rei ſperabat fore judicem , in quo S. Hippolyti Por„ tuenſis opuſculum de duodecim Apoſtolis , S. Jacobo prædicationem Hiſpanicam tribuere teſta„ batur legatus Catholici Regis Dux Seſſæ , eodemque nno fretus : *Si contigerit invenire* , ait , „ *Codicem Syrleti, tandem aliquando proferam ingenue quidnam ibi habeatur abſque ullo præ„ judicio ; neque enim mihi tanti eſt rerum noſtratium amor , quanti ſtudium veritatis*. „ Quid vero? V.C. Emmanuel Martinus , quem ſuorum in ſtudiorum conſortium adſciverat , ex„ cuſſis Vaticanæ Bibliothecæ codicibus quibuſcumque , excellentiſſimum legatum eſſe deceptum „ deprehendit ; multa ſecus docentia (teſte oculato utor) exſcripſit ; doctiſſimum Cardinalem „ fere ab incœpto revocavit &c. Ac præter Aguirrium alios quoque fuiſſe Hiſpanos , qui vehementer addubitarent , oſtendit Michael a S. Maria *Diſſert. indicat.* 1 *cap.* 1. §. 1. In his numerat Benedictum Pererium , Johannem Lorinum , Jacobum Tirinum , Iohannem Marianam , qui *l.* IV. *cap.* II. unius Iſiduri auctoritate niti iter Hiſpanicum Iacobi teſtatur , atque ubi ad templum Cæſaraugustanum venit , totum quod eſt de columna in dubium revocat , nec affirmare audet ex vera hæc traditione , *ſed ex quadam tantum fama , ac perſuaſione* manare ; *cujus ſcriptioni* , Inquit , *rerum antiquitas fidem derogat , proinde liberum de omnibus his judicium Lectoribus eſſe relinquendum* . Vide Emmanuelis Martini *lib.* v. *epiſt.* 11. *pag.* 211. *edit. an.* 1738.

2 Vide Innocentii locum *epiſt. ad Decent.* Eugub. XXVI. *t.* I. *ep. Rom. Pont. p.* 856. *ed. Cout.*

3 Confer Michaelis a S. Maria *Diſſertationem cap.* IV. §. 1. Id vero ne Floretius quidem probat *pag.* 73. *tom.* III. *Hiſp. ſacra* . Sunt qui fundatam ab Jacobo Eccleſiam negent , atque hoc

pacto

his & novam, & minus conſtantem traditionem, contra atque ratio poſtulet, anteponi antiquis Eccleſiæ monumentis. Probari præterea eorum nequire ſententiam, qui hoc pacto declinari ab ſe difficultatem poſſe arbitrantur, ſi reſpondeant, Innocentium de Eccleſiis, non de aliquibus tantum viris, quos Jacobus ad Chriſtiana ſacra converterit, ſermonem inſtituiſſe. Neque enim probabile videri ab Jacobo fuiſſe (1) perpaucos Chriſtianos factos, quos deinde Petrus Epiſcopos ordinaverit. Hæc igitur eo dici, non quo vetere ullo monumento nitantur, ut recte eſt obſervatum a Moraleſio, (2) ſed quo ratione aliqua ſatis eſſe Innocentio factum videatur. Ceterum Apoſtoli cœtibus, quos inſtituebant, Presbyteros, (3) Præſuleſque præficere conſuerant, qui eos moderarentur. Quod ad Hieronymi locum (4) attinet, eſſe illum ita comparatum, ut

Pacto ſatisfieri Innocentio poſſe arbitrentur; ut qui loquutus de iis fuerit, qui cœtus in Hiſpania Chriſtianorum conſtituerunt. Vide *Michaelem a S. Maria ibid.* Sed nullos fuiſſe ad Chriſtiana ſacra, aut perpaucos ab Jacobo perductos, ſi in Hiſpaniam venit, quibus tandem monumentis efficient? Nam quod ajunt, paucos illos, qui opera Jacobi Chriſti religionem profeſſi ſunt, Epiſcopos fuiſſe deinde a Petro, Paulove ordinatos, atque in Hiſpaniam miſſos Evangelium prædicatum, inane eſt. Unde enim conſtat his fuiſſe auctorem in Hiſpania Jacobum, ut ſuperſtitionem Deorum averſarentur? Atque hos fuiſſe Apoſtoli Jacobi hortatu Chriſtianos factos, quod nullo vetere monumento ſtatui poſſit, probatum numquam eſt Moraleſio, vir ſi quis alius, rerum hiſpanicarum peritiſſimo. Quid ſi plures in Hiſpania habuiſſe diſcipulos Jacobus feratur? *Breviar. Bracharenſe ad d.* XXVI. *Aprilis, & apud Floretium Append. tom.* II. *num.* VII. *pag.* CLIV. ſic habet „ Beatus Iacobus Apoſtolus filius Zebedæi plures in Hiſpania adhuc vivens diſcipulos habuit, ſicut ait „ Callixtus Papa in ejus tranſlatione „. Epiſtola, quæ Calliuti Papæ II. dicitur, *apud eumdem Floretium, Append. num.* XX. §. II. *pag.* XLIX. hæc continet „ Sciendum, quod B. Iacobus *plures* „ *diſcipulos*, ſed duodecim habuit ſpeciales. Tres in Hieroſolymitanis oris elegiſſe legitur ... „ *Novem vero in Galecia* dum adhuc viveret Apoſtolus elegiſſe dicitur, quorum ſeptem, aliis „ duobus in Galecia remanentibus, cum eo Hieroſolymis perrexerunt &c. Igitus Calliato auctore, præter hos novem, alios habuit in Hiſpania Iacobus auditores, qui Chriſtum conſectarentur, eoſque jam plures. At Floretius de *divinis officiis* agere Innocentium arbitratur. Verum is quoque videat, ne Innocentii verba in alium ſenſum contorqueat, quam ipſa poſtulent. Ille namque Pontifex negat ullum alium, præter eos, qui miſſi a Petro fuerant, in Hiſpania &c. *docuiſſe*, ſubditque Eccleſias *Gallicas, Hiſpanicas* &c. a Romana Eccleſia *accepiſſe principium*, adeoque ſequi eas oportere, quod Romana ſenſit. Quamobrem ex eo quod nullus ante Hiſpanos religionem Chriſtianam docuerit, in eaque regione Eccleſias conſtituerit, concludit Innocentius, ritus Eccleſiæ Romanæ colendos eſſe etiam ab Hiſpanis, non vero ex eo quod ritus olim a Romana Eccleſia mutuati ſint. Hujus enim rei nulla eſt a Pontifice facta mentio. Non moratur tandem Floretius argumentum *negativum* ex Epiſtola Innocentii deductum, adjungitque ſi quid evincat, una ſimul evincere, ne Paulum quidem in Hiſpaniam contendiſſe. Atenim quod eſt de Paulo, aliquanto poſt declarabitur. Cujus autem ponderis ſit argumentum hujuſmodi negativum, quoniam animadverſum paullo ante eſt, nunc omittatur.

1 Vide Michaelem a S. Maria *ibid. cap.* IV. §. 1. & *not. ſuperiorem*.

2 Confer Moraleſium *lib.* IX. *Annal. Hiſp. cap.* XIII. *pag.* 261. *edit. an.* 1574.

3 Vide *Michaelem a S. Maria ibid.*

4 Confer eumdem *ibid. cap.* IV. §. II. Hieronymus autem ante Paulum, nullum in Hiſpaniam præ-

ut præſidio eſſe patronis adverſæ ſententiæ non poſſit. Nam etſi de Apoſtolis tantum loqueretur, tamen, quod ait, *alius in Hiſpaniam*, id totum Paulo eſſe peculiare. Præter Paulum enim, veteres nullum nominaſſe, qui in Hiſpaniam contenderit Evangelium prædicatum. At eſſe veriſimile in Scythia, Illyrico, & Græcia ab aliis deinde fuiſſe propagatam Chriſtianam religionem. Extare Hieronymi luculentiſſima teſtimonia, quibus oſtendi queat, unum Paulum ex Apoſtolis in Hiſpaniam (1) eſſe profectum. Librum de *Vita, & Morte Sanctorum* non Iſidoro (2) Hiſpalenſi, ſed ſcriptori neſcio cui eſſe tribuendum, qui non fuerit ſeculo nono vetuſtior. Hoc idem eſſe de opere Juliano (3) Toletano Metropolitæ adſcripto ſentiendum. Ritualem (4) Mozarabum librum movere neminem cri-

prædicatum Evangelium veniſſe ſcribit *lib. in Amos cap.* v. *pag.* 1412. *tom.* III. *edit. Martianæi* „ Vocatus a Domino (Paulus), *inquit*, effuſus eſt ſuper faciem univerſæ terræ, ut prædica- „ ret Evangelium de Ieruſalem uſque ad Illyricum, & ædificaret non ſuper alterius fundamentum, „ ubi jam fuerat prædicatum, ſed uſque ad Hiſpanias tenderet „. Sic autem ſumunt oppugnatores hiſpanici itineris Jacobi. Si ante Paulum Iacobus prædicarat, quemadmodum auſus fuiſſet Hieronymus ſcribere, *ædificaſſe Paulum non ſuper alterius fundamentum, ubi jam fuerat prædicatum*? Indicio eſt igitur non fuiſſe Hiſpanis a Jacobo Evangelium nunciatum. Neque placet eis, quod Hiſpani opponunt, fuiſſe prædicatam quidem, at non receptam Chriſtianam religionem in Hiſpania. Nam primo loco Hieronymum ne prædicatam quidem fuiſſe dicere a quoquam ante, quam eodem Paulus perveniſſet. Deinde aut falſum eſſe, nullos acceſſiſſe Iacobi opera ad Chriſtiana ſacra, aut ſaltem omnino dubium.

1 Conſule notationem ſuperiorem. Hieronymum ſibi conciliare conatur Floretius *cap.* III. §. VII. *tom.* III. *Hiſp. ſacræ*, ſed fruſtra.

2 Vide ſupra *notat. pag.* 280.

3 Floretius hoc induxit in animum, ut modo adventum Iacobi in Hiſpaniam defendat, quidvis ferendum, atque concedendum putet. Itaque commentariorum librum in Nahum, quem viri docti Juliano Toletano Epiſcopo adimunt, eidem adſcribi oportere contendit, & Natalem Alexandrum inſectatur, quaſi non ratione egerit, ſed præjudicata opinione *cap.* III. §. IX. *pag.* 119. *ſeq.* At ſi Michaelis a S. Maria ſodalis ſui Diſſertationem *c.* IV. §. III. legiſſet, animadvertiſſet profecto, eſſe multa, quæ impediant, quo minus id opus Iuliani eſſe videatur „ Conſtat, *inquit* „ *ille*, ex catalogo librorum S. Iuliani, quem compoſuit Felix Epiſcopus & ipſe Toletanus, & „ Immediatus Iuliani ſucceſſor, omnia ejuſdem Iuliani opera accurate recenſens, materias li- „ brorum, & perſonas, ad quas a S. Iuliano libri ipſi directi ſunt... Nullum *ibi* verbum de eo „ commentario in Nahum. (Vide Bollandianos *tom.* I. *Martii pag.* 786.) Vir doctus Nicolaus „ Antonius in *Biblioth. vet. Hiſp. pag.* 309. ait *Commentar. hoc* ab illo (Caniſio) fuiſſe depromp- „ tum ex Bibliotheca Bavarica, ſed mutilum, & vix cœptum. Cum autem videamus hoc.. in „ Bibliotheca Bavarica non modo cœptum, ſed continuatum, nulla ſui parte mutilum, ſatis „ prolixum, & longe poſt medium ſcriptam eam prædicationem S. Iacobi, quid aliud datur intel- „ ligi, niſi eam continuationem, & coordinationem, conſequenterque præfatam prædicationem „ nec etiam in illo Mſ. Bavarico repertam fuiſſe, ſed ab alio, quam a Caniſio fuiſſe confictam, „ & ei commentario intextam?... Etiam ex Bibliotheca Bavarica prodiit Iulianus Peres fabu- „ loſus auctor. Tandem fictus hic Iulianus Toletanus neſciebat quibus in Provinciis Apoſtoli „ prædicarunt. Ait enim S. Philippum prædicaſſe in Gallia, quod falſum eſt.

4 Vide ſupra *not.* 3. *pag.* 281. Floretius multa opponit eodem *cap.* III. §. VIII. quibus contra

criticum poſſe. Veterem eſſe, omniumque ſtudioſorum ſacrorum rituum firmatam conſenſu opinionem; libris ritualibus adjici quædam progreſſione (1) temporum conſueſſe. Itaque hymnos, &c. qui ad Jacobum pertinerent, additos fortaſſe ab iis, qui poſt introductam, pervulgatamque de *itinere* Hiſpanico traditionem floruerunt. Quinetiam Mozarabicum ritum ſic auctum, non eſſe antiquiorem Maurorum in Hiſpaniam incurſione. Quamobrem nullius eſſe ad eam rem, quam adverſarii vellent, demonſtrandam auctoritatis. Mirum autem plerisque videri, quid ſit, quod Bedam (2) ſibi Hiſpani quidam præſidio eſſe arbitrentur. Quod enim illi tribui ſolet, alterius eſſe, qui poſt ipſum floruerit, non autem presbyteri ejuſdem opuſculum. Atque illum ſane, ubi in genuinis operibus Jacobi meminit, nuſquam Hiſpanici itineris meminiſſe. Nihil ſe de Romano (3) Breviario hodierno dicere, in quo iter Jaco-

contra Cenninm antiquitatem Breviarii Mozarabi tutatur, oſtenditque, nihil repugnare, quin hymnus S. Jacobi ante inventionem corporis ejuſdem Apoſtoli, & adventum Maurorum in Hiſpaniam recisaretur. Sed quo exitu, ipſe viderit. At ſcripſum reipſa fuiſſe ante, neque oſtendit, neque poterat, ſi conatus eſſet, oſtendere.

1 Addi permulta lapſu temporum ritualibus libris negari a nemine poteſt, qui ſit peritus ſacrorum rituum. Id Thomaſius, Brunius, Menardus, aliique demonſtrant.

2 *Excerpta, & Collectanea* non eſſe a Beda conſcripta cenſent Bellarminus *de ſcriptor. Eccl.* p.253. t.VII *opp. edit. Veneta an.*1738. Poſſevinus *in Apparatu pag.*203.*ſeq. edit. an.*1608. Dupinius *Biblioth. tom.*VII.*pag.*87. *edit. an.*1692. & ex Acatholicis, ut alios miſſos faciam, Oudinus *tom.*1.*pag.*1693. *de ſcript. Eccl. edit. an.*1722 & Caveus *Hiſt. litter. pag.*335. *edit. an.*1693. Extant ea *Collectanea &c. tom.*III. *opp. Bedæ pag.*480.*ſeqq. edit. an* 1612. Confer Michaelem a S. Maria l. c. *cap.*IV. §.III. quo loco Ferreram oppugnat, qui Sixti Senenſis teſtimonio deceptus, Bedæ eſſe tribuenda putavit. Atque eodem errore implicatus Floretius eſt, qui *Excerptiones in libros Iſidori, & Excerptiones, Collectanea, Flores, quæſtiones ex patribus* memorat. Animadvertendum autem hoc loco eſt, quoniam de ſpuriis opuſculis facta eſt mentio, quædam etiam, quæ Hiſpanis contraria ſint, reperiri. Floretius *cap.*III. §.II. *tom.*III. *Hiſpania ſacra* pluribus demonſtrat, errare vehementer Natalem Alexandrum, alioſque, qui Rodericum Archiepiſcopum Toletanum Romam ad Concilium Lateranenſe veniſſe, contendiſſeque numquam S. Jacobum iter Hiſpanicum ſuſcepiſſe: Cui equidem vehementer aſſentior, affirmoque ſpuriam eſſe controverſiam illam, quam agitatam inter Toletanum eumdem, & Compoſtellanum Antiſtites ferunt, etſi eſt a Loaiſa publicata.

3 Nititur Floretius, maximeque Breviarii Romani auctoritate confidit. *Cap.*III. §.I. *t.*III. *pag.*41.*ſeqq.* Sed vereor, ne ab adverſariis extorquere nequeat aſſenſionem, qui nonnulla extare in Breviario affirmant, quæ caſtiganda ſint, adeoque a Romanis Pontificibus interdum viris doctis negotium eſſe datum, ut de emendando Breviario cogitarent. Non enim eadem ſemper apud noſtros Romanos obtinuit in hiſtoria Jacobi narranda ratio. Nam primum ſermo S. Iohannis Chryſoſtomi de *matre filiorum Zebedæi* legi conſuerat. Tempore Pauli III. vulgatum breviarium cura Franciſci Cardinalis Quignonii fuit, in quo erat hoc modo „ Hiſpaniam adiiſſe (Iacobum) & ibi Evange-„ lium prædicaſſe auctor eſt Iſidorus „. Poſt quod erat de Iſidoro, deletum eſt, atque ita legi ſolebat „ Mox peragrata Hiſpania, ibique prædicato Evangelio, rediit Hieroſolymam. Non placuit Cardinali Baronio: quare auctor Clementi VIII. fuit, ut ſic in Breviario poni juberet „ Mox Hiſpaniam adiiſſe (Iacobum) & aliquos diſcipulos ad fidem converti ſſe Eccleſiarum illius „ pro-

Digitized by Google

Jacobi in Hiſpaniam memoratur . Non enim initio ſimile quidpiam in eo legi conſueſſe . Quod ſi rogatu Hiſpanorum inſertum eidem id fuit, ſeculo tamen XVI. ineunte , doctiſſimi Cardinalis Baronii opera , conſenſioneque Clementis VIII Pont. Max. rejectum eſt , quamquam id poſt Hiſpani curarint ut rurſum Breviario insereretur . (1)

Paulus in iis litteris , quas ad (2) Romanos dedit , eſſe ſibi in animo ſcripſit , Hiſpaniam petere . Neque vero tempus illi (3) defuit , quo cogitata perficere valeret . Itaque (4) Græci,

„ provinciæ traditio eſt „ . Poſtremo Urbanus VIII. ut controverſiis finem imponeret , quæ ſane graviſſimæ excitatæ ab Hiſpanis fuerant , reſtitui quæ Pii V. tempore legebantur , curavit. „ Mox in Hiſpaniam profectus , ibi aliquos ad Chriſtum convertit , ex quorum numero ſeptem „ poſtea Epiſcopi a B. Petro ordinati in Hiſpaniam primi directi ſunt „ . Vide Cennium *loc. cit. pag.*12. *ſeq.*

1 Cetera , quæ proferuntur ab utraque parte argumenta , reperiet lector apud eos ſcriptores, quos initio hujuſce capitis laudavi . Mihi enim præcipua indicaſſe ſat eſt , ut qui alio properem . Denique hoc moneo , liberam eſſe cuique , utrum velis , conſectari ſententiam . Quare quiſque deliget, quam exiſtimet eſſe ad veritatem propenſiorem .

2 S. Paulus *epiſt. ad Romanos cap.*xv. *v.*24. „ Cum in Hiſpaniam , *inquit* , proficiſci cœpero , ſpero , quod præteriens videam vos , & a vobis deducar illuc , ſi vobis primum ex parte fruitus fuero . *Et v.*28. „ Hoc igitur cum conſummavero , & aſſignavero eis fructum hunc , „ per vos proficiſcar in Hiſpaniam .

3 Paulum in Hiſpaniam contendiſſe negaat Tillemontius *t.*1. *Mon. H. E. pag.*314. 609. *edit. Pariſ.* ubique . Affirmant Baronius *ad an.* 61. *num.*II. Benedictus Pererius *tom.*II. *Diſputat. ſelectar. in ſcript. Diſp.*II. *in cap.*xv. *epiſt. ad Roman. num.*VIII. Michael a S. Maria *Diſſert.* laudatæ *cap. ult.* Floretius *tom.*III. *Hiſp. Sacra cap.*II. *pag.*5. *ſeqq.* Cajetanus Cennius *Diſſ.*I. *cap.*II. *num. ult.* ſexcentique alii , quos recenſere non vacat . Dubitare aliquantiſper videntur Natalis Alexander *Diſſ.*XIV. *in hiſt.* I. *ſec. pag.*554. *tom.*4. *edit. an.*1679. & Calmetius *in epiſt. ad Rom. cap.*xv. Poſteaquam biennium in docendis Romanis conſumſit , Paulum nanciſci tempus potuiſſe , quo in Hiſpaniam proficiſceretur , revocari in controverſiam a nemine poteſt , qui ſit peritus rerum Chronologicarum . Ab anno enim 61. , in quem deſinit modo indicatum biennium , ad an. 65. æræ vulgaris , quo gladio , cauſſa religionis , plexus eſt , triennium excurrit . Conſule Pearſonum in Annalibus Paulinis *pag.*20. *edit. an.*1688. Baſnagium *ad an.*62. *num.* 6. Quo quidem intervallo potuit Apoſtolus cogitata perficere . Atque eſt profecto incredibile , eum, qui tanto deſiderio docendorum Hiſpanorum arderet , quique ſine ulla conditione profecturum ſe in Hiſpaniam dixerat , cum opportunum tempus eſt conſequutus , noluiſſe ei itineri ſeſe committere .

4 Clemens Romanus Epiſtola ad Corinthios prima apud Cotelerium *tom.*1. *Apoſtolicorum PP. edit. an.* (non 1725. ut Floretius ſcribit , ſed) 1742. *pag.*151. de Paulo diſſerens , ſic habet : καὶ ἐπὶ τὸ τέρμα τῆς δύσεως ἐλθὼν &c. *Et ad terminum occidentis veniens* . Voce τοῦ τέρματος intelligit *Hiſpaniam* , ut animadvertunt Scheleſtratius *Diſſ. de Auct. Patriarch. & Metrop. adverſus Stillingfletum ed.Rom. an.*1687. *pag.*9. Pearſonus *in Annal. Paul. p.*20. *edit. an.*1688. & Grabius *in not. ad Irenæi lib.*1. *cap.*III. *pag.* 46. *edit. Oxon. an.*1702. Dubitat Tillemontius *tom.*1. *pag.*609. *edit. an.*1693. Sed hunc refellunt ceteri Patres, qui conſtanter Paulum in eam provinciam perveniſſe ajunt , quorumque ſententiæ nihil eſt omnino, quod repugnet . Floretius ex ordine aliquo religioſo fuiſſe Coteleriam putat . Itaque *Patrem* appellat . Sed labitur . Michael a S. Maria loco indicato utitur teſtimonio Pſeudo-Dorothei , eumque laudat , quaſi magni ſit ejus in hoc genere auctoritas momenti . At hominem hiſtoriæ litterariæ minus peritum nihil moror . Sunt qui Hippolytum Martyrem , qui III. ſeculo floruit , eamdem tueri opinionem arbitrentur . Quibus equidem aſſentior , modo verum ſit , opus *de Vit. Sanct. Apoſt.* eſſe illi omnino

ci, Latinique Patres ſumma conſenſione perfeciſſe illum, quæ ſecum de re eadem ſtatuerat, prodiderunt. Neque vero cum his Innocentius I. Pont. Max. pugnat. Nam ut eſt recte animadverſum a Baronio, non eſt exiſtimandum dividere eum voluiſſe Petrum a Paulo „ Sicut ceteros Apoſtolos, quos jure negat
„ occidentales oras docuiſſe. Nam Pauli cauſſa diverſa eſſe vi-
„ detur a ceteris, quippe qui & ipſe, ſicut Petrus, Romæ do-
„ cuerit. Cum igitur idem Innocentius agens de traditis in oc-
„ cidente Apoſtolicis inſtitutis, eos, in quos ſcribit, provo-
„ cet ad Romanæ Eccleſiæ ritus, cum ſatis conſtet, tam Pe-
„ trum, quam Paulum eam ſacris inſtitutis imbuiſſe, cer-
„ te quidem de Paulo quid exciperet, non habebat, cum eaſ-
„ dem tam Romæ, quam in remotis provinciis Eccleſiaſticas tra-
„ ditiones eum impartitum eſſe dicere opus ſit. At quod tan-
„ tum de Petro meminit, recte id quidem, eo quod primæ Sedis
„ eſſet Epiſcopus, ex qua ceteræ deriventur Eccleſiæ, eidem-
„ que unitate Catholica compaginentur. Quamobrem haud
„ putandum Romanum Martyrologium, cum de profectione
„ in Hiſpanias meminit, a ſententia Innocentii diſcrepaſſe „.
(1) Igitur cum Petrus, & Paulus Romanos docuiſſent, dici ſane ab Innocentio potuit, eos, qui miſſi a Petro in Hiſpaniam fuerant, Eccleſias inſtituiſſe Hiſpanienſes, ſi Paulus in eam provinciam contendit; propterea quod id iter ab eo volunta-

te„.

nino tribuendum. Nam intelligo eſſe aliquos, qui metuant, ne genuinam non eſſe videatur Confer Combefiſium apud Fabricium *edit. nova opp. S. Hippolyti t. 1. p. 3.* Atque is auctor ſcribit hoc modo *tomo eodem opp. pag. ead. in Append.* „ Paulus poſt annum unum a Domini aſcenſio-
„ ne munus Apoſtolicum aggreſſus eſt, ac a Hieraſalem initium ducens uſque ad Illyricum, Ita-
„ liam, Hiſpaniamque pervenit Evangelium prædicans „. S. Athanaſius ſec. IV. inſignis ſcriptor *epiſt.* ad Diaconrium *tom. 1. opp. pag. 265. edit. Montfauc. an. 1692.* „ Studium fuit, *inquit*,
„ Sancto viro (Paulo) uſque ad Illyricum Evangelium prædicare, neque omittere, quin Ro-
„ mam iret, & in Hiſpaniam aſcenderet, ut pro graviore labore majore frueretur mercede la-
„ boris „. Eodem ſeculo Cyrillus Hieroſolymitanus *Catech. XVII. pag. 277. edit. Touttee* „ A
„ Hieroſolymis, *inquit*, uſque ad Illyricum diſſeminavit Evangelium, qui regiam quoque Ro-
„ mam inſtituebat, & in Hiſpaniam uſque promtitudinem prædicationis oſtendit „. Seculo ipſo IV. fere exeunte. S. Epiphanius *Hær. XXVII. t. 1. opp. pag. 107. edit. Pariſ. an. 1622.* „ Paulus in
„ Hiſpaniam profectus eſt „. Iohannes Chryſoſtomus eodem fere tempore *Præf. epiſt. ad Hebræos pag. 2. tom. XII. opp. edit. Pariſ. Montfauconi* „ Verum, *inquit*, nec ibi ſtare contentus,
„ etiam in Hiſpaniam percurrit. *Homil. VII. de Laudib. Pauli pag. 516. t. II. opp. ejuſd. edit.*
„ Videas eum Hieruſalymis ad Hiſpaniam uſque currentem. Confer Hieronymi locum ſupra recitatam *pag. 281. ſeq. not.* V. ſeculo Theodoritus *in c. 1. epiſt. ad Philippenſes pag. 328. tom. III. edit. Sirmondi* „ Cum autem illinc profectus eſſet in Hiſpaniam, & illis etiam divinum Evange-
„ lium tradidiſſet, reverſus eſt, & tunc fuit truncatus capite. Conſule cetera PP. loca apud Michaelem a S. Maria *ibid.* Natalem Alexandrum *ibid.* Floretium *ibid. ſeqq.*

1 Ad *ann. 61. num. V.*

te , atque conſenſu Petri ſuſceptum fuiſſe credendum ſit , egiſſeque ſedulo , ut inſtituta , ritusque , quos vigere apud Romanos cognoverat, late in extremi occidentis regionibus propagarentur . Atque illud etiam accedit : Innocentium Pontificem eruditiſſimum neſcium minime fuiſſe eorum , quæ fuerant a majoribus de itinere Hiſpanico Pauli monumentis mandata litterarum . Quorum ab eo fuiſſe reprobatam ſententiam, nemo ſibi prudens perſuadebit , qui noverit , ſilentem negaſſe numquam , quæ palam ab antiquis , magniſque viris prædicarentur . Neque ſimile eſt , quod Floretius , aliique de Jacobo opponere conſuerunt . Nemo enim eſt veterum , qui Jacobum in Hiſpaniam profectum tradiderit; contra Paulum in eam provinciam abiiſſe , & multi , & magni viri memoriæ prodiderunt , quorum neque ignorare , ut ajebam , Innocentius , neque refellere potuiſſet , nullo præſtantiore teſte fretus , opinionem .

Atenim fuerunt aliqui ita comparati,ut Gelaſium primum, Pontificem Maximum huic opinioni repugnare contenderent . Namque ſcriptum ab illo fuiſſe ajunt , implere Paulum , quod promiſerat , non potuiſſe . (1) Sed non eo Gelaſius hæc dixit , quo numquam feciſſe Paulum , quod erat pollicitus , arbitraretur , ſed quo non tam cito , ut ad Romanos ſcripſerat , promiſſis ſtetiſſe Apoſtolum, ſignificaret. Detentum enim ab Nerone fuiſſe cognorat , impeditumque , ne ſtatim cogitata perficere valeret . Jam vero cur hoc ſenſu intelligi Gelaſii ſententia nequeat , ne ſuſpicari quidem poſſum . Atque alterutrum quidem horum ſtatuendum eſt , aut ſic exiſtimaſſe Gelaſium , aut ejus in re hiſtorica tot antiquis teſtibus (2) præferri non oportere auctoritatem. Quorum quidem primum cum a ſimilitudine veri alienum non eſſe videatur , nemo rejiciet , ut alterum , invitis omnibus , conſectetur . Neque enim quia itineris poſt ſuſcepti nulla eſt ab Gelaſio facta mentio , conſequens eſt Paulum , ejus quidem Pontificis opinione , cum primum licuit , in Hiſpaniam contendere recuſaſſe . Tacitus quoque idipſum

1 Apud Gratianum *cauſſa* XXII. *Quæſt.* II. *cap.* V. *Beatus Paul. pag.* 299. *edit. Pariſienſis an.* 1687. „ B. Paulus Apoſtolus non ideo , quod abſit , fefelliſſe credendus eſt , aut ſibi extitiſſe „ contrarius , quoniam cum ſe ad Hiſpanias promiſiſſet iturum , diſpoſitione divina , majoribus „ occupatus ex cauſſis , implere non potuit , quod promiſit .

2 Confer Iohannem Chryſoſt. Homilia LXXV. *in Matth. pag.* 725. *tom.* VII. *edit. an.* 1727.

præteriit Thomas Aquinas vir ſanctiſſimus, atque doctiſſimus in iis commentariis, quæ ſunt in Epiſtolam Pauli ad Romanos (1). Itaque viſus quibuſdam eſt itineri Hiſpanico S. Pauli repugnare. At quod in iis Commentariis prætermiſit, alio loco dilucide imprimis conſtituit, Paulumque affirmavit abiiſſe in Hiſpaniam Evangelium prædicatum (2).

Igitur jam uſque a primo Eccleſiæ ſeculo vigere in Hiſpania Chriſtiana religio cœpit. Ea cum partim Pauli, partim Epiſcoporum, qui miſſi Roma in provinciam eamdem fuerant, propagata eſſet, ita multorum animos (3) occupavit, ut Nerone Imperatore minime deeſſent, qui omnia cruciatuum genera perferenda ſibi, quam ejurandum Chriſtum ſtatuerent.

Amplificatis deinde magis magiſque opibus Chriſtianorum, cum Domitianus, deindeque Trajanus, Hadrianus, Marcus Aurelius, Maximinus, Decius, poſtremoque Diocletianus, atque Collegæ imperium obtinerent, magno numero in Hiſpania Martyres (4) floruerunt. Concilia deinde quarto, inſequentibuſque ſeculis celebrata ſunt, quibus non modo quid eſſet contra hæreticos, (5) quorum aliquæ ſectæ in eam regionem pervaſerant, ſentiendum, ſed etiam quid agendum, ne quid diſciplina Eccleſiaſtica detrimenti caperet, decerneretur.

In

1 *Ad cap.* XV. *lect.* III. *pag.* 153. *tom.* XVIII. *edit. an.* 1689.

2 *Lect.* I. *in cap.* II. *epiſt. ad Galat. pag.* 386. *tom. eodem.* „ Vocat, *inquit*, prædicationem ſuam curſum propter velocitatem ſuæ doctrinæ, quia in modico tempore a Hieruſalem „ uſque in Illyricum, & uſque in Hiſpaniam prædicavit Evangelium. Unde poſſet dici de eo illud Pſalmi: velociter currit ſermo ejus.

3 Antiquiſſimas eſſe Eccleſias Hiſpanienſes demonſtratur teſtimoniis Irenæi *lib.* I. *cap.* X. *pag.* 49. *edit. Pariſ. Monachor. S. Mauri*, & Tertulliani *l. adverſus Iudæos cap.* VII. *pag.* 189. *Pariſ. an.* 1675. Miſſos vero ab ſede Apoſtolica fuiſſe, qui initio Chriſtianam religionem in Hiſpaniam importarent, colligitur ex eo Innocentii primi Pontificis Maximi Epiſtolæ ad Decentium Eugubinum loco, quem ſupra *pag.* 283. citavimus. Quod ad Martyras attinet, etſi non adeo certum eſt, oſtendi tamen utcumque ex ea inſcriptione poteſt, quam in Hiſpania repertam ferunt, modo tamen vera ſit, quamque ſupra *tom.* I. *pag.* 83. retulimus, laudavimuſque etiam *pag.* 420. *tom. eodem.*

4 Late hæc omnia copioſeque initia, & progreſſus religionis Chriſtianæ in Hiſpania perſequuti ſunt Cajetanus Cennius *Antiq. Eccleſ. Hiſp. tom.* I. *&* II. Floretius *Hiſp. ſacra tom.* III. *ſeqq.* Nam quæ complexus *tom.* I. *&* II. eſt, ad rem minime ſpectant, & ut Ferreram, alioſque prætercam, Dominicus Lopeſius Barrera vir doctiſſimus, & amicus meus, qui Hiſtoriam Eccleſiarum Hiſpanicarum non eleganter modo, ſed etiam diligenter deſcripſit, mihique, qua eſt ſingulari humanitate, ut legerem, Ms. dedit.

5 Vide Hiſtoriam Priſcillianiſtarum apud Tillemontium *tom.* VIII. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 491. *ſeqq. edit. an.* 1702, & apud Franciſcum Girveſium Urgellenſem, virum eruditum *Diſſ. de Hiſt. Priſcill. edit. Romæ hoc anno* 1750.

Digitized by Google

In his Synodus Eliberitana (1) imprimis eſt numeranda, cujus canones magno apud omnes in pretio habentur. Peculiarem præterea in recitandis divinis officiis rationem Hiſpani ſunt conſectati, quam Gothicam primum, tum Mozarabicam, ut eſt aliquorum opinio, appellaverunt (2).

CAPUT XXIV.

De Origine, & Propagatione Chriſtianæ religionis in Britanniis.

PAulum in Britannias perveniſſe, incoliſque auctorem fuiſſe, ut abjecta ſuperſtitione, Chriſto Servatori aſſentirentur, ſcriptores aliquot Britanni putarunt; propterea quod in priore Epiſtola Clementis ad Corinthios legiſſent, Apoſtolum eumdem luſtraſſe terminos occidentis, & nomine τῶν περμάτων indicari Britannicas inſulas (3) cenſuiſſent. Alii Simonem Zeloten Apoſtolum id ſibi oneris ſumſiſſe (4) ferunt, ut ad Britannos adiret, eoſque ad Chriſtiana ſacra perduceret. Sed qui Joſephum ab Arimathea primùm Britannorum Apoſtolum (5) fuiſſe arbitrabantur, hi etſi majore numero fuerunt, tamen conſequi numquam potuerunt, ut id ſuis civibus Uſſerio, (6) & Stillingfleeto (7) perſuaderent. Inventi præterea noſtra hac

1 De Synodo Eliberitana adeundus Mendoza apud Labbenm *tom. I. Concilior. edit. Pariſ. p. 1010. ſeq.* Celebratam alii anno 302., alii ante, alii poſt fuiſſe cenſent. Confer Morinum *de pœnit. p. 671. edit. an. 1651.* Pagium *ad an. 305. n. v.* Orſium *de capital. crimin. Abſolut. p. 260. ſeqq. edit. an. 1730.* Reliqua concilia, ut hoc ipſum Eliberitanum, præter collectores conciliorum, complexus multis voluminibus eſt Cardinalis Aguirrius, Romæque publicavit.

2 Vide Cennium *Diſs. de Liturg. Goth. & Mozarab. tom. 1. Ant. Eccl. Hiſp.* Pinium *t. 1. opp. Card.* Thomaſii *p. 1. ſeqq.* Ioſephum Blanchinum *t. 1. part. II. opp. Card. Thomaſii p. 1. ſeqq. edit. an. 1741.* Floretium *tom. III. Hiſp. ſacra pag. 187. ſeqq.*

3 Vide Uſſerium *Antiquit. Britannicar. cap. 1. pag. 1. ſeqq. edit. an. 1687.*

4 Nicephorus *lib. II. cap. XL. pag. 202. edit. an. 1630. t. I.*

5 Conſule Baronium *ad an. 35. num. v.* Robertum Parſonium S. J. Theologum, qui extremo ſeculo XVI. floruit, ſcripſitque anglico ſermone *de tribus Angliæ Converſionibus* eruditum opus, quod ante annos paucos in Italicam linguam convertit Joſephus Motellus diligentiſſimus vir, Romæque publicavit, Michaelem Alfordum S. J. *in Annal Eccl. Britann. ad an. 53. num. II. & ad an. 63. num. XIV.* Iidem aliquem Apoſtolorum ante Joſephum Britanniam obiiſſe, & Chriſtianam religionem incolas docuiſſe pugnant, uſi teſtimonio Theodoriti ex IX. Græcarum *Affectionum libro*. Hi vero ſcriptores a Guillelmo Malmesburienſi acceperunt, qui floruit ſeculo Eccleſiæ XII. *Antiquit. Glaſton. pag. 292. ſeqq. tom. 1. hiſt. Britann. ſcriptor. edit.* Galei *an. 1691.*

6 *Antiquit. Britannic. Eccleſ. cap. II. pag. 7. ſeqq. edit. Londin. an. 1687.*

7 *Antiquit. Britann. cap. 1. Vide Act. Erud. Lipſ. ad an. 1688. pag. 26.* Rapinum Thoyraſium *l. I. Hiſt. Angl. pag. 84. tom. 1. edit. an. 1724.*

ætate fuerunt, qui Pomponiam Græcinam Plautii illius uxorem, qui Claudio Imperatore partem Britanniæ Romanis ſubjecerat, Chriſtianam fuiſſe, intuliſſeque in Inſulam religionem Chriſtianam (1) dicerent. Ariſtobulum (2) alii, quem diſcipulum Apoſtolorum fuiſſe ferunt, eodem ſe contuliſſe ſcripſerunt, multoſque perpuliſſe, ut Chriſtum venerarentur. Etſi autem incerta Chriſtianiſmi primordia in Britannia (3) eſſent, tamen hoc negari a nemine jure poſſe videretur, jam inde a primo Eccleſiæ ſeculo fuiſſe aliquos, qui ſtudio propagandæ religionis incitati, in inſulam profecti ſint, curarintque, ut qui imbuti ſuperſtitione erant, errorem abjicerent, veroque Deo cultum adhiberent. Atque id quidem Juſtini, Irenæi, & Tertulliani vete-

1 Muſgravius in opere inſcripto: *Julii Vitalis Epitaphium cum notis criticis, explicationeque viri clariſſimi Henrici Dodwelli, & Commentario Guillelmi Muſgrave, edit. Lond. an.* 1711. Confer *Diar. Trevoltianorum an.* 1713. *pag.* 2016. Sed is ſcriptor conjecturis nimium indulget, quæ a nobis aſſenſionem extorquere nullo modo poſſunt.

2 Conſule Martyrologium Romanum *ad d.* xv. *Martii*, & Bollandianos *tom.* II. *Mart. p.* 374. *& ſeqq.*

3 Confer loc. Juſt. ſup. *t.* 1. hujus *op. p.* 339. Irenæi *tom. eod. pag.* 340. Tertulliani *tom. eodem pag. ead.* Euſebius *lib.* II. *Hiſt. cap.* III. *p.* 45. *edit. Pariſ. an.* 1659. „ Quod profecto, *ait*, divina „ providentia ita tunc Cæſaris (Tiberii) ſenſibus ingeſſit, ut abſque ullo obſtaculo, ipſis dumtaxat initiis Evangelii ſermo uſquequaque percurreret. Unde & factum eſt, ut repente, quaſi „ cælitus lumen oſtenſum, aut radius quidam ſolis erumpens totum orbem claritate superni luminis illuſtraret: ut compleretur illa prophetia, quæ dixerat: *in omnem terram exivit ſonus* „ *eorum* (Evangeliſtarum ſcilicet, & Apoſtolorum) *& in fines orbis terræ verba eorum*. Ex „ quo & per omnes civitates, ac vicos innumeræ multitudines, velut meſſium tempore frumenta ad areas, ita ad Eccleſias populi congregabantur. Congregatio Chriſtianorum in omne hominum penetravit genus, nec ulla natio Romani orbis remanſit, quo cultus ejus ſupera relinqueretur „. Theodoritus *lib.* IX. *de curandis Græcor. Affection. tom.* IV. *opp. pag.* 610. *edit. Sirmondi* „ Piſcatores noſtri, & publicani, ſutorque cunctis nationibus leges Evangelicas intulerunt. Neque ſolum Romanos, quique ſub illorum vivunt imperio, ſed & Scythicas, & Sarmaticas gentes, & Indos, & Æthiopas, & Perſas, & Seras, & Hircanos, & Bactrianos, & *Britannos*, & Cimbros, & Germanos, atque ut ſemel dicam omne hominum genus, nationeſque omnes induxerunt, ut Crucifixi leges acciperent, non armis uſi, non infinita vi militum delectorum, non immanitatis Perſicæ violentia, ſed verbis ſuadentes, legumque utilitatem oſtendentes &c. Johannes Chryſoſt. *Orat. quod Chriſtus Deus, edit. Montfauc. tom.* 1. *pag.* 575. „ Cogita quantum ſit totum orbem tam brevi tempore Eccleſiis repleviſſe, tantas convertiſſe „ gentes, ut paternis ſolutis legibus radicatam conſuetudinem evellerent, ubique altaria excitarent in regione Romanorum, Perſarum, Scytharum, Maurorum, Indorum. Quid dico? „ Vel extra orbem noſtrum. Nam & Britannicæ Inſulæ, quæ extra hoc mare ſitæ ſunt, & in ipſo „ Oceano, vim verbi ſenſerunt. Illic enim Eccleſiæ, & altaria erecta fuere. Vetus Britannorum, ut dicitur, ſcriptor Gildas *in hiſt. pag.* 3. *tom.* 1. *ſcriptor. hiſtor. Britann. edition. Galei an.* 1691. „ Interea glaciali frigore rigenti inſulæ, & velut longiore terrarum ſeceſſu ſoli viſibili non proximæ, verus ille ſol non de firmamento temporali ſed de ſumma etiam cælorum „ arce tempora cuncta excedente, univerſo orbi præfulgidum ſui coruſcum oſtendens, tempore ut ſcimus ſummo Tiberii Cæſaris (quo abſque ullo impedimento ejus propagabatur religio „ comminata, ſenatu nolente, a principe morte delatoribus militum ejuſdem) radios ſuos primum indulget, ideſt ſua præcepta Chriſtus. Quæ licet ab incolis tepide ſuſcepta ſunt, apud „ quoſdam tamen integre, & alios minus, uſque ad perſecutionem Diocletiani &c.

Digitized by Google

veterum, graviſſimorumque ſcriptorum luculentiſſima teſtimonia poſtulant.

Seculo ſecundo cum Eleutherius (1) Eccleſiam moderaretur,

1 De Lucio Britannorum rege, qui Marco Aurelio Imperatore floruiſſe dicitur, dediſſeque Chriſtianæ religioni nomen, ſic ſtatuunt, qui veram eſſe ejuſmodi hiſtoriam putant. Primo negant, rejici oportere eam narrationem in fabulas, quæ ſcriptorum antiquiſſimorum, qui de rebus Britannicis commentarios ediderunt auctoritate nitatur. Beda *hiſt. Anglor. l.* I. *cap.* IV. *pag.* 4. *tom.* III. *edit. an.* 1612. „ Anno, *inquit*, ab Incarnatione Domini 156. Marcus Antoninus Verus ... regnum cum Aurelio Commodo fratre ſuſcepit. Quorum temporibus cum Eleutherius vir Sanctus Pontificatui Romanæ Eccleſiæ præeſſet, miſit ad eum Lucius Britannorum Rex epiſtolas, obſecrans, ut per ejus mandatum Chriſtianus efficeretur, & mox effectum piæ poſtulationis conſequutus eſt, ſuſceptamque fidem Britanni uſque in tempora Diocletiani principis inviolatam integramque, quieta pace, ſervabant „: *Et in Compend. hiſtor. tom.* III. *opp. pag.* 147. *edit. an.* 1612. „ Anno ab Incarnatione Domini 167. Eleutherius Romæ præſul factus quindecim annos Eccleſiam glorioſiſſime rexit, cui litteras Rex Britanniæ Lucius mittens, ut Chriſtianus efficeretur, petiit, & impetravit „. Similia horum leguntur in *Pontificali*, quod medio ſexto ſeculo ſcriptum ferunt. Adeundi Tillemontius *tom.* III. *pag.* 63. *edit. Pariſ.* & Bollandiani *Catalog. Veter. Præfix. tom.* 1. *menſis April. pag.* XXIII. Ejuſdem rei teſtes ſunt alii, quos numerat Uſſerius *Antiquit. Britannicar. Eccleſ. c.* III. *ſeq. pag.* 20. *ſeqq. edit. Londin. an.* 1687. Secundo, ſilentium ſcriptorum latinorum non magni eſſe in re noſtra momenti ajunt, propterea quod de Britannorum Eccleſiis data opera numquam egerint. Tertio, diſſenſionem ſcriptorum aut in indicando tempore, aut in narranda hiſtoria, nihil afferre incommodi ei opinioni poſſe, putant, cum ſumma ſit eorum de Lucio ad religionem Chriſtianam perducto, deque litteris ab ipſo ad Eleutherium datis conſenſio. Quarto, Bedam uti peculiari quadam Epocha, pugnant, ita ut annus 156. ab ipſo indicatus æræ noſtræ anno 161. reſpondeat. Itaque vitio illi dari non poſſe, quaſi errarit in Chronologicis. Quinto, ſi antiqua revera ſunt numiſmata, quæ memorantur ab Uſſerio *cap.* III. *p.* 22. „ argenteum unum, quod habuit M. Joſephus Hollandus, aureum alterum, quod inter D. Roberti Cottoni κειμήλια (*ſic enim ille ſcribit*) vidimus Chriſtiani regis (ut ex ſigno Crucis appoſito colligitur) imagine, & litteris obſcurioribus, quæ LVC. denotare videbantur „ confirmari hoc item monumento ſuam opinionem cenſent. Sexto, Lucium in Britannia Inſula regnaſſe, non in Armorica, quod hæc altera regio tunc ætatis Britannia haudquaquam appellaretur. Septimo, imperio illum totius Britanniæ numquam fuiſſe potitum, propterea quod ea Inſula, ut ex Cæſare, Diodoro, Tacito, Suetonio, Pomponio Mela, Dione Caſſio, aliiſque colligitur, tributa in varia regna eſſet, quibus diverſi principes imperarent. Octavo, in ea Inſulæ parte Lucium regnaſſe, quæ ſubacta fuerat a Romanis, ut nomen indicat, quod certe Romanum, non barbarum eſt. Atque fuiſſe in ea quidem parte reges, qui tributum Romanis penderent, auctorem eſſe Tacitum *l.* XIV. *c.* XXXI. Annalium „ Regem Icenorum Praſutagum, *inquit loquens de Britannis*, longe opulentia clarum Neronem hæredem ſcripſiſſe, tali obſequio ratum regnum, & domum ſuam procul injuria fore. Et quædam civitates Cogiduno regi donatæ, ei ad noſtram uſque memoriam fidiſſimus manſit, vetere ac jampridem recepta populi Romani conſuetudine, ut haberet inſtrumenta ſervitutis, & reges. Vide Uſſerium *l. c.* Rapinum Thoyraſium *l. c. p.* 86. *ſeq.* Stillingfleetum *l. c. cap.* II. Michaelem Alfordum *tom.* I. *Annal. Eccleſ. Britann. ad an.* 182. *ſeqq. num.* 1. *ſeqq.* Johannem Seldenum *Analect. Anglo Britann. cap.* VI. *vol.* II. *tom.* II. *opp. pag.* 895. *ſeq. edit. an.* 1726. Jeremiam Collierum *tom.* I. *Hiſt. Eccl. Magnæ Britann. edit. an.* 1708. Tillemontium *tom.* III. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.* 62. *ſeqq. edit. Pariſ. & pag.* 615. *ſeqq.* Baronium *ad an.* 183. *num.* III. *ſeq.* Adnotationes in editionem Romanam *Anaſtaſii Biblioth. tom.* I. *pag.* 15. *edit. an.* 1718. *& tom.* III. *pag.* 139. *ſeqq. edit. an.* 1723. & ceteros, quos l. c. Uſſerius nominat. Qui contra ſentiunt, his argumentis maxime confidunt. Principio, etſi nullam eſſe rem veram, ſciant, in Hiſtoria, in qua deſcribenda recentiores præſertim ſcriptores aliqua ratione non diſcrepent, tamen pugnas, diſſenſioneſque Auctorum in Lucii converſione narranda opponunt. Deinde ſilentium Irenæi, Tertulliani, Euſebii, Hieronymi, aliorumque Pontificali illo vetere, ac Beda Hiſtorico antiquiorum adverſæ opinionis Patronis magno eſſe detrimento

Digitized by Google

tur, Lucium Britannorum Regem, cognita veritate, ad Pontificem litteras dediſſe, quibus eum rerum, quæ ab ſe geſtæ fuerant, certiorem faceret, rogaretque, ut ſacerdotes ad ſe Roma mitterentur, qui ſe, populumque docerent, traditum ab Auctore Pontificalis veteris, & Beda eſt, quibus nonnulli adimendam eſſe fidem exiſtimant, quod ejus rei nullam fieri videant ab antiquis Scriptoribus mentionem.

Igitur cum primis temporibus viri ſumma & integritate morum, & voluntate propagandæ Chriſtianæ religionis Inſulam obiiſſent, Eccleſias (1) conſtituerunt, quæ auctæ majorem in modum ſeculo (2) tertio exeunte, & initio quarti fuerunt. Quo tempore Diocletianus, quique una imperabant, cum delere Chriſtianum nomen decreviſſent, ne iis quidem parcendum judicarunt, qui Britanniam incolebant. Fuerunt proinde, qui magnum tunc ætatis ibidem extitiſſe numerum Martyrum teſtarentur (3). Sed ubi Conſtantius Chlorus potitus imperio eſt, pacemque Chriſtianis reſtituendam putavit, qui in ſuam ditionem cecidiſſent, Britanni, qui vexati aliquamdiu fuerant, nihil de priſtina virtute diminuendum, ſed elaborandum exiſtimarunt, ut quam ſuſcepiſſent, eam religionem latius proferre eniterentur (4). Mortuo Conſtantio, cum Con-

mento putant. Poſt fabulatores monachos, ajunt, hujus etiam commenti auctores eſſe potuiſſe. Poſtremo nummos Uſſerio memoratos confictos recentiore ætate eſſe. Ita quidem Fridericus Spanhemius filius *lib.* III. *Miſcellaneorum: Appendice ſeu de traditis Antiquiſſimis converſionibus Lucii Britonum Regis, Juliæ Mamææ Auguſtæ, & Philipp. Imp. Patris, & Filii Diſquiſit. Tripart. pag.*390. *ſeqq. tom.*II. *opp. edit. an.*1702. & Samuel Baſnagius *in Annal. Polit. & Eccleſ. ad an.*181. *num.* III.

1 Tertul. *cap.*VII. *libri contra Judæos* „ Britannorum inacceſſa Romanis loca Chriſto vero ſubdita. Vide Orig. *hom.*VI. *in Lucam p.*137. *t.*II. *opp. edit. an.* 1604 Euſ. *l.* III. *Dem. Evang. c.*VII.

2 Gildas *Hiſt. Angl. l. c.* „ Quæ licet ab incolis tepide ſuſcepta ſunt, apud quoſdam tamen „ integre, & alios minus uſque ad perſecutionem Diocletiani tyranni novennem, in qua ſub„ verſæ per totum mundum ſunt Eccleſiæ, & cunctæ ſacræ Scripturæ, quæ inveniri potuerunt, „ in plateis exuſtæ, & electi ſacerdotes gregis Domini cum innocentibus ovibus trucidati, ita „ ut ne veſtigium quidem ſi fieri potuiſſet, in nonnullis provinciis Chriſtianæ religionis appa„ reret. Permanſere tunc quantæ fugæ, quantæ ſtrages, quantæ diverſarum mortium, „ quantæ religionis Apoſtatarum ruinæ, quantæ glorioſiſſimorum Martyrum coronæ, ... Magni„ ficavit igitur miſericordiam ſuam Deus nobiſcum .... qui gratuito munere ſupradicto, ut co„ gnovimus, perſecutionis tempore, ne craſſa atræ noctis caligine Britannia offuſcaretur, „ clariſſimas lampades Sanctorum Martyrum nobis accendit, quorum nunc corporum ſepultu„ ræ, & paſſionum loca, ſi non lugubri divortione barbarorum, quamplurima ob ſcelera no„ ſtra civibus adimerentur, non minimum intuentium mentibus ardorem divinæ caritatis in„ cuterent &c. „

3 Confer Uſſerium *ibid. cap.* VII. *pag.* 76. *ſeqq.*

4 Uſſer. *ibid. pag.* 91. *ſeq.*

Digitized by Google

Conſtantinus filius dictus Imperator fuiſſet, vir is, quem omnes cognitum, non modo non eſſe a noſtris rebus, inſtitutiſque alienum, ſed etiam Chriſtianæ religionis decreta probare, atque defendere judicarant, Britanni noſtri alacriores facti, profiteri palam diſciplinam, & religionem, templa aut nova extruere, aut antiqua diruere, longeque ampliora reſtituere cœperunt (1). Epiſcopos præterea magna virtute, doctrinaque præditos habuerunt, quorum aliqui Synodis Arelatenſi (2), Nicænæ (3), Sardicenſi (4), Ariminenſi (5) interfuerunt. Atque in Nicæna ſic pro doctrina, & diſciplina pugnarunt, ut non ſolum contra Arianos Verbum Deum eſſe profeſſi ſint, ſed etiam Paſcha cum Judæis non eſſe celebrandum pronunciarint (6). Etſi autem erant, qui ſibi perſuaſiſſent, contentiones (7) inter noſtros, Arianoſque coortas vocibus præcipue contineri, his tamen ab Hilario, aliiſque Epiſcopis confirmatis ita, ut non dogma modo, verum etiam vocem retinerent, ac

1 Gildas *ibid. pag.* 4. „ Biluſtro ſupradicti turbinis nedum ad integrum adimpleto, e mar„ eſcentibuſque nece ſuorum auctorum nefariis edictis, lætis luminibus omnes Chriſtiani tyro„ nes, quaſi poſt hyemalem, ac prolixam noctem temperiem lucemque ſerenam auræ cœleſtis „ excipiunt, renovant Eccleſias ad ſolum uſque deſtructas, baſilicas SS. MM. fundant, con„ ſtruunt, perficiunt, ac veluti victricia ſigna paſſim propalant, dies feſtos celebrant &c. „ Conſule Uſſer. *l. c. cap.* v & 11. *pag.* 103. *ſeqq.*

2 Celebratæ an. 314. hi interfuerunt, *Eborius Epiſcopus de Civitate Eboracenſi Provincia Britannia. Reſtitutus Epiſcopus de Civitate Londinenſi provincia ſupraſcripta. Adelphus Epiſcopus de Civitate Colonia Londinenſium* (Colceſtria). *Exinde Sacerdos Presbyter, Arminius Diaconus. Tom.* 1. *Concilior. edit. Labbei Pariſ. an.* 1671. *pag.* 1430. Vide Uſſer. *ibid. pag.* 104.

3 Habitæ *an.* 325. Vide Uſſerium. *ibid. pag.* 105.

4 Anno 347. celebratæ. Confer Athanaſium *initio Apolog. contra Arian. tom* 1. *opp. edit. Montfauc. pag.* 123. & Hilarium *lib. de Synodis ſub initium pag.* 1150. *edit. Coutantii Pariſ. an.* 1693. Ubi ſic habet „ Dominis, & Beatiſſimis Fratribus, & Coepiſcopis Provinciæ Ger„ maniæ primæ, & Germaniæ ſecundæ &c. & Provinciarum Britanniarum Epiſcopis; Hilarius „ ſervus Chriſti, & in Deo, & Domino noſtro æternam ſalutem..... Beatæ fidei veſtræ litteris „ ſumtis (quarum lenitudinem, ac raritatem de exilii mei & longitudine, & ſecreto intelligo „ conſtitiſſe) gratulatus ſum in Domino incontaminatos vos, & illæſos ab omni contagio dete„ ſtandæ hæreſeos perſtitiſſe „. Adeundus Uſſerius *ibid.*

5 Anno 359. habitæ. Sulpitius Severus *lib.* II. *Hiſt. pag.* 123. *edit. an.* 1574. „ Acciti, aut „ coacti quadringenti, & aliquanto amplius Occidentales Epiſcopi, quibus omnibus annonas, & „ cellaria dare Imperator præceperat. Sed id noſtris, ideſt Aquitanis, Gallis, ac Britannis indecens „ viſum, repudiatis fiſcalibus, propriis ſumtibus vivere maluerunt. Tres tantum ex Britannia, „ inopia proprii, publico uſi ſunt, cum oblatam a ceteris collationem reſpuiſſent; ſanctius „ putantes fiſcum gravare, quam ſingulos „. Vide Uſſerium *ibid. pag.* 105. *ſeq.*

6 Vide Uſſerium *ibid.*

7 Sozomenus *lib.* III. *Hiſt. cap.* xii & *pag.* 110. *edit. Cantabrigienſis.* „ Multi, *inquit*, ſtul„ tum eſſe putabant, in ejuſmodi (περὶ τοῦ ὁμουσίου) verborum concertationibus verſari, & ſen„ tentiam ſaltem Nicænæ Synodi ſe tenere profitebantur „. Horum numero aliqui erant Epiſcopi Britanni, ad quos Hilarius ſcripſit. Vide Uſſer. *ibid.*

Digitized by Google

ac tuerentur, tanta virtus acceſſit, ut vivis Conſtantio, & Juliano, immunes ab ejus hæreſeos peſte Eccleſias ſuas ſervaverint. (1) Sed qui cœtus, cum maxime Conſtantius ſæviret, paſſi numquam fuerunt, ut ullos apud ſe Ariani progreſſus facerent, iidem, cum opes hæreticorum minui cœpiſſent, fraude, artibuſque improborum hominum capti ſunt, atque in errorem graviſſimum, quem ante damnaverant (2) inciderunt. Sunt qui factum id quidem aut extremis Gratiani, aut primis Maximi Tyranni (3) temporibus arbitrentur. Quibus fere temporibus Urſulam e Britannia, una cum undecim millibus Virginum ſolviſſe, cumque in Germaniam perveniſſent, virginitatis tuendæ cauſſa, mortem fuiſſe perpeſſas (4) ferunt. Non deerant tamen, qui orthodoxam religionem colerent, ac pietatis ergo itinera aggrederentur plena incommodi, & periculorum (5).

Sed Ariana Hæreſi pene deleta, extiterunt in Britannia viri impotentibus ingeniis, qui rebus novis ſtuderent, & opiniones conſectarentur, quæ cum orthodoxæ religionis decretis pugnarent. Ex his Pelagium hæreſiarcham fuiſſe conſtat, quem tot Synodi, Romanique Pontifices impietatis condemnaverunt (6). Florebat eo fere tempore Faſtidius in Inſula Epiſcopus, cujus opuſcula a Gennadio, aliiſque commemorantur (7). Hunc contra Pelagianos, quorum jam in Britanniam error pervaſerat, egiſſe, credibile eſt. Sunt tamen, qui Sanctum Germanum e Gallia in eam Inſulam contendiſſe, elaboraſſeque, ut hæreſis funditus excinderetur, exiſtiment (8).

Anno circiter 447. Angli, & Saxones e Germania acciti,

1 Vide Athanaſium *epiſt. ad Jovian. Imperatorem de Symbolo Nicano tom.* 1. *part.* 11. *opp. edit. Montfauc. pag.* 781. & Uſſerium *ibid. pag.* 106.

2 Beda *Hiſt. lib.* 1. *cap.* VIII. *t.* III. *opp. pag.* 215. *n.* 8. & e novis Uſſerius *ibid. pag.* 106.

3 Vide Uſſerium *ibid. pag.* 106. *ſeqq.*

4 Confer quæ diximus ſupra *pag.* 215. *n.* 8. *hujus vol.*

5 Vide quæ diximus *pag.* 31. *hujus vol.* & Uſſerium *ibid. pag.* 109. *ſeq.*

6 Vide Uſſerium *ibid. pag.* 111. *ſeqq.* & Noriſium *lib.* 2. *Hiſt. Pelag. cap.* 11I. *pag.* 31. *tom.* 1. *opp. edit. Veron.*

7 Uſſer. *ibid. pag.* 171.

8 Conſule Baronium *ad an.* 429. *n.* x. & Uſſer. *ibid. pag.* 174. *ſeqq.* Conſtaotius *in Vita S. Germani lib.* 1. *cap.* XIX. „ Eodem tempore ex Britanniis directa legatio Gallicanis Epiſcopis „ nunciavit, Pelagianam perverſitatem in locis ſuis late populos occupaſſe, & quamprimum „ Fidei Catholicæ debere ſuccurri. Ob quam cauſſam Synodus numeroſa collecta eſt, omnium „ judicio duo præclara religionis lumina univerſorum precibus ambiuntur Germanus, & Lupus „ Apoſtolici Sacerdotes, terram corporibus, cælum meritis poſſidentes, & quanto laborioſior „ neceſſitas apparebat, tanto eam promtius heroes devotiſſimi ſuſceperunt.

Digitized by Google

ti , ut Britannis auxilio adverſus Scotos , Pictoſque eſſent , in Britanniam deinde magnis copiis venerunt , ibique ſedes conſtituerunt (1) . Hi ex amicis hoſtes effecti Britannorum non Rempublicam modo, ſed etiam Eccleſiam oppreſſerunt (2).

Britanni ab victoribus Anglis magna , ut eſt dictum , calamitate affecti domo emigrandum , alias ſedes quæſitum, judicarunt . Igitur paratis navibus , in Bataviam , Armoricamque provincias trajecerunt, rati ſatius eſſe fortunam alibi, quæcumque accideret , experiri , quam iis parere , qui tam ſuperbe, crudeliterque imperarent (3) . Barbari, qui magnos ſibi ſpiritus ſumſerant , ubi imminutas Britannorum opes eſſe animadverterunt , de ceteris e patria pellendis cogitarunt . Itaque provinciis aliquot populatis , cum neminem eſſe perſpicerent , qui reſiſtere auderet , in reliquas contenderunt , iiſque jam omnibus vaſtatis , univerſam fere inſulam redegerunt in poteſtatem . Quo tempore templa pene omnia everſa , Epiſcopos , Sacerdoteſque multis , magniſque malis exagitatos , Chriſtianam rem denique labefactatam fuiſſe,ac pene deletam(4)ferunt.Nam Angli , Saxoneſque ſuperſtitione deorum imbuti erant , idque enitebantur , ut quos poſſent , a colenda vera religione deterrerent . Interea Britones , quos pellere ſuis finibus Angli nequiverant, acceptam a majoribus doctrinam tuebantur, quin ſibi curam convertendorum Ethnicorum ſuſciperent(5).Sed ut Gregorius Magnus Pontifex univerſæ Eccleſiæ dictus eſt , quod diu ante, quam eam dignitatem conſequutus eſſet , cogitarat , omni ſtudio curandum exiſtimavit , ut verſari in tanta rerum ignoratione , tantaque in ſuperſtitione Angli (6) deſinerent , cum primum potuit Auguſtinum , qui Monaſterio , quod Sancti An-

1 Conſule Pagium *ad an.* 447. *n.* 9. *ſeq.* & *ad an.* 449. *n.* XXI. *ſeq.* & Uſſerium *Antiquit. Britannic. cap.* XII. *pag.* 207. *ſeqq.*

2 Uſſerius *ibid. cap.* XII. *pag.* 223. *ſeqq.*

3 Uſſer. *ibid. cap.* XII. *pag.* 218. *ſeqq. cap.* XIII. *pag.* 239. *ſeqq.*

4 Uſſer. *ibid. pag.* 249.

5 Glaſtonienſis Chronographus ad *an.* CCCCXLIX. apud Uſſerium *ibid. pag.* 299. „ Angli , & „ Saxones , *inquit* , in Britanniam venerunt . Hi pagani fuerunt , & Chriſtianam fidem, & quam „ Britones per 243. annos fideli devotione conſervaverunt , iſti poſtea totam fere Britan- „ niam perverterunt , & uſque ad tempus S. Auguſtini , videlicet CXLVII. annos maximam hujus „ regionis partem paganiſmo repleverunt . Vide *Uſſer. ibid.*

6 Confer Mabillonium ad *an.* DXCVI. *ſeqq. num.* 1. *ſeqq. pag.* 219. *ſeqq. Annalium Benedictin. tom.* 1. *edit. Lucenſis* .

dreæ dicebatur, præfectus erat, nonnulloſque Monachos, quorum ſummum propagandæ religionis ſtudium, egregiam in Sedem Apoſtolicam fidem, juſtitiam, temperantiamque cognoverat, ad ſe evocavit, eiſque in mandatis, ut iter in Britanniam introducendæ, dilatandæque religionis cauſſa inſtituerent, dedit. Illi etſi initio, ne male locata eſſe ab ſe opera (1) videretur, timebant; tamen a Pontifice confirmati, quod ſuſceperant, iter perfecerunt, inque eam Britanniæ Inſulæ (2) partem appulſi, quam Angli obtinebant, magnum numerum hominum Chriſto (3) conciliarunt. Anglis (4), Saxonibuſque Auguſtini, (5) ſociorum, ac deinde ſucceſſorum laboribus, ut veram religionem profiterentur, inductis, miniſtriſque ſacrorum ubique, atque Epiſcopis, (6) qui Eccleſias moderarentur, con-

1 Mabillon. *ibid. num.* xI.

2 *Sed antequam huc venirent*, in Tanetum inſulam appulerunt, quæ ad Cantium regionem Britanniæ vergit, qua hæc regio ſpectat ad orientem ſolem. Rege de adventu ſuo, deque religione, cujus cauſſa venerant, certiore facto, inductoque, ut ad ſe accederet, quidque ſibi vellent, cognoſceret, id conſequuti ſunt, ut ejus voluntate Dorovernum eis, quæ urbs Metropolis regni erat, contendere, doctrinamque Chriſti in populum enunciare fas eſſet. Ei regi erat Ethelbertus nomen, qui imperium ad Humbrum fluvium, quo meridionales Angli a ſeptemtrionalibus dirimebantur, produxerat, habebatque Bertam, ſeu Adilbergam Chriſtianis moribus feminam, Chariberti Regis olim Francorum filiam, in matrimonio. Conſule Bedam *lib.* I. *Hiſt. cap.* xxv. *p.*17. t. III. *edit. an.* 1612. & e recentioribus Mabillonium ibid. *num.* xv. *pag.* 121., & Marshamum *Propylæo ad monaſt. Anglic. tom.* I.

3 In his Ethelbertus Rex fuit. Confer Mabillonium ad *an.*597. *num.*xII. *pag.*224. *ſeq.* Cum res feliciter evenire perſpiceret, Auguſtinus in Galliam profectus eſt. Ubi Arelatem pervenit, a Virgilio ordinatus Epiſcopus eſt Anglorum. *Mabil. ibid. num.*xIII., *&* n.xxv. *p.*229. *ſeqq.*, *&* n.xLIv. *pag.*237. *ſeqq.*

4 De Cathedralibus Eccleſiis in Anglia vide *Mabill. ad an.*602. *num.*xIv. *pag.*248. De Anglicana Synodo contra Britones confer eumdem *ad an.*604. *num.*xxv. *pag.*254. De Saxonum Orientalium converſione conſule eumdem ipſum *num.* xxvI. *pag.*255.

5 Vide Aſſerii *annales ad an.*579. *pag.*143. *tom.* I. *ſcriptorum Hiſt. Britann. edit. Galei an.*1691. Ranulphum Higdenum *l.*v. *Polychronici ad an.*596. *pag.*226. *Ibid.* Radolphum Dicetum *de Regibus Brittonum pag.*559. Ibid. Johannem Fordinum *in Scotorum hiſtoria cap.*xxx. *pag.*639. *ibid.*

6 Higdenus *ibid. ad an.*601. *pag.*226. Bedam auctorem laudat „ Hoc anno, *inquit*, Au„ guſtinus ad juſſum Gregorii ordinavit duos Metropolitanos, unum Londonio, alterum Ebora„ co. Interea Auguſtinus, ope Regis Ethelbirti, convocat Epiſcopos, & Doctores Brittonum „ in loco, qui dicitur *Auguſtines Oc*, quod ſonat *robur Auguſtini* .... Ubi monuit eos, ut „ ſecum evangelizarent Anglis, & ut quædam alia erronea corrigerent apud ſemetipſos, potiſſi„ me de ritus Paſchalis terminis, quod & illi plane abnuerunt; donec per oſtenſionem ſigni no„ tabilis pateſceret, quæ pars eorum ſequenda foret .... Tum ille, ſaltem mihi in tribus, ſi „ in reliquis non vultis, obtemperate: ut ſanctum feſtum Paſchæ debito tempore celebretis, ut „ baptiſmum more Eccleſiæ Romanæ conferatis, ut genti Anglorum mecum evangelizetis. *Et paullo poſt* „ Ordinavit, *inquit*, etiam Melitum (*Epiſcopum*) Orientalibus Saxonibus, qui Ta„ miſi fluvio dirimuntur a Cantia. Vide Marshamum *l. c.* A quonam Britones mutuati errorem de celebrando Paſchate fuerint, cum Britannos Epiſcopos Synodi Nicænæ tempore noſtram conſuetudinem ſequutos fuiſſe liqueat, ſtatui quidem certo nullo modo poteſt. An fuerint hi quartadecimani, diſputat Natalis Alex. *H. E. ſæc.* II. *Diſſ.* v. *art.* v. 111. *p.*420. *ſeq. ad. Lucæ. an.*1734. *t.* 3.

Digitized by Google

conſtitutis, extructiſque templis, in quibus Chriſtianis Sacerdotibus rem divinam facere liceret, Monaſteriis quoque (1), quæ ſatis ampla, aptaque jam multis recipiendis Monachis eſſent, ædificatis; tot viri, totque mulieres pietate, ſanctitateque vitæ illuſtres in Anglia extiterunt, ut jam omnes tam bene fundatam in Inſula Orthodoxam religionem, numquam ex animis incolarum deletum iri confiderent. Hoc ſtatu diu cum fuiſſent, atque fidem Apoſtolicæ Sedi ſervaſſent, etſi enaſcebantur aliquando improbis moribus homines, qui novis rebus ſtuderent, eoſque abducere a cultu (2) Catholicæ veritatis eniterentur; tamen in vetere ſententia manebant; quoad ſeculo ſexto ac decimo, Henrici octavi Regis ſcelere, qui religioni formam Annæ Bolenæ impuriſſimæ feminæ antepoſuerat, ſchiſmate conflato, adducti eo ſunt, ut non modo Romanis Pontificibus non parendum, ſed ne decreta quidem aliqua doctrinæ, quæ ſemper Eccleſia univerſa probarat, retinenda (3) contenderent. Orthodoxi tunc Præſules, virique illuſtres capitis condemnati, aut in carceres conjecti, propterea quod Regi obtemperandum non putarent, monaſteria, ædeſque ceteræ (4) ſacræ, aut everſæ, aut profanis uſibus deſtinatæ, Monachi multis pla-

P p 2 gis

1 Confer Monaſticon Anglicanum a Marshamo editum *tom.* 1. *ſeqq.*

2 Ex eorum numero Wiclefus fuit, cujus eſt hæreſis ſeculo xv. an. 1415. in Synodo Conſtantienſi damnata *tom.* VIII. *Concil. edit. Hard. pag.* 299. *ſeqq.* Vide Boſſuetium *lib.* XI. *Variationum pag.* 97. *ſeq. tom.* III. *edit. Veneta.*

3 Qui plura volet de Schiſmate Anglicano Henrici VIII. regis cauſſa conflato, de Immutationibus factis ſub Eduardo VI., de regno Mariæ Reginæ, de Eliſabethæ in evertendis iis, quæ reſtituta a Maria fuerant, improbitate, is præter Sanderum, Parſonium, Stapletonum, alioſque prope innumerabiles, conſulat Boſſuetium *lib.* VII. *Variationum pag.* 283. *ſeqq. tom.* II. *opp. edit. Veneta an.* 1738. & librum Inſcriptum: *La Converſion d'Angleterre au Chriſtianiſme comparée a ſa pretendue reformation*, ex Anglico in gallicum ſermonem translatum a Nicerono Barnabita *edit. Pariſ. an.* 1729. Burnetii Angli *Hiſt. reformationis Anglicæ* refellit *ibid.* Boſſuetius.

4 Johannes Marshamus in *Propilæo* ad Monaſticon Anglicanum *tom.* 1. *edit. an.* 1655. de civibus ſuis, ſociiſque erroris vehementer expoſtulat hoc modo „ Jamdudum diem fatalem obierunt
„ Monaſteria noſtra, nec præter ſemirutos parietes, & deploranda rudera, ſuperſunt nobis avitæ pietatis indicia. Minus impendioſa hodie cordi eſt religio, & vetus dictum obtinet:

Religentem eſſe oportet religioſum nefas.

„ Videmus nos, heu videmus auguſtiſſima Templa, & ſtupenda æterno dicata Deo monumenta,
„ quibus nihil hodie ſpoliatius, ſub ſpecioſo eruendæ ſuperſtitionis obtentu, ſordidiſſimo conſpurcari vituperio, extremamque manere internecionem. Ad altaria Chriſti ſtabulati equi, martyrum effoſſæ reliquiæ. Sunt quidam Zelatores adeo religioſe delirantes, ut religioſos veterum
„ ordines in τοῦ σπέρματος τῶν ἀβδῶν prognatos ajant. Ita licenter ſibi indulgent [illegible]
„ Neque deerunt hac, qua vivimus, ætate homunciones elephantina olfacientes promuſcide, qui
„ iſta, quæ jam prodeunt, tamquam futilia, inutilia, & hodiernæ rerum conditioni minime
„ congruentia damnabunt, & non tantum e Bibliothecis eliminanda, ſed & flammis tradenda judicabunt. Ea eſt novitiarum opinionum rigiditas? „ Hæc de monaſteriis, templiſque homo de numero Acatholicorum, qui temperare ſibi non potuit, quin ſtudio ſectæ anteponeret veritatem,

gis acceptis, e finibus regni expulſi, novique poſt Antiſtites conſtituti ſunt, qui revera non Epiſcopi, ſed umbræ eſſent (1) Epiſcoporum. Seculo ſuperiore Jacobus Stuartus Rex, qui Orthodoxam profitebatur religionem nihil, dum potuit, prætermiſit, quod ad eam confirmandam, propagandamque ſpectare videretur. Sed ubi ſeditionum, turbarumque auctores, qui ſuperſtitione, erroreque detinebantur, ab ſe defeciſſe, & exercitu comparato, copias cum eo junxiſſe, qui tyrannidem occupatum in (2) Britanniam venerat, neque ſuſtineri eorum impetum poſſe animadvertit, religioni poſtponendum imperium, patriaque potius cedendum, quam veritatem aut negandam, aut diſſimulandam judicavit. Interea perſugis conceſſa libertas eſt colendi, quam vellent, religionem. Ac quod Deiſtis, Presbyterianis, Socinianis licere videbatur, ut palam, quæ ſentiebant, enunciarent, hoc Catholicis (3) non licebat, propterea quod devincti eſſe Regi dicerentur. Hi ergo, quorum haud tam magna erat multitudo, (4) cum rem Eccleſiæ afflictam, oppreſſamque intuerentur, clam congregari, ſynaxeſque habere conſueverant. Nunc populo, ac principe, quem Regem vocant, utuntur paullo æquiore.

Qui Scotiam incolunt, vel extremo ſeculo ſecundo, vel initio tertii adductos primum fuiſſe ad Chriſtianam religionem colendam cives ſuos, putant. Nam Donaldum tunc ætatis civitatis Scotorum Regno potitum Paſchaſio, a quo doctri-

1 De Epiſcopis Anglis agemus in eo libro, qui erit de ſacris ordinationibus.

2 Catholicum fuiſſe Jacobum II. antequam regno potiretur, conſtat. Illius præclare geſta laudarunt non ſolum privati, ſed etiam Innocentius XI. Pont. Max. qui ægerrime tulit optimum regem ab ſeditioſis coactum eſſe regno excedere, abireque in Gallias exulatum. Extat ejus Pontificis de re eadem conſiſtorialis oratio. Quin etiam litteras SS. Pontifex ad Ludovicum XIV. Gallorum regem dedit, quibus ei gratias egit, quod hoſpitio Principem exulem excepiſſet. De reducendo autem Jacobo, rebuſque omnibus juvando Innocentius cogitatat; de quo ſane cum legatis principum Orthodoxorum egit. Vidi ego ejus rei monumentum in Bibliothecæ Corſinæ codice Mſ. idque jam dico, ut Pontificem tantum ab invidia liberem, quem inimici dicerent fuiſſe minus in Jacobum regem propenſum. Rapinum Thoyraſium, qui libro XXIV. *Hiſt. Anglica tom.x. edit. an.1733.* & Burnetium *Hiſt. Revol. Angl. l.IV. qui eſt de regno Jac.* II. nihil moror. Nam homines haeretici Regem Orthodoxum interdum carpunt, ut ſuorum civium, Symmiſtarumque tegere poſſint improbitatem.

3 Conſer librum Gallicum ex Anglico converſum inſcriptumque: *La Converſion d'Angleterre au Chriſtianiſme comparée a ſa pretendue reformation. edit. Pariſ. an.1729.*

4 Status religionis in Anglia antequam Jacobus II. Regnum obtineret, hic erat, ut eſt a Jacobo Cerrio *S. Congr. de Prop. Fide a ſecretis* memoriæ commendatum *pag.6.* Mſ. libelli, quem obtulit Innocentio XI. Pont. Max. „ Sotto l'impeto di Eliſabetta figlia di Anna Bolena, e peſſima

„ Cal.

doctrinam acceperat, præcepiſſe ferunt, ut Romam proficiſceretur, & Victori Pontifici, cujus opera veritatem cognorat, ſuo nomine gratias ageret, quoque ſtatu res Chriſtiana (1) in ea Inſulæ

„ Calviniſta furono diſcacciati (i Cattolici) e perſeguitati con tanta fierezza tutti i ſacerdoti,
„ che ſi ritirarono fuori del regno. Onde reſtata la Inghilterra in preda della Ereſia, ſi ereſſe-
„ ro due Collegj di Dovay, e di Roma per cavarne i ſoggetti da mandare colà per l'ajuto ſpiri-
„ tuale de' Cattolici. Ma ſedata in parte dalla gravezza degli anni di Eliſabetta la tempeſta
„ ſi andarono a poco a poco moltiplicando i Sacerdoti di quei due Seminarj nella Inghilterra in
„ modo, che ſtimati biſognoſi di un capo, gli fu da Clemente VIII. nel 1598. dato con titolo
„ di Arciprete Errigo Gingio Blancello, aſſegnandoli alcuni conſiglieri, e aſſiſtenti per gover-
„ nare tutto quel clero con obbligarlo a dare parte a Roma delle coſe più importanti ... Morta
„ Eliſabetta, e ſucceduto alla corona Giacomo Re di Scozia, che pareva meno fiero verſo i Cat-
„ tolici, fu poco dopo ſcoperta la congiura detta *Polveraria* (perchè con molti barili di pol-
„ vere meſſi in una ſtanza ſotterranea volevano i congiurati far perire tutta la famiglia Reale)
„ onde creduti rei i Cattolici inſieme col Papa di queſta coſpirazione, fu loro propoſta una for-
„ ma di giuramento empio, ed eretico, acciò da tutti foſſe indifferentemente giurata. Reſtaro-
„ no confuſi i buoni Cattolici dalla pubblicazione del giuramento, e atterriti dalle pene, che
„ s'imponevano a' renitenti. Ma il ſuddetto Arciprete in vece di opporſi, procurò di perſuade-
„ re al Clero a riceverlo, anzi carcerato per ordine regio reſtò oſtinato nel ſuo errore fino alla
„ morte. Furono dopo di lui ſoſtituiti anche due altri Arcipreti, ma riconoſcendoſi dopo molte
„ diligenze la neceſſità, ch'era in quel regno, almeno di un veſcovo, vi fu da Paolo V. ſtabili-
„ to, cavandolo da' Sacerdoti più vecchi d'Inghilterra, Guglielmo Biſopo col titolo di veſco-
„ vo di Calcedonia, e poi con un breve di Gregorio XV. daragli facoltà di ordinario non meno
„ dell'Inghilterra, che della Scozia, quale per li richiami degli Scozeſi gli fu ſubito levata ...
„ Morto il detto veſcovo, gli fu ſurrogato Riccardo Smith con lo ſteſſo carattere di Veſcovo di
„ Calcedonia ... Nel tempo poi d'Innocenzio X. fu fatta in nome della Regina, e di tutto il cle-
„ ro, e Cattolici d'Inghilterra nuova iſtanza per l'approvazione di (un certo) Capitolo, che
„ nella mancanza del veſcovo ſi governava dal ſuo Decano, come fu ſtabilito dal Biſopo primo
„ veſcovo di Calcedonia, ma non ne fu potuta ottenere riſoluzione alcuna .... Vi fu però de-
„ putato colla ſpedizione de' Brevi in mano dell'Internunzio di Fiandra il P. Hovvard oggi Car-
„ dinale di Nortfolc, che per degni riſpetti, non furono poſti in eſecuzione ... Vi ſono anco
„ adeſſo molti Cattolici; ma pochi in paragone degli Eretici diviſi in Proteſtanti, Tremolanti,
„ Anabattiſti, Independenti, e altre infinite ſette. L'eſercizio della religione Cattolica è af-
„ fatto proibito tanto in pubblico, quanto in privato, e a porte chiuſe, e ſegretamente in qual-
„ che luogo ſi eſercita, ma con molto pericolo, ſolo nella Cappella della Regina, e in quella
„ de rappreſentanti Cattolici ſi permette pubblicamente con gran mormorazione degli Eretici.
„ Onde i Cattolici vi vanno con timore, per non cadere nelle pene, e non ſuſcitare nuove per-
„ ſecuzioni. Il Re (Carlo II.) non è nemico de' Cattolici, riconoſcendo da loro la ricupera-
„ zione della corona; ma non può giovar loro, come vorrebbe per timore del Parlamento ....
„ Il Duca di York (Jacobus qui Rex deinde fuit) ſi profeſſa independente, ed è molto bene in-
„ clinato al Cattoliciſmo, anzi da molti creduto Cattolico (ut erat revera). La Regina è una
„ devotiſſima Principeſſa, come anche la Ducheſſa.

a De Pictorum ex Scythia, & ex Hibernia in Britanniam miſſis coloniis varias opiniones ſcriptorum vide apud Uſſer. *Antiq. Eccleſ. Britannicar. cap.* xv. *pag.* 300. *ſeqq.* Auctor vetus, qui de S. Andrea, & ſedis Andreapolitanæ inſtitutione Commentariolum reliquit, ut videtur Uſſerio, Scotus, *totam Inſulam Britanniam Chriſtianitatem fuiſſe doctam*, *antequam Picti*, *& Scoti in eam intrarent*, affirmat. *Uſſer. ibid. pag.* 302. Ac ſi ſeculo ſecundo, tertiove Scoti in Britanniam appulerunt, negari nequit, quin ejus accedat prope ad ſimilitudinem veritatis ſententia. Ad Donaldum quod attinet, confer Dempſterum *Apparat. ad Hiſtor. Scotor. l.* I. *c.* VI. Sed alii aliter rem narrant. Conſule Paulum Jovium *Deſcript. Scotiæ*, Baronium *ad an.* CCCCXXIX. *n.* II. Thomam Bozium *de ſignis Eccleſ. l.* VIII. *cap.* I. Hectorem Boetium *in extremo lib.* V. *hiſt. Scot.* Georgium Buchananum *lib.* IV. *pag.* 65. *edit. an.* 1715. *Rerum Scoticar.* & Uſſerium *l. c. p.* 321. *& ſeqq.*

Inſulæ Britanniæ parte eſſet, faceret certiorem. Victorem, antequam Paſchaſius Romam perveniret, deceſſiſſe, dictumque ejus loco fuiſſe Pontificem Zephyrinum. Interea a Donaldo datam fuiſſe diligentem operam, ut ſuperſtitio penitus deleretur. Ethnicos autem obſtinatos diu in ſententia perſtitiſſe, neque induci potuiſſe, ut Donaldo, ſucceſſorique Ethodio parerent. Epiſcopos deinde in Scotia ordinatos tradunt. Nicolaum (1) *Culdeum* ex eorum cœtu fuiſſe, quem Maximiano Imperatore multis tormentis excruciatum, Martyrem obiiſſe, cuique poſt extructam Baſilicam Alexandri III. regis pecunia fuiſſe, traditum eſt. Propagatam deinceps majorem in modum fuiſſe religionem, ita ut magnificæ ædes Deo conſecratæ, atque Monaſteria in regno & magno numero, & ampliſſima cernerentur: Illuſtres præterea doctrina, & pietate viros, feminaſque ibidem floruiſſe, regnoque fuiſſe præſidio, & ornamento. Scoti igitur quum longo tempore rem catholicam coluiſſent, Romaniſque Pontificibus obſtricti eſſent, tandem in eoſdem plurimi errores, in quos Angli lapſi ſunt, inciderunt, ſectaſque ex ſeſe prodire viderunt, quæ portenta quæque opinionum conſectarentur (2).

Hiber-

1 Dempſterus *Hiſt. Eccl. Scotor. lib.* XIII. *num.* 952. „ S. Nicolaus Culdeus, *inquit*, atque „ unus ex primis Scoticæ Eccleſiæ Epiſcopis ſævlente per Britannias Maximiani perſecutione „ martyrio affectus: In urnam lapideam ſacroſanctæ reliquiæ corporis fruſtatim conciſi, & ttun- „ cati repoſitæ, atque una cum cruce quadam venerabili in terram defoſſæ, poſtea effoſſæ hac in- „ ſcriptione venerationem meruerunt, S. NICOLAI EPISCOPI, quibus deinde Rex Alexander III. „ rogatu Glaſcoenſis Epiſcopi magnificam Eccleſiam apud plubes (vel Pebles potius) conſtru- „ xit; quæ ſtante apud noſtros pietate, miraculorum gloria erat illuſtris, & concurſu mirabili „ frequentabatur. An aliquid hic primus Epiſcopus, ut puto, in Scotia Martyr ſcripſerit, non „ deprehendi. Paſſus eſt Martyrium anno 296. Repertum ſacrum corpus, ex inſcriptione agni- „ tum, & cum cruce exaltatum VII. Idus Maii an. 1262., qui fuit XIII. Alexandri III. Regis, „ ut pluribus in Scoti Chronico extat „. Quinam eſſent Culdei *olim* in Scotia, explicat Buchananus *Rer. Scoticar. l.* IV. *in rege* XXXV. ſed quod Dempſterus de hoc primo Epiſcopo narrat, neſcio quemadmodum componi poſſit cum his Proſperi verbis *lib. contra Collator. c.* XXI. *p.* 209. *edit. Venet. an.* 1744. „ Nec vero ſegniore cura ab hoc eodem morbo (Pelagianiſmi) Britan- „ nias liberavit (Cæleſtinus Pont.) quando quoſdam inimicos gratiæ ſolum ſuæ originis occu- „ pantes etiam ab illo ſecreto excluſit Oceani, & ordinato Scotis Epiſcopo (Palladio) dum Ro- „ manam Inſulam ſtudet ſervare Catholicam, fecit etiam barbaram Chriſtianam „. Et in Chronico *pag.* 432. *edit. ejuſd.* „ Ad Scotos in Chriſtum credentes ordinatur a Papa Cæleſtino Palla- „ dius, & primus Epiſcopus mittitur „. Conſule Pagium ad *ann.* CCCCXXIX. *num.* XI. *ſeq. &* CCCCXXXI. *num.* 21. & Magnum Baronium *ad an.* DCIV. DCXXXIS. DCXXXIX.

2 De religione apud Scotos confer Thomam Dempſterum *Hiſt. Eccl. Gentis Scotor. edit. Bonon. ann.* 1627. Ante annum 1685. ea in Scotia hoc erat ſtatu. „ Nella Scozia, *in-* „ *quit Cerrius ibid. pag.* 110., ſono pochi Cattolici, ma ſenza quaſi alcuna perſecuzione, eſſen- „ dovi adeſſo una gran diſpoſizione per propagatvi la Santa Fede, mentre quegli Eretici hanno „ aſſai mitigato l'odio altre volte acerbiſſimo contro i Cattolici, e nelle montagne molte Pro- „ vincia

Hibernia eſt altera Inſula Britannicarum, quæ *Britannia minor*, *majorque Scotia* aliquando appellata eſt (1). *Scotorum* nomen ante æræ Chriſtianæ ſeculum tertium ignotum ſcriptoribus, deinceps *Hibernis*, & eorum colonis in Dalrieda Britannica commune fuit. Eſt autem veriſimile ab Apoſtolis, Apoſtolicisve viris accepiſſe Hiberniæ incolas nomen, & religionem Chriſtianorum. Quamquam enim ſuſpecta eorum Hiſtoricorum fides eſt, qui Simonem Zeloten, & Petrum, & Jacobum Majorem cum Salome matre, & patre Zebedæo, Ariſtobulo, & Barnaba in Inſulas Britannicas appuliſſe, Chriſtumque incolis nunciaſſe ſcripſerunt, tamen veterum ſumma conſenſione firmata ſententia eſt, aliquos initio extitiſſe, qui Evangelium in eas regiones intulerint (2). Sed ut

„ vincia non avrebbero difficultà di ricevere la religione, ſe vi foſſero operaj. Dodici Geſuiti
„ ſtanno però in Edimburgo capo della Scozia, e in qualche altra città comoda, dimorandovi
„ ſparſi pel regno molti Preti ſecolari, che raccolti in un capo formato di miſſione ſotto il loro
„ prefetto, proviſionati dalla Congregazione di Propaganda, fanno progreſſi infiniti. Vi è ſtato
„ però ultimamente per Viſitatore Apoſtolico Aleſſandro Leſleo, che ſerve di Miſſionario,
„ aſpettandoſi da lui una piena relazione dello ſtato della religione Cattolica, per applicarvi
„ quei rimedi, che ſaranno ſtimati più opportuni, eſſendo anco neceſſario di ordinare poi una
„ viſita rigoroſa di tutti i Collegj della nazione, la quale ne ha uno in Roma, uno in Madrid,
„ uno in Parigi, e un altro a Dovay, ed ha anco tre monaſteri da Benedettini in Germania,
„ cioè in Ratisbona, in Erbipoli, e in Erfurt, che con queſti, ſe foſſero ben governati, ſarebbe
„ baſtevolmente proviſto il Regno di operaj ſenza alcuna ſpeſa della Congregazione, perchè
„ dagl'iſteſſi Collegj, e Monaſterj potrebbero mantenerſi i miſſionarj, che ne partono. Ma
„ ſtante il mal governo, che ſi fa di eſſi Collegj, e Monaſteri, quali a poco a poco ſi vanno
„ ſtruggendo, i ſoggetti, che n'eſcono della miſſione, ſono continuamente importuni alla S.Sede
„ per nuovi ajuti, e ſuſſidj; onde per porre rimedio efficace a tutto queſto, è neceſſariſſima
„ la detta viſita da farſi da perſona zelante &c. Nunc etſi aſt in regno magnus numerus Presbyterianorum, Catholici tamen extant haud pauci. Verſantur ibidem Quacheri, Epiſcopales, Deiſtæ &c. ita ut non minus pro Anglis, quam pro Scotis inſtituta aſſe a Roberto Boylio ſeculo ſuperiore Cathedra Londini videatur, quam qui obtinet, ſic agere debaat, ut adverſus Atheos, Deiſtas, Socinianoſque veritatem religionis Chriſtianæ, & Myſterii Trinitatis defendere, argumentiſque confirmare conetur. Opuſcula quædam Moderatorum ejuſdem Cathedræ, quæ magnæ molis non erant, collegit, & aliquot voluminibus in duodecimo publicavit Burnetius.

1 Conſule Uſſerium *Antiquit. Eccleſ. Britann. cap.* xvi *pag.* 377. *ſeqq.*

2 Hibernos aliquot, paullo poſt quam mortuus aſt Chriſtus, certiores eorum factos, quæ geſta Hieroſolymis fuerant, amplexos fuiſſe Chriſtianam religionem ſcriptores quidam tradiderunt, quorum nulla eſt omnino in hoc genere auctoritas. In his eſt Philippus Sallevanus *Hiſtor. Catholic. Ibern. Compend. tom.* 1. *lib.* iv. *cap.* v. Sic autem habet „ Regnante in Ultonia Conchure Rege, Conaldus Carnius .... Regi retulit, ſe Hieroſolymis fuiſſe, vidiſſeque hominem, qui vocabatur Jeſus, & Judæorum Rex, forma pluſquam Regia .... Tum Rex: hic,
„ inquit, revera eſt Orbis totius Dominus .... Inde nonnullos, qui Romam, & alias regiones
„ Catholicas petiverunt, ſacro Baptiſmatis rore fuiſſe ſparſos, eiſdemque doctoribus alios
„ accepiſſe fidem „. Sed has ego fabulas nihil moror. Ab Apoſtolis autem, vel Apoſtolicis viris Hiberniam fuiſſe obitam, aliquoſque ejus incolas ad Chriſtum perductos, colligi ex Euſebio poterit, qui *Demonſtrationis Evangelicæ lib.* III. *cap.* VII. *pag.* 112. *edit. ann.* 1628. ſcribit hoc modo: veniſſe eorum aliquos ὑπὲρ τὸν ὠκεανὸν ἐπὶ τὰς καλουμένας Βρεττανικὰς νήσους.

ut mittam, quæ ſunt communia omnium Britannorum, Hiberni primo æræ Chriſtianæ ſeculo fuiſſe ſuorum aliquos ferunt, qui Petro ſe tradidiſſent in diſciplinam, poſtque in Galliam profecti, permultis auctores fuiſſent, ut Chriſtianam religionem profiterentur (1). Eos vero, qui aliis Evangelium nunciare ſolerent, numquam fuiſſe laturos, ut cives ſui ſuperſtitionem Deorum colerent. Quamobrem vixiſſe aliquos Apoſtolorum temporibus in Hibernia inſula homines, qui, patriis ritibus neglectis, noſtris ſe inſtitutis, ac legibus obſtrinxiſſent. Jam vero quum Hadrianus imperium obtineret, Euchum, & Achlenam Sancti Cataldi parentes ſingulari laude ſanctitatis in eadem Inſula floruiſſe, memoriæ proditum (2) eſt. Florentinum præterea virum optimum, atque integerrimum tertio ſeculo in Hibernia natum, atque educatum, Romam deinde veniſſe, cumque conjectus in carcerem fuiſſet, multos Servatori Chriſto conciliaſſe, miſſoſque ad Callixtum Pontificem, obſecraſſe, ut eos baptizare ne gravaretur, Johannes Molanus ſcriptum (3) reliquit.

vieus. *Trans Oceanum ad Britannicas Inſulas*. Britannicarum autem Inſularum duæ ſunt præcipuæ. Harum altera Hibernia eſt. Itaque ſi non omnes illi, at majores ſaltem peragrarint neceſſe eſt. Quare veri eſſe perquamſimillimum, eos acceſſiſſe ad Hibernos, atque horum aliquot Chriſto conciliaſſe. Non is tamen ſum, qui Hiſtoricis, ſi Deo placet, illis aſſentiar, qui aut Simonem Zelotem, aut Petrum, aut Jacobum Majorem, ejuſque matrem ad Hiberniam appuliſſe omnino vellent. Nam carent monumentis, quibus ſuam confirment opinionem. Confer Uſſerium *ibid. pag.* 386. *ſeqq.*

1 Confer Uſſerium *ibid. pag.* 389. *ſeqq.* Beatum Manſuetum Hibernum S. Petri, ut ajunt, diſcipulum, quem Leo IX. in ſanctos retulit, cujuſque memoria in Martyrol. Romano, Adonis &c. recitatur, Tullenſibus ab ipſo Apoſtolo Epiſcopum deſtinatum Robertus *Autiſſiodorenſis in Chronico*, aliique ſcripſerunt. Vide Uſſer. *ibid. pag.* 390. & *pag.* 391. quo loco refert tetraſtichon ex *Odovard. Maihevv. tab.* 11. *Natal. Benedictinor. Congreg. Anglican. Auguſt.* 31. *pag.* 1404. quod ſic habet:

» Inclyta Manſueti clacis natalibus orti
» Progenies titulis fulget in Orbe ſuis.
» Inſula Chriſticolas geſtabat Hibernia gentes,
» Unde genus traxit, & ſatus inde fuit.

Sed vera ne ſint, quæ ſpectant ad antiquitatem Manſueti, viderint critici, quibus ſuſpectæ ſunt peculiares Eccleſiarum Gallicanarum traditiones.

2 Vitam S. Cataldi deſcripſerunt Moronii Fratres, in eaque adornanda uſi ſunt Mſs. codicibus vetuſtiſſimis S. E. Tarentinæ, ut ipſi quidem teſtantur. Atque alter quidem eorum ſoluta, ut vocant, oratione, alter carmine res a S. viro geſtas complexus eſt. Utrumque opus editum fuit Romæ anno 1614. Sed vereor, ne vetuſti illi codices nonnihil contineant fabularum. De S. Cataldo conſule Dempſterum *Hiſt. Eccl. Scotor. lib.* 3. *num.* 278. At is auctor, qui Scotum natione fuiſſe Cataldum cenſet, vehementer errat. Vide Uſſerium *l. c. pag.* 393. *ſeq.*

3 *In Additionibus ad Martyrolog. Uſuardi ad d. Kal. Decembr.* Sed labitur in Chronologia texenda Molanus. Itaque difficile dictu eſt, quo tempore Florentinus claruerit. Conſule Uſſer. *ibid. pag.* 398. *ſeq.* ubi etiam de Firmino, aliiſque ſanctis agit. Addit ſubinde nonnulla, quæ ad Sedulium inſignem Hibernorum poetam pertinent.

quit. Eſtque etiam traditum ab Hiſtoricis aliquot (1) Gallorum, initio ſeculi IV. extitiſſe Hibernorum aliquos, qui cum in Gallias trajeciſſent, idque laboraſſent, ut hujus regionis incolæ ab errore deterrerentur, rituſque noſtros, ac religionem probarent, ab hoſtibus comprehenſi, omnique genere ſuppliciorum excruciati, perfuncti martyrio fuerint, migraverintque in patriam Beatorum. Atque Conſtantino Imperatore natos, ajunt, quatuor illos (2) Epiſcopos, qui ante Patricium, quem Apoſtolum Hibernorum jure vocant, in Inſulam appulerunt, incoliſque perſuaſerunt, ut idolis cultum adhibere deſinerent, ſeque Chriſto tradere ne cunctarentur. Quinto autem ſeculo, quum Cæleſtinus Pontifex Maximus univerſam Eccleſiam moderaretur, datum Patricio negotium fuit, ut ad Hibernos ſeſe conferret, Chriſtianoſque in fide confirmaret. Quod ſi qui eſſent imbuti ſuperſtitione Deorum, hos ad veritatem agnoſcendam, ac defendendam inducere conaretur. Ille quod juſſus fuerat, fecit. Igitur, ut primos (3) civitatis religionibus deorum teneri, animadvertit, eos primum aggreditur. Quanto in periculo ſint, docet. Orat, atque obſecrat, ne ſe ſuoſque liberos eant perditum. Si ad amicitiam Chriſti accedant, ſciant ſe regni, quod numquam expugnari, amittique poſſit, participes futuros. Horum pleriſque ut ſibi aſſentirentur, inductis, Patricius templa (4) vero Deo con-

1 Eos laudat Uſſerius *ibid. pag.* 398. *ſeq.*

2 In vita Declani hæc leguntur, apud Uſſerium *ibid. pag.* 408. „ Quatuor ſanctiſſimi Epi-„ ſcopi cum ſuis diſcipulis fuerunt in Hibernia ante Patricium prædicantes in ea Chriſtum, „ ſcilicet Ailbeus, Declanus, Ibarus, & Kiaranus, & hi plures ad Chriſtum tete Evangelico „ traxerunt; ſed tamen ſanctus Patricius Majores Hiberniæ, & potentiores convertit, & ipſe „ ſummum habet Archiepiſcopatum Hiberniæ per circuitum. De Sanctis viris, qui poſt Conſtantini tempora Hiberniam illuſtrarunt, adeundus Uſſerius *ibid. pag.* 400. *ſeqq.*

3 Conſule Iocellinum *in Vita Patricii edit. an.* 1624. Martyrologium Romanum *ad d.* XVII. *Martii*, Bollandianos *tom.* II. *Martii pag.* 517. Tillemontium *tom.* XVI. *Mon. Hiſt. Eccl. p.* 452. *ſeq. &* 476. *ſeqq.* Thomam Meſſinghamum *Florileg. Inſulæ Sanctorum, ſeu vitæ, & Acta Sanctorum Hiberniæ Patricii, Columbæ, Birgittæ, Columbani, Galli &c. edit. Pariſ. an.* 1624. Davidem Rothum Oſſorienſem Epiſcopum *de Converſione Hibernorum*. Apud eumdem Meſſinghamum *edit. ejuſd. pag.* 110. Philippum Oſullevanum *vit. S. Patricii edit. Bonon. an.* 1686. Richardum Saniburſtum *vit. S. Patricii. Antuerp. edit. an.* 1587. Negari autem non poteſt, quin permultæ earum rerum, quæ de Patricio narrantur, in fabulis poni debeant. Sed ferenda non eſt Henrici Mauritii impudentia, atque temeritas, quem in libro Anglice adverſus Davidem Clarkſonum edito, inſcriptoque: *Defenſio de Diœceſano Epiſcopatu*, intelligo ſic egiſſe, ut quæcumque de Patricio prodita ſunt, ea omnia in vulgus manaſſe putaret fraude Monachorum. Quamobrem ne a Proteſtantibus quidem extorquere potuit aſſenſionem. Confer *Joh. Alb. Fabric. ſalut. Luce Evangel. cap.* XVIII. *pag.* 412. 413.

4 Vide Uſſerium *ibid. cap.* XVII. *pag.* 442. *ſeqq.*

condere, Monaſteria extruere, Epiſcopos conſtituere, qui rempublicam in Inſula Eccleſiaſticam (1) moderarentur. Patricio vita functo, Epiſcopi, diſcipulique ceteri, ejus exemplum imitati, reliquos ſi qui forte in errore perſtiterant (2) ad Chriſtum perducere, noſtroſque continere in officio curarunt. Poſt cum Chriſtianorum auctæ majorem in modum opes fuiſſent, magno numero viri, mulieresque ſanctitatis gloria (3) claruerunt. Nunc vero, quoniam Hiberni in poteſtatem ſunt redacti hæreticorum, diviſi in varias ſectas ſunt, ita ut de Britannis, Scotiſque diximus. Sed multo plures ſunt in Hibernia, quam in majore Britannia Orthodoxi. Hi quamquam (4) clericos, ſacerdoteſque habeant, Epiſcopiſque, ita ut ceteri Catholici, utantur; templa tamen publica nulla obtinent. Cœnobia Monachorum, ceterorumque religioſorum ordinum apud eos funditus everſa ſunt ſcelere, maleficioque Acatholicorum. Ædes autem ſunt in inſula privatæ Dominicanorum, Franciſcanorum, Auguſtinianorum, Carmelitarum, Capuccinorum, & Jeſuitarum (5).

CA-

1 Uſſerius *ibid. pag.441. ſeqq. & 446. ſeqq. & 452. ſeqq.*

2 Conſule Uſſerium *ibid. pag.454. ſeqq.* Scio a ſcriptoribus memoriæ eſſe traditam univerſam inſulam Hiberniam a Patricio fuiſſe Chriſtianam factam. At nullos omnino ſuperfuiſſe ibidem Ethnicos, vix animum induco, ut credam. Hos ſi qui fuerunt; cura diſcipulorum Patricii adductos ad Chriſtum fuiſſe cenſendum eſt.

3 Confer Thomæ Maſſinghami opus mox laudatum *pag.305. not.3.*

4 Urbanus Cerrius *l.c. pag.*10. „ La Ibernia ha gran numero di Cattolici, che con tutte le
„ perſecuzioni degli Eretici ſono ſempre ſtati coſtantiſſimi, onde la Congregazione vi ſtabilì di
„ nuovo Veſcovi. E' diviſa tutta la Iſola in quattro Arcivescovati, cioè Armacano, Dublinenſe,
„ Caſſellenſe, e Tuamenſe, che con i loro ſuffraganei formano 26. Chieſe, quali ſono provviſte
„ parte di Veſcovi, e parte di Vicarj Apoſtolici, o Capitolari, avendo ciaſcheduno il ſuo Cle-
„ ro, e modo, benchè tenue, da mantenerſi. I veſcovi ſono al preſente 15. da quali però non
„ riſiedono, che otto, eſſendo gli altri eſiliati dagli eretici (nunc in ſuis Eccleſiis degunt) ò
„ aſſenti per altre ragioni &c.

5 Hiberniæ Monaſteria deſcribit L. Aug. Alamandus in opere inſcripto „ Hiſtoire Monaſti-
„ que d'Irlande, où l'on voit toutes les Abbayes, Prieurez, Convens, & autres Communautez
„ Regulieres, qu'il y a eu dans ce Royaume, le temps, & les titres de leur fondation, le nom,
„ & la qualitè des fondateurs, les villes, Bourgs, Comtez, & Provinces, où elles ètoient ſituées
„ les differens ordres Reguliers dont elles dépendoient, les circonſtances les plus remarquables,
„ de leur ètabliſſement, & de leur ſuppreſſion, avec quantitè de remarques Hiſtoriques, & Cri-
„ tiques. *edit. an.*1690. Sed de rebus Eccleſiarum Hiberniæ egit, præter eos, quos ſupra laudavi, Jacobus Waræus in ſua Hibernia, & in Vitis Archiepiſcoporum Caſſilienſium, & Tuamenſium editis Dublini *an.*1626.

CAPUT XXV.

De Origine, & progreſſu Chriſtianæ religionis in Proconſulari, Mauritaniis Tinguitana, ac Cæſareenſi, Numidia, & Byzacena Provinciis Africæ.

SED quoniam de Hiſpania, aliiſque Europæ partibus, quæ attingunt mediterraneum mare, quibuſque e regione provinciæ quædam Africæ ſitæ ſunt, quæ ad Patriarchatum Romanum ſpectant, diximus, non alienum videtur eſſe, antequam de introducta vera in Americam religione ſcribam, de tempore, quo primum auditum in Proconſulari Chriſtianum nomen eſt, inque ceteras provincias Africæ deinde manavit, diſſerere. Africa peninſula maxima, ut plerique omnes Geographi ſtatuunt, tertia Orbis terrarum pars, attingit Erithræum pelagus, qua ſpectat ad orientem ſolem; indeque ad Gades oceano continetur, atque hinc ad Ægyptum uſque mediterraneo mari cingitur. Atque ut mittam Æthiopas, ceteraſque barbaras nationes, quæ interiores Africæ regiones incolunt, quod alibi de ipſis ſit opportunius diſputandum, ad eaſque veniam, quæ non modo in poteſtatem populi Romani redactæ fuerant, ſed etiam pertinebant ad occidentis imperium, regio Africæ, quæ a Syrti minore ad Gades uſque porrigitur, cum Oct. Auguſtus imperaret, diviſa erat in partes duas, quarum una Africa, altera Numidia appellabatur. Quod autem intervalli ab Ampſaga fluvio ad Gades eſt, tributum perinde in totidem provincias erat, quarum veteres a præcipuis urbibus alteram Cæſareenſem, Tinguitanam alteram vocaverunt. Sed cum Conſtantinus diviſiſſet in partes tres Imperium populi Romani, Conſtantique filio eum Africæ tractum reliquiſſet, ſeptem tunc ætatis fuerunt provinciæ nominatæ, quarum prior Proconſularis, altera Byzacena, tertia Numidia, quarta Tripolitana, quinta, & ſexta, quæ ſecundam ante Mauritaniam conſtituebant, Sitiſenſis, & Cæſareenſis, ſeptima Tinguitana dicebatur. Carthaginienſi indita *Proconſularis* appellatio eſt, propterea quod a *Proconſule* admi-

niſtraretur. At Byzacium, Numidiamque viri Conſulares moderabantur. Tripolitana autem, Sitiſenſis, ac Cæſareenſis Præſidibus parebant, quamobrem ut hæ *Præſidales*, ita *Conſulares* illæ dici conſuerant. Sed Mauritania Tinguitana ab Africanis ceteris ſejuncta, ſexta erat provinciarum Hiſpanienſium, & a Præſide regebatur, qui Hiſpaniarum Vicario ſubjectus eſſet.

Proconſularem omnium principem primo, ſecundove ſeculo incolas habuiſſe ferunt, qui Chriſtianam religionem profiterentur. Sunt enim Scriptores, & hi quidem magni, ac nobiles, qui Apoſtolorum aliquem in Africam iter inſtituiſſe, & Carthaginem appuliſſe, nunciatoque civibus Evangelio, horum aliquos Chriſto conciliaſſe, defendant. Contra fuerunt alii non minore doctrina, exiſtimationeque eruditionis, qui Innocentii primi Pontificis Maximi auctoritate freti, non Apoſtolum aliquem, ſed neſcio quos Roma miſſos, ſecundo ſeculo in eam urbem perveniſſe dicerent, dediſſeque operam, ut cives de noſtra inſtitutione cognoſcerent, abjectoque errore, veritatem amplecterentur. Carthagine vero in reliquas provincias manaſſe doctrinam Chriſtianorum, tamque late fuiſſe propagatam, ut permultæ haud longe poſt in ipſis Eccleſiæ numerarentur.

Atque ad priorem quidem ſententiam acceſſit Baronius (1), quin ſcriptorem ullum veterem haberet, quem auctorem conſectaretur. Namque Dorotheum (2), & Hippolytum, (3) qui Simonem Zeloten Apoſtolum, cui Africa obtigiſſet, in eam regionem contendiſſe, & Chriſtum incolis nunciaſſe ajunt, quoniam vel falſi, vel ſuſpecti falſitatis ſunt, nihil moror. Quod ſi quiſquam eſt, qui ſequi Menologium (4) Græcorum velit, is ante videat, ab Hippolyto ne, ac Dorotheo, an a proba-

1 Baronius ad *an.*XLIV. *num.*XXXVIII. & Johannes Baptiſta Grammayeus *lib.*II. *Africa c.*II. Utrumque refellit Emmanuel Schelestratius in *Eccleſia Africana ſub primate Carthaginienſi Diſſertat.*1. *cap.*1. *ſeqq. pag.*1. *ſeqq. edit. Pariſ. an.*1679.

2 Dorotheus *pag.*271. *edit. Rom. an.*1564. Inter *opera Salviani*, *& Sulpicii Severi &c.* Simon Zelotes peragrata Mauritania, & Afrorum regione, Chriſtum prædicavit.

3 In Hippolyti de duodecim Apoſtolis opuſculo, quod quidem dubium ſaltem eſt, quodque poſt Combefiſium edidit Johann. Alb. Fabricius *tom.*1. *opp. Hipp. in Append. pag.*30. nihil ejuſmodi reperitur. Conſule Nicephorum *lib.*II. *cap.*XL. *pag.*202. *edit. an.*1630.

4 Menologium Græcorum *ad d.* X. *Maii*.

probatis Scriptoribus hoc idem, qui illud confinxerunt, acceperint. Intelligo enim ex his fontibus interdum aliqua in libros Eccleſiaſticos manaſſe non Græcorum modo, ſed etiam Latinorum. Itaque ut Latini quandoque fecerunt, ita ſane Græci caſtigare ſuos, atque corrigere deberent. Salviani (1) autem locus, quo plurimum confidit Baronius non ad Carthaginienſes, ut ille putavit, ſed omnino ad Romanos cives pertinet, quos inſtitutos fuiſſe ab Apoſtolo Petro liquet. In ſeptimo enim de Providentia libro, cum de Afris, Metropoleoſque Carthaginis incolis dixiſſet, quos inquinatos eſſe conſtabat omni genere flagitiorum, tum quod ab ſe de Carthaginienſibus, idipſum a Petro de Romanis diu ante fui ſſe pronunciatum ſcripſit; moxque addidit „ In urbe Chriſtiana, in ur-
„ be Eccleſiaſtica, quam quondam Apoſtoli inſtituerant, quam
„ paſſionibus ſuis Martyres coronarant, viri in ſemetipſis fe-
„ minas profitebantur „. Auguſtini (2) vero teſtimonium tantum abeſt, ut Baronio præſidio eſſe poſſit, ut ei magnopere adverſetur. Cum enim Donatiſtæ contenderent, Evangelio Hieroſolymis in regiones ceteras inlato, Eccleſias fuiſſe conſtitutas, quæ funditus omnes eorum ſcelere periiſſent, qui libros ſacros ethnicis, ſuppliciorum metu compulſi, tradiderant, niſi Donati ſectatorum ſtudio aliquæ ſaltem in Africa conſtitiſſent, Auguſtinus eoſdem

1 Salvianus *lib. VII. de Providentia pag. 75. edit. an. 1564.* „ Ceterum quantum ad plebem
„ pertinet, quis in illo numero tam innumero caſtus fuit? Caſtum dico? Quis non fornicarius?
„ non adulter? Et hoc ſine ceſſatione, ſine termino . . . In Afris pene omnia fuerunt, ſcilicet,
„ quia maſculi, relicto naturali uſu feminæ, exarſerunt in deſideriis animæ ſuæ, maſculi in maſcu-
„ los turpitudinem exercentes, & mercedem, quam oportuit erroris ſui recipientes. Et ſicut
„ non probaverunt Deum ſe habere in notitia, tradidit illos in reprobum ſenſum, ut facerent,
„ quæ non conveniunt. Numquid hoc Beatus Apoſtolus de barbaris, ac feris gentibus dixit? Non
„ utique ſed de nobis, ideſt ſpecialiter de Romanis . . . Quicumque ergo jure ſe mihi iraſci pu-
„ tat, magis Apoſtolo iraſcetur, ſcilicet quia, quod dicimus nos fuiſſe Afros, hoc ille dixit,
„ dominos eorum eſſe Romanos . . . Quid ergo ficti illic prodigioſius potuit? In urbe Chriſtiana,
„ in urbe Eccleſiaſtica, quam quondam doctrinis ſuis Apoſtoli inſtituerant & . . . viri in ſemetipſis
„ feminas profitebantur.

2 Cum Petilianus Donatiſta dixiſſet, *apud Auguſt. lib. de Unit. Eccleſ. cap. XV. pag. 363. tom. VIII. opp. edit. Pariſ. Monach. S. Mauri* „ Ad Africam Evangelium poſtmodum venit, &
„ ideo nuſquam litterarum Apoſtolicarum ſcriptum eſt Africam credidiſſe „. Id Auguſtinus non negavit, ſed repoſuit, *ibid.* „ Nonnullæ barbaræ nationes etiam poſt Africam crediderunt, unde
„ certum ſit, Africam in ordine credendi non eſſe noviſſimam. „ Hoc reſponſo concludit, non quidem falſum eſſe, quod Petilianus de ſuſcepta ab Afris ſerius, quam ab Eccleſiis Apoſtolicis Chriſtiana religione, ſed labi Donatiſtas, qui inde colligerent, ſe noviſſimos illos eſſe, quos Chriſtus primos futuros prædixerat, ut qui Africam incolerent. Nam alii poſt Africanos crediderant. Quare ſi eo pacto, quo Donatiſtæ volebant, intelligenda verba Chriſti ſunt, de illis barbaris intelligenda omnino eſſe.

Digitized by Google

eoſdem ludibrio exponit, ſtatuitque delirare ipſos, qui neglectos a Deo tot Chriſtianorum cœtus (quos Apoſtoli ſummo labore, difficillimiſque ſuſceptis itineribus inſtituerant) fuiſſe mentirentur, & ex Africana Donati Synagoga ab ceteris nationibus, quæ nondum de Chriſto cognorant, doctrinam hauriri oportere dicerent. Quod ſi Auguſtinus Eccleſias Apoſtolicas Africanæ opponit, indicio ſane eſt, non fuiſſe hanc poſtremam, illius quidem opinione, in Apoſtolicis numerandam. Atque haud ſcio, an recte fecerint hi, qui Africanis concedere ſolerent, quod Tertullianus (1) vetus imprimis auctor, & peritus rerum Africanarum concedendum minime putabat. Is vero in eo libro, qui *de Virginibus velandis* inſcribitur, Apoſtolicas Eccleſias in *tranſmarinis* regionibus quærendas eſſe affirmat: nam Africanas aliquanto eſſe poſteriores. Quod ſi ita eſt, concludendum eſt ſcilicet, Africanis tribui nullo modo Apoſtolicarum appellationem poſſe. Quod ſi ab Simone conditas has ipſas fuiſſe exiſtimaſſet, quid cauſſæ erat, cur hæreticos

1 Tertullianus *cap. I. pag. 173. edit. Veneta an. 1744.* „ Sed nolo interim hunc morem veritati deputare. Conſuetudo ſit tantiſper, ut conſuetudini etiam conſuetudinem opponam, per Græciam, & quaſdam Barbariæ ejus, plures Eccleſiæ virgines ſuas abſcondunt. Eſt & ſub hoc Cælo inſtitutum iſtud alicubi, ne quis gentilitati Græcanicæ, aut barbaricæ conſuetudinem illam aſcribat. Sed eas ego Eccleſias propoſui, quas & ipſi Apoſtoli, vel Apoſtolici viri condiderunt, & puto ante quoſdam „. τὸ *ante quoſdam* ſpectat ad eos, qui Africanos docuerunt. Hos enim, qui virgines non præſcripſiſſent velari oportere, Tertullianus arguere videtur. *Libro de Præſcrip. Hæret. cap. xx. ſeqq. pag. 209.* „ Statim igitur Apoſtoli ... aſſumto per ſortem duodecimo Matthia in locum Judæ ex auctoritate Prophetiæ ... primo per Judæam conteſtata fide in Jeſum Chriſtum, & Eccleſiis inſtitutis, dehinc in orbem profecti eamdem doctrinam ejuſdem fidei nationibus promulgaverunt, & proinde Eccleſias apud unamquamque civitatem condiderunt, a quibus traducem fidei, & ſemina doctrinæ ceteræ exinde Eccleſiæ mutuatæ ſunt, & quotidie mutuantur, Eccleſiæ ut fiant, ac per hoc & ipſæ Apoſtolicæ deputantur, ut ſoboles Apoſtolicarum Eccleſiarum ... Itaque tot, ac tantæ Eccleſiæ, una eſt illa ab Apoſtolis prima, ex qua omnes ... Quid autem (Apoſtoli) prædicaverint ... & hic præſcribam non aliter probari debere, niſi per eaſdem Eccleſias, quas ipſi Apoſtoli condiderunt ... Si hæc ita ſunt, conſtat proinde, omnem doctrinam, quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matricibus, & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, ſine dubio tenentem, quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli a Chriſto, Chriſtus a Deo accepit ... Communicamus cum Eccleſiis Apoſtolicis, quod nulla doctrina diverſa, hoc & teſtimonium veritatis. Et *c. xxxvi. p. 215.* „ Age jam qui voles curioſitatem melius exercere in negotio ſalutis tuæ, percurre Eccleſias Apoſtolicas, apud quas ipſæ adhuc cathedræ Apoſtolorum ſuis locis præſident, apud quas ipſæ authenticæ litteræ eorum recitantur, ſonantes vocem, & repræſentantes faciem uniuſcujuſque. Si non longe es a Macedonia, habes Philippos, habes Theſſalonicenſes. Si potes in Aſiam tendere, habes Epheſum: Si autem Italiæ adjaces, habes Romam, unde nobis quoque auctoritas præſto eſt. Iſta quam felix Eccleſia, cui totam doctrinam Apoſtoli cum ſuo ſanguine profuderunt, ubi Petrus paſſioni dominicæ adæquatur: ubi Paulus Johannis exitu coronatur: ubi Apoſtolus Johannes, poſteaquam in oleum igneum demerſus, nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. Videamus quid didicerit, quid docuerit, cum Africanis quoque Eccleſiis conteſſeraverit.

Digitized by Google

cos Afros oppugnaturus, cum Apoſtolicas Eccleſias recenſeret, Romanam, Philippenſem, Corinthiam Eccleſias nominandas arbitraretur, Carthaginienſem autem, ullamque Africanarum non item? Ac miror ſane noſtrorum hominum eſſe aliquos potuiſſe, qui cum animum ad Innocentii (1) Primi Pontificis Maximi ſententiam advertiſſent, qua ille Gallicanas, Hiſpanienſes, Africanaſque Eccleſias non ab aliquo Apoſtolorum, ſed ab iis doctrinam accepiſſe dixerat, quos Apoſtolus Petrus, vel Romani Pontifices ejuſdem ſucceſſores Evangelium prædicatum miſiſſent. Innocentio aſſenſus Gregorius Magnus (2) eſt, adeo ut, qui Africanas Eccleſias Apoſtolicas eſſe pugnent, ne ſexti quidem ſeculi invenire ſcriptores illuſtres poſſint, quorum ſe præſidio tueantur.

Quod ſi in Africa Eccleſia nulla eſt ab Apoſtolis condita, tamen certum eſt, initio fere ſecundi ſeculi in ea homines viguiſſe, qui noſtræ religionis decreta probarent, inſtitutionemque morum conſectarentur. Eſt enim auctor Juſtinus in eo Dialogo, quem contra (3) Tryphonem Judæum ſcripſit, nullam gentem ſua ætate fuiſſe tam feram, tamque alienam ab omni humanitate, apud quam non reperirentur, qui ſe Chriſto Servatori devoviſſent. Quod autem incultis, barbariſque tribuit, Africanis certe iis, quos paullo ante deſcripſimus, non negavit, quos conſtat neque efferatis moribus vixiſſe, neque imperitos fuiſſe litterarum. Atque Agrippinum Carthaginienſem Antiſtitem initio fere ſeculi III. Synodum cogere potuiſſe ſeptuaginta Epiſcoporum, quis credat, ſi medio ſecundo ſeculo invecta primum in Africam Chriſtiana religio

1 *Epiſt.* XXV. *ad Decentium Eugubinum num.* II. *pag.* 856. *tom.* I. *Epiſtolar. Romanor. Pontif. edit. Coutantii* „ Manifeſtum (eſt) in omnem Italiam, Gallias, Hiſpaniam, Africam, „ atque Siciliam, & inſulas interjacentes nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos Venerabi„ lis Apoſtolus Petrus, aut ejus ſucceſſores conſtituerint Sacerdotes. Aut legant ſi in his Pro„ vinciis alius Apoſtolorum invenitur, aut legiſſe, aut docuiſſe. Qui ſi non legunt, quia nuſ„ quam inveniunt, oportet eos hoc ſequi, quod Eccleſia Romana cuſtodit, a qua eos princi„ pium accepiſſe non dubium eſt „. Atque hoc illud eſt, quod Eccleſiam Romanam conteſſeraſſe cum Africanis Tertullianus teſtatur.

2 *Lib.* VIII. *epiſt.* XXXIII. *pag.* 921. *tom.* II. *edit. Monachorum S. Mauri*. Sic enim ibi ad Dominicum Epiſcopum Carthaginienſem ſcribit: „ Scientes unde in Africanis partibus ſumſerit „ ordinatio Sacerdotalis exordium, laudabiliter agitis, quod Sedem Apoſtolicam ad officii ve„ ſtri originem prudenti recordatione recurritis „. Vide Pagium *ad an.* 42. *n.* 5.

3 Confer *tom.* I. *hujus opp. pag.* 339. *ſeq. not.* 3.

ligio eſt? Etenim oriri ea cum Imperatores ſummo odio noſtros inſequebantur, tamque late tam brevi propagari, ut non modo convenirent in unum locum ſeptuaginta (1) præſules, ſed etiam in ſuis Eccleſiis conſiſtere alii permulti valerent, ſuſpicari qui poſſumus? Neque enim credibile eſt difficillimo Chriſtianæ (2) Reipublicæ tempore, fas fuiſſe omnibus in unum locum concurrere celebrandæ Synodi cauſſa, cum omnibus plerumque, ne reſtituta quidem pace, liceret.

Introducta igitur paullo poſt ſecundi ſeculi initium in Africam Religione, dici vix poteſt, quam auctus in dies fuerit numerus Chriſtianorum. Atque ad eam quidem rem plurimorum conferre fortitudo invictiſſimorum Martyrum ſolebat. In his magnam ſibi initio laudem Scillitani Martyres (3) compararunt. Triennio poſt, quam hi ſunt victoriam conſequuti, Felicitas, atque Perpetua (4) ſociique capti ab Ethnicis, extremoque ſupplicio, cauſſa religionis, affecti ſunt. Quorum quidem precibus ſingularia tunc fuerunt a Deo prodigia patrata. His intellectis Ethnicorum permulti noſtris ſe legibus obſtrinxerunt. Itaque auctæ ſunt non ſolum Carthagine, ſed etiam in Africa pene univerſa opes Chriſtianorum. Nam plebei, nobileſque magno numero inveniebantur, qui Chriſtum cuivis rei anteferendum, & quæque tandem ſupplicia perferenda, quam ejurandam ejus (5) diſciplinam arbitrarentur. Præterea mul-

1 Conſule Sanctum Auguſtinum *lib.* III. *de Baptiſmo contra Donatiſtas cap.* X. *pag.* 112. *tom.* IX. *opp. edit. Monachorum S. Mauri*.

2 Scheleſtratius *l. c. pag.* 13. „ Neque ſeptuaginta illi a Divo Auguſtino enumerati fuerunt „ omnes totius Africæ Epiſcopi cum Divus Cyprianus *epiſt.* LXXIII. (*nunc* LXXIII. *edit. Oxon.* „ *an.* 1700. *pag.* 307.) de iis teſtetur, quod Epiſcopi plurimi fuerint. Si enim plurimi dumta„ xat Epiſcopi ad Carthaginienſem Synodum adventarint, alios diris illis perſecutionum tem„ poribus abfuiſſe oportuit, ut ad ſeculi tertii initium ultra 70. Epiſcopos, facile alios tri„ ginta, aut plures in Africa fuiſſe crediderim: Hos autem fungorum inſtar brevi tempore, aut „ una, ut dicitur, nocte per omnem Africam in Civitatibus conſtitutos ſub Primate Carthagi„ nienſi Hierarchiam Eccleſiaſticam confeciſſe, cum dici nequeat, putarem, Evangelii per „ Africam prædicationem 100. aut 80. annis Agrippinum præceſſiſſe, & fide paulatim per civi„ tates recepta, ubi fidelium multitudo ſegetis inſtar per multos dies exereverat, Epiſcopos „ tamquam meſſis Chriſtianæ operarios ibidem fuiſſe conſtitutos, qui ſub Agrippino centena„ rium numerum, ut jam vidimus, excedebant.

3 Vide eorum Acta apud Ruinartium *Act. ſincer. SS. MM. pag.* 74. *edit. Veron.* Baronium *ad an.* 202.

4 Confer eorum MM. acta apud eumdem *pag.* 77. *ſeqq.* & apud Holſtenium, qui eadem acta Notationibus illuſtravit, quas etiam edidit Ruinartius *ibid. pag.* 89. *ſeqq.* & apud Orſium *Vindic. SS. MM. Perpet. & Felicit. pag.* 1. *ſeq. edit. Florent. an.* 1728.

5 Vide Tertullianum *lib. ad Scapulam cap.* IV. *pag.* 71. *edit. Venetæ an.* 1744.

multiplicatis Chriſtianis, neceſſe fuit Eccleſias condere, eiſque Epiſcopos dare, qui virtute, atque exemplo ceterorum ſalutem curarent. Synodi præterea habitæ ſunt, in quibus quid facto eſſet (1) opus cognoſceretur. Medio fere ſeculo tertio Cyprianus Epiſcopatu eſt Carthaginienſi potitus, vir maximus, quem majores noſtri ſummo in honore habendum, perpetuiſque laudibus celebrandum cenſuerunt. Is quum ſuperſtitione Deorum teneretur, vitiiſque implicatus eſſet, cognita demum veritate, ita eſt, nova religione ſuſcepta, animo immutatus, ut repente etiam moribus eſſe videretur. Nam qui ante falſis numinibus ſerviebat, idem tunc pietatem colere, juſtitiam, temperantiam, omnia denique ſervare diligenter cœpit, quæ a Chriſto præſcriberentur. Quibus rebus permoti Carthaginienſes, ubi Epiſcopum deceſſiſſe intellexerunt, oculos converterunt in Cyprianum, idque inter ſe egerunt, ut Eccleſiæ præficeretur. Ille obſiſtere vehementer cœpit (2). Cum nihil proficeret, abdidit ſe domum. Confide-

(1) Conſule Auguſtinum *loco mox indic.* Sed ea Synodus, quæ habita ab Agrippino de rebaptizandis hæreticis eſt, magno fuit Africanis Eccleſiis detrimento, propterea quod Donatiſtæ, qui errorem de *Rebaptizandis* hæreticis probarent, ejuſdem Synodi auctoritate uterentur, incautiſque imponere ſolerent. Quinetiam Cyprianus cum ſuam a Stephano reprobari opinionem vidiſſet, ad Agrippini Concilium confugit. Sunt, qui Tertullianum *lib. de Baptiſmo cap.* xv. meminiſſe ejuſdem Concilii arbitrentur, ſed ſunt ejus verba aliquanto obſcura. De Synodis tertio ſeculo haberi ſolitis, adeundus Tertullianus *lib. de Jej. cap.* xiii. *pag.* 551. *edit. ejuſd.*

(2) Pontius Diaconus *vit. & Paſs. S. Cypriani pag.* 179. *apud Ruinart. Acta MM. ſincer. edit. Veron.* „ Inter fidei ſuæ prima rudimenta nihil aliud credidit Deo dignum, quam ſi conti„ nentiam tueretur. Tunc enim poſſe idoneum fieri pectus, & ſenſum ad plenam veri capacita„ tem pervenire, ſi concupiſcentiam carnis robuſto, atque integro Sanctimoniæ vigore calcaret. „ Quis umquam tanti miraculi meminit? Nondum ſecunda nativitas novum hominem ſplendore „ toto divinæ lucis oculaverat, & jam veteres, ac priſtinas tenebras ſola lucis paratura vince„ bat ... Diſtractis rebus ſuis ad indulgentiam pauperum ſuſtentandam, tota prædia pretio diſpen„ ſans, duo bona ſimul junxit, ut & ambitionem ſeculi ſperneret, qua pernicioſius nihil eſt, & „ miſericordiam, quam Deus etiam ſacrificiis ſuis prætulit, quam nec ille, qui legis omnia man„ data ſervaſſe ſe dixerat, fecit, impleret, & præpropera velocitate pietatis, pene ante cœpit „ perfectus eſſe, quam diſceret. *Pag.* 181. „ Ad probationem bonorum operum ſolum hoc arbi„ tror ſatis eſſe, quod Judicio Dei, & plebis favore ad officium ſacerdotii, & Epiſcopatus gra„ dum adhuc neophytus, & ut putabatur, novellus electus eſt ... Non præteribo etiam illud exi„ mium, quemadmodum cum in dilectionem ejus, & honorem totus populus aſpirante domino „ proſiliret, humiliter ille ſeceſſit, antiquioribus cedens, & indignum ſe titulo tanti honoris „ exiſtimans, ut magis dignus fieret ... Quo tunc ardore plebs æſtuans fluctuabat, ſpiritali deſi„ derio concupiſcens, ut exitus docuit, non tantum Epiſcopum, in eo enim, quem tunc latenti „ divinitatis præſagio taliter flagitabat, non ſolummodo ſacerdotem, ſed & futurum etiam mar„ tyrem requirebat. Obſederat fores domus copioſa fraternitas, & per omnes aditus ſollicita „ caritas circuibat &c.

bat enim fore, ut clerus, populuſque, qui ipſum minime viderent, oculos in alium quemquam eorum conjicerent, qui natu major eſſet, atque baptiſmum ante ſuſcepiſſet, rerumque fortiter pro religione geſtarum gloria floreret. Sed res contra atque ipſe ſibi perſuaſerat, evenit. Nam Carthaginienſes, ac ſi proſpexiſſent, eum aliquando Martyrem futurum, domum obſederunt, ut, quam ille parabat, fugam impedirent. Igitur, quoniam ſpem excedendi omnem ſibi præciſam cognoverat, cedere cleri precibus, & populo ſatisfacere decrevit. Incredibile dictu eſt, quam id fuerit multiplici plauſu, magnoque clamore Chriſtianorum civium comprobatum. Ille vero, ut erat incredibili comitate, non ſolum in presbyteros (1) quinque, aliosque nonnullos ſeditioſos, ac turbulentos viros, qui populo Cyprianum petenti, obſtiterant, non animadvertendum, ſed ne prætermittendum quidem aliquid putavit, quod eis ſaluti, & commodo eſſe poſſet. In adminiſtranda autem Africa (erat enim Carthaginienſi Epiſcopo a majoribus negotium datum, ut non ſolum ſuam Eccleſiam regeret, verum etiam, quod primas obtineret in ea regione partes, Provincias Eccleſiaſticas Proconſularem, Numidiam, & Mauritanias (2) moderaretur) tanta prudentia, integritate, clementia, fortitudine, virtute denique uſus eſt, ut omnium fere ſibi animos (3) admirabilem in modum devinxerit. Quemadmodum autem paullo poſt, quam initiatus myſteriis noſtris fuit, Ethni-

1 Pontius *ibid. pag.* 131. „ Quidam illi reſtiterunt, etiam ut vinceret, quibus tamen quanta „ lenitate, quam patienter, quam benevolenter indulſit, quam clementer ignovit, amiciſſimos „ eos poſtmodum, & inter neceſſarios computans, mirantibus multis. Cui enim poſſet non eſſe „ miraculo tam memorioſæ mentis oblivio? Confer Cypriani *epiſt.* XL. 1. (*ad Pamel. Recenſion.* XXXVIII.) *p.* 225 *ſeq. edit. Oxon.* & *epiſt.* XLII. (*ad Pamel.* XXXIX.) *pag.* 227. *Oxon. edit. an* 1700. Adeund. etiam Tillemontius *tom.* IV. *Monument. Eccl. Hiſt. pag.* 54. & 57. *edit. Pariſ. an.* 1696. & Pearſonus *in Annalib. Cyprianic. pag.* 9. *ſeqq. edit. Oxon. opp. Cyprian.* Eorum qui reſtiterant *Feliciſſimus* caput fuit, quem una cum ſociis Caldonius, aliique, qui partes Cypriani abſentis agebant, communione Eccleſiæ prohibuerunt.

2 Tillemontius *ibid. pag.* 35. „ Henricus Noriſius S. R. E. Cardinalis *Hiſt. Donatiſt. lib.* 1. *cap.* 1. *pag.* 4. *ſeq. edit. Veron. an.* 1732. Schelestratius *Eccleſ. Afric. ſub Primate Carthagin. Diſſert.* 1. *cap.* VI. *pag.* 31. *ſeqq. edit. an.* 1679.

3 Pontius ibid. „ Exinde quemadmodum ſe geſſerit, quis referre ſufficiat? quæ illi pietas? „ qui vigor? miſericordia quanta? quanta cenſura? tantum Sanctitatis, & gratiæ ex ore ejus „ lucebat, ut confunderet intuentium mentes. Gravis vultus, & lætus; nec ſeveritas triſtis, „ nec comitas nimia, ſed admixta utrimque temperies, ut eſſet ambigere veteri plus, an diligi „ mereretur „. Adi-ſis Tillemontium *l. c. pag.* 36. *ſeqq.* & Pearſonum *Annal. Cyprian. pag.* 9. & *ſeqq.*

Digitized by Google

Ethnicorum errores libris editis oppugnaverat (1), confirmatiſque in ſententia noſtris, hoſtium, ut credere quidem par eſt, aliquos permoverat, ut pertinacia deſiſterent, & Chriſto ſuam obſtringerent fidem, quem ante contumeliis afficere ſolebant; ita Epiſcopatu potitus, animum ad inſtituendos (2) Catechumenos, vitamque Chriſtianorum ad virtutem componendam convertit. Id cum ſedulo eniteretur, propoſitiſque bonorum, imprimiſque Martyrum exemplis curaret,ut mali, præcipueque ii, qui metu ſuppliciorum falſis numinibus ſacrificaverant, ad ſanitatem reverterentur, tum nullum intercidere tempus patiebatur, quo non ad colendam veram religionem Ethnicos adducere ſtuderet.Itaque magna quotidie cœtibus Africanis fiebat acceſſio (3) Chriſtianorum. Exſtiterunt interea impotentibus ingeniis homines, ſtudioſique rerum novarum, qui conflare ſchiſma, diſcindereque (4) in ſectas Eccleſiam conarentur. Cyprianus magna affectus ſollicitudine, quod turbas ejuſmodi hoſtes a Chriſtianis ſacris avocare, noſtriſque inſigni damno eſſe intelligeret, cum ſuis agit, eorumque conſilio uſus, Schiſmaticos extemplo prohibet Eccleſiæ communione, ut ne diuturniore conſuetudine ceteros, qui recte eſſent inſtituti, perverterent. Quo autem tempore Carthaginienſium, reliquorumque, qui vigebant in Africa, Chriſtianorum utilitati proſpiciebat, eodem, ut poterat, conten-

 debat,

1 Scripſerat enim adverſus Ethnicos librum *de vanitate Idolorum*. Vide Tillemontium *ibid. pag.* 51. *ſeq.* & Pearſonum *ibid. pag.* 7. *ſeq.*

2 Confer Tillemont. *ibid. pag.* 57. *ſeqq.* Vitam Cypriani a Pamelio deſcriptam, ejuſque Matt. operibus præfixam, & Annales Cyprianicos Pearſoni *pag.* 9. *ſeqq.*

3 Pontius *ibid. pag.* 181. *ſeq.* deſcribens quæ commoda Cyprianus in Eccleſiam Carthaginienſem intulerit „ Statim, *inquit*, pro talibus meritis proſcriptionis gloriam conſequutus eſt. „ Nec enim aliud oportebat, quam ut eum, qui intra ſecretam conſcientiæ latebram religionis, „ & fidei toto honore florebat, etiam publice celebrata gentilium fama titularet. Potuiſſet qui„ dem tunc pro velocitate, qua ſemper omnia conſecutus eſt, etiam martyrii circa eum debita „ corona properare, maxime cum & ſuffragiis ſæpe repetitis ad leonem poſtularetur, niſi per „ omnes ordines gloriarum tranſeundum illi eſſet, & ſic ad ſumma veniendum; Et niſi imminens „ ruina ope tam fecundi pectoris indigeret. Finge enim tunc illum martyrii dignatione tranſla„ tum, quis emolumentum gratiæ per fidem proficientis oſtenderet? Quis virgines ad congruen„ tem pudicitiæ diſciplinam, & habitu ſanctimonia dignum, velut frenis quibuſdam lectionis do„ minicæ coerceret? Quis doceret pœnitentiam lapſos, veritatem hæreticos, ſchiſmaticos uni„ tatem, filios Dei pacem, & Evangelicæ precis legem? Per quem gentiles blaſphemi, reper„ cuſſis in ſe iis, quæ nobis ingerunt, vincerentur &c.

4 Cyprian. *ep* XLI. (*ad Pamel.Recenſ.*XXXVI.) *p.*225. *ſeq. edit. Oxon. epiſt.*XLIII. (*ad Pamel. Recenſ.* XL.) *pag.* 227. *epiſt.*XLVII. (*ad Pamel.*XLIII.) *pag.* 233. *epiſt.* XLII. (*ad Pamel.*XXXVIIII.) Tillemontius *ibid. pag.* 91. *ſeqq.* Pearſonius *ibid. pag.* 12. *ſeqq.*

debat, ne quid Hiſpanienſes (1), Gallicanæque (2) Eccleſiæ detrimenti acciperent. Quamobrem ad Romanos Pontifices, quorum ei ſemper præcipua dignitas, & auctoritas fuerat, litteras ſcribebat, quibus eos certiores faceret rerum, quas in iis regionibus geri intellexiſſet, atque hortaretur, ut non poteſtate ſolum, ſed opera quoque ipſa commoda omnium Eccleſiarum curæ ſibi eſſe demonſtrarent. Jam vero ubi a Romanis accepit, Novatianum ab ſeditioſis electum fuiſſe Epiſcopum, remque in Urbe Orthodoxorum publicam laborare, primum Antiſtites Africanos duos miſit, qui diligenter quæ acta eſſent, inquirerent, tum legatos, qui Novatiani nomine Carthaginem venerant, ab cœtu ſuorum arceri imperavit, ac litteras (3) ad Cornelium Pontificem ſcripſit, quibus illi, quæ ab ſe facta fuiſſent, ſignificavit. Hoc unum in eo antiſtite fuit reprehendendum, quod acriter in Stephanum Cornelii ſucceſſorem invectus fuerit, propterea quod is Pontifex (4) baptizandos rurſum hæreticos, aut quidquam in eo genere innovandum (5) negaſſet. Atque id ſane piaculum martyrio quoque fuiſſe deletum Auguſtinus eſt auctor, cui plurimum de Cypriano (6) loquenti credimus. Synodus Epiſcoporum habita

1 Tillemontius *ibid. pag.* 133. *ſeqq.*

2 Vide quæ diximus ſupra *pag.* 268 *ſeqq. hujus vol. & epiſt. Cypriani* ad Stephanum apud Coutantium *tom.* 1. *epiſt. Rom. Pont. pag.* 211. *edit. an.* 1741.

3 Vide Epiſtolas Cypriani de ea re apud Coutantium *pag.* 159. *ſeqq. tom.* 1. *epiſt. Rom. Pontificum edit. Pariſ. an.* 1721. & Tillemontium *ibid. pag.* 102. *ſeqq.*

4 Vide collectionem Epiſtolarum Cypriani, quæ ad eam cauſſam pertinent, apud Coutantium *ibid. pag.* 216. *ſeqq.*

5 Confer Tillemontium *ibid. pag.* 245. *ſeqq.* Coutantium *Diſſert. qua vera Stephani circa receptionem hæreticorum ſententia explicatur*, Barchium *ad an.* 258. *num.* XXXIX. Natalem Alexandrum *H. E. ſec.* III. *pag.* 636. *ſeqq. edit. an.* 1734. Jueninum *de Sacramentis Diſſ.* II. *de Baptiſmo. Quæſt.* VI. *Art.* VII. Orſium *de Romano Pont. lib.* III. *cap.* III. *pag.* 33. *ſeq. tom.* I. *edit. an.* 1739. Mitto alios prope innumerabiles, qui Dionyſii, Euſebii, Auguſtini, aliorumque veterum auctoritate compulſi, lapſum eo errore fuiſſe Cyprianum ſcripſerunt, ut mirum ſit potuiſſe Raymundum Miſſorium Franciſcanum Conventualem, *Diſputationes hiſtoricas & criticas* Venetiis an. 1733. *in duas celeberrimas Epiſtolas SS. Firmiliani, & Cypriani adverſus decretum S. Stephani Papæ de non iterando Hæreticorum baptiſmo* vulgare, *quibus unam, & alteram a Donatiſtis fuiſſe confictam demonſtrare* conaretur. Sed non eſt otium, ut in eo, ac Tourneminio, qui in eamdem fere ſententiam incidit, refellendis operam ludam. Spero autem fore, ut doctiſſimi viri Abbatis Paſtorii τοῦ μακαρίτου, quo ego, dum viveret, utebar familiariter, diſputatio adverſus Miſſorium in lucem aliquando edatur. Ac ſi fas eſt monumenta hæc vetera privato neſcio quo conſilio in ſpuriis numerare, nullum ſane tam ſincerum, tamque genuinum erit, quod rejicere cuique non liceat.

6 Auguſt. *epiſt.* XCIII. *ad Vincent. Rogatiſt. al.* XLVIII. *cap.* 40. *pag.* 247. *tom.* II. *edit. Pariſ. Mon. S. Mauri.* Vide Tillem. *ibid. art.* LII. *pag.* 163. *ſeq.*

bita tunc (1) eſt, ex quorum numero aſſequi poſſumus, quam late ea ætate eſſet in Africa propagata religio. Cum enim magna quotidie copia Sanctorum Martyrum in provinciis ejus regionis exiſteret, id erat reliquum, ut in eiſdem, quod omnes experiundo cognoverant, opes etiam Chriſtianorum augerentur (2). Demum Cyprianus, ut diximus martyrio functus eſt. Decebat (3) namque, ut qui diligentia, labore, hortatu aliis, ut fortiter, ſtrenueque pro Chriſto confligerent, ſeque præirent, perſuaſit; idem eos ſubſequeretur, ſimulque triumphum ageret.

Qui

1 Non una, ſed plures ſunt ſub Cypriano Synodi tum ob alias res ante, tum ob hanc, de qua agimus cauſſa congregatæ, quas memorant Tillemontius, Pearſonius, aliique. Hæc vero magna Carthaginienſis Synodus appellatur, quod evocati ad eam fuerint Epiſcopi ſeptem ſupra octoginta. Pearſon. *ad an.* CCLVI. *pag.* 44.

2 Eorum Martyrum nomina, etſi non omnium, recenſet Lucianus Epiſtola ad Celerinum, quæ eſt inter Cyprianicas XXII. *edit. Oxon. p.* 203. & genera tormentorum indicat, quibus necati ſunt. „ Martyrum, *inquit*, quorum hic nomina ſubjicio, *Baſſi* in petrario, *Mappalici* in quæ„ ſtione, *Fortunionis* in carcere, *Pauli* a quæſtione, *Fortunæ*, *Victorini*, *Victoris*, *Hereni*, „ *Credulæ*, *Herenæ*, *Donati*, *Firmi*, *Venuſti*, *Fructi*, *Juliæ*, *Martialis*, *&* *Ariſtonis*, qui Deo „ volente in carcere fame necati ſunt „. Confer Cyprianum *epiſt.* X *p.* 183. *ſeq. edit. Oxon.* ſeu *Amſtel. an.* 1700. Item Cyprianus *ep.* 21. *p.* 225. Numidicum Presbyterum laudat, „ Quod hortatu ſuo „ copioſum Martyrum numerum lapidibus, & flammis necatum ante ſe miſerit „ quodque „ Uxo„ rem adhærentem lateri ſuo concrematam ſimul cum ceteris lætus aſpexerit ... *ipſe vero* tandem „ ſemiuſtulatus, & lapidibus obrutus, & pro mortuo derelictus ... (*ſed a filia*, *quæ ejus cadaver* „ *inquirebat*) refocillatus, a comitibus, quos præmiſerat remanſerit invitus „. Conſule ejus librum *de lapſis p.* 91. *edit. an.* 1700 *ubi de Caſto*, *&* *Æmilio*, *&* *epiſt.* VI. *p.* 178. quo loco de *Rogatiano*, & *Feliciſſimo*, *&* *epiſt* LXXVI. *p.* 327. *ſeq.* ubi *de novem Epiſcopis* Africanis diſſerit, quos *multiplici plebis portione comitatos* fuiſſe ſcribit, ut hunc *Martyrii Beatum gregem* *&* *ſexus*, *&* *ætas omnis ornaret*. Ceteris Africanis Martyribus annumerantur Uticenſes ii, quos propter multitudinem Chriſtiani veteres *Maſſam Candidam* appellarunt. S. Auguſtinus *ſermone* CCCVI. *pag.* 1238. *ſeq. t.* V. *opp. edit. Pariſ. Monachor. S. Mauri* „ *Maſſa*, *inquit*, de numeri multitu„ dine, *candida* de cauſſæ fulgore „. *Serm autem* CCCXI. *pag.* 1253. *Uticenſem Maſſam candidam* vocat. Sunt tamen, qui eos Carthagine paſſos dicant, quibus Prudentius præiviſſe videtur Hymno XIII. περὶ στεφάνων. Confer Ruinartium *Act. Mart. ſincera pag.* 175. *ſeq. edit. Veron.* In Kalendario Carthaginienſi a Mabillonio primum edito *tom.* III. *veter. Analect. p.* 398. *prima edit.* deinde a Ruinartio in calce *Act. ſinc. SS. MM.* recuſo, fit eorumdem SS. MM. commemoratio.

3 S. Auguſtinus *ferm.* CCCXII. *pag.* 1257. *tom.* V. *opp. edit. Monachorum S. Mauri* de Cypriano agens „ Tuba, *inquit*, erat, qua ad poſterucendum pretioſis Sanctorum mortibus diabolum „ Chriſto militantes, & devoti Martyres excitabantur „. Id vero S. Martyris Epiſtolæ quædam demonſtrant. Ubi autem quidam fortiter pugnarant, horum ille exemplo uti conſueverat, ut ceteros ad perferenda ſupplicia excitaret. Neque ſuis modo, ſed aliarum etiam Eccleſiarum Chriſtianis ejuſmodi exempla ſolebat ad imitandum proponere. Quamobrem Martyres Romani *epiſt. inter Cyprianicas* XXXI. *pag.* 213. *edit. Oxon.* „ Et tuis litteris, *inquiunt*, vidimus glorioſos illos „ Martyrum triumphos, & oculis noſtris quodammodo cælum illos petentes proſecuti ſumus, ac „ inter Angelos, ac poteſtates, dominationeſque cæleſtes conſtitutos contemplati ſumus ... Hoc „ eſt ergo, quod & nobis animum in dies ſingulos erigit, & ad conſequendos gradus tantæ digna„ tionis incendit „. Memorias autem SS. MM. ſervandas arbitrabatur, eo conſilio, ut poſteri eos

non

Qui Epiſcopi (1) poſt Cyprianum Eccleſias Africæ moderati ſunt, non mediocriter laborarunt, ut quas ille opes paraverat, non ſolum vigerent, ſed etiam amplificarentur. At Diocletiani, & Maximiani temporibus dici vix poteſt, quas acceperint Chriſtiani in Afri ca calamitates. Libri ſacri conquiſiti, atque exuſti ab inimi cis religionis, Antiſtes ſacrorum, Pres-

non ſolum colerent, ſed etiam imitarentur. Conſule *ejus epiſt.*XII. *edit. Oxon. pag.*188. Itaque recte, ac ſapienter Auguſtinus ſermone CCCIX. *pag.*1249. *tom.*V. *opp. edit. Monachor. S. Mauri.* ,, Præceſſerant, *inquit*, Cyprianum multi martyres, quos flagrantiſſimis exhortationibus ſuis ad ,, vincendum diabolum accenderat: & erat utique juſtum, ut quos veridicus loquendo præmiſerat, ,, patiendo intrepidus ſequeretur ,,. Eadem fere habet Gregorius Nazianzenus *Orat.*XVIII. *pag.*283. *tom.*1. *opp. edit. an.*1690. Obiit S. Martyr *an.*CCLVIII. in pace Eccleſiæ. Nam mortuo Stephano inter Cyprianum, & Xiſtum interceſſiſſe commercium litterarum. Quod quidem factum numquam fuiſſet, niſi pacem ſibi Romanæ Eccleſiæ vir maximus conciliaſſet. Conſule Pontium Diaconum *l.c. pag.*185. quo loco de Xiſto diſſerit, & Cyprianum *epiſt.*LXXX. *pag.*333. *edit. an.*1700. qua Succeſſum de morte Xyſti Pontificis certiorem facit. Præterea S.Pacianus Barchinonenſis Epiſcopus *epiſt.*II. *ad Sympronianum* apud Aguirrium *tom.*II. *concilior. Hiſpaniæ pag.*85. ,, Cyprianus, *inquit*, in concordia omnium, in pace communi, in confeſſorum grege paſſus eſt, ,, & ſæpe confeſſus, iteratis perſecutionibus, & multa laceratione vexatus, & noviſſime ſalutari ,, calice propinatus eſt ,,. Idem ipſum affirmat Auguſtinus *ſerm.*CCCXII. *pag.*1258. *tom.*V. *opp. edit. Pariſ. Monach. S. Mauri* ,, Merito, *inquit*, in Eccleſia Catholica tanti honoris celſitudi- ,, nem meruit, cujus concordiſſimum vinculum tanta humilitate ſervavit ,,. Itaque in vetuſtiſſimo IV. ſeculi Romanæ Eccleſiæ Kalendario quod Bucherius edidit ad *d.* XVIII. *Kalend. Octob.* apud Ruinartium *Act. ſincer. SS. MM. pag.* 531. hæc habentur ,, Cypriani Africæ. Romæ cele- ,, bratur in Calliſti ,,. Quinetiam in Canone Miſſæ Romanæ Eccleſiæ, quem ſane vetuſtiſſimum eſſe conſtat, fit ejuſdem S. Martyris mentio. Quamobrem S.Gregorius Nazianzenus *orat.*XVIII. *tom.*1. *opp. p.*284. *edit. an.*1690. S. Cyprianum apud omnes in veneratione eſſe teſtatur. Vide Ruinartium *ibid. pag.*177. Tillemontium *ibid. pag.*185. *ſeqq.*

1 Lucianus Presbyter vir inſigni pietate, atque virtute Cypriano ſucceſſit. Confer *Acta SS. MM. Montani, Lucii &c.* apud Ruinart. *ibid. pag.*228. Tillemontium *ibid. pag.*180. *ſeq.* & Baronium *ad an.*CCLXII. *num.*XVI Luciano Reſtitutus Martyr. Vide Schelestratium *Diſſ.*IV. *Eccl. Afric. ſub Primate Carthag. cap.*1. *pag.*274. *ſeqq.* Reſtituto Menſurius, Menſurio Cæcilianus. Schelestr. *ibid.* Poſt Cyprianum *an.*258. magno numero Martyres in Africa extiterunt. In his numerantur *Lucius, Montanus, Flavianus, Julianus, & Victoricus*. Vide Ruinartium *Act. ſinc. SS. MM. pag.*220. *ſeqq. edit. Veron.* Tillemontium *tom.* IV. *mon. Hiſt. Eccl. pag.*206. *ſeq. edit. Pariſ.* Baronium ad *an.*262. *num.*XXI. Bolland. *ad d.*XXIV. *Februar. tom.*II. *pag.*354. *ſeq.* Eodem anno paſſi ſunt *Jacobus, Marianus*, aliique plurimi Martyres in Numidia. Confer Bolland. *tom. ult. April. pag.*746. *ſeqq.* Baronium *ad an.*262. *num.*53. *ſeq.* Ruinartium *Acta Mart. ſincer. pag.*195. *ſeqq. edit. Veron.* Tillemontium *tom. eod. pag.*215. *ſeqq.* Atque Epiſcopos quidem rei Chriſtianæ in Africa diligentem dediſſe operam, vel Arnobii exemplo evinci poteſt, quem ut eſt auctor Hieronymus in Chronico *ad an.* XX. *Conſtantini edit. Pontaci pag.* 186. ,, Cum in ,, civitate Sicca (Numidiæ) ad declamandum juvenes erudiret, & adhuc Ethnicus ad creduli- ,, tatem ſomniis compelleretur, ut ab Epiſcopis impetraret fidem, quam ſemper impugnaverat, ,, elucubravit adverſus priſtinam religionem luculentiſſimos libros, & tandem veluti quibuſdam ,, obſidibus impetravit. De SS. MM. Africanis ſub Diocletiano confer Ruinartium *ibid. p.* 263. ubi de *S. Maximiliano* Thebeſtenſi Numida, *pag.*265. ubi de *S.Marcello* Centurione Tinguitano *pag.*267. ubi de *S. Caſſiano* item Tinguitano, *pag.*313. ubi de *S. Felice Epiſcopo Tuburbitano*, quamvis ſint qui dubitent, ejus ne ſedis, an alterius cujuſquam Antiſtes fuerit, *pag* 338. *ſeqq.* ubi de *SS. Saturnino, Dativo*, & aliis plurimis Martyribus in Africa agit. Nam Euſebii, aliorumque veterum teſtimonia miſſa facio, qui generatim de vexa tis in Africa Chriſtianis Diocletiani, & Maximiani Auguſtorum juſſu diſſeruerunt.

Digitized by Google

Presbyteri, Clerici, univerſi denique, quos Chriſtum profiteri intellectum eſſet, aut in jus vocati, aut quæſiti ad necem, quorum multi crudeliſſime excruciati, extremoque ſupplicio affecti ſunt. Conflatum præterea Schiſma fuit (1) Donatiſtarum, quod maximam in eas provincias intulit partem incommodorum. Reſtituta autem a Conſtantino pace, eaque jam Imperatoribus Joviano, tum Valentiniano, inde Gratiano, Valentiniano altero, Theodoſio, hujuſque filiis Arcadio, atque Honorio confirmata, in Africa res Chriſtianorum adeo creverunt, ut anno 411. cum ad Carthaginienſem Collationem ducenti & octoginta ſex Epiſcopi conveniſſent, tum (2) centum atque viginti abfuerint, quod ne eodem accederent, variæ cauſſæ fuiſſent impedimento. Ethnicorum ſuperſtitione pene deleta, templiſque eorum (3) aut everſis, aut vero Deo pio cultu

1 Conſule Henrici Noriſii Doctiſſimi Cardinalis Hiſtoriam Donatiſtarum *tom.* IV. *opp. edit Veronæ pag.* 1. *ſeqq.* Tillemontium *tom.* VI. *Mon. H.E. pag.* 1. *ſeqq. edit. Pariſ.* Baronium *ad an.* 303. *ſeqq.* n. XXIX *ſeqq.* Schelestratium *ibid. Diſs.* IV. *c.* III. *p.* 286. *ſeqq.* & ex Proteſtantibus Thomam Itrigium de Schiſmate Donatiſtarum *edit an.* 1690. & Witſium *l.* IV. *Miſcell. p.* 743. *ſeqq.*

2 Adeundi Schelestratius *ibid.* Noriſius *ibid. pag.* 537. Quæ autem leges latæ adverſus Donatiſtas ab Imperatoribus fuerint, cognoſcere Lector poterit ex eodem Noriſio.

3 S. Auguſtinus *lib.* XVIII. *de Civ. Dei cap.* LIV. *pag.* 538. *ſeq. t.* VII. *opp. edit. Monach. S. Mauri.* „ Sequenti anno (hoc eſt 399.) cum ſocium accepiſſet Honorius Conſulem Manlium Theodorum, quando jam ſecundum illud oraculum dæmonum, aut figmentum hominum, nulla eſſe debuit religio Chriſtiana, quid per alias terrarum partes forſitan factum ſit, non fuit neceſſe perquirere: interim quod ſcimus, in civitate notiſſima, & eminentiſſima Carthagine Africæ Gaudentius, & Jovius Comites Imperatoris Honorii quartodecimo Calendas Aprilis falſorum Deorum templa everterunt, & ſimulacra fregerunt „. De ſolis ſimulacris evertendis legem Imperator tulerat. Itaque ne quis deinceps templa everteret, datis ad Apollodorum Africæ Proconſulem, *Patavio*, & *Theodoro Coſſ.*, litteris, ſanxit: „ Ædes illicitis rebus vacuas .... ne quis conaretur evertere .... Ædificiorum *igitur* eſſe integrum ſtatum „ *oportere* „. Vide *Cod. Theodoſian. lib.* XVI. *tit.* X. *de Paganis lege* XVIII. *pag.* 287. *tom.* VI. *edit. Gothof. an.* 1665. Igitur Aurelius, qui tunc erat Epiſcopus Carthaginenſium *Cæleſtis Deæ* templum in Chriſtianorum Eccleſiam convertiſſe videtur. De qua re Auctor *lib. de Promiſſ. & Prædiction. Dei P.* III *promiſſ.* XXXVIII. *pag.* 121. *In App. opp. S. Proſperi edit. Veneta an.* 1744. „ Africam Carthagini Cæleſtis ineſſe ferebant templum nimis amplum omnium Deorum ſuorum „ ædibus vallatum. Cujus platea lithoſtrota pavimento, ac pretioſis columnis, & mœnibus „ decorata, prope in duobus fere millibus paſſuum protendebatur. Cum diutius clauſum incuria ſpinoſa virgulta circumſepta obrueerent, velletque populus Chriſtianus uſui veræ religionis vindicare, Dracones, aſpideſque illic eſſe ob cuſtodiam templi gentilis populus clamitabat. Quo magis Chriſtiani fervore ſuccenſi, ea facilitate omnia amoverunt illæſi, qua „ templum ſuo vero cæleſti regi, & domino conſecrarent. Nam cum ſanctæ Paſchæ ſolemnis „ ageretur feſtivitas, collecta illic, & undique omni curioſitate etiam adveniens multitudo, „ ſacerdotum multorum pater, & dignæ memoriæ nominandus Antiſtes Aurelius, cæleſtis jam „ Patriæ civis, Cathedram illic, loco cæleſtis, & habuit, & ſedit. Ipſe tunc aderam cum ſociis, & amicis, atque .... dum curioſi ſingula quæque pro magnitudine inſpicimus, mirum „ quoddam, & incredibile noſtro ſe ingeſſit aſpectui. Titulus æneis, grandioribuſque litteris „ in

cultu dicatis, Donatiſtis (1) profligatis, & Pelagiana (2) hæreſi Aurelii Carthaginienſis, atque Auguſtini Hipponenſis Epiſcoporum ſtudiis, vigilantia, opera, Synodorumque decretis, quæ ſedes Apoſtolica probarat, repreſſa; Wandali, qui Arianorum ſectam profitebantur, in Africam (3) invaſerunt, totamque pene regionem redegerunt in poteſtatem. Vivebat (4) Auguſtinus, cum Hipponem barbari obſiderent. Sed captum oppidum ante non eſt, quam ille præmium laborum conſequuturus, ex hac mortali vita in cæleſtem patriam migraſſet. Interea Antiſtites, clericique ceteri, quam acceperant a majoribus doctrinam, tueri, & palam enunciare in populum ſolebant, quin ab hæreticis victoribus metuendum arbitrarentur. Wandali, qui Arianam ſuperſtitionem reipublicæ commodis haberent potiorem, graviter eis irati, quos ab ſe tantopere diſſidere perſpiciebant, permultos exquiſitis tormentis excruciatos necarunt, & Epiſcopos fere quadringentos (5) in exilium, clauſis eorum Eccleſiis, pepulerunt. Quinquageſimo fere anno poſt, quam ab Hunnerico Rege Epiſcopi patria excedere coacti eſſent, Juſtinianus Auguſtus exercitum in Africam (6) miſit, & Wandalis ſuperatis, atque ejectis, religionis veræ cultum reſtituit. Sed ut Juſtiniani primi copiis

„ in frontiſpicio templi conſcriptus: AVRELIVS. PONTIFEX. DEDICAVIT &c. Hunc legen- „ tes populi mirabantur. Præſago tunc ſpiritu acta, quæ præſcius Dei ordo certo iſto fine con- „ cluſerat „. Scilicet ut ab Aurelio Ethnico Pontifice olim falſis numinibus, ita expiatam deinde, verumque Deo ab Aurelio Pontifice Chriſtiano dedicatum eſt. Conſule Schéleſtrat ium *ibid. pag. 7. ſeq.* Templa poſtremo Ethnicorum, quæ circum plateam duorum fere mill. paſſuum erant ſub Conſtantio, & Placidia Aug. Valentiniani parentibus ſec. v. everſa funditus in Africa fuiſſe, idem eſt auctor ibidem. „ Urſo, *inquit*, inſiſtente tribuno omnia illa templa ad ſolum „ uſque perducta ſunt „. Vide S. Auguſt. *lib. de Civ. Dei* XVIII. *cap. ult. pag.* 538. *tom.* VII. *opp. edit. Monach. S. Mauri*.

1 Vide Noriſium, & Ballerinios fratres *Hiſt. Donatiſt. ibid. p.* 538. *ſeq.* Tillemontium *t.* VI. *pag.* 1. *ſeqq. Mon. Hiſt. Eccl. edit. Pariſ.* Ittigium *ibid. pag.* 385.

2 Confer Noriſium *Hiſt. Pelag. lib.* I. *&* II. Dionyſium Petavium *lib de Hereſ. Pelag. & Semipelag. t.* III. *Theologicor. Dogmat. pag.* 586. *ſeqq.* & Garnerium *in Marium Mercatorem pag.* 165. *ſeqq. edit. an.* 1673.

3 Confer Baronium ad an. 428. Scheleſtratium *ibid. Diſſ.* IV. *cap.* IV. *pag.* 291. *ſeq.* & Theodoricum Ruinartium *Præfat. in Hiſtor. Vandalica Perſecutionis edit. Veneta an.* 1732. & in notis *ibid. pag.* 64.

4 Anno 430. Confer & Poſſidium *Vita Auguſtini t.* X. *opp.* Auguſt. *pag.* 277. *ſeqq.* & Monachos Benedictinos Congr. S. Mauri *t.* XI. *opp. S. Aug. pag.* 488. *ſeq. edit. Mon. S. Mauri.* & Beavenutum Canonicum Regularem *Vita di S. Agoſtino pag.* 511. *edit. an.* 1723.

5 Vide Victorem Vitenſem *lib.* IV. *ſeqq. & adnotat.* Ruinartii *in eumd. pag.* 53. *ſeqq.* & *pag.* 55. *ſeqq.* & Marcellinum Comitem *ad an.* 484.

6 Conſule Baronium *ad an.* 533. *n.* XLI. & 534. *n.* LI. *ſeq.*

copiis recuperatæ ſexto ſeculo tot, tamque late patentes provinciæ fuerunt; ita ſeptimo, Juſtiniani alterius culpa, in poteſtatem (1) venerunt Saracenorum. Atque hi quidem initio ſeculi octavi magnam in noſtros tempeſtatem (2) concitaverunt. Quo tempore fuerunt perplures, qui invicto animo propter Chriſtum ſupplicia, mortemque ſubirent. Etſi vero Saracenis ſummam Imperii obtinentibus, Chriſtiani duriſſima premebantur ſervitute, nihilo ſecius (3) haud pauci vel amore patriæ ducti, vel quod fieri commode non poterat, ut alio proficiſcerentur, ibidem ſibi conſiſtendum putabant. Itaque extremo ſeculo VIII. Carolus Magnus, cujus incredibilis erat in egentes miſericordia, ut Hieroſolymitas, ita Africanos Chriſti ſectatores, quibus poterat rebus, juvare conabatur.

Africa ab Saracenis vaſtata, qui Muhamedi partes ſequebantur, imminutæ adeo ſunt opes Chriſtianorum, ut vix ſacraria quædam privatim habere poſſent, in quibus rem divinam fieri curarent. Sed Catholici Principes, quibus non minus felicitas civitatum, quibus imperabant, quam ſalus exterarum gentium cordi erat, ſi quam reducendi ad veritatis cultum Muhamedanos opportunitatem dari intelligebant, haud omittendam arbitrabantur. Anno 1481. Johannes Luſitanorum Rex, cum *Geloſenſium Africanorum* Principem bene eſſe in noſtros homines animatum cognoſſet, adhibitis viris, quorum virtute confidere plurimum ſolebat, eis negotium dedit, ut Saracenum, quæ credere quemque oporteat, docerent, cumque Religionis Chriſtianæ dogmata probari homini perſpexiſſent, ſacris eum noſtris imbuere ne cunctarentur. Illi

 quod

1 Confer Pagium *ad an.* DCLXXXI. *n.* V. & DCLXXXVI. *n.* III. *ſeq.*

2 Adeundus Pagius *ad an.* DCCVI. *n.* II. & Schelestratius *loc. cit. cap.* VII. *pag.* 316. *ſeqq.* Idcirco nulli in VII. & VIII. Synodis Africani Epiſcopi.

3 Sigebertus *ad an.* DCCLXXX. *pag.* 94. *edit. an.* 1608 „Carolus Magnus, *inquit*, circa „pauperes etiam ſollicitus, non ſolum in regno ſuo, verum etiam trans maria in Ægypto, in „Syria, in Africa, præcipue in Hieroſolymis, liberalitate eleemoſynarum Chriſtianis paupe„ribus ſolatiabatur, tranſmarinorum regum amicitias ab hoc repetens, maxime, ut Chriſtia„nis ſub eis degentibus eſſet relevatio„. Seculo XI, & XII. etſi Eccleſiæ Mozarabum in Africa erant (Vide Pagium *ad an.* 1114. *num.* III. *ſeq.*) tamen ubi olim plurimi, vix quinque Epiſcopi numerabantur. Confer Pagium eumdem *ad an.* 1053. *n.* XIV. & 1073. *n.* XIII. & 1076. *n.* VII. & Schelestratium *l. c. pag.* 323. *ſeq.*

quod juſſi fuerant, fecerunt, tantaque felicitate ſunt uſi, ut omnia eis ſecunda cederent (1).

Romani Pontifices, quod in Maroccenſi, aliiſque regnis Africæ plures captivos Chriſtianos agere, magnoque in ſempiterni interitus periculo verſari accepiſſent, propterea quod nullum aut Epiſcopum, aut Presbyterum haberent, qui eis ſubſidio eſſe poſſet; ut ceteris fere omnibus, qui in provinciis aut Ethnicorum, aut Muhamedanorum, aut Hæreticorum conſiſtebant, ita illis quoque ſubveniendum putarunt. Igitur an. 1630 Franciſcanos, quos excalceatos vocant (2) e S. Didaci Provincia Marocchium miſerunt, quos hortati vehementer ſunt, ut Cœnobia, ubi tandem cumque poſſent, ædificarent, ac non captivis ſolum opem ferrent, ſed etiam, ſi occaſio data eſſet, Mauros, Hebræos, & transfugas Chriſtianorum ad Chriſtum reducere conarentur. Franciſcani, re bene geſta, auctores ſuis fuerunt, ut Innocentii XI. Pontificis Max. apud Hiſpaniarum Regem Nuncio probante, viris duodecim, quorum virtutem perſpectum habebant, eodem contendendi poteſtatem facerent. Quo fere tempore Petrus Aragonienſis Feſſæ, ac Teutani, quæ urbes in Feſſana regione ſitæ ſunt, noſocomia duo extruxit, quibus religioſos viros Hiſpanos duos præfecit ex eo Ordine, quem *Redemtionis Captivorum* vocant. Atque is quidem ordo cœnobium Marocchii obtinet, in quo tamen paucis degere licebat, quod Rex Feſſam caput regnorum eſſe, eoque maximam captivorum Chriſtianorum partem transferri imperaſſet. *Miſſionariorum* autem ſuaſu, noſtra quidem memoria, Marocchii

1 Vide Ludovicum Caravanialum *Hiſt General. Africæ*, quam Niccolaus Perottus Ablancurtius ex hiſpanico in gallicum ſermonem convertit, edidit que Pariſiis *an. 1667. tom.* I. *pag. 76. ſeqq.*

2 Urbanus Cerrius *lib. Innoc. XI. oblato*, quem ſupra indicavimus *pag. 124.* „ Nel regno di
„ Feſſa, e Marocco, *inquit*, fino dal 1630 fu fondata una Miſſione de' ſcalzi di S. Franceſco
„ della Provincia di S. Didaco, che ha fatto grandiſſimo frutto nella converſione de' Mori,
„ Ebrei, e rinnegati, ed è ſtata rinnovata l'anno paſſato, che vi furono mandati dodici religioſi
„ coll'approvazione del Nunzio di Spagna, e ultimamente Don Pietro d'Aragona ha eretto un
„ Oſpedale in Feſſa, e un altro in Teutano, che vengono aſſiſtiti da due religioſi della Redenzio-
„ ne de' Schiavi di Spagna, a' quali dalla Congregazione ſono ſtate concedute le facoltà di
„ Miſſionario *ad triennium*. In Marocco detti Padri hanno un convento, ma vi reſtano pochi
„ religioſi, per eſſere adeſſo la reſidenza del Re in Feſſa, dove ſtanno la parte maggiore de' Schia-
„ vi Criſtiani.

rocchii principis filius(1), Muhamedi ſuperſtitione damnata, opibuſque Regiis contemptis, noſtris ſe legibus obſtrinxit, & Romam veniens, vitam dignam homine Chriſtiano duxit, & Clemente XII. Pontifice Maximo deceſſit.

Barbariæ (2) nomen ei parti Africæ, quam initio hujus capitis deſcripſimus, tributum eſt. Dividitur autem in Tripolitanum, Tunetanum, Algerianum, & Feſſanum, ac Marocchianum regna. Additur Barcanum, de quo alio loco dicendum eſt, quodque Marmaricam Veterem, Cyrenaicamque Provincias continet. Huic ab occaſu *Tripolitanum* conjungitur, cujus caput Tripolis, quo Cerrius ſcribit, Capuccinos, Minoreſque *Reformatos* Franciſcanos ad inſtituendos captivos, confirmandoſque in fide mitti conſueſſe. Idem eſt Cerrius auctor curari a Capuccinis ne quid Tunetanis, a Reformatis ne quid Algerianis captivis deſit, quod ad colendam Religionem, ſalutemque

1 Thyrſus Gonzaleſius de Santalla S. J. in *Manuductione ad Converſionem Muhamedanorum par. II. lib. II. cap. VIII. pag. 105. edit. an. 1687.* diu ante hunc Marocchii regis nepotem, filium regis fuiſſe Feſſani Chriſtianis ſacris initiatum ſcribit, ac profeſſum inſtitutum Societ. Jeſu. Itaque eum, qui *Muley Mahomet* vocabatur, Balthaſarem de Loyola fuiſſe appellatum. Vide *La raccolta di atteſtati diverſi, i quali comprovano, che Don Lorenzo Bartolommeo Luigi Trojano Principe di Marocco è quello ſteſſo, che venne da quei regni col nome di Mulay Achmet figlio di Muley Abenſar, figlio di Muley Iſmael Sciriffo Amir Almuminin Re di Marocco &c. Preſentati dal medeſimo a Noſtro Signore Papa Clemente XII. Rom. an. 1735.* ex quo libro intelliges, qui ſint in ea Africæ parte hoc tempore Evangelii propagatores.

2 Cerrius *ibid. pag.* 128. „ La coſta chiamata di Barberia è un gran tratto di paeſe, dove „ ſono quantità di Cattolici, la maggior parte ſchiavi, onde per ajutarli la Congregazione tie„ne un Vicario Apoſtolico in Algieri, ch'è un Prete Franceſe della miſſione chiamato Don Gio„vanni Levacher uomo veramente degno, e Apoſtolico: teneva anco un altro Vicario in Tuniſi, „ ma adeſſo vi va aſſiſtere un Sacerdote col titolo di Provicario, e ſoggetto al detto Lavacher. „ Queſti ſoprantendono *ex officio* a' ſacerdoti Schiavi, e a' Miſſionari regolari, che vi manda la „ Congregazione, aſſiſtendo a'Riformati in Algieri, e a' Cappuccini in Tuniſi, e di queſti ulti„mamente ne ſono andati quattro tutti ottimi ſoggetti, oltre due Preti di Napoli, che ſi ſono „ offerti di andarvi, e ſtarvi a loro ſpeſe, che ne ha dare buoniſſime relazioni il Signor Cardi„nal Spinola. In Tripoli ancora oltre alcuni Cappuccini vi è la miſſione de' Riformati per gli „ Schiavi, che in gran numero ſi trovano in quei bagni, ma adeſſo è aſſai ſcarſa di operaj. In „ un luogo detto Baſtione di Francia era la Miſſione degli Agoſtiniani Scalzi per la Numidia, e „ altre Provincie circonvicine, quale fu diſmeſſa per la morte di un Mercante Franceſe, che la „ manteneva. Fu poi nel 1667. propoſto di rimetterla in piedi colla offerta di un altro mer„cante, che voleva ſomminiſtrare quello che biſognava per detta Miſſione, onde ne fu ſcritto „ *pro informatione* al Cardinal Roberti allora Nunzio, che non riſpoſe mai coſa alcuna. Biſo„gnerebbe però ſcrivere al Nunzio preſente, che cercaſſe altri modi di rinnovarla. Tabarca „ è un Iſoletta poco lontana dalla coſta di Barberia, che da centinaja d'anni è poſſeduta dalla „ caſa Lomellina; avendovi una fortezza aſſai ben provviſta. Vi abitano da 600. Cattolici, „ tutti però ſoldati, uffiziali, e altri miniſtri col Governatore, e ſua famiglia aſſiſtendovi per „ Parochi due Padri Agoſtiniani, che riconoſcono per loro ordinario l'Arciveſcovo di Genova. „ Vi era prima una Miſſione di Cappuccini, ma dal 1651. fu ſoppreſſa, come non neceſſaria „. Ea Inſula ante annos paucos in poteſtatem eſt redacta Barbarorum.

Digitized by Google

que animæ conſequendam ſpectare videatur. *Tunetanum* autem Regnum Africam Proconſularem comprehendit, etſi (1) Hipponem Regium continet, quod oppidum proprium olim Numidarum erat. *Algerianum Numidiam*, *Mauritaniamque Cæſarienſem*, ac *Sitifenſem* complectitur. Nam de *Feſſano*, cui *Maroccenſe* adjungi ſolet, quodque idem atque Tinguitana Mauritania eſſe dicitur, ſatis dictum eſto. Sed præter Europæos, de quibus demonſtratum eſt, verſantur in his Africæ partibus, inque Numidia præſertim *Maronitæ* Orthodoxi, & *Georgiani*, *Copti*, *Neſtoriani* (2), *Jacobitæ*, aliique Chriſtiani hæretici, qui eodem mercaturam facturi commeant (3).

C A P U T XXVI.

De ortu, & propagatione Chriſtianæ Religionis in Inſulis Africæ vicinis.

ANno 1369. ab Urbano V. Pontifice Maximo, qui a multis acceperat, quæ eſſent in animis eorum opportunitates, qui *Fortunatas*, ſeu *Canarienſes* inſulas incolebant, ſi quis eas poſſet elicere, viros Apoſtolicos delegit, quos etiam, atque etiam eſt adhortatus, ut eo ſeſe conferrent, quidque nunciato Evangelio conſequi poſſent (4), experirentur. Illi Pontifici obſequuti, Palmam (5), aliaſque urbes, quæ ſunt in Inſulis, obierunt

1 Cerrius *ibid. pag.* 130. „ In Bona, ch'è l'isteſſo, che Hippo, dove era veſcovo S. Agoſtino, ſtavano gli Agoſtiniani Scalzi, che aveano fatto grandiſſimo frutto nelle converſioni, onde eſſendovi molti Cattolici, fu più volte fatta iſtanza alla Congregazione di fondarvi un veſcovato, eſibendoſi un particolare di aſſegnarli ſcudi 300. annui; ma perchè la religione di S. Agoſtino fece la ſteſſa offerta, fu dalla Congregazione di Marzo 1644. proferito con applauſo decreto: *Congregatio cenſuit præferendos eſſe Auguſtinianos calceatos, ſi majorem, vel æqualem dotem cum capitali inveſtiendo in Urbe, & cum obligatione reſidentiæ, & nomine Epiſcopi pro prima vice tantum obtulerit*, e d'Aprile del detto anno gli fu prefiſſo un termine per dotare detto veſcovato. Dopo queſto non appariſce, che ſia ſtata effettuata coſa alcuna, anzi non v'è nè pur relazione, che vi ſia più miſſione di detti Agoſtiniani Scalzi.

2 Marmolius *itiner. tom.* III. *pag.* 15. *edit. an.* 1667.

3 Præter eos ſcriptores, quos Hiſtoriam Africanarum Eccleſiarum deſcripſiſſe diximus, verſatus quoque in eo argumento eſt Melchior Leydeckerus homo de numero Proteſtantium edito opere inſcripto *Hiſt. Afric. Eccleſiæ illuſtrata Ultrajecti an.* 1690. Confer *Acta Eruditor. Lipſ. ad an.* 1690. *pag.* 487. De Epiſcopatibus Africæ agam in quarto hujuſce operis libro. De Mozarabibus Chriſtianis in urbe Marocco videndus Marmolius *tom.* II. *pag.* 54.

4 Conſule Raynaldum *ad an.* 1369. *num.* XIV. Alphonſum Garçiam S. J. *Hiſt. Moral.*, & *Natur. Inſular. Canar.*

5 Adeundi Peritſolius *itiner. c.* XVIII. *pag.* 115. *ſeqq.* & le Mayre *lib. edit. Pariſ. an.* 1695. *itiner. ad Canar. inſ. &c.*

Digitized by Google



& Natur. Inſular. Canar.

5 Adeundi Peritſolius itiner. c.xvIII. pag.115. ſeqq. & le Mayre lib. edit.Pariſ. an.1695. itiner. ad Canar. inſ. &c.

runt, magnumque tulerunt itinerum, & laborum fructum. Eæ jam inde a multo tempore in ditionem venerunt Hiſpanorum.

Azores in Oceano Athlantico Inſulas, quæ *Caſſiterides* veterum eſſe exiſtimantur, Luſitani tenent. In eas cum jam uſque ab anno 1449. contendere Chriſtiani cœpiſſent, incolas veram religionem docuerunt, inditoque Terceræ *Inſulæ Jeſu Chriſti* nomine, *Angra*, quæ urbs eſt Metropolis, Sedem Epiſcopalem conſtituerunt. In *Madera* quoque, atque in *Riparia* magna, quæ una eſt *Capitis Viridis* Inſularum, Luſitani Imperium obtinent, atque in hac poſtrema Capuccinos agere conſtat. Præterea in *Calegutana* Inſula ab Idololatra, neſcio quo, extructum ſacellum, dataque noſtris Sacerdotibus poteſtas rem divinam faciundi fuit (1).

Regem Faſſalenſis inſulæ hoc ſeculo non alienum a Chriſtianis ſacris fuiſſe, adducique facile potuiſſe, ut non ſolum ſuos ad religionem noſtram converti ſineret, ſed ut eam ipſe amplecteretur, modo miniſtri idonei reperti fuiſſent, qui id ſibi onus ſumendum exiſtimaſſent, auctor eſt Labatus in v. volumine *Itinerum Africanorum* (2).

In Inſulam, quæ *S. Thomæ* appellatur, quam anno 1405. deprehenderunt, & occupaverunt Luſitani, invecta xiv. ſeculo Chriſtiana religio eſt (3). Sunt aliæ præterea Africanæ Inſulæ, in quibus Chriſtianos verſari conſtat, quaſque, ne ſim longior, prætermittendas eſſe exiſtimavi.

CA-

1 Vide Johannem Baptiſtam Labatum Ord. Præd. *tom.* v. *Afric. pag.* 59. & *pag.* 173. & J. Alb. Fabricium *ſalut. Luce Evangel. pag.* 700. *ſeq.*

2 Labat. *ibid. pag.* 238. *ſeqq.*

3 Johan. Alb. Fabricius *ibid. pag.* 701. „ In Inſula S. Thomæ, *inquit*, quam jam ab an- „ no 1405. detexerunt, occuparuntque Luſitani, atque anno 1610., & 1641. ereptam a Bel- „ gis iterum recuperavere, ac tenent, ſedes Epiſcopi eſt caput Inſulæ *Pavoaſana*. Vide Peti- „ tum de la Croia *tom.* iv. *Africa*, & Odoardi Dapperi *Deſcriptionem Inſularum Africanarum* „ *pag.* 61. quos etiam de aliis pleriſque Inſulis Africanis cultis per Chriſtianos ſive Luſitanici, „ ſive Belgici juris, aut Hiſpanici conſulere juvabit.

CAPUT XXVII.

De Primordiis, & Propagatione Chriſtianæ Religionis in America, & Inſulis, quæ ad eam Orbis terrarum partem attinent.

AMericæ, ſive Indiæ Occidentalis a Chriſtophoro Columbo Genuenſi anno circiter 1492. detectæ Inſulæ *Hiſpaniola*, *Cuba*, *Jamaica*, & quæ his proximæ ſunt, obitæque fuerunt. Americus deinde Veſpuccius Florentinus civis, a quo America nominata eſt, ad continentem pervenit, factumque inde eſt, ut ejus partis novæ in dies regiones reperirentur. Nota ne vero pars illa orbis terrarum Antiquis fuerit, dubium omnino, incertumque eſt. Nam etſi quidam Platoni memoratam in Timæo putent, nihiloſecius, num magna Inſula, cujus ille meminit, eadem atque America ſit, ſtatui nullo modo poteſt. Dividitur America in partes duas, quarum altera ad auſtrum, altera ad ſeptemtriones vergit, quæ inſtar Peninſularum Iſthmo *Anaco* junguntur. Igitur una *Septemtrionalis*, altera *Auſtralis* vocatur (1).

Cum Europæi aliquas Americæ regiones ſub poteſtatem redegiſſent, atque in mores, & inſtituta incolarum inquirere cœpiſſent, cognoviſſentque, legibus eos gubernari ſolere, quæ ſimiles Moſaicarum eſſe viderentur, in eam adducti opinionem ſunt, ut vel repetendam ex Judæis originem Americanorum (2) eſſe, vel Judæos aliquot e Palæſtina profectos in eam orbis terrarum partem caſu, neſcio quo, perveniſſe, ſedeſque conſtituiſſe (3) arbitrarentur. Sed viri quidam eruditi, atque in vetere Hiſtoria ſumma cum laude verſati, qui plane perſpexerant, nihil fere illarum nationum inſtitutis, ac ceremoniis con-

1 De Chriſtophoro Columbo, & Americo Veſpuccio confer Guicciardinum l. VI. *Hiſt. Ital. pag.* 179. *edit. an.* 1580. Columbum ipſum *epiſt. ad Raphaelem de Sanxis p.* 282. *ſeqq. t.* II. *Hiſp. Illuſtr. Scriptor. edit. an.* 1603. Follettam *Hiſt. Genuenſ.* apud Burman. *tom.* I. *Theſauri Ital. ſcriptor. pag* 661. *edit. an.* 1725. Angelum Mariam Bandinum adoleſcentem eruditiſſimum in *vita Americi Veſpucci*, quam italico ſermone deſcripſit, & Florentiæ ante annos aliquot una cum Americi ejuſdem Epiſtolis quibuſdam publicavit. *Sed* longus eſſem, ſi omnes perſequi vellem, qui de his duobus novi orbis inventoribus commentarios ediderunt.

2 Conſule quæ in hanc rem diſputant ſcriptores, quos refert Johannes Albertus Fabricius *ſalutar. Luce Evangelii c.* XLVII. *pag.* 737. *ſeqq.*

3 Confer Fabricium *ibid. pag.* 755. *ſeqq.*

contineri, quod non ab Noemo (1), filiiſque, ex quibus univerſæ gentes poſt diluvium natæ ſint, arceſſere liceret, ſic exi-

1 Scio Manaſſen ben Iſrael in eo libro, quem inſcripſit: *Reliquiæ decem tribuum*, ſic habere *pag.*18. *ſeq.* ,, Cui leges, ac conſuetudines Indorum, Hebræorumque conferre libet, in mul-
,, tis convenire eas videbit; unde facile colligere, eſt Indos illas debere Hebræis cum ipſis habi-
,, tantibus, ante, vel poſtquam occultos montes quærerent. Jucatanenſes, & Acuzainilenſes
,, Indi ſe circumcidebant. Totones novæ Hiſpaniæ, ac Mexicani, prout Jo: Roman, & Franci-
,, ſcus Lopez de Gomara in Generali Indorum Hiſtoria teſtantur, veſtes lacerant, ſi vel repen-
,, tinum aliquod infortunium, vel mors alicujus ſupervenerit. Gregorius Garcias in Monarchia
,, Ingaſonum Inſulæ Perù narrat, Guainacapacum intellecta filii Atagualpæ ob inimici exercitum
,, fuga, rupiſſe veſtimenta. Mexicani, & Totones, ſive Totonarazcoſes, in aris ſemper ignem
,, alebant, ut jubet Deus in Levitico; Peruanis idem in templis Soli dedicatis facientibus.
,, Nicaraguazenſes vetabant feminas, quæ partum nuper edidiſſent, templa ingredi, priuſquam
,, menſtruo forent purgatæ. Inſulæ Hiſpaniolæ incolæ peccare eos ajunt, quibus res eſt cum fe-
,, mina recens enixa; & indi novæ Hiſpaniæ graviſſima puniebant Sodomiæ reos. Sepeliebant
,, etiam plurimi Indorum ſuos mortuos in Montanis, qui mos etiam eſt Judæorum; & nomen
,, Chana iſtis in locis inventum, referente Gregorio Garcia. Id mireris quod ab iiſdem Jubi-
,, leum quinquaginta annorum in urbe Mexico, ut totius provinciæ Metropoli, magna cum pompa
,, celebraretur. Quid? Quod die ſabbati omnes ceremoniis, ac ſacrificiis in templo faciendis
,, intereſſe tenebantur. Iidem divortium faciebant a feminis, quæ quid minus honeſtum patraſ-
,, ſent. Fratrum defunctorum viduas ducebant Indi Inſularum Perù Novæ Hiſpaniæ, & Guata-
,, malæ. Annon ex hiſce judices, habitaſſe illic locorum Judæos, a quibus gentes iſtæ talia accepe-
,, rint? Supradictis adde & illud, quod notitiam creati mundi, & diluvii univerſalis, quam habe-
,, bant Indi, Iſraelitis acceptam ferre debeant,,. Confer etiam, quæ Petrus Daniel Huetius Abrincenſis Epiſcopus *Demon ſtr. Evang. prop.* IV. *c.* VII. *n.* VI. de Americanis ſcribit. Ego autem ſic exiſtimo, quæ facta caſu, aut vetere traditione a Noemo, filiiſque accepta ſunt, ea Huetium, aliosque Moſaica eſſe putare. Ac perdifficile ſane videtur, ut Moſaica præcepta Americanis comperta fuerint, quæ Græcos, qui prope a Palæſtina aberant, inque Ægyptum, & Phœniciam itinera ſuſceperant philoſophiæ comparandæ cauſſa, ante expeditionem imprimis Alexandri Magni latuerint. Nam quod Manaſſes ben Iſrael de circumciſione narrat, non hercle intelligo, cur non ab Ægyptiis, aliiſque gentibus, apud quas, diu ante Moſen, is uſus obtinuerat, mutuari Americani potuerint, a quibus fortè Theuthi nomen, ut vifum Huetio eſt l. c. acceperunt. Etſi enim Spencero, & Marshamo minime aſſentiar, Abrahamum ab Ægyptiis circumciſionis ritum didiciſſe ajentibus, tamen longe ante Moſis tempora circumcidi Ægyptios conſuuviſſe, certum eſt. Atque eſt illud ridiculum, quod apud unos Jucatanenſes obtinuit, hoc fundamenti loco ponere, indeque concludere in Americanos Hebræorum ritus, ceremoniaſque manaſſe. Quod de Mexicanis veſtem in adverſo caſu lacerantibus, ſcribunt, quale tandem eſt? An hoc Judæi egiſſent, ut miſſis ceremoniis legis, illud unum Mexicanos docerent, ut ſi quid adverſi contigiſſet, veſtes lacerarent? At quas veſtes? Nonne plerique omnes Americani aut ſine veſte omnino incedebant, aut maxima corporis parte nuda? Alendo autem igni ſi operam continenter dabant, cur non a Perſis potius, quam ab Hebræis cognoverunt, præſertim cum hoc ipſum in templis Soli conſecratis agere ſolerent? Nam cultum illos ſolis ab Hebræis didiciſſe quis credat? De menſtruatis, quibus interdictum erat, ne in templa ingrederentur, deque Sodomiæ reis puniendis nihil dico, propterea quod nihil opus eſſet lege ad ea pernoſcenda, quæ ratio ſuadere poſſe videretur. Non enim decuit ethnici plerique putabant, ut quæ minus puræ eſſent, res eas contrectarent, aut adirent, quæ in ſacris numerabantur. Sodomia autem eum vitium ſit, quod cum natura pugnat, puniri ab iis etiam debuit, qui ſola ratione uti ſolerent. De anno Jubileo quod ajunt, vereor ne ſimilis Iſraelitico non eſſet. Atque is ritus cujuſmodi tandem erat, apud Mexicanos ſolum obtinebat, qui ab Judæis profecto, ſiquidem eorum conſuetudine uſi ſunt, non eam ſolum ceremoniam fuiſſent mutuati. Diluvii univerſalis notitiam ex Noemi nepotibus habuerunt, ex quibus eos eſſe profectos, revocari non poteſt in controverſiam. Quemadmodum autem qui primi Americam incoluerunt, in eam partem orbis terrarum pervenerint, neſcio. Sunt qui expli-

exiſtimarunt: primos Americæ incolas, antequam ex Aſia ceſſiſſent, a Noemo, filiis, nepotibuſve multa de Deo, deque recta vitæ inſtitutione fuiſſe mutuatos, quæ temporum lapſu vitiata ab eorum poſteris fuerint, qui more ferarum viverent, atque ita deformata, ut vix ullum in eis recti, honeſtique veſtigium reperiretur.

Magna præterea inter Scriptores Chriſtianos diſſenſio de Apoſtolis eſt; aliis quidem in Americam eos penetraſſe ajentibus, aliis contra acriter, vehementerque negantibus. Qui enim priorem (1) defendunt opinionem, aſſequi ſe nullo modo poſſe affirmant, qui tandem exitum habuerint oracula Prophetarum, quibus prænunciatum eſſet (2) fore, ut fines orbis terrarum, genteſque univerſæ in Meſſiæ poteſtatem venirent, ſi Apoſtoli contendere in Americam, religionemque invehere nequiſſent. Ac Chriſtum quidem ipſum Diſcipulis (3) aliquando dixiſſe, nunciari ante univerſi Orbis incolis Evangelium debuiſſe, quam Hieroſolyma fuiſſent everſa, periiſſetque Reſpublica Judæorum. Id vero cujuſmodi ſit, ne intelligi quidem poſſe, ſi, vivis Apoſtolis, nihil de noſtra doctrina Americæ incolæ audiſſent. Supereſſe præterea in ea mundi parte indicia

explicare conantur. Hugo Grotius de *Origine Gentium Americanarum Amſtel. an.* 1643. *Et de eodem argum. Diſs. altera edit. Pariſ. an.*1643. Johannes Laetus *not. in Prior Diſſert. Grotii edit. Pariſ. an.*1643. *& reſp. ad Diſs.*II. *Hugonis Grotii Amſtelod. an* 1644 Johannes Baptiſta Poiſſonus *in Animadverſ. ad ea, quæ Grotius, & Letius de Origine Gentium Peruvianarum, & Mexicanarum ſcripſerunt. Pariſ. an.*1644. Robertus Comtæus *de Origine Gentium Americanarum Amſtelod. an.*1644. Georgius Hornius *de Originibus Americanis lib.*IV. *Hagæ Comit. an.*1652. Huetius *l.c.* & Thomas Thorowgoodus opere Anglico inſcripto: *Judæi in America Lond. an.*1650. At ſive recte, ſive contra, parvi refert. Hoc certum eſt, ab uno homine originem genus hominum univerſum duxiſſe, quo autem in Americam itineribus quidam pervenerint, etſi minus notum ſit, tamen communi ſententia, quæ ferat Noemo omnes homines, qui poſt diluvium vixerunt, eſſe prognatos, nihil ea ignoratio afferre detrimenti poteſt. Sed qui de ritibus Americanorum, deque ſuperſtitione plura volet, conſulat opus inſcriptum „ Ceremonies, „ & Coutumes religieuſes de tous les peuples du monde *tom.*I. des peuples Idolatres edit. Amſtel. *an.*1723.*pag.* 1. *ſeqq.* ubi etiam de originibus Americanorum agitur. Mitto autem ceteros, quod & accuratior is eſſe ceteris videatur, & brevitas operis ita poſtulet.

1 In his eſt Georgius Mœbius *Orat. de Evangelio per Apoſtolos in Americam propagato* ad finem *lib. De Oraculis adv. Vandal. edit. Lipſ. an.* 1685. Hermannus Witſius hoc idem ſtatuit *tom.*II. *Miſcellan. ſacror. tom.*II.*pag.*400.*ſeqq. edit. an.*1712. *Exercit.*XIII. quod tamen refellit *Exercit.* XIV.*pag.* 428.*ſeqq.* Georg. Hornius *ibid.*

2 Vide *Pſ.*II. *v.*8. *Zach.*IX. *v.*10. XIV. *v.*9. *Iſaia* II. *v.*2. *ſeq.* XLII. 4. 50. *ſeq.* LIX. *v.*19. *Malach.*I. *v.*11. *&c.*

3 *Matth.*XXIV. *v.*14. „ Et prædicabitur hoc Evangelium Regni in univerſo orbe in teſtimo- „ nium omnibus gentibus „. Confer loca cetera, quæ collegit Petrus Daniel Huetius *Demonſtr. Evangel. Prop.*IX. *cap.*CLVIII.*pag.*589.*ſeqq. edit. Pariſ. an.*1679.

indicia quædam Chriſtianæ religionis, quæ ſane demonſtrent, fuiſſe initio ſaltem aliquos, qui religionem, legeſque a Chriſto latas profiterentur (1).

Ad hæc adverſæ opinionis (2) patroni reſponderunt: non eam fuiſſe Prophetarum ſententiam, ut continuo atque ſublatus in cælum Servator generis humani fuiſſet, propagari in Orbe univerſo noſtram religionem debuiſſe arbitrarentur, quin ulla regio extaret, in qua Chriſtiani non degerent. Eorum enim oracula ita eſſe compoſita, ut nihil flagitent aliud, quam (3) nullam gentem in mundo futuram, quæ non aliquando Chriſtianis ſacris initiaretur. Ab eis namque nuſquam indicari tempus, quo univerſum hominum genus ad Chriſtum accedere deberet. Atque hoc quidem ſenſu explicari eorum ver-

1 Witſius *ibid. pag.* 417. *num.* XVII. „ Multum ea traditio (Hornio memorata, qui *lib.* III. *c.* XIX. *pag.* 219. ex Lerio Thomam prædicaſſe in Braſilia Evangelium refert) „ firmatur prolixa „ ejuſmodi tam rituum, quam opinionum enarratione, quæ evidentes ſatis veteris ibi Chriſtia„ niſmi reliquiæ a recentioribus novi, ut vocant, orbis detectoribus repertæ ſunt. Teſtantur il„ li, qui res Indiæ ſumma cura, ac fide conſignarunt, partim etiam ipſi oculis ſuis luſtrarunt, „ non obſcura adhuc veri cultus indicia apud barbaros extitiſſe, tum cum Columbus, aliique „ Luſitani, aut Hiſpani eo appellerent. Refert Petrus Martyr Hiſtoricus *in Tractat.* de Inſulis „ nuper repertis, ſacerdotes quoſdam Americanos in Regno Mexicano ſupra Darienen annicu„ los pueros, puellaſque in templis aqua in crucem cum urceolo ſuperiojecta baptizare viſos fuiſſe. „ Sacroſanctæ etiam cœnæ adumbrationes alii ſibi deprehendere viſi ſunt, immo & adorandæ „ Trinitatis quædam rudimenta. Quæſitos autem unde hæc, ſimiliaque haberent, reſpondiſſe: „ *Tanſiviſſe aliquando virum formoſiſſimum per eos tractus, qui ea ipſis reliquerit.* Johan„ nes Lerius de Braſilienſibus teſtatur (*Hiſt. Navig. in Braſil. cap.* XV. *pag.* 231. *edit. an.* 1590.) „ quod animorum immortalitati adſtipulantur. Refert etiam, ſe aliquando cum ipſis de vero Dei „ cultu, de creatione rerum, de labe, & ruina generis humani, & ſimilibus religionis Chriſtia„ næ capitibus diſſeruiſſe, quibus poſtquam duas amplius horas magna cum admiratione, & at„ tentione auſcultaſſent, demum quemdam ex ſenioribus reſpondiſſe: *habere ſe ex aliorum re„ latu, jam inde a priſcis temporibus, & ante plurimos annos, hominem noſtro more veſtitum, „ & barbatum in illorum deveniſſe terras, qui ſimili oratione ipſos ſub Dei obſequium addu„ cere conatus ſit: quum autem majores ipſorum fidem non adhiberent, mox ſucceſſiſſe alium, „ qui enſem, ſymbolum maledictionis, illis traderet. Ab eo tempore bella, & diſſenſiones per„ petuas inter ipſos viguiſſe* „. Conſule Hornium *ibid. lib.* IV. *cap.* XV. *pag.* 276 *ſeqq.* & Thomam Malvendam Dominicanum *lib.* IV. *de Antichriſto cap.* XXXVIII. *pag.* 306. *ſeqq. edit. an.* 1647. & la Motthe la Vayer *De la virtù des Payens tom.* I. *opp. pag.* 558. *ſeq.* Mœbius hoc alterum affert argumentum, minus Dei bonitatem decere, ut tot homines tamdiu in errore verſari pateretur. At ſi hoc verum eſſet, jam Americani poſt obitum Apoſtolorum ad noſtram ætatem, genteſque barbaræ omnes Chriſtianiſmum coluiſſent. Deus autem, qui bonus juſtuſque eſt, quamobrem id permiſerit, novit, neque noſtrum eſt inveſtigare, cur permiſerit, quorum jam limitibus quibuſdam finita ingenia ſunt.

2 Witſius *Exercit.* XIV. *pag.* 428. *ſeqq.* Dubitat Lerius *l. c. pag.* 233.

3 Non enim ſemper latiſſime patens dictio urgeri debet, quam res ipſa veluti finibus coercet. Quis enim eſt, qui omnia regna terræ, nullo excepto, mirata ſapientiam Salomonis fuiſſe putet? At ſic tamen de Salomone legimus *l.* III. *Reg. cap.* X. *v.* 24. Similia ſunt, quæ loquitur Iſaias de Tyriis, fore nempe, ut fornicarentur *cum univerſis regnis terræ c.* XXIII. *v.* 17. Sexcenta ſunt ejuſmodi, quæ ne ſim longior prætermitto.

ba oportere, demonſtrari exitu rerum poſſe, cum ſatis compertum, exploratumque ſit, quo tempore Judæorum civitas vigebat, non modo gentes pleraſque, quæ regiones ad ſeptemtriones ſpectantes incolerent, non fuiſſe conciliatas Chriſto, ſed ne Africanos quidem, qui ad Occidentale imperium Populi Romani pertinerent. Quod attinet ad ea Novi Teſtamenti loca, quibus maxime adverſarii niterentur, ſciant eſſe aliqua hyperbolice (1), ut ajunt, ſcripta. Fuiſſe enim eam loquendi rationem imprimis apud Orientales in uſu, quod plurimum ad ornatum orationis conferre videretur. In Novo autem Teſtamento interdum hoc figuræ genus uſurpari, cum ſit per ſe manifeſtum, tum eſt obſervatum a Patribus (2), quibus nemo, ſine ratione, detrahet auctoritatem. Errare autem vehementer eos, qui hyperbolen adhiberi ſine mendacii nota nequire, cenſent. Aliter eſſe etiam metaphoras e ſacris Bibliis delendas; qua re quid dici poteſt obtuſius? Non eſſe tam ineptos ſe, tamque imperitos rerum, ut neſciant, cauto eſſe opus, ne quis hyperbolico ſenſu, dum nulla neceſſitas poſtulat, ſacrarum Scripturarum loca exponere conetur. Neceſſitatem autem non poſtulare ſolum, ſed etiam flagitare, ut loca quædam, quæ ſunt de propagatione Evangelii, ὑπερβολικῶς explicentur. Niſi enim ita eſſet, nullam gentem tam barbaris moribus ætate Apoſtolorum fuiſſe futuram, quæ non eſſe amplectendam Chriſtianam Religionem judicaſſet. Fuiſſe vero & multas, & copioſas, revocari in controverſiam non poſſe.

Quid? ſi dicta quæ fuerant de Regno Chriſti latiſſime (3) pro-

1 Ὑπερβολὴν hæc verba Chriſti præſeferre apud *Marcum cap.* XVI. *Evang.* v. 15. *Prædicate Evangelium omni creaturæ*, negari profecto nullo modo poteſt.

2 Vide S. Iſidorum Peluſioten *lib.* II. *epiſt.* XCIX. *pag.* 152. *ſeq. edit. an.* 1605.

3 Sunt enim, qui myſterio ibidem fuiſſe loquutum Chriſtum putent, & quædam excidio Hieroſolymorum adjunxiſſe, quæ ad mundi interitum pertinerent. Itaque verba Matthæi „ Et prædicabitur hoc Evangelium regni in univerſo orbe in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc „ veniet conſummatio, „ *c.* XXIV. *v.* 14. intelligi de conſummatione mundi oportere ſtatuunt, etſi quæ ſequuntur *v.* 16. „ Tunc qui in Judæa ſunt &c. ſpectare ad excidium Hieroſolymitanum videantur. Confer S. *Hieron. in Matth. t.* IV. *opp. p.* 1. *p.* 115. *edit. Martianæ*. Id vero non aliqui interpret. noſtri ſolum, ſed etiam Proteſtantes concedunt. Confer Witſium *ibid. pag.* 431. *ſeqq.* Alii ſic explicant „ Quamvis hæc omnia certiſſime evenient, tamen nihil obſtabunt, quo minus prædicetur a vobis iſtud Evangelium in univerſo orbe, ut dicit Matthæus ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ, „ nempe in omni terra habitabili; Marcus vero εἰς πάντα τὰ ἔθνη in omnes gentes, quod impletum eſt etiam ante excidium Hieroſolymorum. Nam Paulus Romanis ſcribens *cap* I. *v.* 8. „ dicit

producendo, antequam conſummatio veniſſet, alio ſenſu uſurpare oporteat, ita ut nullam gentem futuram intelligendum ſit, quæ non audiat de Chriſto, ejuſque diſciplinam colat, ante extremum judicium? Namque ſimilibus verbis indicari quandoque extremum tempus hujuſce univerſitatis rerum. Ac fuiſſe profecto Patrum aliquos, novimus, qui hoc modo rem hanc omnem eſſe explicandam exiſtimarent. Nihil eſſe præterea, quod impediat, quo minus quod ſcriptum de propagando brevi tempore in univerſo terrarum orbe nomine Chriſtiano, & religione eſt, de orbe Romano (1) intelligatur. Etenim ſi verba Lucæ *de edicto Cæſaris, deque univerſo orbe deſcribendo* unum orbem Romanum ſignificent, cur idem Chriſti ſermo, de prædicando ubique terrarum Evangelio, ſignificare non poterit?

Extremum quod opponerent, veſtigia (2) quædam Chriſtianiſmi in America detecta, cum primum in Hiſpanorum, Luſi-

„ dicit fidem eorum prædicatam in toto mundo. Per totum orbem intelligere licet non ſimpliciter omnes ubique orbis regiones, nulla excepta, ſed illas mundi partes, in quibus tunc Judæi cum gentibus permixti habitabant, ut conſtat hoc loco *Act. cap. II. v. 5. erant autem in Hieruſalem habitantes Judæi viri religioſi ex omni natione, quæ ſub Cælo eſt*. Romani ſolebant imperium ſuum appellare *Imperium orbis terrarum*, τῆς οἰκουμένης, ut videre eſt apud Joſephum *lib.* 2. contra Apionem. Ita dici poteſt per totum Imperium Romanum, & ultra ſtatum pervaſiſſe evangelium. Nam ſi unus Paulus ab Hieroſolymis ad Illyricum uſque promovit Chriſti doctrinam, & ut quidam exiſtimant, etiam in Hiſpaniam, quid de aliis Apoſtolis, & tot eorum adjutoribus eſt exiſtimandum? Prædicabitur autem Evangelium in teſtimonium omnibus gentibus. Hac re Deus velut conteſtabitur omnes gentes, ſive ceſtaram, & notam faciet illis Judæorum pertinaciam, atque pœnas expoſcet. Nemo poterit prætexere ignorantiam veritatis, quæ palam toti mundo annunciabitur. Ita Bernardus Lamius *Concord. Evang. l.* v. c. XIV. *pag.* 486. *edit. an.* 1699.

1 Confer Lucam, Evangelii *cap.* II. *v.* 1. *ſeq.*

2 Scio ab adverſariis afferri *Juſtini*, aliorumque Patrum teſtimonia, qui nullum angulum fuiſſe ajunt, in quo vero Deo ſacrificia non offerrentur. At eos de orbe cognito loqui, perſpicuum eſt. Quinetiam fuiſſe aliquas remotas gentes, quarum aliquam noſtri haberent cognitionem, quæ nihil primo, ſecundoque ſeculo de Chriſto acceperint, auctor eſt Rufinus *lib.* 1. *hiſt. cap.* IX. *pag.* 214. *edit. an.* 1528. a quo ſunt hanc hiſtoriam mutuati Socrates *lib.* 1. c. XIX. *pag.* 49. Sozomenus *lib.* II. c. XXIV. *pag.* 76. Theodoritus *lib.* 1. *cap.* XXIII. *pag.* 54. *edit. Cantabrig.* Nam ſcribit Rufinus hoc modo. „ In ea diviſione orbis terræ, quæ ad prædicandum verbum Dei, „ ſorte per Apoſtolos celebrata eſt, cum aliæ aliis provinciæ obveniſſent, Thomæ Parthia, & „ Matthæo Æthiopia, eique adhærens citerior India Bartholomæo dicitur ſorte decreta. Inter „ quam, Parthiamque media, ſed longo interior tractu, India ulterior jacet, multis variiſque „ linguis, & gentibus habitata, quam velut longe remotam nullus Apoſtolicæ prædicationis vomere, quæ tamen temporibus Conſtantini tali quadam ex cauſſa ſemina fidei prima ſuſcepit &c. De veſtigiis Chriſtianiſmi in America, quæ referunt, ſuſpecta ſunt permultis viris doctiſſimis falſitatis. Confer Malvendam, & La Mothe la Vayer *l. c.* Sed ſint vera ſint, quid mirum? „ Si, ut „ animadvertit *ibid. pag.* 453. Witſius, in omni religione quamtumvis idololatrica, ac diabolica „ plane, aliquid animadverti poteſt, quod ad divina inſtituta accedere quodammodo videatur? „ Ludit mirabiliter ingenii humani varietas, & in tam immenſa cultuum diverſitate vix eſt, ut „ non

Digitized by Google

Luſitanorumque ditionem cecidit, inane eſſe, ac nugatorium. Itaque ne illis quidem probari, qui inlatam eo Apoſtolorum tempore Chriſtianorum doctrinam vellent. Hoc Thomam Malvendam Dominicanum (1), hoc Witſium (2), hoc alios pleroſque confiteri, qui aut omnino ajentem ſententiam propugnarunt, aut eſſe veriſimilem putaverunt.

Igitur cum nihil eſſe videatur, quamobrem initio fuiſſe Americanos Chriſtianis ſacris imbutos arbitrer, venio ad extremum XV. ſeculum, quo primum tempore ſic eſt ab (3) Alexandro VI. Pont. Max. Hiſpanis, Luſitaniſque America attributa, ut hortatus eos majorem in modum fuerit, ne inſularum, continentiſque incolas in rerum divinarum ignoratione manere ſinerent. Etſi Dominicani (4) præſertim, & Franciſcani

„ non aliqua deprehendatur convenientia. Quæ ſi vel minima ſit, ab iis, quorum intereſt, ut „ major habeatur, augeri ſolet, & exornari, eo quandoque tractis, quæ aliovorſum ſpectant. „ An quia Indorum Brachmanes triplicem funiculum, & collo ſuſpenſum gerunt, quem trini alicujus numinis fingunt eſſe ſymbolum, aut quia Sinæ, & Japonii Deum exhibent effigie monſtroſa, „ in quo ex uno corpore prodeunt tria capita mutuo ſeſe aſpicientia, vel quia Solonis leges „ Athenienſes jubebant jurare per tres Deos: *ſuppicem*, *expiantem*, *averrancum*, idcirco „ hæc mihi in adorandæ trinitatis noſtræ myſterium trahenda ſunt? &c „ De hujuſmodi Ethnicorum, Chriſtianorumque rituum, atque opinionum ſimilitud ne agunt copioſe Petrus Daniel Huetius *in Alnetanis Quæſtionibus de Concordia rationis, & fides* per tot. & Tobias Pfanoerus *in Syſtemate Theologiæ Gentilis*. Quid ſi tempore Apoſtolorum America Aſianis, Africanis, & Europeis ignota erat? Immo vero ne diu quidem ante ulla ejus apud noſtros memoria ſupererat. Conſule Witſium *ibid. pag. 454. ſeqq.*

1 *Loc. cit.*

2 *Loc. cit.*

3 Conſtitutione, quæ incipit: *Inter cætera, tomo 1. Bullar. Cherubini pag. 466.* & apud Bzovium *ad an. 492. num. 22.* Hortamur vos quam plurimum in Domino, & per ſacri Lavacri ſu„ ſceptionem, qua mandatis Apoſtolicis obligati eſtis, & viſcera miſericordiæ Domini Noſtri „ Jeſu Chriſti attente requirimus, ut eum expeditionem hujuſmodi omnino proſequi, & aſſumere „ proba mente Orthodoxæ fidei zelo intendatis, populos in hujuſmodi inſulis, & terris degentes „ ad Chriſtianam religionem ſuſcipiendam inducere velitis, & debeatis, nec pericula, nec labores ullo unquam tempore vos deterreant, firma ſpe, fiduciaque conceptis, quod Deus omnipotens conatus veſtros feliciter proſequetur.

4 Johannes Melendeſius Ord. Præd. *In Theſaur. Verd. de las Indias* Hiſpanice edito Romæ *an. 1681. lib. 1. cap. 1. pag. 4.* „ Los premeros Saçerdotes, *inquit*, y Miniſtros Apoſtolicos, „ que paſſaron con Colon fueron los Religioſos de nueſtro Seraphico Padre S. Franciſco, que „ traiao por caudillo para la conquiſta eſpiritual de tan grandioſos Imperios, al M.R.P. Fray „ Iuan Perez de Marchena Guardian que era, ò avia ſido del Convento de la Rabida de la „ Provinçia de' Andaluçia. A 11. del mes de Otubre del miſmo anno (1492.) con general „ alegria de la armada deſcubrieron una yſla de los Lucayos llamada Guanhani &c. „ ſubjungit: „ Tomò poſeſſion por el Papa, y por la Yglefia en una, que hizo de ramos, y pagas ... en „ que dixo miſſa, y puſo el Santiſſimo Sacramento, y fue la primera de todas las Yglefias de „ las Indias „. Vide Franciſcum Gonzagam Ord. Min. IV. *parte Hiſt. Generalis*. Wadingum *ad an. 1492. n. 1. ſeqq. tom. XV. nov. edit. pag. 1. ſeqq.* & *cap. 11. pag. 10.* Melendeſius de Dominicanis, inter quos Dominicus de Mendoza primas obtinebat, loquens „ Eſtos quattro re- „ ligio-

Digitized by Google

cani id maxime laborarent, idque eniterentur, ut barbaros ad veritatem agnoſcendam, rectamque inſtitutionem vitæ, quam ignoraverant colendam, atque obſervandam impellerent, magna tamen militum pars cupiditate tanta auri tenebatur, ut illius extorquendi cauſſa, omnia in miſeros cruciatuum exempla (1) ederet, eiſque vitam eriperet, velleque jam gentem, nomenque ipſum Americanorum delere videretur. Quæ res adeo commovit in noſtros homines iram barbarorum, ut cum agi de ſempiterna gloria intelligerent, rogarent primum, ea ne Chriſtiani potirentur (Chriſtianorum autem omnes ſimiles eſſe eorum exiſtimabant, quos tanta eſſe crudelitate perſpicerent) tum ubi interrogantibus ab religioſis viris reſponſum erat, noſtros, qui pie, integreque viverent, ejuſdem gloriæ participes futuros; continuo ſumebant, ab ſe ne regnum quidem cælorum (2) expeti, in quo Chriſtianis conſiſtere liceret. Sed hæc in Inſulis potiſſimum geſta ſunt. Poſt enim quam continentis imperium Hiſpani, ac Luſitani adepti ſunt, eodemque colonias deduxerunt incredibile memoratu eſt, quam ingens multitudo Americanorum, ſimulacris inanium, falſorumque numinum contemtis, ſuam Chriſto Servatori fidem obſtrinxerit (3).

Atque

„ ligioſos, *inquit*, truxeron la Orden de Predicadores a la Ysla de Santo Domingo, deſde „ donde ſe fue comunicado a todas las demas Yslas, y partes de tierra Firme de todo a quel „ nuevo mundo, y fue ſuentrada en la Ysla por el mes de Septiembre 1510. diez, y ocho „ annos deſpues del primer deſcubrimiento „. Quæ autem commoda intulerint primum in Inſulas, tam in continentis ſeptemtrionales, ac meridionales partes cognoſci poterit ex eodem Melendeſio *ibid. cap* 11. *pag.* 14. *ſeq.* quo quidem capite ſic habet „ Paſſa la religion de nue- „ ſtro glorioſo P. S. Domingo de Yslas a tierra Firme „. Herrera *Hiſt. Ind. Occid dec.* 1 *lib* 1. *cap.* VII. *ſeqq.* Bartholomæus de las Caſas Ord. Præd. *Hiſt. Deſtruction. Ind. Occident.* Antonio de Remezal *Hiſt. de Chiapa, y Guatemala de la Orden de Predicadores lib.* II. *ſeq. &c.* aliique, quos paullo poſt recenſebimus.

1 Confer Bartholomæum de las Caſas *lib. modo indicato pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1630.

2 Idem *ibid. pag.* 27. „ Statuey .... Principe, e Signore, ſe ne andò ſempre fuggendo „ dalli Criſtiani da che arrivarono all' Iſola di Cuba, come quegli, che li conoſceva ... E ſolo „ perch' egli fuggiva ... lo abbruciarono vivo. Eſſendo legato al palo un Religioſo di S. Franceſco uomo ſanto, ch' era ivi, gli diceva alcune coſe di Dio, e della noſtra Fede, ch' egli „ mai più non avea udite, quanto poteva baſtare in quel poco tempo, che i carnefici gli concedevano, e che s' egli voleva credere ciò, che gli diceva, ſe ne anderebbe al Cielo, dove „ vi era gloria, e riposo eterno, e ſe nò, ch' egli ſe ne ſarebbe andato all' Inferno a patire „ perpetui tormenti, e pene. Egli penſando un poco, dimandò al Religioſo, ſe al Cielo vi andavano i Criſtiani. Il Religioſo riſpoſe di sì; ma che vi andavano quegli, ch' erano buoni. „ Diſſe ſubito il Principe ſenza più penſarvi, ch' egli non voleva andar là, ma all' inferno „ per non iſtare dove vi foſſero eſſi, e per non vedere gente così crudele.

3 Confer Melendeſium *pag. ead. ſeqq.* & Herreram *dec.* 1. *lib.* VI. *ſeqq.* eoſque ſcriptores, quos mox laudabimus.

Digitized by Google

Atque in Antillis quidem Inſulis, quas etiam Caribes vocant, quæ ab æquatore ad ſeptemtriones vergunt, in iiſque præcipue, quæ in Hiſpanorum, ut *Margarita* (1), *Trinitatis*, *S. Johannis*, ſeu *Portus divitis*, atque Gallorum, ut (2) *Martinica*, poteſtatem venerunt, nihil eſt prætermiſſum, quod ad fines Eccleſiæ Catholicæ producendos longius pertineret. Itaque condita templa, cœnobiaque extructa Monachorum ſunt, quibus Monachis onus confirmandorum in religione novorum Chriſtianorum, & Idololatrarum, ſi qui ſupereſſent, convertendorum incumberet. Factum id etiam eſt in *Cuba*, atque *Hiſpaniola*, quæ *S. Dominici* dicitur, in qua eſt urbs Archiepiſcopalis, aliiſque pluribus, quarum incolæ Chriſto ſe, veritate cognita, ſubdiderunt (3).

In continenti autem, quod item ab æquatore ad ſeptemtriones protenditur, dici vix poteſt, quot in *Florida*, in *Mexico* (4), *Novaque Hiſpania* (5), quæ in plures provincias dividitur (hæ autem regiones omnes Regi Hiſpanorum parent) barbari ſacris noſtris ſponte imbuti, Eccleſias conſtituerint vero-

1 In Margarita Inſula urbs eſt Epiſcopalis. De ea Herrera, aliique ſcriptores rerum Indicarum, ut etiam de Inſula S. Trinitatis. Vide Laet. *Deſcr. Ind. occi l. l.* XVII. *cap.* XXVII.

2 Eccleſias Chriſtianorum in Martinica inſula adminiſtrant presbyteri *Seculares*, Dominicani, Capuccini, & Jeſuitæ. Conſule Labatum *Voyage aux Isles de l'Amerique tom.* 1. *par.* 1. *cap.* V. Rochefortium *Hiſt. des Antilles*. Thertrenm *Hiſt. Inſular. Antillar. edit. an.* 1658.

3 De Inſula S. Dominici dictum paullo ante eſt. Conſer Herreram *hiſt. de las Indias Occid Dec.* 1. *lib.* VII. *cap.* XII. *pag.* 244. *ſeqq. tom.* 1. *edit. an.* 1601.

4 Vide *hiſt. de la Conquiſta de la nueva Eſpanna* a Bernardo Diaz de Caſtillo editam Matriti *an.* 1632. Antonium de Solis *hiſt. Mexic.* ex Hiſpanico in Gallicum ſermonem converſa, editaque *Pariſiis an.* 1704. Franciſcum Figueram S. J. *de Martyribus Mexicanis* Matriti *an.* 1617. *Noticias Hiſtoricas De las Conquiſtas de Tierra Firme en las Indias occidentales Por el Padre Fray Pedro Simon Provincial de la ſeraphica orden de S. Franciſco edit. an.* 1637. Melandeſium *Theſaur. verid. Indiar. tom.* 1. *l* 1. *c.* III. *pag.* 15. *Hiſtoria de la fundacion, y diſcurſo de la Provincia de S. Jago de Mexico, de la orden des Predicadores por las vidas de ſus varones inſignes, y coſas notables de nueva Eſpanna* por Auguſtin Davilla Padilla *edit. Bruxel. an.* 1625. In Mexicano autem Regno floruit *ſec.* XVI. Hiſpanus ille Gregorius Lopeſius Inſignis anachoreta, cujus laudes non Hiſpani modo Ludovicus Granatenſis, & Cardinalis Aguirsius; ſed etiam Gallus Epiſcopus Meldenſium Jacobus Benignus Boſſuetius *in Apoc. num.* XI. *p.* 24. *edit. an.* 1689. celebrarunt.

5 Conſer Andream Pereſium de Riba *Hiſt. de los triumfos de la ſanta fee entre gentes las mas barbaras, y fieras del nuovo orbe conſeguidos por los Soldados de la militia de la Compagnia de Jeſus*. Guillelmum Gonzaleſium Davilam *Theatr. Eccleſia, l. de la Primitiva Igleſia de las Indias occidentales. Tom.* II. *edit. Matrit. an.* 1643. & 1645. Marcum de Gadalaxara Carmelitam *hiſt. Pontifical, y Catolica tom.* V. *pag.* 325. *ſeqq. edit. an.* 1630. ubi de Miſſionibus *in novam Hiſpaniam* ſub Philippis II. & III. Catholicis Regibus Hiſpaniarum. De novo Mexico confer Johannem de Santandre *Requeſt. au Roy d'Eſpagne ſur la Converſion du Nouveau Mexique edit. Bruxel. an.* 1631. De Provincia Guatemale adi-ſis Antonium Remezalum *hiſt. de Chiapa y Guatemala de la Orden de Predicadores edit. an.* 1619.

Digitized by Google

verorum Chriſtianorum. Itaque Epiſcopatus inſtituti, Monaſteria fundata, delecti miniſtri, qui in remotas regiones, quæ a barbaris incolerentur, contenderent, eiſque perſuaderent, unam Chriſtianam veram eſſe Religionem, inducerentque, ut myſteriis noſtris initiarentur. Quamobrem fuerunt, qui dicerent, ſingulari Divini numinis providentia contigiſſe, ut cum Muhamedani, atque Hæretici, Schiſmaticique tot provincias in Europa, Aſia, atque Africa Eccleſiæ Catholicæ ademiſſent, tum ampliſſimæ regiones extremo ſeculo XV. atque ineunte XVI. detegerentur, quarum incolæ, qui barbaris feriſque moribus vivere conſueviſſent, eam doctrinam amplecterentur, qua ſe indignas pleræque Orientis, Septemtrionaliumque regionum gentes reddidiſſent.

Quamquam neſcio quo caſu evenerit, ut Inſulæ quædam, continentiſque Americæ regiones in ditionem ceciderint Proteſtantium, factumque proinde ſit, ut barbari novo genere doctrinarum imbuerentur, quæ cum vera, qua Chriſtus ſuos inſtituit, pugnarent.

In Auſtrali (1) America poſt Iſthmum ad mare Pacificum latiſſi-

1 In iis oppidis, quæ in Iſthmo Hiſpani obtinent Orthodoxam religionem florere tam certum eſt, ut ne egeat quidem oratione. Sed quas Angli, Batavi, Danique obtinent in Septemtrionali Americæ, regiones, eæ incolas habent plerumque alienos ab Inſtitutione, & doctrina Catholicorum. Johannes Albertus Fabricius *ſalut. Luce Evang. cap.* XXXV. *pag.*588. ſic habet „ Poſt exilium Anglorum ſtudium Americam petivere Thomas Mahu, Thomas Shephard, „ & alii, præcipue vero Johannes Heliotus (Hunc Indorum Americanorum Apoſtolum perperam vocat homo ex eadem hæreſi Creſcentius Matherus Epiſtola ad Johannem Leuſdenum, vertiſſeque ſcribit ſacra Biblia in linguam Indicam, quam linguam Indicam Fabricius *ibid. pag.*589. putat fuiſſe Virginianam) „ de quibus ... Joh. Hoornbeckius *lib.* II. *de Converſione Indorum*, „ *& Gentilium cap.*XV. *pag.*260. *ſeq.* & decretum Parlamenti Anglicani *an.*1647. Condi cœ„ pta Societas prior anno Chriſti 1649. & ſuccedente tempore a Carolo ſecundo Rege *an.*1661. „ deinceps a Willelmo III. an.1701. Anna regina, & Georgio utroque Regibus ſuſtentata, & „ aucta privilegiis egregie . . . & Leulyni Jen Kinſii, & Roberti Boylei, Barnabæ Olei, & alio„ rum legatis, & donationibus ornata, cujus fructus ingentes (quaſi vero fructum ullum afferre corruptela doctrinæ Catholicæ poſſit) „ non tantum ad ampliſſimas novæ Angliæ Provincias, ſed „ & multas alias regiones Americæ, Aſiæ, & Africæ longe, lateque extenduntur „. Numerat mox Fabricius ſcriptores, qui de Societatibus iiſdem data opera diſſeruerunt. In his ponit Johannem Lockium, qui Epiſtolam ſcripſit de Societate promovendi cognitionem Chriſti, qua illud inſtitutum celebrat. Extat inter ejus ſcripta poſthuma *Lond. an.*1714. „ Datas præterea refert ab Edmundo Gibſonn Epiſtolas binas, quarum una eſt ad *capita familiarum in Coloniis Anglicis Americanis, & altera ad Miſſionarios in iiſdem Coloniis* „ Una cum Præmiſſa exhorta„ tione ad Chriſtianos magnæ Britanniæ, ut Societatem de promovendo Evangelio adjuvent „ in inſtruendis, & ad Chriſtum adducendis nigris, plantationes tranſmarinas Anglicanas in„ colentibus „. Memorat deinde Creſcentii Matheri *epiſt. de ſucceſſu Evang. apud Indos occiden-*

latiſſime patet regio, quam *Perù* (1) vocant. In ea quoque maximos noſtri progreſſus fecerunt. Ergo *Quiti*, *Limæ*, *Cuſci*, *Platæ*, aliiſque in urbibus, barbarorum magna multitudine ad veram Religionem adducta, adeo Catholicorum opes creverunt, ut numerus Eccleſiarum, quas Clerici ſeculares, Dominicani, Franciſcani, Auguſtiniani, Carmelitæ, Mercenarii, Jeſuitæ. (2) religioſique aliorum Ordinum viri obtinent, iniri vix poſſe videatur. Quod vero dictum de Peruviana regione eſt, hoc idem fere de *Braſilia* (3), & Terra *firma* (4), quæ a Braſilia ipſa ad *Iſthmum*

dentales in nova Anglia Lond. an. 1688. De Miſſionibus, quas vocant, Belgarum *c.* XXXIV. *p.* 580. Genevenſium *cap.* XXXI. *pag.* 586. Batavorum *pag.* 592. Svecorum *pag.* 603. Danorum *pag.* 605. *ſeqq.* agit. Ita Proteſtantes impedire progreſſus religionis Catholicæ, imbuereque nova doctrina quoſcumque poſſunt, conantur.

1 Conſule Johannem Melendeſium *Teſor. Verdader. de las Yndias en la Hiſtoria de la gran Provincia de S. Juan Batiſta del Perù de la Orden de Predicadores* opus diſtributum in volumina *in fol. tria* editum Romæ *an.* 1681. Levinum Apollonium *de Peruviæ regionis Inventione, & rebus in ea geſtis, edit. Antuerp. an.* 1567. Auguſtinum de Zarate *Hiſt. de la Decouverte, & de la Conquete du Perou* ex Hiſpanico *edit. Antuerp. an.* 1567. in Gallicum ſermonem tranſlato *edit. Amſtelod. an.* 1700. & *Pariſ. an.* 1706. Ignatium de Arbieto Soc. Jeſu *Hiſt. de la Provinc. del Perù*. Prodiit *an.* 1748. Matriti accuratiſſima *Relacion Hiſtorica del Viage a la America Meridional, hecho de Orden de S. Mag. para medir algunos grados de Meridiano terreſtre, y venir por ellos en conocimiento de la Verdadera figura, y magnitud de la tierra, con otras varias obſervaciones aſtronomicas, y Phiſicas por Don Jorge Juan, Comendador de Aliaga, en el Orden de S. Juan, ſocio correſpondiente de la Real Academia de las Ciencias de Paris, y Don Antonio de Ulloa, de la Real Sociedad de Londres ambos Capitanes de Fragata de la Real Armada*. Optandum tamen fuiſſet, ut qui de religioſis viris, qui aliquamdiu poſt introductam aliorum laboribus in Americam Meridionalem veram Religionem, eodem venerunt, & Chriſtianorum nomen latius extendere curarunt, tanta cum laude loquuti ſunt, iidem eorum meminiſſent, qui primi omnium tam longis itineribus ſuſceptis, docere barbaros, eoſque ad Chriſtum colendum inducere cœperunt. Eſt illud opus in partes duas tributum, quarum utraque in totidem tomos dividitur.

2 Frezier *Relation du Voyage de la Mer du ſud aux Cotes du Chile, du Perou, & du Breſil fait pendant les années* 1712. 1713. 1714. *pag.* 395. *ſeqq. edit. Amſtelod. an.* 1717. Eccleſias, Monaſteria, Cœnuſque Religioſorum Ordinum, mureſque Chriſtianorum, qui in Peruano regno, Limæque præcipue ſunt, deſcribit. Sed is auctor paullo eſt iniquior Ordinibus Regularium. De Origine, & progreſſu Religioſorum Ordinum in eadem regione cognoſcere lector poterit ex Annalibus, Hiſtoriiſque Dominicanorum, Franciſcanorum, Auguſtinianorum, Carmelitarum Mercenariorum, Minimorum, & Jeſuitarum.

3 In regno Braſilienſi, quod obtinent Luſitani, Metropolis Eccleſiaſtica eſt *Bahia de todos los Sanctos*. Epiſcopi quoque aliis urbibus præſunt, quos quarto hujuſce operis libro numerabimus. Florent quoque in Braſilia Religioſi Ordines Dominicanorum, Franciſcanorum, Jeſuitarum, Carmelitarum &c. Vide Johannis Lerii *Navigation. in Braſiliam an* 1555. *ſeq.* gallice deſcriptam, editamque Rupellæ *an.* 1578. & Latine *Genev. an.* 1586. Antonii el ſao Roman *Hiſt. Gener. de la India Oriental, los deſcubrimientos, y conquiſtas que han hecho las armas de Portugal en el Braſil, y en otras partes ... y de la dilatacion del S. Evangelo por aquellas grandes Provincias d ſde ſus principios haſta el an.* 1557. *edit. Valiſol. an.* 1603. Simonis de Vaſconcellos *Chronic. Soc. Jeſu in Provincia Braſilia* Luſitanice ſcriptum, editumque *Ulyſipone an.* 1663.

5 *De terra firma, ſive novo regno Granatenſi* conſule Melendeſium *Teſor. verd. &c. l.* 1. *cap.* II. *pag.* 8. *ſeq. t.* 1. *edit. Rom. an.* 1681. De eadem aliiſque regionibus Americæ Meridionalis agemus, ubi de Epiſcopatibus *lib.* IV. *hujuſce operis* diſſeremus.

Digitized by Google

Iſthmum uſque *Anacum* protenditur , affirmandum . *Paraquaria* (1) Regi Hiſpaniarum Catholico paret. At Jeſuitæ in Provincia tri-

1 Joſephus Peralta Ord. Præd. Epiſcopus *di Buenoſayres* vir gravis , & Societati Jeſu imprimis addictus Epiſtola , quam anno 1743. *die* 8. *Januar.* ad Philippum v. Hiſpaniarum regem Catholicum ſcripſit ; quamque rex ipſe in ſuo Decreto lato *die* 28. *Decembris an.* 1743. laudat *pag.* 32. *edit.*, ut fertur, *Neapolit. an.* 1744. ſic habet *pag.* 54. „ Dalla città di *ſanta Fede*
„ paſſai a viſitare le popolazioni , e riduzioni delle miſſioni , che ſtanno ſotto la cura de' Padri
„ della Compagnia di Gesù, e ſi diſtendono per cento leghe , il cui viaggio è ſcabroſiſſimo ... ſo-
„ no queſte popolazioni in numero di trenta , delle quali diciaſette appartengono a queſta dio-
„ ceſi di Buenoſayres , e tredici a quella del Paraguay . Dopo aver viſitate tutte le diciaſette
„ di mia giuriſdizione , paſſai ad amminiſtrare la creſima in alcune di quelle del Paraguay ....
„ Eſporrò qui quel tanto , che io ho veduto co'miei occhi , e toccato per così dire con mano
„ con tanto mio guſto , e ſpiritual conſolazione .... vedendo una ſi gran moltitudine di peco-
„ relle , che quantunque collocate in luoghi diverſi , e fra loro così diſtanti , pure con tanta
„ ubbidienza pendono in tutto dalla voce del paſtore , come ſe ſteſſero tutte in un ſolo ovile ...
„ Ringrazio del continuo noſtro Signore per le copioſe benedizioni , che ſparge ſopra que' po-
„ poli per mezzo di quei ſanti religioſi , e uomini Apoſtolici della Compagnia di Gesù , i quali
„ del continuo ſi occupano *in iſtruirli* , e *ſempre più aſſodarli nella fede Cattolica* , e in ren-
„ derli ſempre più abili al ſervizio di voſtra maeſtà , con una lealtà tanto impegnata , e fervi-
„ da , quaſi l'aveſſero originalmente contratta da loro maggiori „ . Id vero quemadmodum fiat , poſteaquam de pietatis , & religionis cultu magnifice dixit , explicat hoc modo „ Ne que-
„ ſto zelo (de' Padri) e vigilanza ſi riſtringe ſoltanto alla cultura ſpirituale delle anime di
„ quella gente , ma ſi allarga altresì , e ſi diſtende al temporale provvedimento de' loro corpi .
„ Dato che hanno tutto il neceſſario ricapito per la fabrica della Chieſa , e per tutto ciò , che
„ riguarda il culto divino , ſi portano unitamente con eſſi a riconoſcere , e ſcegliere le migliori
„ terre per far la ſementa del grano , e del cotone , trovate le quali ſomminiſtrano loro bovi ,
„ aratri, e la ſteſſa ſemenza pel lavoro , con tal provvidenza , e carità verſo tutti, che non può
„ abbaſtanza ſpiegarſi. Per i fanciulli, e fanciulle orfane ſi fa una particolar ſementa a parte, il cui
„ raccolto ſi conſegna ad un maggiordomo , che tien la nota di tutti , e a cui carico ſta il prov-
„ vedere ciaſcun di eſſi di giorno in giorno. Un altra particolar ſementa ſi fa per tutte le vedove,
„ ma in vicinanza della popolazione , acciò eſſendo donne deboli , e non poche di eſſe o infer-
„ miccie , o inoltrate negli anni , non ſieno coſtrette , per far la raccolta , ad andare lontano , a
„ ſtancarſi : tenendole occupate nel rimanente dell' anno , con tutte le altre del loro ſeſſo in
„ filare il cotone , che poi teſſuto dagl' Indiani delle ſteſſe popolazioni , ſerve loro per il ve-
„ ſtiario , colla qual provvidenza vanno tutti veſtiti con tutta proprietà, e pulizia . „ Hinc concludere fortaſſe quiſquam poſſet , nihil eos Indos proprii habere , cum his non cibus modo, ut poſt addit Peralta , ſed etiam veſtitus cura Patrum Societatis diſtribuatur : Sed ex Regis decreto cur ita ſe res habeat, intelligitur . *Pag. enim* 31. *puncto* 1v. „ Intorno a queſto capo (*ſe gl' Indiani ab-*
„ *biano dominio particolare sù i loro beni, e ſe un tal dominio, o l'amminiſtrazione di detti beni*
„ *corra a conto de' Padri*) coſta dalle informazioni traſmeſſe, dalle conferenze tenute, e da al-
„ tri documenti concernenti queſto affare , come ſtante l'incapacità , e deſidia di queſti Indiani
„ nell'amminiſtrazione , e maneggio di beni , ſi aſſegna a ciaſcuno una porzione di terreno da la-
„ vorare, a fine che col raccolto di quello mantener poſſa la ſua famiglia, e che il rimanente del-
„ le ſementa della comunità di grani, di radici commeſtibili, e il cotone ſi amminiſtra in ogni po-
„ polazione , e va in mano di altri Indiani colla direzione de' Miſſionarj .... Sotto gravi
„ pene hanno que' Miſſionarj dal loro Generale di non prevalerſi di coſa alcuna per ſe ſpettante
„ agl' Indiani , nè per via di limoſina , nè per via d' impreſtito , nè per qualunque altro tito-
„ lo : fino a darne conto al Provinciale . „ Addit Peralta *pag.* 58. „ Queſto è l' unico frutto
„ (o piuttoſto *erba del Paraguai*) „ che ſi traffica in queſte provincie , e in quelle del Perù ,
„ reca loro qualche ſollievo , e col cui guadagno ſi abilitano a pagare il dovuto vaſſallaggio a
„ voſtra Maeſtà conſiſtente in una ſomma di 9440. pezze alla ſua caſſa . Il di più di un tal gua-
„ dagno tutto s' impiega in ſervizio di Dio , e di voſtra Maeſtà . Una parte vien conſegnata al
„ culto divino nello ſplendor delle Chieſe , e delle feſte &c.... un altra parte ſi conſerva ad
„ altro

Digitized by Google

triginta civitatibus, quæ ſunt Regi ſtipendiariæ, imperant, earumque non Eccleſiaſticam modo, ſed civilem quoque rem publicam moderantur. Eſt autem in eas vagis, errantibuſque Hiſpanis aditus interdictus, propterea quod metuant, qui curam incolarum gerunt, ne animi novorum Catholicorum, quorum ſunt mores exacti ad pietatem, conſuetudine Hiſpanorum vitiari, pervertique poſſint (1).

In

,, altro uſo niente meno utile, e neceſſario, ed è queſto. Oltre i Miſſionari, e altri miniſtri
,, Evangelici .... conviene averne ſempre alcuni altri di riſerva, già ben introdotti, e ammae-
,, ſtrati nella lingua di quei naturali da ſoſtituirſi ſubito a quei, che muojono .... Un altra por-
,, zione di detto danaro ſerve a comprar Cavalli, e armi, e a riveſtir ſoldati, che ſi tengono
,, in piedi al ſervizio di Voſtra Maeſta per qualunque ſpedizione venga loro commeſſa .... Può
,, contare la Maeſtà Voſtra in tutte quelle popolazioni dodici in quattordici mila uomini abili,
,, e pronti a prendere le armi per qualunque impreſa di ſuo ſervizio, come fecero di fatto ne-
,, gli anni ſcorſi nel Paraguay, ove diedero ammirabili pruove del loro valore, della loro fe-
,, deltà, del loro attacco per la ſua real perſona .... E di preſente ducento di eſſi s' impiegano
,, nel lavoro della fortezza di Montevideo ſpediti colà a petizione del governatore di quella
,, piazza ſotto la condotta, e direzione di due religioſi della Compagnia di Gesù, che al tem-
,, po ſteſſo ne coltivan lo ſpirito colla pietà.

1 Philippus V. Rex Catholicus Hiſpaniarum eodem *decreto pag.* 7. Sic habet ,, quanto al
,, mettere nelle dette Provincie Governatori Spagnuoli, mi eſpoſe lo ſteſſo Don Martino de
,, Barua i gran ſconcerti, che da una tal novita potrebbero temerſi atteſa la indole aſſai volu-
,, bile degl' Indiani, e l' eſſer eſſi ſtati governati ſempre da' Padri della Compagnia ſenza mai
,, dipender da altri, che da' Provinciali della medeſima, e dai Miſſionarj, che in ſoſtanza ſono
,, i Parochi. Ond' è, che per qualunque variazione di Governo, o gl' Indiani medeſimi per
,, ſe ſteſſi prenderebbero motivo di sbandarſi, e rifuggirſene alle Montagne, o non mancherebbe
,, chi li metteſſe sù, e faceſſe loro animo ad imprendere una tal fuga ..... Mi ſignificò altresì,
,, che potrebbe prenderſi il regolamento, quando ſi ſtimaſſe conveniente, di metter nelle ſet-
,, te popolazioni più vicine a quella città .... un Governatore per lo immediato ricorſo in caſo
,, di biſogno, agli Spagnuoli di quella Provincia, quantunque lo ſtimaſſe, coſa difficile po-
,, ter ſpuntarſi; aggiungendo lo ſteſſo Don Martino de Barua, che in tal caſo non vi avrebbe
,, chi chiedeſſe quel governo, eſſendovi da temere principalmente dalle maſſime de' Miſſiona-
,, rj, i quali inſin dalla prima fondazione di dette popolazioni, hanno avuto la mira di pian-
,, tarle lontane dagli Spagnuoli, per così inabilitarle ad avere con eſſi alcun commercio. Al che
,, doveano aggiungerſi i rigoroſi precetti, e proibizioni, che intorno a ciò loro vengano fatte.
,, come chiaramente appariva nella popolazione di S. Ignazio Guaſo ſituata lungo la via, e
,, tutta all' intorno circondata di folte ſiepi con la ſua porta: mentre eſſendo in neceſſità i Spa-
,, gnuoli ne' loro paſſaggi di entrare per detta porta, a niun di eſſi era permeſſo d' inoltrarſi
,, dentro la popolazione, ſe non ſoltanto ad alcuno, che ne avea la licenza dal Miſſionario ,, .
Pag. 21. ,, Ragguagliarono (Don Emmanuele Martinez Carvajal, e Don Michele de Villanova)
,, il conſiglio di eſſerſi trattato in quello ſteſſo congreſſo del punto vertente intorno al non in-
,, ſegnarſi la lingua Spagnuola agl' Indiani, e non permetter loro di aver comunicazione cogli
,, Spagnuoli, coſa tanto contraria a ciò, che viene ſtabilito dalle leggi de' miei dominj delle
,, Indie, e da cui neceſſariamente ne ſeguono peſſime conſeguenze, eſſendo queſto un impedire
,, il commercio cogli Spagnuoli, un chiuder l' adito a quella mutua affezione, che naſce dal
,, trattare inſieme, e un voler mantenerli ſempre ſeparati dall' ordinario comun governo di
,, quei regni. Alla quale accuſa riſpondeva la religione; eſſer veriſſimo, che non ſi conſentiva
,, agli Spagnuoli vagabondi l'entrare in quelle popolazioni, perchè la ſperienza ha fatto toc-
,, care con mano queſto eſſere ſtato l'unico mezzo, per cui ſi ſono tenute ſempre lontane da
,, quelle le incontinenze, i furti, gli ammazzamenti, l'idolatria, che ſe una qualche volta vi

,, era

In Californiam, quam alii Inſulam, alii Peninſulam eſſe putant (eſt autem ſententia eorum, quorum ſecundo loco meminimus ad veritatem propenſior) quæque ad occidentalem

V v 2 Ame-

„ era entrato qualche Spagnuolo, vi ſi ſono portati per rubar loro fino le mogli. Del rimanente quanto all'aſſoluta proibizione agl' Indiani di trattare cogli Spagnuoli, convincerſi questa coi fatti ſteſſi per falſa; conciosiacchè vi avea del continuo gran numero di queſti Indiani impiegati per meſi, e meſi o nella guerra, o nel lavoro delle fortificazioni, o in altre incumbenze, che frequentemente loro vengono impoſte dai governatori del Paraguay, e di Buenoſayres, dal che ne ſegue una preciſa frequente comunicazione de' medeſimi cogli Spagnuoli fuori delle loro caſe; E ſiccome quelli, i quali eſcono ad accendire alle dette faccende, non ſono ſempre gl' iſteſſi, ma ſi mutano, quindi è, che tutti gl'Indiani, capaci di eſſere impiegati nelle accennate coſe, tutti hanno avuti, e poſſono avere communicazione cogli Spagnuoli, e trattare liberamente con eſſi, ſenza contravvenire all' ordine del Miſſionario, che unicamente ha mira a mantenerli innocenti .„ *Punct.* VI. quo quæritur, *ſe fabbrichino armi, polvere, o altre munizioni pag.* 58. Sic ſtatuit Rex Catholicus „ Atteſi tutti queſti motivi, ho determinato, che in niuna delle parti compreſe in queſto punto, ſi faccia novità alcuna diverſamente da quello, che al preſente ſi pratica, ma che ſi proſeguiſca benſì, e ſi continui, come ſi è coſtumato finora sì nel maneggio delle armi, e militari eſercizj, come nel lavoro di quelle, e delle munizioni di ſopra accennate, e a fine di prevenire ogni inconveniente, che da ciò naſcer potrebbe, col diſpaccio d' oggi ſpedito a' Padri della Compagnia, si dà ordine al Provinciale, che nella ſua viſita conſulti co' Miſſionarj, e veda qual provvedimento potrebbe prenderſi in caſo mai, che la diſgrazia portaſſe di ſuccedere una qualche ſollevazione tra quegl' Indiani, e notifichi al mio real conſiglio delle Indie il rimedio, che ſarà giudicato più opportuno .„ Sed longum eſt omnia referre, quæ eodem decreto continentur. Itaque illud ipſe lector, ſi lubet, conſulat. Conferas prætera Ludovicum Antonium Muratorium eo *tractatu, quem italico ſermone edidit Venetiis an.* 1743. inſcripſitque „ Il Criſtianeſimo felice nelle Miſſioni de' Padri della Compagnia di Gesù nel Paraguai „. Quamquam is auctor nonnulla enunciaverit ſecus, atque decretum Philippi regis poſtulet. Ejus rei cauſſa fuerunt monumenta, quibus eſt uſus, quod ei ſcilicet non ſuppeterent accuratiora. In eodem Muratorii tractatu extant epiſtolæ duæ Cajetani Cattanei Mutinenſis Societ. Jeſu ſcriptæ ad Joſephum fratrem de ſuo in Americam Meridionalem itinere. Conſule præterea Petrum Pelprat *Relat. Miſſion. Soc. Jeſu in Inſulis, & continente Americæ Meridion. edit. Pariſ. an.* 1655. Ludovicum Fevilleum Minimum *Obſervat. edit. Pariſ. an.* 1714. Antonium Ruyzium de Montoya S. J. *Hiſt. de Miſſa ſub Jugum Chriſti Paraquaria &c. edit. Matrit. an.* 1793. Nicolaum de Techo *Hiſt. Provinc. Paraquar.* S. J. *edit. Leodienſis an.*1673. Lettres Edifiantes *tom.* VIII. *pag.* 23. *t.* XI. *pag.* 390. *ſeqq. t.* XII. *pag.* 1. *ſeqq. t.* XIII. *pag.* 227. *ſeqq.* 240. *ſeqq.* 254. *ſeqq. t.* XIV. *pag.*197. *ſeqq. t.* XV. *pag.*346. *ſeqq.* Diarium Trevoltinorum *an.* 1716. *pag.* 1486. *& an.* 1728. *pag.* 892. *ſeqq.* De ortu progreſſuque religionis in ceteris provinciis Americæ Meridionalis ex Hiſtoricis, Muratorio, Petro Pelepraro, Meleodeſio, Johanne de Aricenzu *Epiſtol. de Miſſion. Peruvianis*. Gonzaleſio de Illeſcas *Hiſt. Pontific. y Catolica tom.* II. *pag.* 532. *ſeqq. edit. an.* 1613. Didaco Torres Bolluſio S. J. *relat. hiſt. rer. apud Judea in Prov. Peruana a Patribus Soc. Jeſu Geſtar. edit. Rom. ann.* 1603. Alfonſo de Ovalle Soc. Jeſu *relat. de regno Chili &c. edit. Rom. an.* 1646. Devilleo *ibid. pag.* 205. Philippo de Laguna S. J. *tom.* VII. *des Lettres Edifiantes pag.* 28. 38. ac reliquis, quos ſupra nominavi cognoſcere lector poteris. Urbanus Cerrius *pag.* 154. „ Nel 16. Il Re di Spagna mandò (in California) tre navi con uomini „ periti, e con eſſi tre Sacerdoti Carmelitani, che battezzarono molte di quelle genti. „ Al preſente non ſi ſa, che vi ſiano operai. Solo del 1636. fu incaricato al Nunzio di „ Spagna di oprare con ſua Maeſtà, che vi ſi deſtinaſſe più numeroſa miſſione di Carmelitani, „ e di Agoſtiniani, o d'altri religioſi „. Idem *pag.*139. *ſeqq.* agit de ſtatu religionis in America meridionali, ut in regionibus *Peruana, Guyana, Braſilia, Rio Gennero, Paraquaria, Chile, Novi regni Granatenſis, Terra Firma, Venezuola, & pag.*151. *ſeqq.* de religionis ejuſdem ſtatu in Septemtrionali America, ut in regionibus *Nova Francia, Virginia, Avallona, Marilandia, Novi Mexici, Mexici* &c.

Americæ ſeptemtrionalis partem pertinet, & ex qua haud longiſſime *Jezzo* regio diſtat, inlatum Evangelium a (1) Carmelitis, Jeſuitis, aliiſque eſt, quorum itinera, labores, atque pericula viri doctiſſimi deſcripſerunt.

CAPUT XXVIII.

De Ortu, & Progreſſu, & adverſis rebus Religionis Catholicæ in Japonia, viciniſque Inſulis.

REgioni *Jezzo*, de qua ſupra demonſtratum fuit, quæque non ita pridem detecta eſt, aut vicinam, aut a ſeptemtrionibus conjunctam eſſe Japoniam Scriptores Geographi animadverterunt. Cum in hanc Luſitani aliquot Mercatores anno circiter 1540. delati tempeſtate fuiſſent, inque Angerum quemdam, qui tranquillitatem, ſecuritatemque animi a Bonziis (erant hi Sacerdotes Japoniorum) fruſtra quæſierat, incidiſſent, ei auctores fuerunt, ut navem conſcenderet, ſecumque Malacam navigare vellet. Verſari namque ibi Franciſcum Xaverium hominem incredibili doctrina, atque integritate vitæ, cujus inſignis in ſedandis perturbationibus animi facultas eſſet. Confidere autem ſe fore, ut ſi quod ipſi conſilium darent, ſequi conſtituiſſet, ei tranquillitas adeſſet, quæ afferret cum conſtantiam, tum perpetuam ſecuritatem. Ille etſi initio ægre ferebat, propterea quod ſuos relinquere, tamque longæ navigationi ſe ſe committere, grave, atque arduum eſſe arbitraretur; tamen cum civem neſcio quem ſuum interfeciſſet, quæſituſque ab ejus propinquis ad necem eſſet, quod ante facere ſponte noluerat, neceſſitate demum coactus fecit, atque in navim perfugit Luſitanorum. *Alvareſius* Mercator, ubi ad ſe illum accedere, inſtareque, ut Malacam tranſduceretur, vidit, veritus, ne ſi ejus poſtulata facere diſtuliſſet, ab ſententia Japonius deterreretur; quoniam, ipſe multis magniſque rebus diſtinebatur, quo minus inde ſolvere, & proficiſci ad Xaverium poſſet, *An-*

1 De California confer Diarium Trevoltinorum *an.* 1714. *pag.* 1238. *an.* 1705. *pag.* 744. Lettres Edifiantes *tom.* v. *Acta erudit.* *Lipſ. an.* 1686. *pag.* 262. *ſeqq.* De miſſis in Californiam miniſtris, deque fructu, quem retulerunt, conſule *les Lettres Edifiantes tom.* v. *in Præfat.* & *pag.* 263. De Carmelitis loquitur Certius *ibid. pag.* 154.

Angero perſuaſit, ut in alium, neſcio quem Japoniæ portum devehi curaret, ubi *Ferdinandus Alvareſius* conſiſtebat, quem intellexerat brevi eſſe Malacam petiturum. Ei præterea litteras, quas deſerret ad *Ferdinandum*, dedit, quibus rem, ut acta eſſet, & quamobrem ei Japonium commendaret, ſignificabat. In portum ut pervenit *Angerus*, non *Ferdinandum*, nam is inde, opportunum nactus ad navigandum tempus, abierat, ſed *Georgium Alvareſium* Xaverii amicum offendit. Huic litteras reddidit. Is uti quis tandem ſibi, & quam ob cauſſam commendaretur cognovit, ratus ſe Franciſco rem maxime gratam facturum, *Angerum* ad navem aſcendere jubet, & quam cito poteſt, ſolvit, atque Malacam proficiſcitur. Ubi portum tenuit, quærit de Franciſco, atque paucis ante diebus iter eum ad Moluccas inſulas inſtituiſſe intelligit. Paſſus id quidem acerbiſſime *Angerus* fuit, ut qui ſummo viſendi Sanctiſſimi viri deſiderio flagraret; ſed cum nemo inveniretur, qui diceret, quamdiu manere Franciſcus in Moluccis vellet, conſilium in Japoniam revertendi cepit.

Ad Sinenſium regionem tempeſtate jactatus cum attigiſſet, in Alvareſium Vaſeum incidit, qui iter Malacam parabat. Is Alvareſius, quod angi magno mœrore Japonium perſpexiſſet, hortatus hominem eſt, ut inde ſecum abire vellet. Franciſcum enim Xaverium e Moluccis Malacam ante rediiſſe, quam ipſe Sinas appelleret. Angerus, qui rebus ſuis diffideret, proſpiceretque fore, ut ſi in patriam revertiſſet, extremo ſupplicio afficeretur, voluntati amici parendum potius, quam in Japoniam redeundum exiſtimavit. Re ita, ut cogitarat, perfecta, cum primum alloqui Xaverium, ab eoque doceri potuit, quid facto neceſſe eſſet, ut tranquillitate animi frueretur, gaviſus vehementer eſt, quod experiundo multo eſſe virum ſanctiorem, & majora ſibi ejus opera polliceri poſſe, quam ab aliis acceperat, cognoviſſet. Igitur ubi (1) de Trinitate, de Chriſto, de Baptiſmo, ceteriſque decretis, atque Myſteriis Chriſtianæ Religionis intellexit, falſa Japoniorum numina negligere, & ſacris Chriſtianorum imbui decrevit. Ejus rei quum Xaverium feciſſet cer-

1 Vide Epiſt. S. Franciſci Xaver. *ad Socios in Europam apud Maſſei. Select. epiſt. ex India pag. 3. ſeqq. edit. Venet. 1588.*

certiorem, Goam eſt miſſus, utque recte eſt doctrina, diſciplinaque noſtra inſtructus, ab Johanne Alburquerquio Goano Antiſtite baptiſmi initiatus ſacramento, & Paulus a S. Fide appellatus fuit. Ex eo, aliiſque deinde quum Franciſcus eſſet percuntatus, ecquid ſperare fructus, bonique ab Japoniis poſſet is, qui ad eos adire, nunciareque ipſis Evangelium conſtituiſſet, ſic reperit: magna eſſe (1) Japonios comitate, atque ita comparatos, ut facile doceri ſe ſinerent. Diſputare autem eos libenter de religione. Manaſſe præterea apud ipſos jam inde ab aliquo tempore famam, quæ ferret, venturos aliquos, qui longe meliorem doctrinam in Japoniam, vicinaſque inſulas importarent. Quare ſi quis ad ipſos introducendi, propagandique Evangelii cauſſa contendiſſet, hunc propter oraculum, quod circumferretur, & docilitatem gentis, laturum magnum itinerum, & laborum fructum. His auditis, incenſus ejus rei perficiundæ cupiditate, Franciſcus ad Ignatium Loyolam, Inſtitutorem Societatis Jeſu ſcripſit, eique ſignificavit, eſſe ſibi in animo Japonicas Inſulas petere. Confidere namque ſe fore, ut Japonii pertinacia deſiſterent, Chriſtianamque religionem amplecterentur. Ubi elatum in populum eſt, iter a Franciſco in Japoniam parari (ita ut fit, ubi quis boni quidquam aggreditur, ut inveniantur, qui hoſtis generis humani artibus circumventi, deterrere hominem a ſuſcepto conſilio conentur) fuerunt, qui illi pericula, in quæ ſeſe conjiciebat, exponerent, obſecrarentque etiam atque etiam, ut ne commodis Indorum, quos inſtituere ſoleret, de quibus ſcilicet commodis dubitare non poſſet, neglectis, alio res incertas quæſitum proficiſceretur. Horum oratione intellecta, Franciſcus reſpondit, eſſe illis ſe magnopere devinctum, qui ſuæ ſalutis cauſſa tanta ſollicitudine afficerentur. Quod de Indorum utilitatibus dicerent, ſcirent eas ſibi, etiam abſenti, curæ futuras. Scriptis deinceps ad Ignatium (2), & Rodriqueſium litteris (3), quibus eos de itinere brevi inſtituendo certiores fecit, navim conſcendit, declinatiſque periculis, quæ aliquando ſubierat, tandem in Japoniam pervenit,

1 Vide S. Franciſci *epiſt. ad Sanctum Ignatium* apud Auctorem *H. E. du Japon. pag.* 61. & eumdem Hiſtoricum *pag. ead. ſeqq. edit. an.* 1689. *tom.* 1.

2 *Loc. cit.* 3 Apud eumdem *ibid.*

nit (1), hoſpitioque a Pauli (quem ſupra demonſtravimus fuiſſe ante baptiſmum Angerum appellatum) propinquis exceptus docere Chriſtianam religionem Japonios cœpit. Nunciatum brevi poſt tempore Saxumenſium Regi fuit (nam is haud longe aberat) cum Europæis Angerum in Inſulam veniſſe, qui novum quoddam doctrinæ, diſciplinæque genus profiterentur. Ille, quod in exquirendo curioſus eſſet, Paulum ad ſe vocat. Quærit ex eo quid apud Malacenſes viderit ſingulare, quamque illi probarent de religione ſententiam. Paulus poſteaquam de rebus, quas Malacæ, Goæque conſpexerat, narravit, tum adductum ſe ad Xaverium & doctum, & magna virtute hominem fuiſſe dixit, a quo unum verum Deum colere didiciſſet. Hunc autem, cujus ipſe verbis non modo inſtitutus, confirmatuſque in fide, ſed etiam placidam animi conſequutus fuerat, quietamque conſtantiam, ſecum in Inſulam, una cum ſociis aliquot tradendæ veritatis cauſſa, veniſſe. His auditis, Rex Paulum dimittit, eique imperat, ut ad ſe Franciſcum adducat: velle namque ſeſe de pietate, cultuque religionis cum eo agere. Ille Regi obſequutus, ſuum hoſpitem convenit, hortatuſque eſt, ut in colloquium venire invitatus ne gravaretur. Nihil Xaverio accidere gratius poterat, qui plane ſciret, Principe ad Chriſtiana ſacra perducto, perfacile eſſe reliquos, qui ei parerent, ad ejus exemplum imitandum impellere. Ergo miſſis rebus ceteris, ſi quibus forte diſtentus erat, ad Regem contendit, uſuſque interprete Paulo, ei, atque Reginæ, ceteriſque qui aderant, exponit, quid credere quemque oporteret, & cujuſmodi præmia ſuis cultoribus Chriſtiana religio, quæ ſola vera eſſet, polliceretur. Rex, qui magno ſilentio audierat, vereri ſe dixit, ne, ſi vera eſſet religio, mali dæmones impedirent, quo minus in Japonia propagaretur. Se tamen, quod Franciſcus peteret, facturum. Igitur ei per ſeſe licere, ut palam quæ de Trinitate, de Chriſto, de myſteriis

1 *Die xv. Augusti an.1549. Vide Hiſt. de l'Egliſ. du Japon par Monſieur l'Abbé da T...* *lib 1.pag.72. ſeq. tom.1. edit. Pariſ. an.1689.* Certius *ibid. pag.118.* „ Il Giappone, *inquit*, „ è formato di tre grand'Iſole, e ſi divide in 66. regni, dove fu dal 1549. da S. Franceſco Saverio, e di poi dal Beato Pierto Battiſta Martire portata la Fede Cattolica, che in breviſſimo „ tempo vi fece grandiſſimi progreſſi, e particolarmente nella citta di Nangaſachi, qual è il „ porto di maggior trafico. Arrivarono i Criſtiani nel Giappone al numero di 60000. eſſendovi ſtati fatti Veſcovi, e deſtinati molti altri dalla Congregazione.

ſteriis denique ceteris ſentiret, in provinciis, quæ in ſuam ditionem ceciderant, prædicaret. Cum Xaverius omnia ſibi initio cedere ſecunda videret, domum ſe recipit, operamque addiſcendæ Japonicæ linguæ diligentem navat, (1) atque haud longe poſt in concione de fabulis primum, quibus Japonii delectarentur, copioſe agit, iiſque reprobatis, quæ ſit vera de divinitate doctrina, explicat, atque eos tandem, qui præſto erant, pluribus verbis hortatur, ſibi ipſis ut caveant, ne ſe ſuoſque perpetuo eant perditum. Hac oratione multis, ut ſuperſtitionem abjicerent, permotis, quod Franciſcus animadverteret, vix ullos, invitis Bonzis, ab ſeſe fieri progreſſus poſſe, conſilium eorum principem adeundi cepit. *Ningitus* (nam hoc ei principi cognomen erat) etſi quæ dicta de doctrina Chriſti fuerant, negligenda non eſſe arbitrabatur, tamen ubi audivit, abſtinendum Chriſtiano ab omni genere vitiorum eſſe, cavendumque ne quid turpiter, improbeque non ſolum agat, ſed ne cogitet quidem, manendum in errore, ac ſuperſtitione potius, quam voluptatem, cui maxime indulgeret, deſerendam putavit. Sed eorum, qui in colloquio adfuerant, duo, Franciſci ſermone compulſi, ſalutem animi rebus omnibus antepoſuerunt; quamobrem baptizati ſunt, auctoreſque aliis quibuſdam fuerunt, ut ſuum exemplum imitarentur (2). Bonzii, qui augeri in dies numerum Chriſtianorum, ſeque ab Japoniis deſeri viderunt, dandam operam exiſtimarunt, ne majus Ordo, in quem ipſi cooptati fuiſſent, detri-

1 Quod in Romano Breviario ad *d.* III. *Decembris* legitur „ Eo (nempe in Indiam) appul„ ſus, illico variarum gentium difficillimis, & variis linguis divinitus inſtructus apparuit „; ſic eſt intelligendum, adjumento illi Deum fuiſſe, ut citius quam alii poſſint, linguas addiſceret. Ex ejus enim literis conſtat, elaboraſſe illum vehementer, ut eaſdem ſibi compararet. Epiſt. enim, quam ad Socios Goam miſit, ſic habet apud Maffejum *ibid. pag.* 10. „ Recta Cangoxi„ mam, quæ Pauli noſtri Patria eſt, invito dæmone (perducti ſumus). Ibi cum a Pauli cogna„ tis, tum a reliquis oppidanis amiciſſime excepti, dies ipſos quadraginta Japonicæ linguæ ele„ mentis haud exiguo cum labore poſuimus, jamque Decalogi præcepta, Deo favente, promul„ gare ſumus aggreſſi, quæ Paulus noſter & cetera Chriſtianæ fidei capita in patrium ſermo„ nem converrit, ac nos quamprimum typis mandare decrevimus, quo Chriſti notitia facilius „ latiuſque fundatur. At apud Turſellinum *lib.* III. *Epiſtol. S. Franciſci p.* 105. *edit. an.* 1596. ad ſocios Xaverius ſcribens „ Nos japonice ſi ſciremus jamdudum hanc vaſtitatem non ſine ma„ gno animorum fructu coluiſſemus ... Faxit Deus, ut ad divinarum explicationem rerum japoni„ cam linguam ediſcamus quam primum, tum demum aliquam rei Chriſtianæ navabimus ope„ ram. Nam nunc quidem inter eos tamquam mutæ quædam ſtatuæ verſamur. Multa enim illi „ de nobis & dicunt, & agitant, ad quæ nos ſcilicet obmuteſcimus patrii ipſorum ſermonis igna„ ri. In præſentia in linguæ hujus percipiendi elementis repueraſcimus.

2 Vide *Hiſt. de l' Egliſ. du Japon. ibid. pag.* 76. *ſeq.*

detrimentum acciperet. Itaque multis verbis populum, ne peregrinis illis auſcultaret, hortati, Regem aggrediuntur, compelluntque, ut ne deinceps Franciſco, ac Sociis propagandæ religionis, quam in Japoniam intuliſſent, faceret poteſtatem. Ægerrime vir Sanctus ferebat deripi ſibi opportunitatem, quam nactus initio fuiſſet, incolas Chriſto Servatori conciliandi, ac ne prætermiſiſſe quidpiam videretur, quod animum regis mollire aliquantum poſſet, ad eum ſe confert, gratiaſque principio agit, quod ſe tot beneficiis auxiſſet, tum majorem in modum obſecrat, ne iis adhibeat fidem, qui ſe, ceteroſque Chriſtianos calumniarentur. Nihil enim ab ſe ſociiſque actum unquam fuiſſe, quod non utilitati, atque emolumento eſſet reipublicæ Japoniorum. His, aliiſque verbis uſus, cum perſiſtere in ſententia Regem animadvertiſſet, inde excedere decrevit, novoſque Chriſtianos Pauli a Sancta Fide curæ commiſit, pollicituſque eſt fore, ut tum denique reverteretur, cum rex in noſtros æquiore animo fuiſſet. *Firandum* cum peteret, propterea quod ſperaret, ſibi ejus civitatis Regem amicum futurum, in ipſo itinere nonnullis, ut Chriſtum colerent, perſuaſit. In eo oppido cum plurimos ſacris noſtræ religionis imbuiſſet, *Meacum*, quæ urbs totius Imperii metropolis eſt (quamvis enim plures ſint in Japonia reges, tamen eſt Imperatoris loco unus, quem *Dayri* vocant) (1) proficiſcitur. Putarat enim, ſi religionem in urbem, quæ caput reliquarum eſſet, invexiſſet, eam in ceteras quoque importare facile futurum. Namque principes viros, atque optimates provinciarum norat maximo numero in metropoli agere ſolere, quibus captis, nihil negotii eſſe judicabat, eos etiam ad Chriſtum pertrahere, qui ipſorum auctoritate ducerentur. Atque Amanguchium, qua iter *Meacum* erat, primum advenit, in quo quidem Amanguchio oppido rex Nangati degebat, qui ubi a ſuis accepit, virum ex Europa doctum, ſingularique virtute in civitate verſari, eum ad ſe accivit, percuntatuſque, quid de religione ſentiret, tandem ut ſe præſente cum Bonziis diſputaret, juſſit. Cum tacente Rege, nemo, quæ cogitabat, eloqui auderet, inde Franciſcus, quin ullum orationis fructum tuliſſet, diſceſſit, ratus

1 *Ibid. pag. 83. ſeqq.*

ſatius eſſe, cum plebe agere, atque experiri, ullus ne in regno delectus a Deo eſſet, qui evangelio aſſentiretur. Sed quoniam ne id quidem ex ſententia cedere videbat (nam ita erant in ſuperſtitione obfirmati Nangatenſes, ut quæcumque de Chriſto audiſſent, contemnenda arbitrarentur) inſtitutum iter maturavit, multiſque laboribus perſunctus *Meacum* venit, & cives dogmata Chriſti docere cœpit. Sed cum (1) Imperatorem minus valere auctoritate, quam ipſe putarat, intellexiſſet, Firandum redire conſtituit. Igitur ingreſſus in navim quam celerrime poteſt, Amanguchium revertitur. Interea illi a Prorege Indiarum, & Goano Antiſtite litteræ, quas ad regem deferret, redduntur. Franciſcus, qui eas Epiſtolas Japoniis utiles futuras proſpiciebat, petiit, ut ſibi ad Regem accedere liceret. Ea re impetrata, quod ſibi erat mandatum, fecit. His acceptis litteris, Rex qui ſibi magnopere commendari hominem videret, cui tantus honos a noſtris propter doctrinam, atque ſanctitatem morum adhiberetur; ut oſtenderet, eam ſibi gratam, & uſui Franciſco fuiſſe commendationem, multis ipſum verbis collaudavit, ac tandem dimiſit, promittens diligenter ſe, quæ peteret, curaturum. Poſt cum magnum eidem auri, argentique pondus dono miſiſſet, rejectumque ab eo fuiſſe accepiſſet, quid hoc rei eſt? inquit. An hic Europæorum *Bonzius* aurum contemnit, cujus cupiditate noſtri tantopere teneantur? Miratus igitur Franciſci virtutem, eum ad ſe rurſum vocat. Quærit ex ipſo, ecquid poſtulet? Cum nihil aliud ab eo deſiderari audiſſet, quam ut ſibi palam omnibus Evangelium explicare fas eſſet, non modo quod petierat impetravit, ſed etiam cautum ab Rege eſſe intellexit, ut nequis ipſi, ſociiſque reſiſtere, moleſtuſque eſſe auderet. Id ubi divulgatum eſt, magnus ad Franciſci ædes concurſus eſt factus Japoniorum. Bonzii, qui graviter ferebant, communi conſilio agunt, ut quibus poſſint modis impediant, quo minus cives Chriſtianam religionem amplectantur. Igitur Xaverium, ſocioſque accuſare apud plebem, principeſque viros, ut eos contumelia inſectarentur, incendere non dubitabant. Contra optimi viri æquo animo injurias perferebant. Qua re permoti

1 *Ibid. pag. 87. ſeqq.*

moti multi Japoniorum , noſtris myſteriis initiabantur . Plena erat civitas Chriſtianorum, cum Franciſcus litteras ad Jeſuitas (1) Europæos dedit, quibus eos rerum omnium certiores fecit, quas pro religione Amanguchii geſſiſſet. Interim Bonzii aggredi ſæpe hominem audebant, atque argumentis propoſitis , quæ nihil ſolidi continerent, ita ejus reſponſis implicabantur, ut ne mutire quidem valerent. Quamobrem cum deterrere ſuos a doctrina , atque diſciplina noſtra eniterentur , tum maxime efficiebant, ut altiores Chriſtiana religio in civitate radices ageret.

Amanguchienſi Eccleſia (2) conſtituta , confirmatiſque in fide animis novorum Chriſtianorum, ad Bungiorum regnum abire Franciſcus decrevit . Eo ut pervenit , incidit in aliquot Luſitanos , qui ei auctores fuerunt , ut magno apparatu , ſpecieque quadam triumphi ad regem adiret . Ille etſi initio reſtitit , tamen eorum precibus victus , faciundum quod poſcerent , judicavit . Cum exceptus ab rege incredibili comitate , & a principibus viris civitatis multis, magniſque honoribus affectus eſſet , ut eis gratiam rependeret , de vera doctrina cum ipſis egit , eoſque eſt vehementer hortatus , ut ſi qua ſuæ ſalutis cura tenerentur , Chriſto ſe dederent . Hunc namque , ut perpetuo eſſent felices, daturum . Aderat *Faxiondonus* Bonzius vir ſumma impudentia , & temeritate , qui cum regem Franciſci oratione convictum , convertere ſeſe ad fratrem , minuſque honorifice de Bonziorum doctrina loqui audiſſet, ne arbitrare, inquit, tuum eſſe, o Rex , judicium de religione ferre. Bonziorum hoc munus eſt proprium . Tibi ſi quid dubium, minuſque perſpicuum videtur, hoc ex nobis quærere ne gravere. Noſtrum enim eſt nemo, qui tibi interroganti ſatisfacere facile non poſſit . Rex etſi moleſte tulit , tamen ſimulato eſſe opus putavit , ne quid faceret , quod regia majeſtate indignum videretur . Interim Franciſcum invitat , ad prandium ſecum ut veniat . Poſt ſcorta ex ædibus regiis pelli jubet , vitamque ducere Chriſtianam aggreditur . Animadverterat Franciſcus ab Japoniis pauperes deſpicatui haberi , propterea quod Bonzii, qui avidi pecuniæ erant , regibus, populiſque perſuaſiſſent, nihil opis eſſe ei generi hominum , præſidiique afferendum, quos

 Dii

1 *Hiſt. de l' Egliſe du Japon lib. 1. pag. 103. ſeqq.* 2 *Ibid. pag. 109. ſeqq. tom. eod.*

Digitized by Google

Dii verſari in ſquallore, ac ſordibus voluiſſent. Quapropter ex animo Regis opinionem tam inveteratam, tamque penitus inſitam evellere curavit. Re bene geſta, ad populum ſeſe convertit. In plateis, viiſque urbis quamobrem in Japoniam venerit, exponit. Ne putarent ſalutem ſempiternam aſſequi mortalium quemquam poſſe, qui nomen religioni Chriſtianæ non dederit. Quæ numina Japonii colerent, ea non ſolum ratione, poteſtateque vacare, ſed etiam nulla eſſe in natura rerum. Hic magnam videre licuit animorum commotionem. Permulti enim, quorum in numero Bonzii quoque nonnulli erant, vi veritatis compulſi, ab eo ſummopere flagitant, ut eos cooptare in ordinem Chriſtianorum velit. At Bonzii ceteri, qui ſuas opes, exiſtimationemque quotidie minui viderent, calumniari, circumvenire plebem, omnia denique agere, quæ ſancto viro, Chriſtianæque reipublicæ detrimento, atque exitio eſſe poſſent. Denique templa occludunt, ſacriſque omnes interdicunt, quoad Luſitanis in urbe conſiſtere licuiſſet. His artibus conjurationem plebis faciunt. Viri, feminæque hac, atque illac diſcurrunt, cumque Bonzios neque pertinacia deſiſtere, neque flecti velle viderent, impetum in Luſitanos facere decernunt. Luſitani naves conſcendunt, ſublatiſque anchoris, quod ſuis rebus metuerent, aliquot millia paſſuum ab eo loco progrediuntur. Sed quoniam ægre ferunt, Xaverium tanto in periculo verſari (namque is mori ſe malle dixerat, quam gregem ſuæ curæ commiſſum deſerere) rurſum ad portum appellere ſtatuunt. Quod in animum induxerant, exſequuntur. Ad Franciſcum, qui ſolus in tugurium ſeſe abdiderat, veniunt. Orat Navarchus, atque obteſtatur hominem, ſui, eorumque, quos ad Chriſtum converterat, ut miſereatur, atque ad navim profugiat. Ubi nihil ab ſe agi, & Franciſcum in ſententia manere, idque jam divino inſtinctu fieri cognovit, ipſe quoque ibidem conſiſtere, & fortunam, quæcumque accidat, experiri ſe velle dicit. Interim nunciatum eſt Regi, Bonzios populum concitaſſe, magnaque in pericula veniſſe ſocietatem Luſitanorum. Itaque duci militum imperat, ut ni populus pareat, vi, armiſque ad tumultum ſedandum utatur. Ea ſpe Bonzii dejecti, ab Rege petunt, ut ſibi rur-

(1) rurſum cum Xaverio congredi, ac de religione contendere liceret. Cum in conſpectu Regis, primorumque civitatis res geſta, magnoque cum ſectæ detrimento a Bonziis certatum eſſet; illi invidia, furoreque incitati, diſcedunt, ac de nomine Chriſtianorum in Japonia, quibus artibus poſſint, delendo cogitant. Franciſcus quidem certe, qui haud paucos eorum, qui primas in regno partes obtinebant, perſeverare nihilominus in errore, & volutari in cœno flagitiorum perſpiciebat, Bungio, quam celerrime poſſet, egredi, atque ad ſuos contendere decrevit. Multa erant præterea, quæ hominem, ut inde excederet, hortarentur. In his Chriſtiani, quos in India, ex qua in Japoniam navigarat, reliquiſſet, Sinenſes quoque, quibus in Chriſti poteſtatem redactis, ſperabat fore, ut una Japonii ad ſaniora conſilia capienda induci poſſent, Goenſes denique, ac Malacenſes Europæi, qui illum, ut rediret, vehementer obteſtarentur. Itaque confirmatis in fide Bungienſibus Chriſtianis, eiſque curæ ſociorum relictis, quorum fidem, ſingularemque virtutem cognitam, atque exploratam habebat, iter in Indiam parabat. Quo fere tempore nunciatum eſt, Amanguchiorum Rege, ejuſque filio interfectis ab hoſte, qui magnis copiis in regnum invaſerat, eſſe Bungienſis Regis fratrem communi conſilio Regem nominatum. Jam vero Franciſcus, ita ut ſupra demonſtratum eſt, multis honoribus a Bungiorum Rege affectus fuerat. Itaque ubi cognovit, legatos veniſſe, qui ſignificarent, fratri eſſe Regis ab ſuis civibus Amanguchienſe regnum delatum, miſſoſque proinde fuiſſe ſe, qui ei, cum quidem commodum videretur, itineris ſocii, atque duces eſſent: his rebus commotus, ad Regem Bungiorum adit, oratque, ut Amanguchienſes Chriſtianos, qui magnopere a Bonziis vexarentur, fratri commendatos habere velit. Namque Bungienſis bene erat in noſtros homines animatus, multaque indicia exhibebat; quibus conjicere liceret, eum aliquando non ſolum amicum noſtrum, ſed Chriſtianum etiam (2) futurum. Eam ob rem Rex idem fratrem alloquitur. Promittit

1 *Hiſt. de l'Egliſ. du Japon. tom. 1. pag. 149. ſeqq.*

2 Johannes Petrus *Maffejus Soc. Jeſ. Hiſt. Indicar. lib. xv. pag. 358. edit. an. 1689.* „ Xaverius ex Japone Indiam, ex India retro Sinarum littora petiturus, primum Christianos in „ di-

mittit Amanguchienſis curaturum ſeſe, ut ne qua Chriſtianis, qui in ſuis Provinciis verſarentur, a civibus injuria fieret. Sed cum tempus inſtaret, quo portu ſolvendum, atque ex Bungio abeundum Franciſco erat, Regem iterum convenit, eique primum gratias, quas poteſt, maximas agit, quod ſe receperit, quod ſibi prædicandi in Regno Evangelii poteſtatem fecerit, quod liberum cuique eſſe ſtatuerit, amplecti Chriſtianam religionem; tum ſperare ſe dixit, fore, ut Rex ipſe veritatem agnoſceret, noſtramque inſtitutionem palam profiteretur. Hoc dum feciſſet, ſciret ſibi ſempiternæ gloriæ, ac beatitati futurum. His aliiſque verbis in eam ſententiam dictis, una cum Japoniis duobus, quos Romam mittere conſtituerat, iter Goanum (1) aggreditur. Eo (2) ut pervenit, Jeſuitas aliquot deligit. Mandat, in Japoniam ut ſe conferant, remque Chriſtianam in iis regnis adminiſtrent, dentque diligentem operam, ut numerus ipſorum, opeſque augeantur. Eorum aliqui Amanguchium veniunt. Nonnulli deinceps in Bungium appellunt, facileque ab Rege, qui Bonziorum ſuperſtitionem, fraudeſque perſpectas habebat, obtinent extruendi templi Chriſtiano ritu, dilatandæque religionis in omnibus regni oppidis facultatem. Igitur in Amanguchienſi, Bungienſique imperio principes viri atque matronæ, Bonziique noſtris ſacris initiati, cœtus coacti, omnia demum ita conſtituta, ut tam brevi tempore nihil ſupra deſiderari poſſe videretur. Hoc ſtatu cum res noſtræ in Japonia eſſent, turbæ coortæ incolarum ſcelere fuerunt,

„ d'greſſu confirmat. Coſmum Turrianum, & Johannem Fernandum Amangutiano præficit gregi. Ipſe in Bungum, quo Luſitanorum appulſam aadierat navem, recta contendit. Rex erat Bungi tum adoleſcens, & cæcis errorum tenebris involutus: attamen cognito quanta Xaverii eſſet virtus, quanta etiam apud Luſitanos auctoritas (quorum ille, ut plerique ejus tractus Dynaſtæ, commerciam, ac ſocietatem expetebat) advenienti patri ſeſe valde humanum, & honorificum præbuit. Abeanti comitem e ſuis familiaribus cum Epiſtola, & donis ad Indiæ prætorem dedit. Idem ceteris e ſocietate, qui Japonem poſtea miſſi ſunt, eamdem humanitatem, ac benevolentiam præſtitit; proprium in ſuo regno domicilium adſignavit, aditum ad regum finitimorum familiaritatem, gratiamque litteris, ac nunciis muniit. Quinetiam in maximo rerum ſuarum diſcrimine, inter graviſſimas bellorum, ac ſeditionum procellas, eorum ſaluti, & incolumitati, præcipua fide, curaque conſuluit, ac duodetrieeſimo demum poſt Xaverii profectionem anno Chriſtiana ſacra ſuſcipiens, quæ ad id uſqua tempus metu ſeverioris diſciplinæ fuerat averſatus, de tanti patris nomine Franciſcum appellari ſe voluit. Noviſſime vero ad Gregorium XIII. Pont. Max. legatos e regia ſtirpe venerationis, & obſequii nomine deſtinavit &c.

1 An. 1751. *Hiſt. de l'Egliſ. du Japon. pag. 163. ſeqq.*

2 *Hiſt. ejuſd. auctor. lib. 11. pag. 166. ſeqq.*

runt, atque Rege Amanguchiorum interfecto, parum abfuit, ut Rex etiam Bungiorum periret. Sed hujus virtute conjurationis auctores capti, exquiſitiſſimiſque ſuppliciis cruciati, parem facinori pœnam tulerunt. Neque vero ſuas ipſe ſolum injurias, ſed mortem etiam ultus eſt fratris. Eccleſiæ quamquam ſeditione populari plurimum incommodi accepiſſent, ſedato nihilominus tumultu, reſpirare paullulum, majoreſque ſpiritus ſumere cœperunt. Interim res Firandenſium Chriſtianorum magis, magiſque amplificabatur. Bonzii invidia incitati, propterea quod pati nullo modo poſſent, ſuum ordinem, qui tanto in honore ante fuiſſet, quotidie minui; timerentque, ne ſi qua cœperant, eadem ratione omnia noſtris cederent ſecunda, ipſi contemtui haberentur, impetum in Eccleſiam facere, experirique omnia ſtatuerunt, modo res noſtras in regno funditus everſas, atque exciſas intuerentur. Id antequam facerent, noſtros ad certamen provocarunt, eiſque dixerunt, quod ſi ratione, veritateque doctrinæ confiderent, cum ipſis palam de religionis rebus inſtituerent diſputationem. Non recuſavit Vilela Jeſuita. Periculum enim erat, ne Japonii, qui ad noſtros perfugerant, ſi invitatus veritatem palam defendere noluiſſet, in ſuperſtitionem reciderent. Re bene geſta, Vilela magno populi plauſu victor appellatus, domum revertitur. Bonzii furore perciti ipſum contumeliis afficiunt, Chriſtumque, quem ille Deum prædicaret, maledictis inſectantur. Deinde urbem circumcurſant, & ſceleſtis hominibus adjunctam, ac ſibi, qui Deos pie, ſancteque colerent, auctoritatem ademtam queruntur. Orant plebem, ſibi ut adjumento eſſe velit. Id ſi fecerit, impioſque finibus regni exterminaverit, gratum diis, hominibuſque facturam. Concitato igitur tumultu, noctu in cœmeterium Chriſtianorum ſe primum conferunt, crucemque tollunt. Ubi noſtri mane crucem dejectam viderunt, contra atque ratio æquanimitatis Chriſtianæ poſceret, irruunt in Cœnobium Bonziorum, ſimulacra Deorum e templis extrahunt, eorumque partem exurunt, cetera in mare projiciunt. Bonzii irati Regem conveniunt. Petunt ut Vilelam expelli in exilium jubeat. Rex virum, ut abſcedat, hortatur.

tatur. Is continuo, Regi obſequutus, in Bungium proficiſcitur. Eodem fere tempore Japonius neſcio quis, cum intellexiſſet ſibi eſſe mulierem ſervam domi, quæ Chriſtianam religionem profiteretur, eam ad ſe accivit, monuitque, ut ſimulacris Japoniorum cultum adhiberet: ni feciſſet, ſciret eſſe ei ſine dubio pereundum. Illa (1) ut erat incredibili animi fortitudine, eſſe ſibi mortem, reſpondit, vita plena miſeriæ cariorem. Namque ſi mortem religionis Chriſtianæ cauſſa contemſiſſet, eſſe perſuaſum ſibi, in cælo ſe non vitam modo, quæ numquam tolli poſſit, ſed regnum etiam ſempiternum conſequuturam. Herus vehementer perturbatus, expectavit, dum ſummo mane, ita ut conſuerat, mulier in cœmeterium oratum iret, utque jam iviſſe cognovit, eodem accurrit, diſtrictoque gladio, eam quæ flexis genibus mortem opperiebatur, interfecit. Hæc prima in Japonia Martyr fuit. Etſi in Firandenſi, Bungienſi, aliiſque regnis Bonzii, de quibus alio loco diximus, inſectari, exagitareque Chriſtianos, conjurationeſque plebis in reges, quos noſtris partibus ſtudere intelligebant, facere ſolerent (2), tamen copiæ Eccleſiarum admirabilem in modum quotidie augebantur (3), novæque in dies viris Apoſtolicis rei bene gerendæ dabantur opportunitates. Igitur anno 1560. cum Jeſuitæ Amanguchio, Firando, atque Facata oppidis cedere, ſeſeque in Bungium recipere coacti eſſent, tum eſt intellectum, Meacenſium (4) eſſe aliquos, qui de Chriſti doctrina

1 *Hiſt. de l'Egliſe du Japon. lib.III. pag.205.*

2 *Ibid. pag. ead. ſeqq.*

3 Ibid. *lib.IV. pag.225. ſeqq.* & Epiſtolar. *ſelectar. a Maffejo editar. lib.1. pag.11. ſeqq. edit. an.1588.*

4 Gaſpar Vilela *Ep. ad Soc. Jeſu Goam apud Maffejum ibid. lib.1. pag.26.* „ Anno ſuperiore, *inquit*, ad vos ſuſe perſcripſi res cum aliis hujus provinciæ locis, tum præſertim Firandi „ geſtas, ubi annum ſum commoratus, quo temporis ſpatio Chriſtiani 1000. facti, templaque „ tria Chriſto dedicata ſunt, quæ idolorum antea fuerant. Quam rerum converſionem adverſarius ægre ferens, magnas in nos turbas per Bonzium quemdam excitavit, qui ex incremento „ rei Chriſtianæ acri odio in nos jam ante concepto, habita inſuper nobiſcum diſputatione, turpiter victus, adeo exarſit dolore, ac rabie, ut in perniciem noſtram ex illa die nervos omnes intenderit. Confeſtim prava Bonziorum dogmata, atque mendacia vulgo prædicare aggreſſus eſt, idque eo eventu, ut cujus nomen Firandi ante id tempus obſcurum, atque ignotum fuiſſet, plurimos jam ſectatores haberet; nec plebs modo, ſed ipſi Bonzii ex ejus ore „ penderent. Inter hæc ille populum in nos omni arte incitare, monere, & hortari, uti nos, „ ſicut Franciſcum Xaverium antea, exterminarent, atque ita Deorum ab ſe iram, ac minas „ averterent. Quibus rebus effectum eſt, non ſolum ut multi in nos falſum dicerent teſtimonium

doctrina cognoſcere averent. Erat Coſmus Turrianus Collegio Jeſuitarum præfectus. Is Gaſparem Vilelam, de quo ſupra demonſtratum eſt, qui ad ſe ante dies aliquot venerat, ad eos miſit, eidemque in mandatis dedit, ut ad cœnobium Bonziorum, quod haud longe Meaco aberat, proficiſceretur, & ſi quos inveſtigandæ, cognoſcendæque veritatis cupidos reperiſſet, his decreta religionis, eamque partem Chriſtianæ Philoſophiæ, quæ eſſet de moribus, explicaret. Vilela quod ſibi fuerat imperatum fecit (1). Cum Dayzembum Bonzium docuiſſet, neque tamen quidquam profeciſſet, propterea quod Bonzius metueret, ne ſi principi ſectæ innotuiſſet, peregrinis eum ſacris favere, ipſius principis juſſu interficeretur, Vilela Meacum contendit, multoſque ad Chriſtum convertit non civium modo, ſed etiam Bonziorum. Manaverat interea in Japanam, ceteraſque Japonicas Inſulas fama, quæ ferret, viros egregia virtute, ſingularique doctrina ex Europa profectos in aliquot Provincias intuliſſe religionem, quæ rationi conſentanea videretur. Quamobrem a Regibus Omurenſium (2), Arimenſium (3), aliiſque miſſi ad Jeſuitas fuerunt, qui dicerent, optari ab ſuis maxime, ut in eorum regiones doctrina importaretur, quam Bungienſes acceperant. Longe lateque jam erat in Japonicis Inſulis propagata laboribus ſacerdotum

„ niam; ſed etiam (quod Chriſtianos pupugit vehementer) ut crucem effringere non dubitarent in ſacro cœmeterio poſitam, quam injuriam & Regulus ipſe, & aliquot alii Chriſti gloriæ cupidi, quamquam ulciſci parati, juſtis tamen de cauſſis patienter tulerunt. Dominus vero Deus noſter nihil iis, aliiſque multis eorum ſceleribus commotus, ſed recordatus miſerationum ſuarum antiquarum, pro flammis, atque fulminibus ſigna miſit e cælo ad eorum tenebras fugandas perquamclara, & illuſtria: Etenim in media aeris regione ſpecies crucis apparuerunt, aliaque prodigia valde conſpicua. Verum enim vero uſque adeo denſa caligine mentes eorum obductæ ſunt, ut inſolitam lucem intueri nequiverint; ſed potius in ſua pertinacia obfirmatiores, neophytos a Chriſti cultu revocare conati ſint.

„ Meacum eſt urbs totius Japoniæ caput. Frequentiſſima Academia, litteratorumque conventu percelebris, cui civitati, quod Evangelii lux nondum affulſit, Coſmo Turriano rectori noſtro viſum eſt faciendum, ut aliquis noſtrum ad explorandum civitatis ſtatum, ſimulque tentandum quis ibi locus Evangelio ſit, mitteretur. Ejus rei gratia crebris ſupplicationibus, ac ſacrificiis rite peractis, hæc mihi provincia obtigit, quamvis ad tantum onus handquaquam idoneo „. Confer præterea ejuſdem Epiſt. *ad Socios lib.* I. *pag.* 40. *ſeqq. Ibid.* Sed quod ſcribit de Chriſtianis Firandenſibus, vereor ne ſecus ſit in latinum ſermonem tranſlatum, atque Vilelæ verba poſtularent. Nam Chriſtiani illi in Bonziorum cœnobium, atque in templa Idolorum impetum reipſa fecerunt. Vide *Hiſt. Eccl. Japon. l. c. pag.* 202. *ſeq.*

1 *Epiſt. eadem ad ſocios pag.* 41. *ſeqq.*

2 *Hiſt. de l' Egl. du Japon pag.* 224. *ſeqq.*

3 Ibid.

Digitized by Google

Societatis Jeſu Chriſtiana religio, cum aliorum ordinum alumni, quod magnum ſupereſſe numerum idololatrarum intellexiſſent, qui inſtitutione egerent, idque facile impetrari poſſe exiſtimaſſent, ſi Jeſuitis ſubſidio veniſſent, ex Europa in Philippinas Inſulas, indeque in Japoniam (1) navigarunt. In his Dominicani, Franciſcani, Auguſtiniani (2) fuerunt. Dominicani anno 1602. in Japoniam ingreſſi, una cum ſociis apoſtolatus Franciſcanis &c. tot, tamque inſignes progreſſus fecerunt, ut Nangaſachii, multiſque aliis in oppidis magna Japoniorum multitudine ad Chriſtianam religionem perducta, Cœnobia conſtruxerint, ſodalitia inſtituerint eorum ſimilia, quæ in Europa vigent, idque laborarint, ut nihil incolis inſularum deeſſet, quod conferret ad comparandam virtutem, & pietatem.

Anno 1614. Dayfuſama Imperator (3) erat Japoniorum. Is

1 *La Hiſtoria Eccleſiaſtica delli ſucceſſi della Criſtianità del Giappone dell'anno 1602.,* *ch'entrò in quello l'ordine de' Predicatori ſino al milleſeicentoventi compoſta dal P. F. Giacinto Orfanel del medeſimo ordine, e miniſtro antico del Santo Evangelo in quel regno, e aggiunta ſino al fine dell'anno 1622. dal P. F. Diego Collado Vicario Provinciale del detto ordine nel detto regno* ,,. Ita refertur in *ſummar. Japonen. Servor. Dei Alphonſi Navarret Ord. Præd. & Sociorum Martyr. Japonen. Edita ea Hiſt. eſt Matriti an.* 1633.

2 Cerrius *ibid. pag.* 118. ,, La Fede Cattolica in breviſſimo tempo fece grandiſſimi progreſſi (nel Giappone) e particolarmente nella citta di Nangnaſachi, qual'è il porto di maggior traffico. Arrivarono i Criſtiani nel Giappone al numero di ſeicento mila, eſſendovi ſtati fatti veſcovi, e deſtinati molti altri dalla Congregazione. Vi ſtavano Agoſtiniani, Domenicani, Franceſcani, e Geſuiti. E queſti avevano 73. caſe aperte nel regno, con Chieſe, e Seminarj, facendoſi grandiſſimo frutto. Molte furono le cagioni, per le quali ſi ſuſcitarono le perſecuzioni, e mancò la fede nel Giappone. Ma la maggiore fu il ſoſpetto dell' Imperatore, che dubitava, che il Re di Spagna procuraſſe di ſoggiogarlo, come avea fatto nell' America al Re del Meſſico, e anche ad altri, tanto più, ch' era ſtato detto in tali acquiſti eſſerſi valuto della opera de' religioſi, che predicando l'Evangelo, aveano introdotto le ſue armi in quei regni; eſſendo inventori di queſta calunnia gli eretici Olandeſi, che traficavano in quelle Iſole, e ſi ebbe tal ſoſpetto da un Capitano Biſcaino, che andava ſcandagliando que' porti ,,. Multa præterea alia fuiſſe in cauſa ſcribit, quamobrem noſtros Imperatores Japoniæ inſectarentur, quæ libens prætereo.

3 Hieronymus de Barreda Hiſpalenſis *in eodem ſummar. pag.* 2. ſic retulit ,, Sodi certo, *inquit*, che l'Imperatore del Giappone Dayfuſamo Padre dell'Imperatore attuale moſſo dall' odio, e inimicizia, che avea contro la Fede di Criſto, e legge dei Criſtiani, eccitò una gran perſecuzione contro la Criſtianità nell' anno 1614. in tutto il Giappone, ordinando, che foſſero gettate, diſtrutte, e bruciate, e rovinate tutte le Chieſe dei Criſtiani, Conventi, e Collegi de' Religioſi, ordinando, che tutti i detti religioſi, ſotto pena della vita, uſciſſero da' ſuoi regni, e non ritornaſſero più al Giappone, parendo a lui, che mancando ne' ſuoi regni religioſi maeſtri, e predicatori della legge di Criſto, non ſi convertivano ad eſſa i ſuoi ſudditi, ed eſſendo morto detto Imperatore Dayfuſama nell'anno 1616. laſciò raccomandato al ſuo figliuolo Xoſuſama, il quale gli ſucceſſe nell'Impero, acciocchè continuaſſe colla detta perſecuzione della Criſtianità, perchè la legge de' Criſtiani, e i ſacerdoti, e religioſi, che la inſegnavano, erano contrarj a' ſuoi idoli, e alle ſue ſette.

Is quum Bonziorum artibus, ac fraude circumventus, male in Chriſtianos animatus eſſet, legem de noſtris templis, de cœnobiis religioſorum ordinum, deque conlegiis aut evertendis, aut incendendis tulit, eamque publicari in univerſo Imperio præcepit. Cavit præterea, ne cui Europæo, qui ſacrum aliquod inſtitutum profiteretur, in ulla Inſularum Japonicarum conſiſtere liceret. Omnes enim finibus Imperii exterminandos judicavit. Quod ſi quis contra facere auſus eſſet, noſſet de ſe graviſſimum ſupplicium eſſe ſumendum. Putabat enim, pulſis præconibus religionis, neminem, qui ſibi onus inſtituendorum Japoniorum ſumeret, futurum. Curatum a præfectis plerisque Provinciarum eſt, ut quæ ſancita ab Imperatore fuerant, perficerentur. Dum hæc agebantur, Dayfuſama in morbum incidit. Cum mortem imminere perſpiceret, filium Xogusamam, quem Imperii hæredem conſtituerat, ad ſeſe accivit, eique magnopere commendavit ſuperſtitionem Deorum; atque dato, inquit, operam, ne Chriſtiani in noſtram ditionem revertantur. Sunt illi infeſti nobis, & ſimulacra, quibus ſemper majores noſtri cultum adhibuerunt, non ſolum aſpernantur, ſed etiam e templis tollunt, eaque incendere, vel in mare projicere, ſi poſſint, non prætermittunt. Interim religioſi viri, de quibus dictum eſt, egredi ex oppidis, in cryptas ſeſe, atque in remota loca abdere, dum tempeſtas ſedaretur, conſtituerunt. His tamen rebus tantum optimis hominibus fiduciæ, ac ſpiritus accedebat, ut non de tot incommodis cogitarent, ſed vinci ab ſe tunc maxime hoſtem humani generis poſſe arbitrarentur. Non illi edicta Principum, non iniquitatem locorum, in quibus degere cogerentur, atque anguſtias, & ancipitem terrorem intra, extraque civitates, non Bonziorum maleficia timebant. Nihil minas, exilia, cruces, omniaque tormentorum genera, quæ parari iis intelligebant, qui dicto audientes eſſe noluiſſent, verebantur. Nam qui laboribus, anguſtiis, carceribus, ærumnis & introductam in mundum, & late longeque fuiſſe ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus propagatam veram religionem norant, iidem tot acceptis detrimentis refloreſcere Japoniorum Eccleſiam, & amplificari majorem in modum oportere exiſtimabant.

Xoguſama, qui crudelitate (1) patrem ſuperabat, edicta interim propoſuit, quibus cavebatur, ne quis Japonius Chriſtianiſmum profiteretur, neu cum ſacerdotibus Chriſtianorum agere, eoſve hoſpitio excipere auderet. Qui contra moliti quidquam fuiſſent, de his graviſſimum ſupplicium ſumi oportere juſſit.

Xoguſamæ exemplum ſequutus Exonguſama eſt, qui ut Imperii, ita ſævitiæ, & crudelitatis hæres fuit. Is e Societate Jeſu ſacerdotes tres comprehendi, & cruci affigi imperavit. Multi præterea capti, exquiſitiſſimiſque tormentis excruciati, martyrii palmam conſequuti feruntur Japonienſes, qui mori ſe malle dixerant, quam a Chriſto deficere, a quo ſe perpetuam felicitatem conſequuturos ſperarent (2).

Anno 1617. Alphonſus Navarrettus Dominicanus, quoniam ab Omurenſibus Chriſtianis ad ſepulcra Petri ab Aſſumtione Franciſcani, & Johannis Baptiſtæ Taborei Jeſuitæ, qui Martyres paullo ante deceſſerant, concurſum fieri, tempuſque jam adveniſſe rei bene in ea urbe gerendæ acceperat, eo ſe conferre, ſalutemque Japoniorum curare ſtatuit. Sed quum imparem ſe tanto oneri ferendo eſſe arbitraretur, metueretque, ne ſi ſolus confirmare in officio omnes, eorumque *confeſſiones* audire, ac diſſerere palam de religione cœpiſſet, ſatisfacere

1 Petrus Baptiſta Ord. S. Franciſci *ibid. pag.* 9. dicit, ſe „ Sapere per eſperienza di quindici „ anni, che fu miniſtro in quella converſione „ che gl'imperatori Taiſuſama, Xoguſama, Exogoſama tutti tre, uno ad eſempio dell' altro ſempre impoſero leggi rigoroſe con pena di morte, che niun Giapponeſe ſi faceſſe Criſtiano, ne i ſacerdoti predicaſſero la vera legge, rinovando i bandi di quando in quando, e i ſuddetti empi comandamenti, perchè ſapevano, che non ſi oſſervavano, e così il primo Tayco perſeguitò grandemente i Padri della Compagnia primi miniſtri di queſta converſione, il quale anche ordinò per la medeſima cauſa, che ſi crociſiggeſſero i primi Martiri del Giappone; e che il ſecondo Imperatore Xoguſama con il medeſimo preteſto cominciò a martirizzare una quantità di Criſtiani Giapponeſi, e ordinò la pubblicazione di un bando generale, col quale eſiliava i miniſtri: il che tutto faceva in odio di quelli, che predicavano la Fede di Criſto noſtro Signore, e al preſente il ſuo figliuolo, che governa, ſi è moſtrato molto maggiore tiranno, decollando, bruciando molta quantità di miniſtri dell' Evangelo, e di Criſtiani, che li riceveano, tutto in odio della legge Evangelica, acciocchè queſta non ſi dilataſſe „. Hoc idem alii teſtes referunt *pag. ead. ſeq.*

2 De vexatis jam inde ab anno 1612. Chriſtianis, deque aliquot Japoniis juſſu Imperatoris ejus gentis excruciatis, atque interfectis, deque iis, quæ poſt in Japonia rei Chriſtianæ evenerunt, confer *la Hiſtor. de la Provincia del Santo Roſario de Filipinas, Japon, y China de la ſagrada Orden des Predicadores eſcrita por el Iluſtriſſimo Sennor Don Fray Diego Aduarte, natural de la Imperial Ciudad de Zaragoza, y obiſpo meritiſſimo de la nueva Segovia* AÑADIDA *por el Muy R. P. Fray Domingo Gonzalez Commiſſario del S. Oficio, y Regente del Colegio de Santo Thomas de Manila: edit. Cæſaraug. an.* 1693. *lib.* 1. *cap.* LXXV. *pag.* 377. *ſeq. & lib.* 11. *cap.* 1. *pag.* 397. *ſeqq. Et cap.* 11. *ſeqq. pag.* 437. *ſeqq. tom.* 1.

Digitized by Google

cere omnibus non poſſet, Ferdinandum a Sancto Joſepho Auguſtinianum, quo familiariter uti conſuerat, hortatus eſt, ut ſibi ſubſidio venire vellet. Quodſi Ethnici reſtitiſſent, hoc eſſe reliquum, ut ambo in carcerem conjiciantur, idque præmium referant, martyres ut migrent in patriam Beatorum. Ferdinandus initio hærere, & rem eſſe periculi plenam dicere, in quod ſe nemo temere conjicere deberet. At ubi rem diligenter expendit, quid, inquit, moramur? Hujus rei cauſſa ventum in Japoniam eſt. Parendum eſt igitur Navarretto, Omuramque, cum ipſe voluerit, abeundum. Antequam iter aggrederentur, Navarrettus, qui plane, quæ ſibi impenderent, perſpiciebat, litteras ad Fratres Prædicatores, qui in regione eadem verſabantur, in hanc fere ſententiam dedit (1).
„ Jeſus in animis veſtris ſit, Fratres, vobiſque Spiritum Sanctum ſuum concedat. Noſtis vos quidem ſenſim in hiſce locis minui numerum Chriſtianorum, noſque neophytis exemplo eſſe oportere. Quare obſecro vos *per viſcera Miſericordiæ Dei noſtri*, ut filii Dominici curetis eſſe, detiſque diligentem operam, ut inter vos, & alumnos Ordinum ceterorum pax, atque concordia perpetuo ſervetur. Ego Omuram abire conſtitui, ut ejus oppidi Chriſtianos conſolari, atque confirmare in fide poſſim. Nam ſi quod umquam, hoc illud eſt tempus, quo recenti Martyrum cruore ad religionem tuendam, virtutemque colendam incendantur. Faxit Deus, ut quod in animum induxi, & noſtris utilitati, & ipſi gloriæ eſſe poſſit. Vereor autem ne Ethnici in carcerem me conjiciant. Hoc ſi fecerint, Franciſcum Moraleſium mei loco vellem vobis eſſe præfectum. Quod ſi me ipſum vita privarint, vobis, quem dignum eſſe cenſueritis, præficitote. Oro denique, obteſtorque vos, mihi ut ignoſcatis, condonetiſque ſi quidquam aut privatus, aut in præfectura feci, quod vobis aliquid attulerit offenſionis „ His ſcriptis litteris, quarum etiam ſimiles ad Franciſcum Moraleſium, Apolinarem Francum, alioſque ſacerdotes, qui in Japonia morabantur, Ferdinandus a Sancto Joſepho dedit, Omuram fortiſſimi viri profecti ſunt, ac Neophytos in officio,

1 Idem *ibid. c.* VII. *pag.* 445.

ficio confirmare, eorumque *confeſſiones* excipere, atque publice explicare incolis Evangelium cœperunt. Interea hujuſcemodi rerum omnium, ne quid temere aggreſſus eſſe videretur, Præfectum Provinciæ Philippinæ Auguſtinianorum, cui parebat, Ferdinandus fecerat certiorem. Jam (1) nunciatum fuerat Imperatori, ſacerdotes Europæos duos Omuram veniſſe, cœtuſque cogere ſolere. Quamobrem vehementer iratus, ſuis imperavit, ut comprehenſos in carcerem truderent, ac poſt ubi ventum nacti ſecundum eſſent, in navim inferrent, eoſque Nangaſachium tranſportare ne cunctarentur. His rebus, ut erat imperatum, geſtis, qui præfectus Nangaſachio urbi erat, ex religioſis viris, & Navarcho Joachimo Firaiama, qui Alphonſum, Ferdinandumque in Japoniam tranſduxerat, atque ex Ferdinando Civereſio Hiſpano, qui Firandenſem quamdam civem in matrimonio habebat, eoſque hoſpitio exceperat, num in ſententia manerent, percuntatur. Cum eos conſtantes in fide perſiſtere videret, Alphonſum, Ferdinandum, & Joachimum Navarchum vivos exuri, ceteros Chriſtianos duodecim interfici præcepit. Illi ubi ſe condemnatos cognorunt, omnes quam ob cauſſam ſic eſſet judicatum quæſierunt, rogaruntque Præfectum, palam ut ediceret, quid peccaſſent, quare

1 In eodem ſummar. *pag.* 28. „ Fra Alfonſo di Navarrette, e F. Ferdinando di S. Giuſeppe „ delle ſopradette religioni di S. Domenico, e di Santo Agoſtino moſſi dallo zelo di devozione, „ e come fedeli, e miniſtri dell'Evangelo, vedendo il gran concorſo de' Criſtiani, che andavano pubblicamente a venerare i corpi de' Servi di Dio, che aveano patito il martirio „ F. Pietro dell'Aſſunzione, e il P. Giambattiſta de Tavora della Compagnia di Gesù, e che „ parimente tra i medeſimi Criſtiani ſi era cominciato a praticare quello, che i Padri miniſtri „ dell'Evangello grandemente ne eſortavano i Criſtiani a patire per la fede nella perſecuziona, „ mentre quelli non ſi aſſicuravano, ma ſi naſcondevano, per il chè come queſti ſervi di Dio „ ambidue ſuperiori ciaſcuno della ſua religione, così per iſtretta amicizia, che paſſava tra di „ loro, come per aſſenza de' loro ſudditi, ordinariamente ſi confeſſavano l'uno coll'altro .... „ Si riſolvettero di uſcire in pubblico accompagnando la moltitudine de' Criſtiani, che andava- „ no, e venivano dai detti ſepolcri, come de fatto eſeguirono, e facendo una fraſcata alla porta „ della città, ivi ſi poſero a predicare, e confeſſare pubblicamente cogli abiti della loro religione „ che in queſto ſoddisfacevano a quello, che loro toccava come miniſtri, che però di loro ſi „ diceva, e mormorava, come ſi è detto. Facevano l'offizio di Predicatore, il che tutto, ac- „ ciò non foſſe tenuta per coſa temeraria una ſimile azione pubblica, ne ſcriſſe al ſuo ſuperiore „ in queſta città di Manila il Servo di Dio F. Ferdinando di S. Giuſeppe in una lettera ... ſi ri- „ trova appreſſo il ſuo ſuperiore in queſta ſopradetta città, e che ſiccome l'altro ſuddetto fu „ così divoto, e pubblico, ne nacque da queſto fatto, che i Criſtiani andavano incontro a' det- „ ti Servi di Dio a baciare loro gli abiti &c. ... Dalla cui divozione ... irritato il tiranno, or- „ dinò, che foſſero preſi, e carcerati „. Vide ceterorum teſtimonia quæ ſequuntur. Confer etiam, quæ ibidem ex Hiſtoria Orfaneli referantur & quæ ſcripta leguntur in *Hiſt. mox cit. Provincia Philippina Dominicanorum pag.* 442. *ſeqq.*

re illos mortis eſſe reos arbitraretur. Præfectus Alphonſum, ac Ferdinandum aſpiciens, vos, inquit, exuri volo, propterea quod in Japoniam veneritis contra decreta Imperatoris propagatum Chriſtianam religionem.Nam vos(converterat autem ad ceteros ſeſe) mori oportere cenſeo, quod hoſce duos in Japoniam adducere auſi ſitis, quibus potuiſtis rebus juveritis, hoſpitiove exceperitis,ſecus atque edicta poſtulent. His auditis vehementer lætati fortiſſimi viri ſuerunt. Poſtero die ad locum ſupplicii perducti, indigniſque modis tractati, martyres obierunt. Eſt autem difficile omnia perſequi, quæ Chriſtiani Nangaſachienſes tunc temporis, inſequentibuſque annis perpeſſi ſunt. Quinetiam ſi quos Ethnici noſtrum Europæorum reperire potuerunt, de his ſupplicium graviſſimum ſumebant. Etenim quinquaginta atque unus capti, exquiſitiſſimiſque ſuppliciis cruciati, partim denique igne, partim ferro, partim aliis tormentis necati ſunt. Exuſti vivi fuere Dominicani *Franciſcus Moraleſius*, *Alphonſus Mena*, *Angelus Orſuccius*, *Joſephus a S. Hyacintho*, *Hiacynthus Orſanelus* Sacerdotes, & Converſus *Alexius* Japonius. Franciſcani *Petrus Abulenſis*, *Richardus a S. Anna* Sacerdotes, *Leo*, & *Vincentius* Converſi. Jeſuitæ *Carolus Spinula* Sacerdos, & Laici *Sebaſtianus Quimura*, *Petrus Sampus*, *Conſalvus Fuſayus*, *Thomas Acaſoxius*, *Michael Xumpius*, *Antonius Kiunius*, & *Ludovicus Cavara*. Seculares, ut vocant, *Antonius Corejus*, *Lucas Irtites* Japonius, *Paulus* Japonius, & *Antonius Sanga* Catechiſtes. Plexi autem capite ſunt Dominicani *Thomas* ſacerdos, & ex ordine tertio *Johannes*, Jeſuita laicus *Johannes Ciucoga*, ſeculares *Iſabella Fernandeſia*, *Ignatius* hujus filius puer annorum quatuor, *Maria* Andreæ Tocuani martyris vidua, *Apollina* vidua, *Agnes* vidua Coſmi martyris, *Marina* vidua, *Maria* Antonii Corei uxor, hujuſque filius Johannes, qui duodecimum agebat ætatis annum, ac *Petrus* frater annorum trium, *Maria* vidua Johannis Xuni Martyris, *Dominica* vidua, *Magdalena* uxor Antonii Sangæ Martyris. *Maria* uxor Pauli martyris, *Catharina*, *Thecla* uxor Pauli Nangaixii, hujuſque filius *Petrus* ætatis annorum ſeptem, *Dominicus Nacavus* Mathiæ Martyris filius, *Petrus Notojurna* quinquennis Johannis martyris filius, *Bartholomæus Cavanus*, *Do-*

mi-

minicus Yamanda, *Damianus*, eoque natus *Michael* quinquennis puer, *Thomas Clemens*, hujuſque filius *Antonius* puer annorum trium, & *Clara*.

Cum Carolus Spinula impendere ſibi mortem videret, memor Ignatii pueri, Dominici Georgii Luſitani, qui martyr obierat anno ſuperiore, & Iſabellæ, de qua modo diximus, filii, timenſque, ne ob tenellam ætatem, tormentis cederet, Ethniciſque aſſentiretur, ubinam, inquit, meus eſt Ignatius? Quid de illo actum eſt puero? Mater, quæ proxime martyrium ſubitura, aderat, puellum oſtendit, atque ecce illum tibi, inquit, mi Pater. Paratus eſt mecum interire. Ne time. Hunc ego conditori omnium Deo libenter ſacrificabo, quo nullam rem in mundo umquam habui cariorem. Tum mulier natum intuens, mi, inquit, Ignati, viden eum, qui tibi baptiſmi aquis vitam eſt hac mortali, quam Chriſti amori poſtponis, largitus longe meliorem? Ei te commendato. Ab eo poſcito, tibi ut bene precari velit. Puer nihil cunctatus, genua flectit, junctiſque manibus, Spinulam orat, ut ſibi *Benedictionem* impertiatur. Quæ res adeo commovit animos circumſtantium, ut plerique omnes collacrimarentur. Gemitus deinde ſequuti ſunt, atque clamores concitati, qui ſatellites, carnificeſque perterruerunt, qui omnes ne qua repente ſeditio exoriretur, quod juſſi ſunt, faciundum quam celerrime judicarunt. Igitur Mariam, treſque alias mulieres adorti interfecerunt, quarum capita, cum ad pedes pueri cecidiſſent, nihil ei terroris attulerunt. Mox carnifex matrem Ignatii aggreſſus, interemit. Cujus item caput reciſum, cum ille ſibi ante pedes vidiſſet, tantum abfuit ut fleret, ut ne perturbatus quidem eſſe videretur. Nam flexis genibus, ſponte ſua collum inclinavit, innuens velle ſe ejuſdem felicitatis participem eſſe, quæ matri paullo ante obtigiſſet. Igitur Spinula inſpectante occiſus a carnifice eſt, atque in patriam migravit Angelorum. His rebus peractis carnifices Athletas Chriſti ceteros crudeliſſime, acerbiſſimeque vexatos, necaverunt (1).

Neque

1 Ann. 1622. *Hiſt. de l'Egl. du Japon. pag. 371. ſeqq. tom. 11.* & *Hiſt. Philipp. Provinc. Ord. Prædic. tom. indic. pag. 523. ſeqq.*

Neque vero Nangaſachii (1) ſolum; ſed etiam in aliis pleriſque urbibus, viciſque Japanæ, aliarumque Inſularum Japonicarum ſævitum in Chriſtianos fuit. Nam Omuræ Dominicani *Thomas Zumarraga*, quatuorque alii, qui paullo ante, quam Martyres obirent, cooptati in ordinem fuerant, & Auguſtiniani tres, Præfecti juſſu exuſti ſunt (2). Longum autem eſſet omnes numerare, memorareque varia genera ſuppliciorum, quibus fuerunt ab Ethnicis cruciati, propterea quod re quapiam viros Apoſtolicos juviſſent, & Chriſtianam religionem profiterentur (3). Firandi quoque, præter Camillum Conſtantium Jeſuitam fortiſſimum virum (4), alii non pauci ſtrenue pro Chriſto pugnarunt, palmamque martyrii conſequuti ſunt. Jedi præterea, aliiſque in oppidis, atque regnis maximo numero viri, mulieresſque mortem ſubierunt, ut religionem, quam colebant, fuſo ſanguine tueri ſe velle oſtenderent (5). Sed quid multis opus eſt? Plena erant omnia in Japonicis inſulis cædium. Familiæ Chriſtianorum integræ, cives magna multitudine, hoſpiteſque ad ſupplicium rapiebantur, ac niſi ejurato Chriſto, nemini eorum vivere licebat. Itaque alii fame, ac ſiti, alii lento igne (6), alii ferro necati. Non pauci aquæ incredibilem copiam bibere cogebantur, quibus oppletis, proſtratiſque aſſeres imponebantur, atque ſuperpoſito ingenti pondere, ita premebantur ventres, ut ex ore, naribus, oculis aqua ſanguine permixta exprimeretur (7). Inter ungues, carnemque digitorum multis præacutæ arundinis particulæ inſerebantur, quos ſubinde Ethnici terram digitis ſcalpere compellebant (8). Uno verbo nova quotidie tormentorum, ſuppliciorumque genera, inſtigantibus Bonziis, excogitabantur (9).

Petro Vaſqueſio (10), Johanne Ruedano (11), Ludovico

1 De ceteris, qui Nangaſachii eodem anno martyres obierunt, confer eandem *Hiſt. Eccleſ. du Japon Ibid. pag. 391. ſeq.*
2 An. 1622. *ibid. pag. 392. & Hiſt. Provinc. Philipp. Ord. Præd. pag. 527. ſeqq.*
3 Vide *Hiſt. du Japon. ibid. pag. 392. ſeqq.*
4 Martyrium deſcribit Auctor *Hiſt. Eccleſ. du Japon. ibid. pag. 396. ſeqq.*
5 *Ibid. pag. 420. ſeqq.*
6 *Ibid. lib. XVII. pag. 471. ſeqq.*
7 *Hiſt. Provinc. Philipp. Dominicanor. ibid. pag. 753. ſeqq.*
8 *Ibid. pag. 753. ſeqq.*
9 *Hiſt. de l'Egli. du Japon. lib. XVIII. pag. 517. ſeqq.*
10 *Hiſt. Provinc. Philipp. Dominicanor. pag. 543. ſeq.*
11 *Ibid. pag. 550.*

Beltrano (1), Mancio a Cruce (2), Petro a Sancta Maria (3), aliiſque Dominicanis invictis martyribus Ethnicorum ſcelere ſublatis, Philippinenſes Prædicatores de novis miniſtris in Japoniam mittendis cogitarunt, ne, quam tot loboribus, totque virorum fortiſſimorum ſanguine in eam regionem invexerant, religio vi, artibuſque ſceleratorum extingueretur (4). Hoc idem alii quidam ordines faciunt. Mittuntur a Dominicanis Antonius Gonzaleſius, Guillelmus Courtetus, Michael Ozaraza, & Vincentius a Cruce, qui poſteaquam conflictati duriore fortuna, & jactati tempeſtate fuiſſent, in Leckias tandem inſulas pervenerunt, quæ in poteſtate erant Japoniorum. Courtetus anteaquam Manila ſolviſſet, litteras ad Magiſtrum Ordinis quarto idus Junias anno *1636.* ſcripſit, quibus eum fecit itineris, quod ſuſciperet, certiorem. Eo cum XVII. Kalendas ſextiles appuliſſent, æquis ne principio, an iniquis uſi hoſpitibus inſulanis fuerint, non ſatis conſtat. Hoc certum eſt, paucis poſt diebus captos, juſſuque Præfecti in carcerem deductos, ac primum quidem Guillelmum, Michaelem, & Vincentium; deinde Antonium Nangaſachium menſe Septembri an. *1637.* tranſvectos fuiſſe, ut quaſi rei perruptarum legum pœnas flagitiorum penderent. Guillelmum, duoſque Dominicanos, de quibus ſupra demonſtratum eſt, ſimul atque portum tenuerunt, Judex conjici in carcerem præcepit. At ubi Antonium attigiſſe Nangaſachium intellexit, magiſtro ſatellitum imperavit, ut eum, ſocioſque duos Laurentium Ruitzium Indum Sinenſi Patre ortum, & alterum natione Japonium, qui cauſſa religionis pulſus in exilium fuerat, ad ſeſe adducere ne cunctaretur. Ut ſatellites imperata fecerunt, Judex ex Antonio quæſivit, quodnam ei eſſet nomen, & quam religionem, quodque inſtitutum profiteretur. Ille Antonium Gonzaleſium ſeſe vocari, & Chriſtianum eſſe religione, atque Inſtituto Dominicanum reſpondit, qui cum aliis tribus, quibus præfectus erat, in Japoniam venerit, ut errantibus, imbutiſque ſuperſtitione incolis veritatem explicaret, atque eos, qui Chri-

1 *Ibid. pag. 564.*
2 *Ibid. pag. 669.*
3 *Ibid.*
4 *Ibid. pag. 571. ſeq.*

Chriſtum colerent, quique tot adverſis rebus conflictarentur, in officio, & fide confirmaret, ne metu ſuppliciorum idololatriæ ſcelere implicarentur. Scire quidem ſe ab Imperatore edicta eſſe publicata, quibus caveretur, ne quis ſacerdotum in Japoniam accedere auderet. Sed eſſe ſibi animarum ſalutem, felicitatemque veram mortali hac vita, quam in diſcrimen conjecerat, potiorem. His aliiſque rebus de ſe, de religionis veritate, de transfugis, qui a Chriſto deſecerant, deque Præfecto Nangaſachiano, qui crudeliter acerbiſſimeque noſtros inſectabatur, dictis; ita Judicem commovit, ut eum extemplo cruciatu aquæ confici juberet. Etſi erat hoc ſupplicii genus omnium, quæ ſumere de reis Japonii ſolerent, graviſſimum; tamen Antonius, qui multo plura, multoque graviora, ſi quæ poterant excogitari, pati averet, ubi de ſe tanta crudelitate decretum intellexit, ſummopere lætatus, gratias Chriſto Servatori egit, qui dignatus eum tanto honore fuiſſet, ut pro nomine ipſius non contumeliam modo, ſed atrociſſima etiam tormenta pateretur. Interim ſatellites, quæ uſui eſſe arbitrabantur, pararunt, eique ad locum ſpectaculo deſtinatum adducto in os infundibulum immiſerunt, ac tantam inde aquæ copiam in ejus ſtomachum infuderunt, ut intumeſceret venter maxime, ac difrumpi videretur. Idem ſatellites ſociis illis duobus laicis, quorum ſupra meminimus, cum ſacere cœpiſſent, ita miſeros acerbitate ſupplicii perterruerunt, ut Chriſtianos ſe eſſe negaverint. Poſteaquam laborare Antonium vehementer, & fortiter reſiſtere, animadverterunt, in terram projectum aſſere, magniſque ponderibus impoſitis, ita compreſſerunt, ut ex ore, oculis, auribus, naribus, quemadmodum alio loco diximus, aqua ſanguine permixta eliceretur. Cum jam oppreſſum, ac pene mortuum eſſe hominem vidiſſent, in carcerem intulerunt, ubi picta Beatæ Virginis icon erat. Hanc ſatellites pedibus proterunt. Quamquam erat Antonius viribus deſtitutus, tamen quod ferre tantum dedecus non poſſet, projecit in terram ſeſe, ut eam non modo tegeret, ſed etiam veneraretur. Illi contra vim adhibent. Imaginem e manibus fortiſſimo viro eripiunt, atque conculcare pergunt. Conantem impedire, alapis cædunt. Animum deinde ad ſeducen-

 dum

dum hominem convertunt. Adhortantur, ut judici morem gerat, ſeque Chriſtianum eſſe neget. Exemplum aliorum proponunt. Courtetum, ſocioſque Dominicanos Japonicis ſacris, ejurato Chriſto, imbutos mentiuntur. Ad hæc ille: ego ne, inquit, ut noſtros tam ſuiſſe impios arbitrer? Non committam. Novi qua ſint vitæ integritate, quantaque in ſuppliciis pro religione ſuſtinendis conſtantia. Hoc illi ſunt a Chriſto auxilium conſequuti. Itaque mentiri deſinite. Poſt, cum ipſe tot acceptis incommodis ita debilitatus corpore, fractuſque eſſet, ut incedere nequiret, deportatus in carcerem eſt, ubi Courtetum, fratreſque ceteros vidit, ac tanto gaudio exſultavit, tantamque lætitiam, atque voluptatem percepit, ut ei reſtitui vires, addique majores ſpiritus viderentur. Jam Laurentius Ruitzius (quem ex Leckiis Inſulis cum Antonio deportatum Nangaſachium, tormentique atrocitate perterreſactum, ceſſiſſe aliquanto Ethnicis diximus) facti pœnitens, ad Chriſtum redierat, ſuppliciumque forti animo tulerat. Reſtabat, ut Japonius ad ſanitatem reverteretur. Hunc ſatellites neſcio quibus rebus pe rmoti, in eumdem carcerem, in quo erant martyres incluſi, miſerant. Antonius etſi motu febris vehementi agitabatur, nihilominus orare hominem, atque obſecrare non deſiſtebat, ut ſuæ ſaluti proſpiceret, caveretque, ne declinato præſenti ſupplicio, in atrociſſimum, ſempiternumque cruciatum immitteretur. Hoc Guillelmus, Michael, & Vincentius agunt. Vincitur Japonius, ſeſeque rurſum Chriſto conciliat. Itaque multis acerbiſſimiſque tormentis laceratus, martyr demum, uti credere quidem par eſt, migravit in patriam Beatorum. Interim Antonius, Japonio Eccleſiæ reſtituto, ſeſe iterum ad certamen parat. In locum ſupplicii delatus aquæ tormento ſubjicitur. Cum augeri ſebrim, periculumque eſſe, ne moreretur, ſatellites animadvertiſſent, reducunt in carcerem. Ille quod fractum ſe eſſe, inſtareque jam ſibi mortem perſpiceret, Deo ſpiritum commendavit; dumque hymnos, pſalmoſque recitaret, victor VI. Kal. Auguſti an. 1637. deceſſit (1).

Poſt Judex Courtetum, ſocioſque emitti e carcere, atque ad

1 Vide Jacobum Lafonum *Ann. Dominic. Menſ. Sept. ad d. 24. pag. 503. ſeqq. & Hiſt. Provinc. Philipp. Dominic pag. 753. ſeqq.*

ad ſe deportari jubet. Adductos graviter accuſat quod invito Imperatore in Japoniam venerint, quod imprudentes ſe in tam magnum, tamque manifeſtum diſcrimen conjecerint, quod religionem Chriſtianam, finibus Imperii tot edictis exterminatam, in Inſulas rurſum importare conati ſint, fuerintque in cauſſa, cur non ipſi modo, ſed alii quoque non pauci in fortunarum, vitæque periculum venirent. Tum illi, fuiſſe ſibi, reſpondent, explorata, quæ de edictis ab Imperatore propoſitis diceret. Sed eſſe ita affectos, atque inſtitutos ſe, ut propriæ mortali vitæ anteponendam arbitrentur religionem, perpetuamque ſalutem aliorum. Ne putet tam eſſe manifeſtum periculum, quod opponeret, ut vitari nulla ratione poſſit. Aliquos ſua memoria, multos ætate ſuperiorum Imperatorum Chriſtianos ſacerdotes eluſiſſe militum vigilantiam, atque in oppida ingreſſos apud eos delituiſſe, qui noſtris partibus ſtuderent, curaſſeque, ut Orthodoxi in fide, atque in officio confirmarentur. Quod ſi voluntate Conditoris hujus univerſitatis rerum effectum eſt, ut ipſi in hoſtium poteſtatem venirent, id tamen Chriſto gloriæ, & ſibi utilitati, ac ſaluti perpetuæ futurum. Nam ſibi vitio dari non poſſe, quod Chriſtianam religionem, quam Ethnici delere cogitarant, aut conſtabilire, aut reſtituere in Japonia curarint. Deo enim, qui ſic juberet, non homini, qualis erat Imperator, eſſe parendum. Judex deinde cum tentaſſet, ac neque hortatu, neque minis deterrere a ſententia Martyras potuiſſet, eos ad locum ſupplicii duci, & aqua, ita ut de Antonio dictum eſt, torqueri imperavit. Dici vix poteſt, quanta animi tranquillitate, ac fortitudine hoc tormenti genus Guillelmus, & Michael ter ſuſtinuerint. Hymnos, cum torquerentur, recitabant, convertebant deinde ſe ad Japonios, qui aderant, eoſque adhortabantur, ut ſi Ethnici eſſent, Chriſto ſe dederent, qui tantas vires ſuis militibus ad certandum concedere ſoleret, ſin autem occulti Chriſtiani, ejuſmodi pugnis aſſueſcerent, ſeque, dum tempus monuiſſet, ad confligendum cum hoſte compararent. Contra Vincentius cruciatuum atrocitate perterritus, immemor eorum, quæ olim religionis cauſſa paſſus eſt, cum in exilium pulſus, omnibuſque rebus expoliatus in ſummam

mam egeſtatem redactus eſſet ; aſſentiri Japoniis , promittereque ſe dixit, continuo , quæ vellent , facturum . Ejus caſus magnam Guillelmo, & Michaeli triſtitiam attulit. Sed cum tres ſimul in carcerem delati eſſent , quod hi in fide manerent, ille , quod Japonius cum eſſet , Chriſtianam religionem , quam Imperator coli vetuiſſet, conſectatus eſſet , atque exulare juſſus, nihiloſecius in patriam revertiſſet ; ventum in ſpem eſt fore , ut cognita peccati , quod admiſerat, gravitate, Vincentius reſipiſceret, & in Chriſti gratiam , atque amicitiam redire poſſet . At ubi ſceleris magnitudinem exponere, & quantum detrimenti accepiſſet, revocare homini in mentem cœperunt , tum demum cognorunt, niſi gratiæ Dei ſingulari præſidio, reverti neminem ad ſanitatem . Poſtero die idem cruciatus genus viri fortiſſimi ſubierunt. Neque committendum Ethnici putarunt , ut Vincentius liber eſſet, qui cum Japonius natione eſſet , tum ſe cum exteris conjunxiſſet ſocietate religionis. Hoc tamen inter duos priores , atque Vincentium intererat , quod illi læti , atque alacres , hic mœſtus, atque ægre ferens ad ſuppliciorum locum deduceretur. Cum aqua nihil profici Ethnici viderent, graviora , atque acerbiora tormenta parant. Arundines ad ſe deferri præcipiunt. Partes inde abſcindunt , cultroque acuunt , quas digitis ad nodum uſque inter ungues, & carnem infigunt. Ea re viſa , qui ſpectabant , omnes cohorruere. Sed Guillelmus, & Michael Deum collaudare , eique gratias referre numquam ceſſarunt, quod tanto eos beneficio, tantoque honore dignatus eſſet,ut tam magno ſuo dolore veritatem teſtificarentur,mar[illegible]reſque decederent.Jam ſancti homines tot tantiſque cruciatibus lacerati , ac viribus deſtituti , pene exanimes jacebant, cum miſſi ab Judice fuerunt , qui dicerent , Guillelmo , atque Michaeli vivere licere , modo Chriſtiani eſſe deſinant, addicantque ſe legibus , ſacriſque Japoniorum . His intellectis, quaſi integris illi viribus eſſent , clamarunt alio ſe conſilio veniſſe ex Europa , quam ut tam inſigne ſcelus admitterent . Pro confirmanda, ac dilatanda Chriſtiana religione iter ab ſe fuiſſe in Japoniam inſtitutum . Id ſi vivi conſequi nequiverunt, pertinacia incolarum, confidere plane ſe divini numinis ope fretos,

fore

Digitized by Google

fore ut conſtantia in perferendis ſuppliciis, morteque tandem ſua conſequantur.

Qua re commotus Judex conſtringi eos catenis, atque reportari in carcerem imperat. *Vincti* Chriſti, qui ſecum una adductum in locum eumdem Vincentium viderunt, hominem aggrediuntur. Quid mali egerit, quem læſerit Deum, quantoque in ſempiternæ ſalutis periculo verſetur, proponunt. Obteſtantur, ut in ſe redeat, ſuique miſereatur. Summa eſſe clementia Chriſtum. Fateatur ſe reum eſſe, petatque ex eo veniam. Ne timeat. Eum qui nolit peccatoris mortem, ſed velit, ut convertatur, & vivat, non ſeverum judicem, ſed miſericordem patrem futurum. Vincentius hac oratione permotus, gratiæque Dei beneficio immutatus, facti pœnitens, peccatum confeſſus eſt, flevit, veniam petiit, ac ſtatuit demum quod ſibi ſuopte flagitio, multiſque exemplo nocuiſſet, hoc totum ſua morte diluere. Itaque judici ſe cum ſociis offert, clamat Chriſtianum eſſe ſe, neque tormentis, neque mortis metu deterreri ab ſententia deinceps poſſe. Experiatur Judex, faciat, quæ ſibi in mentem venerint. Se quod inconſtantia olim fecerit, conſtantia, fortitudineque compenſaturum. Igitur aqua omnes torquentur. Deinde ita ſuſpenſi pedibus ſunt, ut ſuppoſito dolio pleno, pars ſuperior corporis aquæ immergeretur, impediretque reſpirationem. Cum aliquamdiu vexati hoc modo fuiſſent, ut jam ſuffocari, interireque viderentur, dolium removerunt, ipſoſque ſolutos, atque in carcerem incluſos ad *d.v. Kal. Octob.* detinuerunt. Quo die eos educunt, atque ad ſupplicii locum deferri curant. Scrobes ibi erant ab ſatellitibus factæ quinque, ut martyres eum etiam cruciatum ſubirent, quem Japonii omnium eſſe acerbiſſimum arbitrantur. Itaque pedibus eos, duoſque Japonios, neſcio quos, ſuſpendunt, & in foveam cingulo tenus depriinunt. Tabulis inde ligneis corpora conſtringunt, & Scrobes operiunt, ut ne quid eorum, quæ dicantur, intelligere martyres poſſint, gravitatemque ſupplicii ſentiant. Sed hi ſumma lætitia fruebantur, & concitata interdum voce clamabant (ita ut, qui aderant, audirent) nihil ſe tormenta vereri; eſſe ſibi brevi concedendam felicitatem a Chriſto, cujus cauſſa tot cruciatibus con-

Digitized by Google

conflictati, laceratique fuiſſent. Poſtridie ejus diei remotis tabulis, Ethnici duos illos Japonios deceſſiſſe, tres autem Dominicanos agere animam, mortique eſſe proximos cognorunt. Nunciant judici. Ille capite eos continuo plecti imperat. Carnifex quod juſſus eſt, facit. Deinde corpora cremantur, atque in cineres rediguntur, quos Ethnici in mare projiciunt, ne quis eos Chriſtianorum religionis ergo colligeret (1). Tanta autem horum Martyrum in perferendis cruciatibus, ſuſtinendiſque atrociſſimis ſuppliciis virtus, & fortitudo fuit, ut invenirentur ea ætate, qui dicerent, nullos ante in Japonia pro Chriſto pugnaſſe, qui comparari cum iis poſſe viderentur (2).

Sævitum quoque annis 1638. & 1639. (3) cauſſa Chriſtianæ religionis ab Japoniis in Chriſtianos incredibili crudelitate eſt, novaque edicta publicata (4), quibus Luſitanis interdicebatur, ne naves in Japoniam appellerent, propterea quod ſacerdotes Chriſtianos in inſulas tranſducere ſolerent, qui novam religionem incolis nunciarent, compellerentque, ut a patriis ritibus, ſacriſque abducerentur. Quod ſi quis Navarchus Luſitanorum contra quidquam molitus eſſet, is ſibi ab Imperatore non mercium, naviſque exuſtionem modo, ſed mortem etiam denunciari, certo ſciret. Anno 1640. Luſitani Macaenſes, quum liberis in Japoniam commeatibus interclufis, non minima ſuis civibus afferri incommoda viderent, navim pararunt, legatoſque ad Imperatorem miſerunt, qui dicerent, ſibi eſſe in animo mercatores in Inſulas mittere Japoniorum, rogarentque, ut ejus voluntate id ſibi facere liceret. Imperator

1 Vide eumdem Laſonum *ibid. ad d.29. p.774. edit. an.1710. & Hiſt. mox cit. p 753. ſeqq.*

2 Jacobus Laſonus Ord. Præd. *Ann. Dominican. ad d.* xxix. *Sept. pag.774. edit. an.* 1710. De Guillelmo Courteio, & Michaele de Ozaraza agens „ Ont été, *inquit*, inflexibles, & com„ me inſenſibles au milieu des plus effroiables tourmens, & on les doit regarder comme *les* „ *plus valeureux Martyr, qui aiens été juſqu' à cette heure dans le Japon*, dit le R.P. Ale„ xandre de Rodes, celebre Miſſionaire Jeſuite de la Chine dans ſa lettre du 1. Janvier 1638. „ qu' il écrivit de Macao au R. P. Georges de Rodes, ſon frere de la même Compagnie a „ Lyon, dont j' ai une copie bien autentique entre les mains „. Confer Antonii Franciſci Cardimi e Societate Jeſu *Catalogum Regularium, & Secularium, qui in Japonia Regnis uſque a fundata ibi a S. Franciſco Xaverio gentis Apoſtolo Eccleſia, ab Ethnicis in odium fidei ſub quatuor Tyrannis violenta morte ſublati ſunt*. Edit. Rom. an. 1646. p. 76. & Dominici Marcheſii *Diarium Dominicanum ad d.* xxix. *Sept. pag.*172. *ſeqq. tom.* v. *edit. an.* 1679.

3 Conſule Scardimum *ibid. pag.77. ſeqq.*

4 Edictum refert Scardimus *ibid. pag.* 78. Erat is Scardimus *Procurator ad urbem Provincia Japonia*.

perator quod memoria tenebat, (1) a mercatoribus tranſportari ſacerdotes Chriſtianos in Japoniam conſueſſe, non ſolum concedendum non putavit, ſed etiam comprehendi legatos, conjicique in carcerem, atrociſſimiſque ſuppliciis excruciari, atque interfici præcepit. Cum illi legatorum nomen apud omnes nationes ſanctum, inviolatumque ſemper fuiſſe, ſeque proinde per ſummam injuriam retentos, atque in vincula conjectos quererentur, Imperator, nullam ſe habere legatorum ratio-

1 Adeundus Scardimus *Opuſc. de Morte Feliciſſima quatuor Legatorum Luſitanorum, & Sociorum, quos Japponiæ Imperator occidit in odium Chriſtianæ Religionis edit. Rom. an.* 1746. *pag.* 1. *ſeqq.* Qui in novam Cellarii Geographiam *edit. an.* 1716. adnotationes adjecit, ita ut moris eſt Lutheranorum, omnia, quæ ab Orthodoxis geſta in Japonico Imperio ſunt, carpere, & rejicere non dubitavit, quaſi eſſent plena mendaciorum. „ De Inſulis, *inquit*, Japonicis „ adeunda Franz Caronis deſcriptio Japonica. Litteræ Xaverianæ nonnulla quidem has Inſu„ las concernentia produnt, & multis fabulis de converſione hæreticorum refertæ ſunt, quod „ & de relationibus Jeſuitarum Japonicis dicendum. Pleraque enim ibi tradita fabulæ ſunt, „ uti & quæ de Martyriis Chriſtianorum Japonicorum ibidem referuntur „. Quæ autem eſt, niſi hæc ſumma calumniandi licentia eſt? Sed bene habet. Nemo enim tam eſt ineptus, tamque imperitus rerum, ut magnis, optimiſque viris, qui coram omnia viderunt, fidem adimendam, atque huic calumniatori, qui in Germania vitam duxit, adjungendam putet. Bernardus Varenius homo de Proteſtantium quidem numero *lib. de Japonior. religione, de Chriſtianæ Religionis Introductione in ea loca, deque ejuſdem Extirpatione edit. Amſtelod. an.* 1649. „ ſcribit hoc modo: „ Aſſeramus, *inquit* (*pag.* 160. *ſeqq.*) Belgarum (qui Reformatæ, non Pontifi„ ciæ fuerunt religionis, ne quis fidem deroget his, quæ afferuntur) hac de re ſcripta, dein„ de de cauſſis videbimus. Deſcriptioni Japoniæ auctore Caronio adjunctum eſt ſcriptum cu„ juſdam nomine, Reijeri Geysbertz, qui *anno* 1622. *& ſeqq.* procurandi commercii nomine „ Belgicæ Societatis in Japoniæ Urbe Nangeſacque vixit. Illius titulus hic eſt: *Hiſtoria Mar„ tyrum, qui in Japonia propter Romano Catholicam Religionem crudelibus, & intolera„ bilibus affecti ſunt tormentis, vel etiam necati.* Sequitur jam ipſa deſcriptio, quam e „ Belgico ſermone tranſtuli. *Ab an.* 1622. *exitu, & exordio ſeq.* 21. combuſti, & capite „ multati ſunt in urbe Nangeſacque centum & triginta circiter homines partim viri, partim mu„ lieres, partim pueri, & puellæ, in quorum numero præter alios religioſos, fuerunt duo Sa„ cerdotes .... Inter combuſtos fuit quoque Italus quidam dictus *Spinula* ex urbe Genua... „ Nimirum cum Sunegone *Hiſpano*, & Ladovico Pietenſi comburebantur, & capite multaban„ tur 110. homines, & proxima vice 100. partim viri, partim pueri. *Pag.* 166. ſcribit 128. „ & amplius an. 1624. in urbe Jedo. *Pag.* 167. Firandi 36. vel 37. fuiſſe occiſus narrat. Tum addit: „ Eos inter, qui necati ſunt, vidimus puerulum ſex, vel ſeptem annorum, qui tanto animi „ gaudio geſtiens, prædicans, & cantans Chriſtianus pſalmos Japonico ſermone ad mortem pro„ perabat, ut in tali ætate mirati id valde ſimus. Quæ autem geſta Nangaſachii, & alibi *an.* 1626. *ſeq.* fuerint idem auctor perſequitur *pag.* 170. *ſeq.* Ac die, inquit, 19. menſis Junii „ juſſit gubernator collocari triginta tres palos, lignaque incendiaria circum illos poni diſtan„ tia ſeſquiunius Orgyæ, ut hic mos eſt. Viceſimo die producere juſſit tredecim captivos cre„ mandos, nimirum tres Sacerdotes, quorum unus erat Epiſcopus dictus Franciſcus Parquerus „ 70. annorum Luſitanus, ſecundus Balthaſarus de Torres Dominicanus 68. annorum Hiſpanus, „ tertius Iohannes Baptiſta etiam Dominicanus 57. annorum Italus, præterea quinque Luſita„ ni ... Reliqui quinque Iaponii erant ... Sacerdotes, & Iaponii Chriſtiani ad mortem uſ„ que in fide perſeverarunt. &c. Multa alia idem narrat auctor, quæ plane oſtendunt vera eſſe teſte Geysbertſo hæretico martyria, veraque ea, quæ de propagatione Orthodoxæ Chriſtianæ religionis in Iaponia *Miſſionarii* memoriæ prodiderunt. Labitur autem Varenus, qui de hiſce Martyriis nihil eſſe ab Ieſuitis editum affirmat *pag.* 159. Sed ejus error ſcriptorum, quos extrema in hoc caput adnotatione numerabo, auctoritate refelletur.

nem, reſpondit, qui contra atque ipſe conſtituiſſet, in Japoniam accedere non dubitaverant. Ac ſe quidem non ipſis modo non eſſe parcendum exiſtimare, ſed neque Regi, immo vero ne Chriſto quidem Deo Luſitanorum. Igitur legatos, ſocioſque itineris, qui plus dignitate, atque opibus valerent, capitis condemnavit, & perpaucos nautas dimiſit, iiſque ut Macaum redirent poteſtatem fecit, atque una edixit, ut eorum, quæ geſta eſſent, Luſitanos redderent certiores, nunciarentque, eum qui in Japoniam poſthac contendere auſus eſſet, quam ſint ſeveri legum obſervatores Japonii, cogniturum.

Legatis, aliiſque, quos diximus, interfectis, nautiſque perpaucis dimiſſis, Batavis in aliquot Inſulas veniendi facultas eſt facta, horumque, ut a quibuſdam noſtrorum hominum memoriæ proditum eſt, conſilio, ab Imperatoribus conſtitutum, ut qui in portum aliquem, qui ditionis eſſet Japoniorum, perveniſſent, crucem pedibus proterere cogerentur: Hac re audita, plerique noſtrum deſerendos eſſe earum regionum incolas judicarunt, (1) abſtinendumque ab eo itinere, quod nemini ſaluti, ſibique detrimento, atque exitio eſſe poſſet. Interea tamen Dominicani, qui in Philippinis Inſulis degebant, circumſpiciebant, ſi qua umquam rei bene gerendæ data opportunitas eſſet, ut coloniam in eaſdem ſuorum mitterent. Cumque nonnihil de iracundia, odioque ab eis, quo in noſtros homines ferebantur, remiſſum intellectum (2) eſt,

1 Vide Cardimum locis ſupra indicatis.

2 Iacobus Laſonus *Ann. Domin. menſ. Sept. p.* 11. *Chronol. Miſſion. FF. Præd. pag.* CCLXIII. *ad an.* 1654. a Petro Ledo Præfecto Provinciæ *Philipp. Inſul.* curatum diligenter fuiſſe ſcribit, ut miniſtri, præconeſque religionis Chriſtianæ in Iaponiam mitterentur, ſed exitu minus ſecundo, propterea quod portum nullum tenere illi potuerint, interclusis Iaponiorum perfidia commeatibus non Luſitanorum modo, ſed etiam Hiſpanorum. Tentatum id quoque fuerat anno 1648. ſed eodem omnino exitu. *Id. ibid. pag.* CCLXII. Urbanus Cerrius *l. c. pag.* 189. „ Rimaſe, *inquit*, „ affatto abbandonata quella Criſtianità, che ſe vi foſſero ſtati ordinati nazionali (at ordinatos non paucos fuiſſe conſtat, in quos perinde Iaponii ſævierunt) a diſpetto di tutte le perſecuzioni, ſarebbe ancora in piedi. Nondimeno ve ne ſono rimaſi molti, che propagano la fede tra di loro battezzandoſi dai Padri i propri figliuoli, e ogni anno ne ſono anche molti „ martirizzati, onde hanno gran biſogno di operai, e i Domenicani delle Filippine procurano „ ora di mandarveli ſegretamente „. Quod attinet ad Decretum Imperatoris de proterenda pedibus cruce ab Europæis, qui in Iaponiam appuliſſent, ſic habet Georgius Pſalmanazarus *Deſcript. Inſ. Formoſ. edit. Gallice an.* 1705. *Amſtel.* qui Batavos vindicare conatur *pag.* 227. *ſeq.* „ Les Hollandois aiant appris le Carnage épouventable, qui s' etoit fait des Chrètiens dans le „ Japon ... ils prirent ce tems pour leur ... Ils feignirent de ne pas entendre le mot de Chrètien, & leur dirent, que ſi par ce mot, ils entendoient dens gens qui adoroient la figure d'un „ homme

eſt, experiri ſe velle dixerunt, deque ea re ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide paullo ante Innocentii XI. Pontificis Maximi tempora ſcripſerunt. Sed quæ res ante, eædem poſt etiam, ubi diligenter de voluntate (1) Japo-

A a a 2 nio-

,, homme crucifié ... non ſealement ils n'etoient pas de ces gens-la, mais qu'ils deteſtojent leurs
,, maximes ... On dit que ce ſont eux qui s'aviſerens de faire dire a l' Emperaar, que le verita-
,, ble moien de diſtinguet les Chrétiens, dont il avois lieu de ſe plaindre d' avec les Holandois
,, ou autres Europées, qui n'etoient pas de la meme religion, ésois de preſenter a tous les
,, etrangers l'image d' un Crucifix, en lear propoſans de le fouler aux pieds. Ie ne ſçai poar-
,, quoi on prétend impuser ceste invention aux Hollandois. Etoit ce une choſe ſi difficile a
,, imaginer pour croire, que cela ne pût venit dans l'eſpris des Iaponnois? Quoi qa' il en ſoit,
,, les Hollandois ne font pas, dit'on, difficulté de marcher ſur le crucifix toutes les fois, qu'on
,, le leur preſente. Ce fais ſuppoſe, comme ſelon toutes les apparences, ils ne le fons pas par
,, mepris pour la religion Chrétienne (*quaſi vero ſine contemtu religionis proculcari ſignum*
,, *redemtionis noſtræ poſſit*). Quelques Ieſuites Portugais s'ètant hazardés depui ce tems la,
,, d'aller au Iapon dans l' eſperance de n'estre pas connus, ou qu'en ſe diſant Hollandois on ne
,, lés inquieteroit pas, a peine eurens-ils mis pied a terre, qu'on leur preſenta le Crucifix pour
,, le fouler aux pieds. Ils en furent ſi effraiér, qa'ajant d'abord été reconnus, ils furent cruci-
,, fiés aa nombre de 46.,, Sed quatuor vel quinque horum Ieſuitæ fuerunt, ceteri nautæ, miliſeſve. Ac Certius *loc. cit.* cauſſam quamobrem latæ contra Chriſtianos ab Imperatore leges fuerunt, hanc eſſe cenſet, quod perſuaſum illi fuerit Hiſpanorum, Luſitanorumque reges in poteſtatem Japonios redigere inſtituiſſe, quod ipſam Americanis regibus fecerant, atque idcirco Sacerdotes in eas inſulas miſiſſe, qui nationem ad Chriſtiana ſacra perducerent, quo res facilius habere exitum poſſet. Ejus calumniæ auctores Batavos fuiſſe.

1. Mirabitur fortaſſe quiſpiam quid ſit, quod de introducta religione in Iaponiam copioſius egerim, quam de regnis aliis, provinciiſque loquens feciſſem. Sed is ſi conſideraris, quæ mea jam inde a puero ergu Franciſcum Xaverium virum Sanctiſſimum, cujus mihi nomen parentes indiderans, pietas, cultuſque fuerit, tum noſtros Dominicanos plurima fuiſſe perpeſſus in ea regione, quæ gloriæ quidem Chriſto Servatori, decori autem Ordini, ſingularique ornamento fuerunt, ignoſci quidem certe mihi, putabit, quod prolixiore ſim uſus oratione. Nunc ſcriptores, qui de Iaponicis Eccleſiis, martyribuſque diſſeruerant, recenſendi ſunt. Conferat igitur, qui multa de his rebus volet (præter Maffejum *l. c.* Turſellinum *l. c. & in vita Franc. Xaverii*, Certium *l. c.* Didacum Aduartum, & Dominicum Gonzaleſium *Hiſt. Provinc. Philipp. &c. Ord. Præd. tom. 1. & 11. edit. cit.* Fortiſſimum Martyrem Hyacinthum Orſanelum, & Didacum Colladum *Hiſt. Eccl. de los ſuceſſos de la Chriſtiandad de Iapon. &c. ab an. 1602. ad 1622.* quam nos Hiſtoriam ſupra laudavimus, quæque edita fuit Matriti *an. 1633. & Summarium cauſſæ Navarretti* aliorumque, qui fidei cauſſa paſſi in Iaponia ſunt, quod ſupra etiam memoravimus) *La lettera annua del Giappone dell' anno 1596. ſcritta dal P. Luigi Frois al R. P. Claudio Acquaviva Generale della Compagnia di Gesù tradotta in Italiano dal P. Franceſco Mercati Romano della ſteſſa Compagnia.* Romæ *an. 1599. & le lettere del Giappone degli anni 1574. 1575. 1576. ſcritte dalli RR. PP. della Compagnia di Gesù, e dal Porteghese tradotte nel volgare Italiano.* Romæ *an. 1578. e le due lettere annue del Giappone degli anni 1603. 1604. 1605. e parte del 1606. mandate dal P. Franceſco Paſio Vice Provinciale di quelle parti al M. R. P. Claudio Acquaviva Generale della Compagnia di Gesù, Roma 1608. La Relacion del martyrio, que los Sanctos Padres Deſcalços Franciſcanos, tres Hermanos de la Compania de Ieſus, y Decisiete Iapones Chriſtianos, padecieron en Iapon, por F. Iuan de Sancta Maria.* Matriti *an. 1601. La Hiſtoria de las Islas del Archipelago, y Reynos de la gran China, Tartaria, Cochinchina, Malaca, Siam, Camboxa, y Iapan, y de lo ſucedido en ellos a los religioſos Deſcalços de la Orden del Seraſico Padre S. Franciſco, de la Provincia de S. Gregorio de las Filippinas, por F. Marcello de Ribadeneyra.* Barchinone *an. 1601. la Hiſtoria de las Miſſiones, que han hecho los religioſos de la Compania de Ieſus, para predicar el Sancto Evangelio*

en

niorum quæſitum eſt, impedierunt, quo minus in ſuſcepto conſilio manendum arbitrarentur. Anno 1704. Johannes Baptiſta Sidotus in inſulas contendere decrevit, idque tandem Tournonii legati voluntate fecit. Cumque anno 1721. auditum Romæ eſſet, gratum hominem fuiſſe Imperatori, ventum in ſpem eſt fore, ut rurſum noſtris eodem accedere, nunciareque Evangelium incolis permitteretur, ut eſt auctor Polidorius in iis libris, quos de Clementis XI. vita ſcripſit. Sed deinde res contra atque noſtri ſibi perſuaſerant, evenerunt.

CA-

en la India Oriental, y en los Reynnos de la China, y Iapon. Primera y ſegunda parte. Por el P. Luis de Guzman. Alcalà an.1601. & Relacion annual de las coſas, que han hecho los Padres de la Compania de Ieſus en la India Oriental, y en los Reynos de la China, y Iapon en los annos de 1600., y 1601., y del progreſſo de la Converſion, y Chriſtiandad de aquellas partes. Valiſoleti an.1604. Litteras Iaponicas an. 1605. Conimbricenſes an.1606. 1607. illas a R. P. I. Rodriquez, has a R. P. Matthæo Riccio Soc. Ieſu tranſmiſſas ad Cl. Aquavivam, latine redditas a Rhetoribus Collegii Soc. I. Antuerp. an.1611. Litteras Iaponicas an.1609. & 1610. ex Italicis Latinas factas ab Andrea Schotto. Antuerp. an. 1615. Rei Chriſtianæ apud Iaponios Commentarium ex litteris annuis Soc. Ieſ. annor.1609.10. 11.12. collectum a Nicolao Trigaultio Aug.Vindelic. an.1615. Relacion del ſucceſſo que tuvo nueſtra Santa fe en los Reynnos de Iapon, deſde el anno 1612. haſta el anno 1615. Imperando Cubſama, Compueſta por el Padre Luis Pineiro S. I. Matriti an.1617 In extremo hoc opere extat Catalogus eorum, qui ab anno 1564. ad an. 1615. in Iaponia pro religione paſſi ſunt. Brevem relat. De Perſec. in Chriſtianos Catholicos an.1619 commota: ex litter. ann. Soc. Ieſu anglic. ed. an.1619. Hiſtoria y Relacion del Iapon, deſde el anno 1612. haſta el dello 1615. por el P. Pedro Morejon de la C. de I. Ulyſip. an.1615. Guidonem Gualteſium Legazione de Principi del Giappone dell'anno 1585. a Greg.XIII. &c. edit. Rom. an 1586. & de eodem argumento Eduardum de Sande S.I. ex Ephemeride Legatorum in Macaenſi Portu Imperii Sinici edit. an.1590. Iſtoria del Voxo del Giapone, dell' antichità, nobiltà, e valore del ſuo Re Idate Maſamune, de' favori, che ha fatto alla Criſtianità, e deſiderio, che tiene di eſſere Criſtiano, e dell' aumento di noſtra Santa Fede in quelle parti, e dell'ambaſciata, che ha inviata alla Santità di N. Signore Papa Paolo V. e delli ſuoi ſucceſſi, con altre varie coſe, fatta per il Dottor Scipione Amati Romano Interprete Hiſtorico dell' Imbaſciata Rom. an.1615. lettere annue del Giapone, China &c. al P. Gener. della Comp. di Gesù ſcritte da' PP. della ſteſſa Compagn. negli anni 1615. 16. 17. 18. 19. volgarizzate dal P. Lorenzo delle Forze. Mediol. an.1621. Hiſtoria, y relacion de los ſuccedidos en los Reynnos de Iapon, y China deſde el anno 1615. haſta il de 1619. por el P. Pedro Morejon S. I. Ulyſipon an.1621. Trigaultium, & Raderum De Chriſtianis apud Japonios triumphis, ſive de graviſſima ibidem contra fidem Chriſti perſecutione exorta ab anno 1612. cum auctario, & iconibus Sadelerianis. Petrum Morinum Hiſt. de ce qui s'eſt paſſe es Royaumes du Yapon, & de la Chine tirée des littres eſcrittes ès annes 1621.22. Pariſ. an.1627. Gaſparem Spittilium Soc. Jeſ. Martyr. XXXVI. Chriſti Pugilum in Japonia an. 1597. ſub Taicoſama Imp. Fabium Ambroſium Spinulam Soc. Ieſ. Vita del P. Carolo Spinola, Lettera annua del Giappone dell'anno 1624. al M. R. P. Muzio Vitelleſchi Generale della Compagnia di Gesù edit. Rom. an. 1628. & Dilingæ an.1628. Lettere annue del Giappone degli anni 1625. 26. 27. al M. R. P. Muzio Vitelleſchi Prepoſito Generale della Comp. di Gesù Rom. an.1632. Narrationem perſecutionis an 1628. 29. 30, ex italico Latine a Iohan. Bollando edit. Antuerp. an.1635. & in Act.SS. tom.1.Febr. pag.723. ſeqq. Garſiam Carceſium Relace de la Perſec. &c. de l'an 1624. Martinum la Naxa de ſtatu Perſec. Iaponica &c. illuſtri mort. P. Marcelli Maſtrilli Cæſaraugustæ an.1639. Johannem Baptiſtam Taverneriam Deſcript. Japon. & Perſec. Iapon. ſæpe cum ejus itinerib. edit. Hiſt. Eccl. de l' Iſl. & Royaumes de Iapon. par. le R. P. François Solier. Pariſ. an. 1627. Antonium Franciſcum Cardimum S. I. Relazione della Provincia del Giappone. Roma an.1643. & Faſcicul. e Iaponicis Floribus ſuo adhuc

hue

CAPUT XXIX.

De Origine, vicibuſque Chriſtianæ religionis in Sinenſi Imperio, & Tartaria Magna.

Sina eſt ampliſſima regio, ac terminus continentis Aſiæ, qua ad meridiem ſpectat. Ab occaſu proxima eſt Indiæ extra Gangem, ejuſque *Annanum* Regnum, cingitur ab ab auſtro, ortuque Solis Oceano, eſtque finitima Tartariæ qua parte ad Septemtriones vergit. Diviſa eſt Sina in provincias plures, quæ tametſi ab eorum multis, qui in eamdem regionem propagandi Evangelii cauſſa contenderunt, indicatæ, tamen haud ita accurate deſcriptæ ſunt, ut nihil ſupra deſiderari poſſe videatur. Interiores enim provincias omnes luſtrare, in iiſque conſiſtere diu, ipſiſque metiendis operam diligentem dare non licet, propterea quod metuendum ab incolis ſit, quos eſſe ſuſpicioſos,& ſimulatores conſtat,acerrimoſque hoſtes Europæorum. In littore, quod e regione Philippinis Inſulis eſt, *Kantonum*, ſive *Quancheum* viſitur, cui provinciæ a Metropoli *Kantono* indita eſt appellatio.Inde adverſo flumine ad Urbes *Xaocheumum*, atque *Nanhumum* navigatur. A dextera fluminis ſunt *Quangſium*, & *Iunnamum* provinciæ. Ab *Nanhumo* modico terreſtri itinere *Nanganum* oppidum abeſt, quod eſt ad fluvium *Chungum*.Atque hinc navigari poteſt *Nankangum*, *Kucheum*, *Taykoum*, *Kianſium*, *Anhingum*, & in alias majores urbes; poſtque *Kiangum*, & *Changium* maximorum amnium confluentem, *Nanquinum* celebre oppidum eſt, haud procul ab oſtio Kiangi fluminis ſitum. Inter *Kantonum*, atque *Nankinum* in littorali tractu jacent *Chequiangum*,

*hue madentibus ſanguine compoſita ab eodem Cardimo. Romæ an.*1646. Danielem Bartholum *Hiſt. della Comp. di Gesù, l'Aſia par.* I. & II. *edit. an.*1660. P. Craſſetum S. I. *Hiſt. de l'Egliſe du Iapon. par M. l'Abbé T. Pariſ. an.*1689. Iohannem Philippum Marinum S. I *Iſtoria e relazione del Tunchino, e del Giappone &c. edit. Rom. an.*1665. Ex Proteſtantibus præter Varenium, & Geysberſium ſupra memoratos, pro Batavis agit Auctor de *Athl. Hiſtorique tom.* v. *pag.* 165. Vide etiam Iohannem Gaſparem Scheuchzerum, cujus opus ab Engelberto Kempfero anglicum, & a D. de Maizeaux gallicum factum, inſcriptum eſt *Hiſtoire Naturelle, Civile, & Eccleſiaſtique de l' Empire du Iapon edit. Hagæ Comit. an.*1729. Deſcriptionem Imperii Iaponici dedit etiam Craſſetus initio *Hiſt. Eccleſ.* ejuſdem Imperii, quem conſule.

gum, & *Foquiena* provinciæ. Ante confluentem circa *Kiangum* amnem *Huquamum*, & ſuperior *Suchuvena* provinciæ ſunt. Inde *Quicheum*, quæ ſane pars ad meridiem pertinet. Supra *Kiangum* Septemtriones verſus ſunt intus provinciæ *Honana*, & *Xanſia*, quas magnus fluvius Hoanſus dividit. Ad mare *Xantungum*, & *Leaotungum* vergunt. Non longe ab *Leaotungo* provincia *Corea* peninſula diſtat, quam aliqui Inſulam eſſe exiſtimarunt. Sunt in his provinciis illuſtria oppida, ſed magnam partem minus cognita Europæis. In Xantungo urbes *Cinnanum*, *Cingchen*, *Tungamum*, in *Leaotungo* vero *Leaoyanum*. Sed omnium præſtantiſſima urbs in Pekingenſi provincia Tartariæ proxima *Pekingum* eſt. Hæc enim ſedes ante erat Imperatoris, nuncque jam regia eſt Tartari, qui bello Sinenſes redegit in poteſtatem.

Inſulæ, quæ ad Sinas pertinent, ſunt ab auſtro *Hayna* prope Cochinchienſem ſinum. In Cantonenſi autem plures ſunt parvæ, in quarum præcipua, cui eſt Gaoxara nomen urbs eſt *Macaum*, quæ Luſitanorum ditionis eſt, qui Sinenſibus eripuerunt, a quibus an. 1668. fuerat expugnata. Sub cancri tropico Inſula Formoſa, quam olim Belgæ obtinebant, poſtque jam Sinenſes ann. 1662. piratæ Coxinii opera occuparunt. Nankinenſi ſinui, & Coreæ Peninſulæ obverſæ ſunt *Japonicæ*, tres præcipuæ Inſulæ, quarum maxima *Japan*, quam *Niphonem* incolæ appellant, duæque mediocres *Xikochum*, & *Saikochum*. Sed de Japana, quam aliis peninſulam videri diximus, jam ſatis alibi diſputatum eſt. Nunc vero ut in Sinenſe Imperium introducta religio Chriſtiana fuerit, demonſtrandum erit. (1)

Quamquam autem fuerunt, qui Thomam Apoſtolum ad Sinas veniſſe, intuliſſeque Chriſtianam religionem, atque templa condidiſſe contenderent, quoniam tamen leviſſimis conjecturis nixa eorum opinio eſt, rejecta ab aliis fuit, qui nihil eſſe de hoc genere, niſi monumentis alicujus ponderis, ſtatuen-

1 Confer Dualdum *S. I. Hiſt. de la Chine*, quæ in quatuor tomos eſt diſtributa, editaque *Pariſ. an.* 1735. Is enim auctor quæ de Chorographia Sinica diligentius animadverſa erant, collegit, atque deſcripſit. Mitto ceteros, qui Hiſtoriam civilem, deſcriptionemque ejus regionis dederunt, quod nolim eſſe longus, ſufficiatque eum indicaſſe, qui poſtremus omnium in hoc genere fuſe, copioſeque verſatus eſt. Notandum eſt tamen fuiſſe hujus Hiſtoriam juſſu Clementis XII. proſcriptam. Confer etiam *Deſcription. legat. Batavicæ ad Magnum Tart. Cham ed. an.* 1668.

tuendum arbitrarentur.(1)Cum enim neque Græcos,neque Latinos, neque ullum Sinenſium veterum eſſe cernerent, qui iter tradiderit fuiſſe a Thoma in eam regionem inſtitutum, nihil eos morari voluerunt, qui *Breviario Chaldæo Eccleſiæ Arabicæ*, & *Canonibus* ejuſdem *gentis Synodalibus* (2) uſi eſſent. Ne vero quiſquam aliquid præſidii ex eo peteret, quod eſſet de peregrinationibus Apoſtoli Thomæ in Indiam, oſtenſum ab eruditis viris eſt, *Indiæ* nomine *Perſidem* intelligi oportere. (3)

Sed viſum quibuſdam hiſtoricis gravibus imprimis, atque doctis eſt, Sinenſes quamvis non temporibus Apoſtolorum, tamen aliquamdiu poſt audiſſe de Chriſto, extitiſſeque eorum aliquos, qui noſtram doctrinam amplecterentur. Eſt enim Arnobius (4) auctor, apud Seras ſua ætate vero Deo cultum, preceſque adhiberi conſueſſe. Jam vero diligentiſſimorum Geographorum ſententia eſt (5), *Seras* ab *Sinenſibus* minime diſcrepare. Atque Ebedjeſus Sobenſis (6) Sinenſes metropolitas fuiſſe

1 Thomam ad Sinas veniſſe tradunt Antonius de Covvea *lib.inſcripto*: *Iornada do Arcebiſpo de Goa l.1. c.1.* quem laudat *Math. Veiſſ. la Croze Hiſt. de Chriſtianiſme des Indes l.1.pag.38. edit. an.1724.* Nicolaus Trigautius S.I. *de Chriſt. Exped. apud Sinas l.1. pag.124. edit.an.1615.* Athanaſius Kircherius *China Illuſtr. cap.II. pag.57. & cap.VI. pag.91. & in Prodr. Copto cap.IV. pag. 106.* P. de Premare S. I. *Lettres Edifiant. & Curienſes Des miſſ. etrangeres t.XIX. pag.449.* Conſule etiam Andreæ Mulleri Hebdomaden *obſerv. ſineer. p.10.* Ludovicum le Comte *Memoire de la Chine t. II. pag. 140.* Immo vero ex India in proximas Sinas jam inde a ſucceſſoribus Thomæ in Tartariam manaſſe Evangelium putant Ortelius, & Kircherus. *Chin. Illuſtr. par.II. cap.VII. pag.92. edit. an.1667.* „ Ex hiſce regionibus jam enarratis, *inquit Kircherus*, „ videlicet ex Cabul Caphurſtan, Tibet, Mogol (*ubi S.Thomam promulgaſſe Evangelium credit*) facile per ſucceſſores Epiſcopos in ulteriores provincias, & regna, uſque ad ultimum „ Tartariæ terminum Sacrum Chriſti Evangelium propagari potuit. Id ſane aperte dicit Ortelius, qui regnum Argon in ultimo Septemtrionis Angulo conſtitutum dicit, a S. Thoma ad „ fidem Chriſti converſum, ſubintelligu a ſucceſſoribus ſuis &c. Contra ſentiunt Philippus Coupletus *ad finem ſcientiæ Sinenſis pag.39. edit. an.1687.* Renaudotius *Remarques ſur les Anciennes relations des indes, & de la Chine pag.230.*

2 Trigautius his abutitur *de Chriſt. Exped. apud Sinas l.1.pag.114.*

3 Factum id eſt etiam ab Iſaaco Beauſobrio viro ex Calvinianorum quidem ſecta, magno in Orthodoxos odio, ſed in eo, quod ad hoc genus argumenti attinet, diligenter, ut quidem mihi videtur, exercitato, *Hiſt. de Manichée, & du Manicheiſme tom.1. lib.II. cap.V. pag.404. edit. an.1734.*

4 *Lib.II. Adverſus Gentes pag.50. edit. an.1651.* „ Virtutes ſub oculis poſitæ, & inaudita „ illa vis rerum, vel quæ ab ipſo Chriſto fiebat palam, vel ab ejus præconibus celebrabatur in „ orbe toto: ea ſubdidit appetitionum flammas, & ad unius credulitatis aſſenſum una concurrere gentes, & populos fecit, & moribus diſſimillimas nationes. Enumerari enim poſſunt, atque in uſum computationis venire ea, quæ in India geſta ſunt apud Seras, Perſas, & Medos.

5 Conſule Chriſtophorum Cellarium *Notit. orbis Antiq. tom. II. lib. III. c.XXIII. ſect.IV. pag.888. edit. an.1706.*

6 *Parte* VIII. *c. XV.* apud Ioſ. Simon. Aſſeman. *tom.III. Biblioth.Orient. Clement. par.II. c.IX. §.VI. pag.DXXI.*

fuiſſe a Salibazacha Chaldæorum Catholico creatos, floruiſſeque ſcriptores nonnullos, tradit, qui ab Achæo, & Sila fuiſſe illos antea conſtitutos exiſtimaſſent. Sed Achæum ab anno 411. ad 415. Patriarchatum Seleucienſem Chaldæorum obtinuiſſe, Silam vero occupaſſe eamdem ſedem ab an. 503. ad an. 520. Chaldæi Hiſtorici monumentis mandarunt litterarum. At Salibazacha potitus anno 714. patriarchatu eſt, eumque obtinuit ad an. 728. Quæ cum ita ſint, concedendum omnino videtur eſſe, longe ante Salibazachæ tempora fuiſſe in Sinenſi imperio collectos coetus Chriſtianorum, quibus ea ætate, vel Achæi, Silæve tempore, Metropolitæ præficerentur. Neque enim brevi ſpatio late longeque propagata religio eſt, ut jam Eccleſiæ conditæ, conſtitutique Epiſcopi perplures fuerint, quibus Archiepiſcopum præficere neceſſe eſſet, qui de rebus gravioribus, controverſiiſque, dum ratio poſtulaſſet, cognoſceret. Sinenſem præterea Metropolitam Indo dignitate parem eſſe Chaldæi (1) arbitrantur. At par dignitas ab iis ex antiquitate repeti (2) ſolet. Eodem igitur fere tempore inſtitutus Archiepiſcopus eſt Sinenſium, quo eſt creatus Metropolita Indorum. Jam vero vetus eſt in India Chriſtianiſmi origo, ut a *la Croze* (3) haud levibus conjecturis oſtenſum eſt, demonſtrantque alii inlatum in hanc fuiſſe ſi non ab Apoſtolis, at ſaltem a diſcipulis Apoſtolorum. Conſequens eſt igitur, ut Sinenſibus primis ſeculis fateamur fuiſſe Evangelium nunciatum (4). Repertum denique *Singan fu* oppido provinciæ Xenſi monumentum Syro Sinicum fuit ſeculo ſuperiore, quod (5) Kircherus illuſtrare conatus eſt, pluresque alii (6) deinceps exponere curarunt. Quamquam vero fuerunt, qui illud in ſpuriis

1 Aſſeman. *ibid. par.* 1. *pag.* 614. 616.

2 Amarus apud *Aſſeman. ibid. tom.* II. *cap.* XIII. *pag.* 458. & Ebedieſus apud eumdem Aſſemanum *tom.* III. *par.* 1. *pag.* 346.

3 *Hiſt. du Chriſtianiſme des Indes l.* 1. *pag.* 44.

4 Nummi antiqui reperti apud Sinenſes fuiſſe dicuntur, ex quibus effici poſſe videtur olim in ea regione Chriſtianos viguiſſe. Vide *Præf. ad lettres edif. tom.* XII. *pag.* XIV. Præterea ſunt, qui idem concludant ex ſecta *Xekie*, ſive *Crucis*, quæ floruiſſe apud Sinas fertur. Adeundus Andreas Mullerus *in Chataja pag.* 58.

5 In Podromo *Copto, & China illuſtrata par.* 1. *pag.* 1. *ſeqq. edit. an.* 1667

6 Andreas Mullerus *lib. de Monum. Sinico edit. Berol.* 1627. Euſebius Renaudotius *Ancienne relat. del Indes, & de la Chine pag.* 234. Aſſemanus *Bibl. Orient. t.* III. *pat.* II. *c.* IX. §. VII. *pag.* 538. aliique.

Digitized by Google

riis eſſe numerandum (1) defenderent, quique dubium ſaltem eſſe arbitrarentur, tamen non defuerunt, qui pro genuino (2) haberent. Neque vero cauſſa ulla erat, quamobrem illud Catholicæ religionis in Sinenſi Imperio præcones comminiſcerentur. Nam ſi fingere monumentum aliquod voluiſſent, Orthodoxum quidem excogitaſſent, non *Neſtorianum*, cujuſmodi eſt illud, de quo nunc agitur. Deinde nihil in eo eſt monumento, quod ſuppoſitionis indicium eſſe poſſit. Quod ſi quis factum id fraude fuiſſe putet, ut Sinenſibus perſuaderetur, non eſſe recentes origines Sinenſium Eccleſiarum, is noverit, nihil ei nationi antiquum videri, quod non ſit ſeptimo ſeculo æræ Chriſtianæ vetuſtius. At hoc monumenti genus in ea tempora conjici nullo modo poteſt, quæ ante ſeptimum ſeculum excurrerunt. Fit igitur, ut non eſſe fraude, ac dolo confictum credendum ſit. Cetera autem argumenta, quibus Spizelius, Horniuſque confidunt, leviora ſunt, quam ut referenda nobis, atque confutanda videantur. Nam quod opponit Comtius (3), Imperatorem Sinenſium, qui inimicus Chriſtianorum eſſet, eo etiam nomine pellendos Imperii finibus noſtros exiſtimaſſe, quod religionem invehere conarentur, quam ne fando quidem umquam Sinenſes audiſſent, inane eſt. Atque ut prætermittam, ante fuiſſe monumentum inventum, quam hæc dicta fuiſſent ab Imperatore; eſt illud ſane graviſſimum, habuiſſe quædam in promtu noſtros, quæ plane efficerent, longe eſſe antiquiora apud Sinas Chriſtianiſmi primordia, quin ad fallacias, fraudeſque confugiendum arbitrarentur.

Sed age videamus, quid eo monumento Neſtorianorum contineatur. Eſt igitur illud (4) partim Sinica, partim Syriaca lingua perſcriptum, tempuſque indicat, quo primum ab

1 Georgius Hornius *Orig. Americanar. lib.* IV. *c.* XV. *pag.* 277. *edit. an.* 1652. Theophil. Spizelius *de re litter. Sinenſ. ſect.* IX. *pag.* 160. & la Croze *Hiſt. du Chriſt. des Indes lib.* 1, *pag.* 42.

2 *Kircher. Muler. Aſſeman. Renaudotius l. c.*

3 *Memoires de la Chine tom.* II. *pag.* 139.

4 Kircher. Muler. Aſſem. Renaud. *ibid.* & Johannes Laurentius Moshemius, cujus nobis labores in hoc genere plurimum profuerunt, *Hiſtor. Tartaror. Eccleſ. in Append. num.* 3. *edit. an.* 1741.

Neſtorianis promulgari in ea regione Evangelium cœpit. Anno enim Chriſti DCXXXVI. e Syria profectum Olopuenum, in Sinaſque ingreſſum Eccleſiæ fundamenta jeciſſe, quæ ad annum DCCLXXXI. floruerit, quo quidem anno poſitum monutum fuiſſe dicitur. Explicatur vero doctrina Chriſti ibidem, ita ut explicari ſolet a magiſtris Neſtorianorum. Atque hæc quidem ea parte continentur, quæ ſcripta eſt ſermone Sinenſium. In Syriaca leguntur nomina ſeptuaginta religionis præconum, qui Sinas petierant Evangelium prædicatum, iique indicantur, qui auctores fuerunt, ut monumentum ejuſmodi poneretur. Sed quid ei Eccleſiæ Neſtorianorum poſt octavum ſeculum evenerit, quoniam explicatum a nemine uſquam eſt, cognoſci certe nullo modo poteſt. Quamquam eſt illud exploratum ad eam uſque ætatem, qua noſtris penetrare in provincias Sinenſium licuit, veſtigia quædam earumdem Eccleſiarum ſuperfuiſſe. Nono quidem ſeculo viguiſſe multos in ea Sinenſis regionis parte, quæ ad meridiem pertinet, atque *Maſina* appellatur, ferunt. Nam Baichumum, qui ab Imperatore defecerat, in *Canſu* oppido, quod poſt fuit *Cantonum* appellatum, magnum Chriſtianorum numerum (1) occidiſſe memoriæ traditum eſt. Quinetiam *Ebnus Wahabus* (2) Arabs ſeculo IX. in Sinam contendit, cumque adjiſſet ad Imperatorem, eumque alloquutus eſſet, intellexit ſervari apud ipſum non modo Noachi, Moſiſque, ſed etiam Chriſti imagines, quæ hunc aſinæ inſidentem, Apoſtoliſque ſtipatum exhiberent. Atque Imperator, Chriſti figuram indicans: *hic*, inquit, *non diu in terris fuit. Res enim ab eo geſtæ omnes triginta menſium ſpatio continentur*. Seculo X. miſſi quoque ab Catholico Chaldæorum ad Sinenſes fuerunt, qui his Chriſtianæ religionis decreta explicarent, darentque operam, ut ſi qui eſſent apud eos noſtris ſacris initiati, in fide, officioque confirmarentur. Jam vero ſeculo XIII. (3) Chriſtiani apud Sinas age-

1 Renaudot. *ibid. Ancienne relat. &c. pag.* 51. & Moshemius *Hiſt. Tartar. pag.* 22.

2 Apud Renaudotium *ibid. pag.* 63. *ſeqq.*

3 Marcus Paulus Venetus de regionibus Orientalibus *lib.* II. *cap.* LV. *ſeqq.* & *cap.* XLV. teſtatur, in urbe Quinſai inveniſſe ſe Eccleſiam Chriſtianorum Neſtorianorum. *Cap.* XXXIX. affirmat in Metropoli Provinciæ *Chatajam*, quam *Jaci* vocat verſari paucos Chriſtianos, qui Neſtorianis parti-

agebant. Quo ſane tempore Metropolitas (1) habebant, qui cœtus eorum moderabantur. Eſt denique a Matthæo Riccio Soc. Jeſu Presbytero traditum, accepiſſe ab Judæo (2) quodam ſe, jam uſque a multo tempore ad ſeculi XVI. exitum Chriſti ſectatores in eo Imperio viguiſſe, qui tum quidem laterent, propterea quod ſævitiam, crudelitatemque Ethnicorum Sinenſium vererentur. Sed Luſitani, qui anno 1517. Ferdinando (3) Pereſio duce ad Sinas appulerunt, ne veſtigium quidem in iis deprehenderunt Chriſtianæ religionis.

Variæ autem ſunt ſcriptorum, atque inter ſe diſſidentes de his, qui primi omnium in eam regionem doctrinam Catholicam intulerunt, opiniones, aliis quidem eos e Societ. Jeſu, aliis contra Dominicanos fuiſſe ajentibus. Qui pro Jeſuitis (4) pugnant,

partibus ſtuderent, & *lib.1. cap.XLIX. de Campitione* civitate agens, *ſunt in ea*, inquit, *Chriſtiani, & Muhamedani, & Idololatræ*, & *cap.XLVII.* de provincia *Chinchintalas* diſſerens: *Populus ejus*, inquit, *in tres diviſus eſt ſectas. Pauci quidem confitentur Chriſtum, & hi ſunt Neſtoriani, alii Muhametum colunt, tertii idola adorant.* Confer Martinii *Athlantem Sinicum pag.29.* & Kircheri *Chinam illuſtratam pag.322. ſeqq.* & Jacobi Golii *Adnotat. ad Alfragan. ex Abulpharagio*. Johan. Laurentius Moshemius *Hiſt. Tartaror. cap.II. §.XVIII. pag.69. ſeqq.* „ In civitate *Cambalu*, quæ *Chatajæ*, ſive Chinæ Borealis caput, & Coplaii Im-
„ peratoris in eo regno ſedes erat, Metropolitam dudum conſtituerant Neſtoriani, Patriarchæ
„ ipſorum, ſeu Catholico, quem vocant, ſubjectum. Diem ſuum circa annum 1078. Metropo-
„ lita Chinenſium obierat, quamobrem alium ei ſufficere Patriarcham, cui *Johannes Denha* no-
„ men erat, meditabatur. Ordinatus jam ab eo erat Simeon quidam cognomento Bar Kalig, qui
„ Tauſæ Choraſanitarum urbis Epiſcopus ante fuerat. Is autem antequam ad Metropolim ſuam
„ abiret, ſuperbum, atque inſolentem erga Catholicum ſuum ſeſe gerere cœpit. Hic ut impu-
„ dentiam ipſius caſtigaret, eum rebus omnibus ſpoliatum in vincula conjecit, in quibus paul-
„ lo poſt, cum fuga ſibi conſulere fruſtra tentaſſet, una cum aliis Epiſcopis, atque Monachis,
„ violenta procul dubio morte extinctus eſt. Interea duo Monachi ad Denham acceſſerunt ex
„ Jugaritarum natione oriundi, qui ex Sinarum regno profecti Hieroſolymam petebant, loca
„ memoria Jeſu Chriſti celebria viſitaturi, ſed viarum, atque locorum imperiti erant. Horum
„ alterum Patriarcha mox mortuo Simeoni, quem diximus, opponens Metropolitam conſtituit
„ Chinenſium, & Jaballaham vocavit. Verum neque is commiſſum ſibi munus adiit, nec in pa-
„ triam reverſus eſt. Nam cum itineri ſe accingeret, Johannes Denha inter vivos eſſe deſiit.
„ Erat inter duces Tartarorum vir quidam nomine Aſatus Ameras horum monachorum aſſiduus,
„ qui mortem Patriarchæ Abakæ regi ſignificans Jaballaham commendavit, eumque ſupremo in-
„ ter Neſtorianos munere digniſſimum eſſe expoſuit. Precibus ejus Imperator morem gerens,
„ publico mandato Jaballaham conſecrari juſſit, id quod ſine mora Neſtorianorum Epiſcopi exſe-
„ quuti, Seleuciam, & Cteſiphontem profecti ſunt, eumque Catholicum, ſive Patriarcham ſo-
„ lemni cum pompa crearunt. Alterum illum Monachum Jugaritam Jaballahæ ſocium, cui Ba-
„ ſumæ nomen fuit, patriæ ſuæ Epiſcopum Jaballaha conſtituit. Vide §.XXI. *ejuſd. cap.*

1 Confer Lequienium *Orient. Chriſt. tom.II. pag.1269. ſeqq. & not. ſup.*

2 Vide Matthæi Riccii vitam ſcriptam *a Petro Joſepho de Orleans*, & Nicolaum Trigautium S. I. *De Chriſtiana Expeditione apud Sinas ex Commentariis Matthæi Riccii, lib.V. edit. Auguſt. an.1615. & Colon. an.1617. l.1. c.XI.*

3 Johan. de Barros *Decad. de Aſia t.III. lib.II. cap.VI. ſeqq. edit. an.1628. pag.39. ſeqq.* & Renaudotium *ibid. pag.270.*

4 *Lettres Edifiantes tom.III. pag.158.*

gnant, Matthæo Riccio id laudis eſſe tribuendum arbitrantur. Equidem etſi profitear Inſtitutum Dominicanum, idque jam mihi honori, atque gloriæ vertam, tamen ſi veri eſse ſimile judicarem, ante Societatis Jeſu Presbyteros Sinenſibus Evangelium nunciaſſe, quam in eam regionem penetraſſent noſtri, hanc eis laudem numquam adimendam putaſſem. Nam qui de Japoniis agens Jeſuitas primos in eiſdem Inſulis, quod ita veritas poſceret, fuiſſe religionis orthodoxæ præcones dixi, cur idem de Sinenſibus diſputans, negarem? Ac Riccium quidem exitu fere ſeculi XVI. in Sinenſem regionem veniſſe, tam eſt exploratum, ut revocari in controverſiam a nemine poſſe videatur. At medio fere ſeculo XVI. Gaſparem a Cruce (1) Dominicanum Sinenſibus Chriſtum annunciaſſe, librumque, cum in Luſitaniam revertiſſet, de ſuo ad Sinas itinere, & Apoſtolatu vulgaſſe, teſtata quoque res eſt. Scio nimium incolas pervicaces, obſirmatoſque in errore, idque tandem obtinuiſſe, ut ille ex Imperio pelleretur. Verum negari non poteſt, quin ejus opera intelligi Catholicorum nomen in iis regionibus cœperit. Rurſum anno 1590. (2) Johannes Caſtillius, aliique Prædicatores experiri voluerunt, num tempus opportunum veniſſet, quo Sinenſes pertinacia deſiſterent, Chriſtoque aſſentirentur. At ubi portum tenuerunt, interrogati cujates eſſent, cum ſe ex Europa veniſſe, ut Chriſtum incolis nunciarent, dixiſſent, ad Præfectum adducti, ejuſque juſſu in vincula conjecti, annoque poſt pulſi in exilium fuerunt. Atque omnium *Religioſorum* primus, qui Sinice loqui, atque explicare decreta Chriſtianæ religionis Sinenſibus potuit, qui in Philippinas Inſulas appellere ſolerent, Johannes Coboſius (3) Hiſpanus fuit. Sed qui primus Prædicatorum Ordinem in Sinenſi Imperio circa an. 1630. conſtabilierit, Angelus Cocchius fuit Florentinus, qui cum ad Philippinas Inſulas appuliſſet, cognomen a *S. Antonino* Florentinorum Archiepiſcopo cepit, & *Angelus a S. Antonino* eſt appellatus (4). Ricius

1 Confer Souzam III. *Part. Hiſt. S. Dominici lib.* III. *cap.* I. & Laſonum *Chronolog. des Miſſions des Freres Precheurs* præfixa *tom.* II. *Ann. Domin. Menſis Sept. edit. an.* 1710. *p.* III. *& ſeq.* 2 Confer Laſonum *ibid. ad an.* 1593. *pag.* CLVIII. *ſeq.*

3 *Hiſt. Philipp. Provinciæ Dominican. pag.* 88. *& pag.* 129.

4 Ibid. *p.* 620. *ſeqq* & Laſonus *ibid. p.* CCXXX. Is artes hoſtium cluſit, ut qui in Formoſam Inſulam primum navigarit, indeque ad Sinas penetraverit, id quod illi ne ſuſpicabantur quidem.

cius autem, de quo ſupra demonſtratum eſt, ante Cocchium venerat, atque una cum ſociis, quibus poterat modis, Chriſtianam religionem explicare, introducereque in Provincias cœperat. Rerum autem, quas ibidem geſſerunt, cum Riccius idem certiores ſocios, qui in Europa degebant, feciſſet, vulgatæ 1615. anno, inſequentibuſque non Romæ (1) ſolum, ſed etiam alibi deſcriptiones fuerunt. Contra paullo indiligentiores initio fuere Dominicani. Sed poſt ubi ortæ ſunt de ritibus Sinicis contentiones, quæ pertinebant ad Cocchium ſtudio Navarretti primum, tum opera Aduartii, & Gonzaleſii conſignata ſunt litteris, quorum alter eſt aggreſſus, alter abſolvit Hiſtoriam Provinciæ Philippinæ Dominicanorum.

Jam vero ut Jeſuitæ, ac Dominicani, ita aliorum quoque Ordinum alumni in Sinarum regionem vel ab ſuis, probantibus Romanis Pontificibus, vel a Sacra Congregatione de Propaganda-Fide miſſi (2) contenderunt, communibuſque ſtudiis elaborarunt, ut magis magiſque Eccleſiæ ibidem novæ conderentur, & quæ fundatæ fuerant conſtabilirentur, augerique majorem in modum poſſent.

Poſt de ritibus, ceremoniiſque Sinenſium inter Magiſtros Chriſtianorum oriri altercationes cœperunt. Cum aliqui (3) nihil eas continere dicerent, quod ad religionem ſpectare videretur, alii mere *civiles* eſſe negarent, confugiendum ad Sedem Apoſtolicam putarunt, ut quid eſſet tenendum, docendumque cognoſcerent. Dici vix poteſt, quam magno hæ lites fuerint Sinenſium Eccleſiis detrimento. Cum Romæ de ritibus actum eſſet, & Sacra Congregatio quid facto eſſet opus dijudicaſſet, Imperator Sinenſium ab ſuis circumventus, qui jactarent Europæos, imprimiſque Societatis Jeſu alumnos id eniti, ac laborare maxime, ut Luſitani totius regionis imperio potirentur, non eos modo, qui in aliis oppidis rei Chriſtianæ confirmandæ, augendæque operam navarent, verum etiam Mathematicos, qui in metropoli verſarentur,

1 Vide ſupra *pag.* 379. *not.* 3. & Johannem Adamum *Schall.* S J. *Hiſtor. Narrat. de Initio, & progreſſu miſſionis Soc. Jeſu, & de ortu ac progreſſu Fidei Chriſt. in Regno Chinenſi Viennæ in Auſtr. an.* 1665.

2 Vide Cerrium *l. ſæpe cit. pag.* 110.

3 Cerrius *ibid.*

tur, magnamque obtinuiſſent auctoritatem, finibus ſuæ ditionis exterminari oportere (1) juſſit. Sed quoniam de diſſidiis inter Eccleſiaſticos viros coortis facta mentio eſt, gratum me facturum lectori putavi, ſi Conſtitutionem BENEDICTI XIV. Maximi, Sapientiſſimique Pontificis referrem, qua omnis ea controverſia eleganter, graviterque deſcripta contineretur. Sic autem habet ,, Ex quo ſingulari Dei providentia fa-
,, ctum eſt, ut Orientalium, & Occidentalium Indiarum re-
,, giones Europæ innoteſcerent, Apoſtolica Sancta Sedes,
,, quæ ab ipſis Eccleſiæ incunabilis Evangelicæ veritatis lu-
,, men ubique diffundere, & illud ab omni erroris umbra ſer-
,, vare maximo ſtudio curavit, in his quoque noviſſimis tem-
,, poribus Evangelicos operarios in antedictas regiones ſedu-
,, lo miſit, ut idololatria ibi late dominante funditus eradi-
,, cata, Chriſtianæ fidei ſemen opportune ſpargerent, atque
,, horrentes illos, & incultos campos in fertiles, florenteſque
,, vineas uberrimos æternæ vitæ fructus daturas commuta-
,, rent. Ex regionibus autem illis, quas Sancta Sedes præ
,, ceteris ante oculos habuit, fuit profecto ampliſſimum Si-
,, narum Imperium, in quo quidem negari non poteſt, quin
,, Chriſtiana fides progreſſus ingentes fecerit, longe etiam
,, majores factura, niſi coorta inter operarios a Sancta Sede
,, illuc miſſos diſſidia curſum intercidiſſent. Occaſionem diſ-
,, ſidiis ejuſmodi dederunt ceremoniæ quædam, & ritus, qui-
,, bus Sinenſes ad Confucium Philoſophum, & majores ſuos
,, honoribus proſequendos uti conſueverunt: cum nonnulli
,, ex miſſionariis contenderent eas eſſe ceremonias, & ritus
,, mere civiles, atque concedendos iis, qui relicto idolo-
,, rum cultu Chriſtianam religionem amplectebantur; contra
,, vero alii eos, utpote ſuperſtitionem olentes, ſine gravi re-
,, ligionis injuria permitti nullo modo poſſe aſſererent. Quæ
,, ſane controverſia multis annis Apoſtolicæ Sedis curam, &
,, ſollicitudinem ad ſe traxit, cum id maxime caveat, ne
,, Zizania in agro Dominico radices agant, aut ſi forte ege-
,, rint, ea quam cito fieri poteſt, evellantur.

,, Primo itaque ad Sanctæ Sedis tribunal cauſſam hanc
,, detu-

1 Ceſtius *ibid.*

„ detulerunt ii, qui ceremonias illas, ac ritus Sinicos ſuper-
„ ſtitione imbutos ſuſpicabantur. Super illis dubia nonnulla
„ propoſita fuerunt Congregationi de Propaganda-Fide, quæ
„ anno 1645. comprobavit reſponſa (1), ac deciſiones Theo-
„ logorum, qui ceremonias, & ritus eoſdem ſuperſtitione re-
„ vera infectos judicarunt. Proinde Innocentius Papa X. ad
„ præfatæ Congregationis preces omnibus, & ſingulis Miſ-
„ ſionariis ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſibi,
„ ac Sanctæ Sedi reſervatæ, mandavit, ut reſponſa ac deci-
„ ſiones prædictas omnino obſervarent (2), eaſque ad praxim
„ deducerent, donec ſibi, & Apoſtolicæ Sedi aliter viſum
„ non eſſet.

„ Verum paulo poſt ab aliis ejuſdem miſſionis operariis
„ alia dubia de iiſdem ritibus, & ceremoniis ipſimet Con-
„ gregationi de Propaganda-Fide exhibita, ex quibus cere-
„ moniæ ipſæ, rituſque nullam in ſe ſuperſtitionem habere
„ videbantur. Negotium itaque ejuſmodi ab Alexandro Pa-
„ pa VII. Sacræ Inquiſitionis Congregationi commiſſum fuit,
„ quæ prout varia diverſaque ratione fuerat ſibi de eiſdem
„ ceremoniis expoſitum, alias quidem tamquam mere civi-
„ lis, & politicas eſſe permittendas, alias vero tolerari poſ-
„ ſe judicavit. Idemque Alexander Pontifex anno 1656. hanc
„ ſententiam probavit, & confirmavit. (3)

„ Sed ecce tertio ad Sanctam Sedem hæc eadem contro-
„ verſia. Cum plura dubia Sacræ Inquiſitionis Congregationi
„ propoſita fuiſſent, illud quoque ab ea quæſitum fuit, utrum
„ adhuc vigeret Innocentii Papæ X. præceptum, quo ſub
„ pœna excommunicationis latæ ſententiæ mandabat obſer-
„ vantiam reſponſionum, ac deciſionum, quæ a Congrega-
„ tione de Propaganda an. 1645. ut ſupra dictum eſt, ema-
„ naverant. Præterea an ſtantibus recens expoſitis dubiis,
„ earum praxis retinenda foret, cum præſertim obſtare vi-
„ deretur decretum Sacræ Inquiſitionis, quod ab ea emana-
vit

1 Edita ſunt *quæſita ſacræ Congregationi de Propaganda fide propoſita, & Decretum ſac. Congregationis Romæ an.* 1669.

2 Vide *Natal. Alex. epiſt. de Cerem. Sinen. pag.* 76. *edit. an.* 170.

3 *Quæſita, & Decretum vulgata ſunt Romæ e Typogr. Sacræ Congreg. de Prop. fide, an.* 1669.

„ vit an. *1656.* ſuper quæſitis nonnullis diverſa ratione, aliiſ-
„ que circumſtantiis propoſitis ab operariis Apoſtolicis in Si-
„ narum regno commorantibus. Reſpondit ad hæc Sacræ In-
„ quiſitionis Congregatio anno *1669.* præfatum Congrega-
„ tionis de Propaganda-Fide Decretum adhuc vigere, habita
„ ratione rerum, quæ fuerunt in dubiis expoſitæ, neque il-
„ lud fuiſſe circumſcriptum a Decreto Sacræ Inquiſitionis,
„ quod anno *1656.* emanavit: immo eſſe omnino obſervan-
„ dum juxta quæſita, circumſtantias, & omnia, quæ in an-
„ tedictis dubiis continentur. Declaravit pariter eodem mo-
„ do eſſe obſervandum prædictum Sacræ Congregationis De-
„ cretum an. *1656.* juxta quæſita, circumſtantias, & reliqua
„ in ipſis expreſſa. Hoc autem Decretum Clemens Papa IX.
„ comprobavit.

„ Cum autem omnia præfata Decreta pro varia rerum
„ expoſitarum ratione fuerint facta, ac promulgata, tantum
„ abſuit, ut rituum Sinenſium controverſia finem obtineret,
„ ut magis illa vires, & incrementum acquireret. Nam miſ-
„ ſis Evangelicis operariis in partes, adducta res fuit in acrio-
„ rem animorum, ac ſententiarum contentionem. Atque
„ hinc non ſine gravi ſcandalo, magnoque fidei damno con-
„ ſecuta eſt prædicatio non uniformis, & non eadem ubique
„ Chriſtianorum illorum diſciplina, & inſtitutio. De his au-
„ tem (1) abſurdis certior factus Innocentius Papa XII. Præ-
„ deceſſor noſter, id muneris ſui eſſe putavit; ut perniciofis
„ adeo diſſidiis finis daretur; proinde exactam, maximam-
„ que accuratam totius hujus controverſiæ diſcuſſionem Sa-
„ cræ Inquiſitionis Congregationi commiſit. Cumque nihil
„ intentum reliquiſſet, quo ſinceram facti notitiam obtine-
„ ret, firmata quoque fuerunt de illius mandato ſumma cum
„ diligentia quæſita, quæ per eamdem Sacram Congregatio-
„ nem reſolverentur.

„ Quæſitorum illorum examen Innocentii Papæ XII.
„ mors

1 Agitatum etiam eſt ſub Innocentio XII. alterum argumentum, propoſituſque eidem libellus fuit, qui ſic habebat: *SS D N. Innocentio XII. & Eminentiſſimis PP. Sacræ Congregationis de Propaganda Fide Informatio pro vicariis Apoſtolicis regnorum Chinæ, Tunchini, Cocincinæ &c. Per Ludovicum Quemener Miſſionarium Apoſtolicum, & Miſſionum Aſiæ Orientalis Procuratorem edit. Romæ an.1694.*

,, mors intercepit. Clemens autem XI., qui ſucceſſit, Præ-
,, deceſſoris ſui zelo plenus, coram ſe quæſitorum eorumdem
,, examen fieri voluit. Quamobrem poſt diuturnam, matu-
,, ram, & (1) accuratiſſimam rei diſcuſſionem, poſt auditas
,, ex utraque parte rationes, quibus libere producendis unicui-
,, que locus ampliſſimus datus fuit, idem Clemens Papa XI.
,, anno 1704. confirmavit, & Apoſtolica auctoritate com-
,, probavit præmemoratæ Sacræ Congregationis reſponſiones
,, ad omnia, & ſingula quæſita propoſita, quibus ritus Si-
,, nenſes, utpote ſuperſtitione imbuti, prohibebantur, man-
,, davitque, præfatas reſponſiones ad Carolum Thomam de
,, Tournon Antiochiæ Patriarcham, (2) Commiſſarium, &

Tom. II. C c c ,, in

1 Confer vitam Clementis XI. P.M. cura Annibalis S.R.E. Cardinalis Albani Urbini editam *an.* 1727. *lib* 2. *pag.* 84. *ſeqq.*

2 Vide eamdem vitam *pag.* 85. *ſeqq.* ubi hæc habentur ,, Virum integritate morum, doctri-
,, na, atque prudentia commendatum cogitanti (Clementi XI.) cui tantum merito imponeret
,, onus, Carolus Thomas Maillard de Tournon Taurinenſis ab honorario Pontificis cubiculo,
,, genere ac virtutibus notus, occurrit. Qui concordi S.R.E. Cardinalium, & totius Urbis ho-
,, norifico teſtimonio comprobatus Antiochenus renunciatur Patriarcha. Ipſe natali die feſto
,, S. Thomæ Apoſtoli Indorum (an. 1701.) Caroli que Patroni (an. 1702.) ab eodem Clemen-
,, te conſecratus, non ita multo poſt Viſitator Apoſtolicus cum poteſtate legati de latere in va-
,, ſtiſſimum Sinarum Imperium, aliaque finitima orientalium Indiarum regna, una cum multis
,, lectiſſimis Evangelicæ legis præconibus mittitur, pretioſa ſupellectile, & quanta licuit, in
,, magna Pontificii ærarii difficultate, inſtructus pecunia. Additis amoris, & officii plenis litte-
,, ris cum muneribus materia juxta ſpectandis, & opere, Can-Ghio utriuſque Tartariæ, & Sina-
,, rum Imperatori Pontificis nomine exhibendis, quibus facillime Princeps potentiſſimus, uſ-
,, quequaque a Chriſtianis ſacris minime abhorrens, conciliari poſſet, taliſque reddi, qui gra-
,, viter pro divina gloria laborantibus præſto eſſet, aut ſaltem non adverſus. Felici Tourno-
,, nius navigatione uſus, ubique honorifice exceptus, ac pro viribus orthodoxæ Eccleſiæ pro-
,, pagandæ ſtudens, biennali itinere ad Sinarum Imperium incolumis cum ſociis pervenit.
,, Singularis lætitiæ, ac ſinceræ venerationis teſtimoniis ab Chriſtianis populis, ac longe
,, præcipua, & plane inſueta honoris ſignificatione ab imperii optimatibus, imperatore man-
,, dante, ſuſceptus, liberaliterque, ac ſplendide, quocumque diverteret, habitus. Te-
,, ſtatus eſt hæc ipſa Carolus Thomas, datis ad Clementem litteris XII. Kalend. Octob.
,, an. labentis ſeculi quinto. Ab Xao-ecu-ſuo in Provincia Cantonenſi, quo tempore ad Impera-
,, toris aulam properabat, honorifico ſibi præparato aditu per religioſos viros Societatis Jeſu,
,, quorum magna apud Principem erat auctoritas, æque præcipuis honoribus, & obſervantiæ
,, argumentis ab ipſo tandem Imperatore Peckini eſt exceptus. Regiæ porro menſæ adhibitus,
,, novis, ac plane ſingularibus reverentiæ ſignificationibus, pro more gentis, afficitur. Tourno-
,, nii ſapientiam, officia, dictorumque gravitatem demiratus princeps, gratias ſe Clementi
,, ſummo Pontifici habere maximas dixit, quod tantis animi dotibus, miraque prudentia orna-
,, tum virum ad Sinas legaſſet, meritiſque auctum laudibus, ne quid voluntatis, & pretii deſi-
,, deraretur indicium, magnificis quoque muneribus largiſſime cumulavit. Auſpicia tam læta
,, optatos rerum eventus ſubſequuturos arbitratus Clemens, ingens ex nuncio gaudium conce-
,, pit. Breviſſimum tamen idem reddidit longa malorum ſeries ,,. & *pag.* 126. ,, Ceremonia-
,, rum (Sinenſium) pernicioſam conditionem omnium primus Urbano VIII. Pont. Max. detexit,
,, & ad Apoſtolicam ſedem detulit Johannes Baptiſta Moraleſius e Prædicatorum familia inſignis
,, Theo-

,, in Sinarum regno viſitatorem Apoſtolicum tranſmitti, ut
,, nimirum exactam eorumdem obſervantiam omnibus, &
,, ſin-

,, Theologus, qui cum multorum annorum ſpatio utiliſſimam in Sinarum Imperio orthodoxæ
,, propagandæ fidei navaſſet operam, & execrandis ſacrificiis de induſtria illuſurus interfuiſſet
,, ſæpius, ut malu remedium quæreret, longiſſimo, ac periculoſo itinere Romam petrexit. Nec
,, adverſum expectationi reſponſum altero Innocentii X. Pontificatus anno retulit. At paulio
,, poſt Martinio e Societate Jeſu Presbytero novam Sinenſium rituum proponente ſpeciem, anno
,, ab ortu Servatoris 1656. Alexandri ejus nominis ſeptimi Rom. Ponc. decretum prodiit, quo
,, de priori non pauca derogata videbantur. Exortæ ob id apud Sinenſes contentiones maximæ,
,, conſtantibuſque validarum partium ſtudiis ritus ipſi pro perſonatum, & cauſſæ diſcrimine per-
,, inde defenſi, & oppugnati, ac ſi una omnes aras focoſque traheret dimicatio ... Diligentiam
,, longe præcipuam impenderunt Romani Pontifices præſertim Clemens X. & Innocentius XII.
,, poſt editum a Carolo Maigrot Vicario Apoſtolico Fukienſi in regno Sinarum, deinde Epiſcopo
,, Cononenſi adverſus ritus ipſos, & nonnulla ad Dei nomen ſpectantia vocabula illuſtre edictum,
,, exorta jampridem diſſidia vehementius exarſere. Clementis proinde juſſu de rebus in diſce-
,, ptationem vocatis eaactiſſimo inſtituto judicio, ac diſſidentium ſubinde rationibus coram Car-
,, dinalibus Orthodoxæ fidei quæſitoribus, gravibuſque Theologis mature excuſſis, tandem XII.
,, Kal. Decembris anno a Virginis partu 1704. ipſemet Pontifex, execratis luculenta oratione
,, ceremoniis, praviſque opinamentis, quibus tot populi ludificabantur, ritus hujuſmodi pecu-
,, liari decreto proſcripſit, vetuitque a Chriſtianis obiri, vel ab idolorum cultoribus peractis
,, illos intereſſe. Ad ſignificandum verum Deum vox *Tien Chu*, id eſt *cæli Dominus* probata eſt;
,, rejectis nominibus *Tien*, & *Xang-Ti*, quæ *Cælum*, & *ſupremus Imperator* exprimunt. Tabel-
,, larum appenſio cum inſcriptione Sinica *King-Tien*, *cælum colito* in Chriſtianorum Eccle-
,, ſiis vetita ,, *Pag.* 165. *ad an.* 1707. *lib.* III. ,, Quo tempore liberius in Tournonium ſunt
,, conatus verſi. Evangelici præcones univerſi Imperatorium obtinere diploma ſunt compulſi,
,, quo in Sinis verſari permittebatur in poſterum. Carentes diſcedere juſſi. Illud autem aſſe-
,, quuturis præcipuum coram Imperatore de Confuſiana doctrina, ejuſque germana Sinenſium
,, librorum ſententia examen erat ſubeundum: probari autem verbo, & ſcripto profiteri eaet-
,, cendorum Sinenſium rituum methodum Matthæi Riccii, aliorumque Presbyterorum e So-
,, cietate Jeſu adigebantur, quæ recta adverſabatur nuperis conſtitutis Romani Pontificis ... Ob
,, id non pauci e Sinis excedere ſunt coacti, ... Antiochenus Patriarcha, qui luctuoſæ procellæ
,, ſpectator interfuit, & acerbius, quam ceteri funeſtiſſimis illius pulſatus eſt fluctibus, invicto
,, animi robore, & ſanis conſiliis, quum præſenti ope non poſſet, laborantibus adfuit. Doli
,, quoque non inſcius XV. Kal. Febr. ad Franciſcum Gerbillionum ... ceteroſque in Pekinenſi
,, aula manentes ſocios mœſtas Nankini ſcripſit litteras: *Ego*, inquit, *non minus ſuper afflictis*
,, *rebus miſſionis, quam ſuper iis, qui eam affligunt lacrymas coram Deo diu, noctuque ef-*
,, *fundo. Si ignoraſſem cauſſam malorum, eorumque auctores, alacriore animo ea ferrem.*
,, *Damnata eſt praxis veſtra a ſuprema ſede, ſed magis deteſtandus immoderatus agendi mo-*
,, *dus, quo pudorem veſtrum cum everſione miſſionis Apoſtolicæ ſepelire contenditis, ſanis conſi-*
,, *liis auditum non præbuiſtis, modo ad horrenda confugitis. Quid dicam? Proh dolor! finita*
,, *eſt cauſa, & nondum finitus eſt error. Deſtruitur miſſio ante quam reformetur* ... Quoniam
,, vero ea jam Tournonii in Eccleſiam erant merita, & comprobata duris laboribus virtus, ut am-
,, pliori premio bonorum judicio digniſſima haberentur. *Kal. Aug. an.* 1707. .. honore (*Car-*
,, *dinalatus*) Thomam Carolum Pontifex ornavit .... Improborum hominum dolis converſæ per
,, eoſdem dies fuerant res Tournonii, quique olim ab Imperatore ſuſpiciebatur, & fiebat maxi-
,, mi, inopinato iratum principem expertus, tamquam ſuppoſitus, ſeu turbulentus, & audax ...
,, adminiſter in Sinas acceſſiſſet, malis ingentibus eſt factus obnoxius. De his monitus Clemens,
,, interpoſitis cum Imperatore precibus, & officiis omnem lapidem movit, ut patriarcha in pri-
,, ſtinæ gratiæ, atque honoris locum reſtitueretur, aut ſaltem libero Europam repetendi pote-
,, ſtas fieret ... Quæ Carolus Thomas de Sinarum ceremoniis ſupremo Romanæ Eccleſiæ judicio
,, damnatis ad Pontificis præſcriptum egerat, tantam illi conflarunt invidiam. Hæc aliquamdiu
,, privatis tecta pectoribus, tum demum in vim publicam, & apertam erupetunt, quando aliam
,, de

„ ſingulis miſſionariis , pœnis quoque canonicis in refracta-„ rios indictis , præciperet .

„ Promulgavit quidem Patriarcha Antiochenus deciſio-„ nem Apoſtolicam , addito Decreto , quo ab univerſis ejus „ obſervantiam exigebat . Cum autem illam tentaſſent elude-„ re , variiſque inanibus rationibus effugere ii , qui Sinenſes „ ritus tamquam politicos , ac mere civiles propugnaverant , „ prædictus Pontifex Clemens XI. Decreto , quod per Sacræ „ Inquiſitionis Congregationem emanavit 1710. præcepit om-„ nimodam , & inviolabilem earumdem reſponſionum ab ſe „ Apoſtolica auctoritate confirmatarum obſervantiam & alia, „ quæ Decreto ipſo continentur , quod eſt tenoris ſequentis :

„ *Decretum ſuper omnimoda , ac inviolabili obſervatione re-„ ſponſorum alias in cauſſa rituum , ſeu ceremoniarum Sinenſium a „ ſacra Congregatione datorum , & a Santiſſimo approbatorum cum „ aliis ordinationibus &c. Feria* V. *die* XXV. *Sept. an.*1710. *In Con-„ gregatione Generali &c.*

„ At vero nec decretum ejuſmodi ad difficiles animos „ ſubjiciendos valuit . Itaque Clemens idem Papa XI. quo il-„ los tandem aliquando frenaret, Conſtitutionem anno 1715. „ evulgavit , qua ſolemniter iterum confirmavit antedictas „ ſacræ Inquiſitionis reſponſiones , eaſque exacte , & adamuſ-„ ſim obſervari mandavit , præcluſis omnibus iis effugiis , qui-„ bus perfectam earum obſervantiam contumaces homines „ aliquo pacto evadere potuiſſent , & eſt tenoris , qui ſe-„ quitur .

„ *Clementis Papæ XI. præceptum ſuper omnimoda , abſoluta , „ integra , & inviolabili obſervatione eorum , quæ alias a Sanctitate*

C c c 2 „ *ſua*

„ de Sinenſibus ritibus comprobandis Imperatoris edicto , ut ipſimet Tournonius ſubſcriberet , „ atque obſequeretur, conſtantiſſime renuit ... Aucta vero in dies mala eo eandem proceſſere , ut „ duriſſimum ſubeunti carcerem, & aſperrima quæque pro orthodoxa religione ... ferenti acer-„ biorem ipſa morte vitam reddiderint „ . *Pag.*168. „ Antequam in Sinas Pontificiæ pervenirent literæ , abire permiſſus eſt ab Imperatore Tournonius . Quoniam vero in Chriſtianos le-„ gis , atque doctrinæ nuncios damnatis Sinenſium ritibus adverſantes permoleſta ſæviebat dive-„ xatio , inopinato ejuſdem principis juſſu Junio menſe (an.1707.) ad Macaonenſem urbem ... „ eſt attractus,ut ibi, donec procella ſedaretur, conquieſceret. Longe tamen acerbiſſimum .. tur-„ binem .. ſubire coactus fuit ab Didaco de Pinho &c. .. qui nulla perſonæ , & ampliſſimi ordinis „ habita ratione ... aſperrimis injuriis , & ærumnis eſt affectus „ . Subjungit mox auctor , quæ Cardinalis ampliſſimus fortiter pro religione tulit , quæque ad mortem uſque in arctiſſima cuſtodia incommoda perpeſſus eſt. Obiit vir maximus an. 1710. Vide eumdem auctorem *pag.*227. *ſeqq.*

Digitized by Google

„ *ſua in cauſſa rituum, ſeu ceremoniarum Sinenſium decreta fuerunt,*
„ *cum rejectione quarumcumque rationum, ſeu excuſationum ad*
„ *ejuſmodi decretorum executionem declinandam allatarum, ac præ-*
„ *ſcriptione formulæ juramenti per Miſſionarios illarum partium*
„ *præſentes, & futuros hac in re præſtandi.*

„ *Clemens Papa XI. ad futuram rei memoriam. Ex illa*
„ *die &c.*

„ Per Conſtitutionem Apoſtolicam adeo ſolemnem, qua
„ Clemens Papa XI. ſe huic controverſiæ finem dediſſe teſta-
„ tur, juſtum, & æquum videbatur, eos, qui Sanctæ Sedis
„ auctoritatem ſeſe quammaxime revereri profiterentur, &
„ humili, & obſequenti animo illius judicio ſemet omnino
„ ſubjicere, nec ulterius quicquam cavillari. Nihilominus
„ inobendientes, & captioſi homines exactam ejuſdem Con-
„ ſtitutionis obſervantiam ſe effugere poſſe putarunt, ea ra-
„ tione, quod illa præcepti titulum præfert, quaſi vero non
„ indiſſolubilis legis, ſed præcepti mere Eccleſiaſtici vim
„ haberet; tum etiam, quod illam debilitatam exiſtima-
„ rent ex permiſſionibus quibuſdam, quas ſuper iiſdem Si-
„ nenſibus ritibus publicavit Carolus Ambroſius Medio-
„ barbus Patriarcha Alexandrinus, cum Commiſſarium, &
„ Viſitatorem Generalem Apoſtolicum in iis regionibus fa-
„ ceret.

„ Nos igitur animadvertentes, prædictam Conſtitutio-
„ nem Chriſtiani cultus puritatem reſpicere, quem illa ab
„ omni ſuperſtitionis labe immunem ſervare contendit, nullo
„ modo ferre poſſumus, quemquam exiſtere, qui eidem re-
„ pugnare temere audeat, aut contemnere, perinde ac ipſa
„ ſupremam Apoſtolicæ Sedis deciſionem non contineret, &
„ id, quo de agitur, non ad religionem ſpectaret, ſed quid
„ per ſe indifferens foret, aut quædam variabilis diſciplinæ
„ ratio. Proinde auctoritate ab Omnipotenti Deo nobis tra-
„ dita uti volentes, ad illam in ſuo robore omnino ſervandam
„ de auctoritatis ejuſdem plenitudine, non modo eam ap-
„ probamus, & confirmamus, ſed etiam, quantum poſſu-
„ mus, omnem vim, & firmitatem, ad illam magis, magiſ-
„ que roborandam, ac ſtabiliendam adjicimus, eamque in ſe

„ ple-

„ plenam, & omnimodam Apoſtolicæ Conſtitutionis auctoritatem habere dicimus, & declaramus.

„ Permiſſiones autem, quarum obtentu aliqui prædictæ Conſtitutionis robur infringere conantur, originem duxerunt a reſponſionibus quibuſdam, quas duo viri, qui jampridem in Sinarum regno fuerant, ad quæſita nonnulla dederunt, quæ ſuper ejuſdem Conſtitutionis Apoſtolicæ executione, ac praxi miſſionarii quidam propoſuerunt. Reſponſiones itaque hujuſmodi una cum dubiis illis, nullo tamen Romani Pontificis, ſive approbantis, ſive aliquid de ſuo addentis indicio, tranſmiſſæ fuerunt ad præfatum Patriarcham Alexandrinum, ejus animi inſtruendi cauſſa, utque illis uteretur, prout circumſtantiæ rerum, ac temporis poſtularent: integro tamen remanente Apoſtolicæ Sedis jure eas comprobandi, vel etiam revocandi, ſi quando conformes, aut repugnantes Conſtitutionis præfatæ decretis ullo modo comparatæ forent.

„ Vix Sinarum regnum Patriarcha Alexandrinus ingreſſus, in iis anguſtiis ſe poſitum intellexit, ut coactus fuerit in publicum emittere, non quidem reſponſiones, quas præmemorati duo viri ad propoſita quæſita dederant, bene vero permiſſiones octo, quæ ab illis fuerant deductæ, atque inde ab eodem Patriarcha in paſtorali ſua epiſtola inſertæ, cujus tenor eſt, ut ſequitur.

„ *Carolus Ambroſius Mediobarbus Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia Patriarcha Alexandrinus, necnon in Indiis Orientalibus, ac Sinarum Imperio, finitimiſque Regnis, & Inſulis Commiſſarius, & Viſitator Generalis Apoſtolicus cum facultate legati de latere &c. Omnibus Epiſcopis &c. .... Benedictus Deus, & Pater D. N. J. C. &c.* Cum autem Patriarcha Alexandrinus in præallata paſtorali mentem ſuam ſatis prudenter explicuiſſet, nimirum paſtoralis hujus ſuæ epiſtolæ notitia opus non eſſe ad promovendam in Neophytis erga Pontificia decreta venerationem, & obſervantiam, cum ſatis eſſet, ut juxta Conſtitutionis Pontificiæ mandata in via ſalutis dirigerentur: præterea cum omnibus, & quibuſcumque interdictum voluiſſet ſub pœna quoque excommunicationis latæ

„ ſen-

„ ſententiæ, ne quis illam in Sinenſem, aut in Tartaricum
„ ſermonem verteret, aut cuiquam, qui Miſſionarius non
„ eſſet, eam palam faceret, de permiſſionibus autem cum
„ ſtatuiſſet, nonniſi caute, & ubi tantum utilitas, vel ne-
„ ceſſitas id poſtularet, eſſe evulgandas: profecto omnis, ad
„ quem paſtoralis illa dirigebatur, ex tali procedendi modo
„ haud obſcure inſerre debebat, quantis ille animi anguſtiis
„ obſeſſus, & quam anceps, ac perplexus (1) in permiſſioni-
„ bus

1 De Mediobarbo, ejuſque ad Sinarum Imperatorem legatione ſic habet Polidorius *ὁ μακαρίτης* in libris *De vita & rebus geſtis Clem. XI. Pont. Max.* quod Eminentiſſimus Annibal Cardinalis Albanus publicari Urbini voluit *lib.* v. *pag.* 379. „ Convaleſcenti Clementi XI. Pont. „ Max. Johannis Luſitanorum regis afferuntur litteræ, quibus ſignificabatur, Indis ſuis miniſtris, præſertim Goanis, & Macaonenſibus imperatum, ut remotis obicibus, ſi qui fuerant „ interpoſiti, memoratæ Conſtitutionis executioni ſedulo patrocinarentur. Nuper autem ex „ ipſomet Sinarum Imperio, illa omnia abeſſe pericula, quæ ſuperiore anno Chriſtianæ legis aſ- „ ſeclis ferebantur inſtare. Etenim qui rerum potiebatur vir oppido quam prudens, ac animi „ temperantia præditus ſingulari, non modo Chriſtianæ religioni non erat adverſus, quin fave- „ bat, ejuſque mores, inſtituta, doctrinam faciebat plurimi. Erga Clementem vero ita erat „ affectus, ut eum amaret ſimul, atque ſuſpiceret .... ſpectaes in Imperatore prudentiæ, ac tem- „ perantiæ exempla ubi Clemens novit, potioribus illi adſtrictus Caritatis vinculis, de nova in „ Sinas maturanda legatione decrevit .... Carolum Ambroſium Mediobarbum Ticinenſem, in „ utraque ſignatura Referendarium, omnium ſuffragiis, atque judicio comprobatum ad id munus „ delegit. Quem *decimo Kal. Ottobris* (*an.* 1719.) Alexandrinum Patriarcham creavit, ac „ ſubinde Viſitatorem Apoſtolicum cum poteſtate legati de latere ad Imperium Sinarum, alia- „ que finitima Orientalium Indiarum Regna, una cum quatuor atque viginti ſelectis Evan- „ gelii evulgatoribus, præſtantique aliorum bonis artibus, atque illuſtribus diſciplinis ex- „ cellentium virorum manu allegavit .... Carolo Ambroſio, & ſociis ab Urbe diſcedenti- „ bus eam cujuſcumque itineris ſuſcipiendi libertatem ſartam tectamque eſſe denuntiavit, præ- „ ſcripſitque quam quibuſvis Apoſtolicis viris Orientales Indias, Sinaſque petituris Paulus V. „ Urbanus VIII. & Clemens X. Pont. Max. ſunt impertiti, & cautam in poſterum eſſe volue- „ runt .... Novem fere menſium ſpatio Ulyſſipone in Sinas perfunctus itinere, tandem extremo „ menſe Decembri Carolus Ambroſius honorifice ab Imperatore ſuſcipitur .... Damnatarum a „ Pontifice ceremoniarum oſores Imperator, variis offuciis Pontificiæ conſtitutioni obluctan- „ tium inſtructiſſimus, opportune, importune rudes Sinicæ doctrinæ, ac linguæ imperitos, „ fallaces, improbos, publicæ tranquillitatis perturbatores. Nonnullos etiam deſignatos no- „ mine, innocentia, atque integræ Religionis ſtudio claros, perduelles notare, ac judicio „ capitis arceſſere. Nihil contra ſtudioſias, atque contentius præſeferre, quam judicem reli- „ gionis agere, damnatam a Pontifice Maximo tueri cauſſam, ejuſque audaces in Sinarum Im- „ perio propugnatores ſcitos, doctos, ſibi gratos jactare, & efferre laudibus. Legatum præte- „ rea ſuſpectum traducere, Clementem Sinicorum rituum propugnatoribus adverſum, deceptum „ pronunciare, terrores injicere, duriſſimas optiones proponere, extrema religionis diſpendia mi- „ nitari. Quod autem ſupra modum dolorem augebat, & inteſtina pericula, Chriſto nomen „ dantes vario pro doctrinarum, ac ceremoniarum diſcrimine, quibus inhærebant, diſcreti „ agmine, atque invicem excepti animo, triſtiſſimam Schiſmatis ſpeciem referebant. In ipſa „ Imperatoris aula probe rei conſcia bifariam Chriſtianis diviſis proſcriptos ab Apoſtolica Sede „ ritus deteſtantes *Presbyterorum Congregationis S. Petri*: Pontificiis vero decretis obniten- „ tes *Jeſuitarum* audiebant aſſeclæ. Incaſſum ad eam diem vigilantiſſimi Pontificis cura, & ſa- „ na Societatis pars decretis, denunciationibus, monitis, graviſſimis denique in extremam ani- „ marum perniciem irrogatis pœnis, æquam mentem nefariis refragantibus ſunt niſæ indere: „ fru-

„ bus hujuſmodi proponendis extitiſſet; adeo ut œconomia „ quadam uſus fuiſſet ad loci, & temporis circumſtantias prorſus neceſſaria: a qua putandum eſt eum receſſurum fuiſſe, ſi „ libertas ſibi data eſſet rem diſcutiendi cum Epiſcopis, aliiſ„ que doctis viris, qui nihil aliud, quam Chriſtiani cultus „ puritatem, & Apoſtolicæ Conſtitutionis obſervantiam ante oculos haberent. At permiſſiones illæ contra expreſſam „ adeo Patriarchæ ipſius voluntatem evulgatæ, & quod mirum, Pekini Epiſcopus per binas ſuas Paſtorales mandavit, ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, univerſis Diœceſis ſuæ miſſionariis, ut obſervarent, & obſervari „ præciperent Conſtitutionem: *Ex illa die*, juxta permiſſiones, quas ipſe contendebat ad ea potiſſimum referri, quæ „ in præcitata Conſtitutione fuerant ſolemniter interdicta. „ Præcepit inſuper, ut Chriſti fideles quater ſingulis annis in „ diebus omnium celeberrimis diſtincte inſtruerentur cum in „ iis, quæ Conſtitutione Apoſtolica prohibentur, tum in iis, „ quæ a Patriarchæ Alexandrini paſtorali permittuntur.

„ Enim vero Clemens Papa XII. Prædeceſſor noſter tam „ audax Epiſcopi Pekinenſis factum æquo animo ferre haud „ potens muneri ſuo maxime intereſſe judicavit binas illas epiſtolas damnare, ac penitus reprobare Apoſtolico brevi, „ quod

„ fruſtra præſcos contendit & Patriarcha, ut funeſto ſublato diſſidio, unum univerſi cum Apoſtolica Sede tutiſſima religionis, & veritatis magiſtra ſentirent ..... Infelicem Sinenſis Eccleſiæ ſtatum miſeratus idem Carolus Ambroſius, paullo poſt iterum, tranſmiſſo mari, novis objectus periculis in Italiam rediit, Innocentio XIII. Summo Pontifice. Cui vigentium in Sinis malorum ſpectator, & teſtis locupletiſſimus luctuoſam rerum ſeriem, atque conditionem expoſuit. Integratæ proinde effuſæ olim in Jeſuitas querelæ graviſſimæ: adhibita a Pontifice opportuna remedia: optatumque rurſus ab integræ religionis amantibus, ut alumni ſocietatis univerſi, quo in ceteris Apoſtolicæ Sedis decretis rite ſanċteque ſervandis magno cum Catholicæ Eccleſiæ bono flagrabant ſtudio, adverſus vetitos Sinenſium ritus pro Pontificia Conſtitutione: *ex illa die* inflammarentur, ſublatis malis ingentibus, quibus paucorum ſcelus religionem, ac partos Chriſti ſanguine populos in Sinarum Imperio reddebat obnoxios „. Extat Diarium Itineris, & Legationis Caroli Ambroſii Mediobarbi Patriarchæ Alexandrini a P. Viano ex Ordine Servorum B. Mariæ Italice perſcriptum. Editum fuit *an. 1739. Mediolani*, paulloque poſt *Lucæ*. Ejus nos Mſs. exemplar unum aliquanto copioſius, & a Mediobarbo ipſo recognitum vidimus. Sed de his quærent, qui ex inſtituto, dum per Sanctam Sedem licuerit, de controverſiis in Sinenſi imperio ortis diſputabunt. Nos enim non quas *Miſſionarii* pugnas concitarint, ſed quæ religionis Catholicæ in quaque regione primordia, quique progreſſus fuerint inveſtigamus. Neque vero id inſtitutum noſtrum modo, ſed etiam ingenium poſtulat, quod eſt ab omni contentionis ſtudio alienum. Namque hoc ſatis eſſe arbitramur, ſi qui in Sinarum imperio ſunt, hi ſedis Apoſtolicæ decretis pareant; ſin minus, curare ratione, ut pareant. Diſſidia autem quæ aliquando in factiones Theologos diviſerunt, prætermittenda ſunt, ne obligata vulnera refricare, novaſque lites ſerere videamur.

„ quod anno 1735. promulgavit: in quo ſibi, ac Sanctæ Se-
„ di facultatem reſervavit declarandi Sinenſibus Chriſtianis
„ mentem ſuam, & ejuſdem Sanctæ Sedis ſententiam in iis,
„ aliiſque, quæ ad materiam hujuſmodi ſpectarent. Præfatum
„ autem breve eſt tenoris ſequentis:

„ *Clementis Papæ XII. revocatio, annullatio, & Caſſatio*
„ *duarum Epiſtolarum Paſtoralium bon. mem. Franciſci Epiſcopi*
„ *Pekinenſis nuper defuncti, die* VI. *Julii, & die* XXIII. *Decem-*
„ *bris* 1733. *circa ritus Sinenſes editarum.*

„ *Clemens Papa XII. ad perpetuam rei memoriam. Apoſtoli-*
„ *cæ Sollicitudinis nobis divinitus commiſſæ ratio nos admonet &c.*

„ Id vero quod idem Pontifex Clemens XII. ſibi ac San-
„ ctæ Sedi Chriſtianis Sinenſibus declarandum reſervavit,
„ erat profecto materia permiſſionum, de quibus certior jam
„ factus fuerat, deque maxima inde ſecuta inter miſſionarios
„ diſſenſione, cum alii contenderent Conſtitutionem: *Ex illa*
„ *die*: omnem vim ſuam amittere, ſi permiſſiones illæ in
„ praxi conſiſtant, alii vero factis palam oſtenderent, per-
„ miſſionum colore ſe ad prædictæ conſtitutionis obſervan-
„ tiam minime teneri juxta illa, quæ in ipſa Conſtitutione
„ præſcribuntur. Itaque præfatus prædeceſſor noſter, quo
„ Chriſtianæ religionis puritatem, quæ in iis regionibus per
„ exactam præmemoratæ Conſtitutionis obſervantiam ſervan-
„ da erat, aſſereret, & controverſiis iſtiuſmodi finem aliquando
„ imponeret, examini perquam diligenti totum permiſſionum
„ negotium commiſit, ita ut a Theologis, tum etiam a San-
„ ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Sacræ Inquiſitioni præ-
„ poſitis mature, ſerioque diſcuteretur. Antequam vero ſu-
„ premam de illis ſententiam pronunciaret, ad pleniorem fa-
„ cti notitiam obtinendam, omnes & ſingulos, quotquot in
„ Urbe exſiſterent, Sinarum Miſſionarios, tum etiam complu-
„ res juvenes, qui ex iis regionibus in Europam educationis,
„ & Chriſtianæ rei addiſcendæ cauſſa venerant, ad examen ſu-
„ per his, ſervato juris ordine, vocari juſſit.

„ Nos igitur Prædeceſſoris noſtri veſtigiis inſiſtentes,
„ eodemque religionis zelo, quo ille, incenſi, ut tanti mo-
„ menti opus, quod ipſe morte præoccupatus abſolvere mi-
„ nime

Digitized by Google

„ nime potuit, aliquando tandem, Deo auxiliante, perficeremus, permiſſiones illas, & quidem ſingulas coram nobis ſummo ſtudio, ac diligentia examinari curavimus, neque laborem noſtrum tantum; ſed Cardinalium quoque, & ſacræ Inquiſitionis Conſultorum doctrinam, & conſilium exquiſivimus, ac tandem ſatis aperte compertum habemus, antedictas permiſſiones numquam a Sancta Sede probatas, Apoſtolicæ Clementis Papæ XI. Conſtitutioni repugnare, atque adverſari, utpote quæ partim ceremonias, rituſque Sinenſes a prædicta conſtitutione proſcriptos admittant, ac veluti probatos, atque utendos concedant, partim regulis in ipſa traditis ad vitandum ſuperſtitionis periculum opponantur. Nolentes itaque quemquam ad Conſtitutionem ipſam ſummo Chriſtianæ religionis damno malitioſe evertendam permiſſionibus ejuſmodi uti, definimus, ac declaramus, præſatas permiſſiones ita eſſe habendas, ac ſi numquam extitiſſent, earumque praxim tamquam ſuperſtitioſam omnino damnamus, & execramur. Itaque præſentis hujus noſtræ Conſtitutionis perpetuo valituræ vi revocamus, reſcindimus, abrogamus, atque omni vigore, & effectu vacuas eſſe volumus omnes illas, & ſingulas permiſſiones, eaſque ſemper uti caſſas, irritas, invalidas, & nullius prorſus roboris, aut vigoris habendas eſſe dicimus, ac pronunciamus.

„ Præterea cum Clemens Papa XI. in Conſtitutione, *Ex illa die*: appoſuerit hæc verba: *Per præmiſſa nihilominus non vetari, quo minus erga defunctos peragi poſſint alia, ſi quæ ſint, quæ vere ſuperſtitioſa non ſint &c.* Nos dicimus, & declaramus ea verba: *alia ſi quæ ſint:* intelligenda eſſe de uſibus, & ceremoniis diverſis ab illis, quas idem Pontifex Apoſtolica Conſtitutione jam interdixerat, & quas nos pariter eadem auctoritate configimus, atque interdicimus, ne antedictis permiſſionibus, quas omnino damnatas volumus, ullus impoſterum locus pateat.

„ Diſtricte itaque prohibemus, ne quis Archiepiſcopus, aut Epiſcopus, aut Vicarius, aut Delegatus Apoſtolicus, aut Miſſionarius tam ſecularis, quam regularis cujuſcumque Ordinis, Congregationis, Inſtituti, etiam Societatis

„ Jeſu, aliorumque, de quibus expreſſa, & individua men-
„ tio fieri debeat, permiſſionibus prædictis ullo pacto uti va-
„ leat, ſive publice, ſive privatim, ſive palam, ſive clam,
„ neque audeat, vel præſumat Conſtitutionis paulo ante ci-
„ tata verba aliter, ac nos ſupra declaravimus alicui explica-
„ re, aut interpretari. Quare ex prædictorum Sanctæ Ro-
„ manæ Eccleſiæ Cardinalium conſilio, motu quoque pro-
„ prio, ac certa ſcientia, maturaque deliberatione, tum
„ etiam de plenitudine Apoſtolicæ poteſtatis, Conſtitutionis
„ præſentis tenore, in virtute ſanctæ obedientiæ præcipimus,
„ & expreſſe mandamus omnibus, & ſingulis Archiepiſcopis,
„ & Epiſcopis in Sinarum Imperio, aliiſque regnis, & provin-
„ ciis ſive finitimis, ſive adjacentibus, nunc exiſtentibus, aut
„ olim pro tempore futuris, ſub pœnis ſuſpenſionis a Pontifi-
„ calium exercitio, & ab Eccleſiæ ingreſſu interdicti, eorum
„ vero officialibus, & Vicariis in ſpiritualibus Generalibus,
„ aliiſque eorumdem locorum ordinariis Vicariis quoque, aut
„ delegatis Apoſtolicis, qui Epiſcopi non ſunt, tum etiam eo-
„ rum provicariis, & inſuper miſſionariis univerſis tam ſecula-
„ ribus, quam regularibus, cujuſcumque Ordinis, Congrega-
„ tionis, Inſtituti, etiam Societatis Jeſu, ſub pœnis privatio-
„ nis quarumcumque, quibus gaudent, facultatum, & ſu-
„ ſupenſionis ab exercitio curæ animarum, tum etiam ſuſpen-
„ ſpenſionis a divinis ipſo facto incurrendæ abſque alia decla-
„ ratione, demum excommunicationis latæ ſententiæ, a qua
„ non poſſint, niſi a nobis, & a Romano Pontifice pro tem-
„ pore exiſtente abſolvi, præterquam in articulo mortis con-
„ ſtituti, addita quoad Regulares etiam vocis activæ, & paſ-
„ ſivæ privationis pœna, præcipimus, & diſtricte manda-
„ mus, ut omnia, & ſingula, quæ in hac noſtra Conſtitu-
„ tione continentur, exacte, integre, abſolute, inviola-
„ biliter, atque immobiliter, non modo ipſi obſervent, ſed
„ etiam omni conatu, ac ſtudio ea ipſa obſervari curent a
„ ſingulis, & univerſis, qui quoquo modo ad eorum curam,
„ & regimen ſpectant; nec colore, cauſſa, occaſione, ſeu
„ prætextu aliquo huic noſtræ Conſtitutioni ulla in parte
„ contraire, aut adverſari audeant, vel præſumant. Præte-
„ rea

„ rea quoad miſſionarios regulares cujuſcumque Ordinis, „ Congregationis, Inſtituti, ac Societatis quoque Jeſu, ſi „ quis eorum (quod Deus avertat) exactam, integram, abſolutam, inviolabilem, ſtrictamque obedientiam denegaverit iis, quæ a nobis præſentis hujus Conſtitutionis tenore „ ſtatuuntur, ac præcipiuntur, eorum ſuperioribus tam „ Provincialibus, quam Generalibus in virtute ſanctæ obedientiæ expreſſe mandamus, ut homines hujuſmodi contumaces, perditos, ac refractarios a miſſionibus abſque ulla „ mora dimoveant, eoſque in Europam ſtatim revocent, ac „ de illis notitiam nobis exhibeant, ut reos pro gravitate „ criminis punire valeamus. Quod ſi prædicti ſuperiores Provinciales, aut Generales huic noſtro præcepto minus obtemperaverint, aut in eo deſides fuerint, nos contra ipſos quoque procedere non recuſabimus, atque inter cetera mittendi aliquem ex ipſorum Ordine in earum regionum miſſiones „ privilegio, ſeu facultate eos perpetuo privabimus.

„ Poſtremo, ut hæc noſtra Conſtitutio in ſuo robore „ ſemper integra, ac firma maneat, volumus quoque, ut „ ad formulam juramenti a Clemente Papa XI. in ſua Conſtitutione præſcriptam, nonnulla adjiciantur, quæ maxime „ neceſſaria putavimus. Idcirco omnes, qui præfatæ Conſtitutionis vigore ſub pœnis in ea contentis juramentum præſtare debebunt, in poſterum ſequenti formula utentur, videlicet: *Ego N. Miſſionarius ad Sinas, vel ad Regnum N. vel „ ad Provinciam N. a Sede Apoſtolica, vel a Superioribus meis „ juxta facultates eis a Sede Apoſtolica conceſſas miſſus, vel deſtinatus, præcepto, ac mandato Apoſtolico ſuper ritibus, ac ceremoniis Sinenſibus in Conſtitutione Clementis Papæ XI. hac de re „ edita, qua præſentis juramenti formula præſcripta eſt, contento, „ ac mihi per integram ejuſdem Conſtitutionis lecturam apprime „ noto, plene ac fideliter parebo, illudque exacte, abſolute, ac „ inviolabiliter obſervabo, & abſque ulla tergiverſatione adimplebo, atque pro virili enitar, ut Chriſtianis Sinenſibus, quorum „ ſpiritualem directionem, quoquo modo me habere contigerit, ſimilis obedientia eidem præſtetur. Ac inſuper quantum in me eſt, „ numquam patiar, ut ritus, & ceremoniæ Sinenſes in litteris*

„ *paſtoralibus Patriarchæ Alexandrini Macai datis die* 4. *Novem-*
„ *bris* 1721. *permiſſæ, ac a Sanctiſſimo Domino Noſtro BENEDI-*
„ *CTO Papa XIV. damnatæ ab eiſdem Chriſtianis ad praxim dedu-*
„ *cantur. Si autem (quod Deus avertat) quoquo modo contra ve-*
„ *nerim, toties, quoties id evenerit, pœnis per prædictas Conſtitu-*
„ *tiones impoſitis me ſubjectum agnoſco, & declaro. Ita tactis ſa-*
„ *croſanctis Evangeliis promitto, voveo, & juro. Sic me Deus*
„ *adjuvet, & hæc S. Dei Evangelia. Ego N. manu propria.*
„ Confidimus igitur fore, ut Princeps paſtorum Jeſus Chri-
„ ſtus laboribus a nobis, qui ejus vices in terris gerimus, in
„ hoc graviſſimo negotio diu impenſis benedicat, ut in
„ ampliſſimis illis regionibus Evangelica lux clare, nitide-
„ que affulgeat, ac præpotenti manu ſua ſic pia noſtra con-
„ ſilia promoveat, ut regionum earumdem paſtores intelli-
„ gant, planeque ſibi perſuadeant, obligationem, qua ipſi te-
„ nentur vocem noſtram audire, & ſequi. Confidimus quo-
„ que (Deo favente) ex eorum cordibus inanem illum metum
„ ſublatum iri, ne videlicet per exactam Pontificiorum de-
„ cretorum obſervantiam infidelium converſio retardetur.
„ Nam hæc a divina gratia ſperari potiſſimum debet, quæ
„ quidem ab eorum miniſterio longe non aberit, ſi Chriſtia-
„ næ religionis veritatem impavide prædicaverint, atque ea
„ puritate, qua ipſis ab Apoſtolica hac S.Sede tradita eſt, pa-
„ rati quoque ad eam propugnandam ſanguinem effundere ex-
„ emplo Sanctorum Apoſtolorum, aliorumque Chriſtianæ fi-
„ dei clariſſimorum propugnatorum, quorum ſanguis tantum
„ abſuit, ut Evangelii curſum interciperet, aut retardaret,
„ ut potius vineam domini florentem magis, & fidelium ani-
„ marum copioſiorem effecerit. Nos quidem pro viribus no-
„ ſtris Deum obſecrabimus, ut invictam illis hanc animi fir-
„ mitatem, & Apoſtolici Zeli robur concedat. Verum ad
„ eorum memoriam deducimus, ut quando ad ſacras miſſio-
„ nes deſtinantur, ſe tamquam veros Jeſu Chriſti diſcipulos
„ cogitent, & ab eodem ſe miſſos fuiſſe, non ad gaudia tempo-
„ ralia, ſed ad magna certamina, non ad honores, ſed ad
„ deſpectiones, non ad otium, ſed ad labores, non ad re-
„ quiem, ſed ad afferendum fructum multum in patientia.

„ Volu-

Digitized by Google

„ Volumus autem , ut earumdem præſentium tranſumtis „ etiam impreſſis , manu alicujus notarii publici ſubſcriptis , „ & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ mu- „ nitis eadem fides prorſus adhibeatur , quæ ipſis originali- „ bus litteris adhiberetur , ſi forent exhibitæ , vel oſtenſæ .

„ Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ con- „ firmationis , innovationis , revocationis , reſciſſionis , abo- „ litionis , caſſationis , annullationis , damnationis , ac or- „ dinationis infringere , vel ei auſu temerario contraire . Si „ quis autem hoc attentare præſumpſerit , indignationem „ Omnipotentis Dei , ac Beatorum Petri , ac Pauli Apoſto- „ lorum ejus ſe noverit incurſurum . Datum Romæ apud San- „ ctam Mariam Majorem quinto idus Julii, anno Incarnationis „ Dominicæ milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo ſecun- „ do, Pontificatus noſtri anno ſecundo .

„ P. Cardinalis Prodatarius .

„ D. Cardinalis Paſſioneus .

„ Viſa de Curia . N. Antonellus

J. B. Eugenius .

„ *Regiſtrata in Secretaria Brevium .*

„ *Anno a Nativitate D. N. J. Chriſti* 1742. *Indictione* v. „ *die vero nona Auguſti , Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto* „ *Patris , & Domini Noſtri Domini BENEDICTI divina provi-* „ *dentia Papæ XIV. anno ſecundo ſupradicta Conſtitutio affixa , &* „ *publicata fuit ad valvas Baſilicæ Lateranenſis , & Principis Apo-* „ *ſtolorum , & Cancellariæ Apoſtolicæ Curiæ Generalis in Monte ci-* „ *tatorio , & in Acie Campi Floræ , ac in aliis locis ſolitis , & con-* „ *ſuetis Urbis per me Sebaſtianum Amadeum Apoſt. Curſorem .*

N. Cappelli Mag. Curſor.

Jam intercluſi noſtris , ut ſupra demonſtratum eſt , ad Sinenſes commeatus fuerant , fierique haud poſſe videbatur , ut in eas regiones Europæis , qui ritus præſertim omnes incolarum averſarentur , aditus pateret . Interea dicti Vicarii Apoſtolici tres fuerunt , qui ubi conſecrati Epiſcopi fuiſſent, Sinas peterent , circumſpicerentque ulla ne ratio iniri poſſet, qua Imperatoris in orthodoxos Chriſtianos odium extingueretur . Novi illi Epiſcopi tres erant: Franciſcus de la Pallu Epi- ſcopus

ſcopus Heliopolitanus, Lambertus de la Motte Epiſcopus Berytenſis, & Edmundus de Colondi Metelopolitenſis. Hi cum neque mitigari Principis furorem, neque minui, omniaque jam impedita eſſe animadvertiſſent, alio ſibi eſſe concedendum judicarunt, ubi fructum aliquem itinerum, atque incommodorum ferrent. Igitur Heliopolites in Tunquinum, Berytenſis in Cochinchinam, & Metelopolites in Siamum propagandæ religionis Chriſtianæ cauſſa contenderunt. Demum anno 1684. Heliopolitæ data facultas ad Sinas accedendi fuit; qui ſociis Maigroto, Blanco, nonnulliſque aliis uſus, haud mediocres brevi tempore progreſſus fecit. Sed cum diſſenſiones de ritibus majorem in modum augerentur, Maigrotus, qui Provinciæ Fokienſi præfectus erat, anno 1693. ſingulari decreto ſanxit, ne quis in civilibus ritus ejuſmodi numerare, eiſque uti auderet. Maigroto ceteri Vicarii Apoſtolici aſſenſi ſunt, iique Evangelii præcones, qui edictis Pontificum, Sacrarumque Congregationum inſiſtendum arbitrabantur. Magnæ deinde tempeſtates conſequutæ ſunt, quæ Maigrotum, alioſque, ut vel latere, vel fuga ſalutem petere conſtituerent, perpulerunt. Quæ geſta deinde Romæ, atque in Sinenſi Imperio ſunt, ea ſane accurate a BENEDICTO XIV. P.M. in *Conſtitutione*, & a Polidorio in vita rebuſque geſtis Clementis XI. narrantur. Interea docti, piique Sacerdotes, a Sacra Congregatione de Propaganda Fide in eam regionem mittebantur. Idipſum Dominicani Philippinenſes, aliique Ordines curabant. Benedicto XIII. Pontifice Maximo, Ludovicus Maggius de itinere ad Sinas inſtituendo cogitare cœpit. De quo viro hæc a nobis ante annos paucos ſcripta Vicarii Generalis Congregationis S. Marci nomine ad Prædicatores Romanæ Provinciæ Epiſtola fuit.
„ Etſi Ludovici Maggii Epiſcopi Barianenſis Viri Apoſtolici
„ felix, & pretioſa mors fuerit, quod hac ille certum, ut
„ mihi facile perſuadeo, ac definitum locum conſequutus in
„ Cælo ſit, in quo beatus gloria ſempiterna fruatur, cum
„ primum tamen accepi, eum fuiſſe nobis ereptum, qui diu
„ nobiſcum vixiſſet, fuiſſetque deinde labore, opera, ſuæ-
„ que vitæ periculo utilis Chriſtianæ Reipublicæ, tuli equi-
„ dem graviter ejus eventum, & minus expectato nuncio ve-
„ hemen-

„ hementer ſum perturbatus. Extorſit autem dolor ut mœre-
„ rem, non quod metuerem, ne cum illo, cui expeditus
„ ad Sanctorum Patriam aditus optime, ſed quod incommo-
„ dius nobiſcum actum eſſe cognoſcerem, qui hominem ami-
„ ſiſſemus, qui ſingularem noſtræ Congregationi gloriam, il-
„ luſtre Ordini decus, magnamque attulit Chriſtianæ religio-
„ ni utilitatem. Nam cum Sextini, quod oppidum in ea Ro-
„ mandiolæ parte eſt, quæ Magno Etruriæ Duci paret, anti-
„ qua, & illuſtri eo loco familia natus, pieque educatus eſſet
„ a Franciſco Maggio patre, atque propterea cordi ſuam,
„ aliorumque ſalutem haberet, noſtrum Inſtitutum an. 1715.
„ amplexus eſt, quod id unum ad ea conſilia, quæ animo
„ conceperat, perficienda aptum eſſe arbitraretur. Jam uſ-
„ que autem ab eo tempore, quo nobis jure ſocietatis con-
„ junctus fuit, tanta virtute eſſe cœpit, ut quamvis adverſa
„ ſæpe valetudine conflictaretur, ſtuderet tamen, ut nulla
„ eorum, quæ ad nos pertinent, officiorum ab ſeſe fieret in-
„ termiſſio. Quare ne corporis quidem ægritudo obſtabat,
„ quo minus parce, ac duriter vitam ageret. Cum enim in-
„ credibili Chriſtianæ religionis propagandæ deſiderio arde-
„ ret, idque perſpiceret, obtineri ab eo non poſſe, cui com-
„ modum, lautum, & quietum vitæ genus placeret, nihil ſibi
„ ſolatii concedendum putabat eſſe, ut quid ſuæ vires vale-
„ rent, experiretur. Benedicto XIII. P. M. an. circiter 1726.
„ Romam venit, cumque in Cœnobio SS. Roſarii, quod eſt in
„ Mario Monte ageret, ſummis precibus ab Optimo Pontifi-
„ ce, qui eo ſe quandoque animi cauſſa conferebat, petiit,
„ ut ſibi ad Sinenſes Evangelium prædicatum contendere lice-
„ ret. Juſſus, ut bono animo eſſet, utque aliquamdiu expe-
„ ctaret, quoad Sacra Congregatio ejus uti opera conſtituiſ-
„ ſet, dedidit ſeſe majore ſtudio exercitationi virtutis, &
„ pietatis, ut jejunio, vigiliis, pedibuſque actis itineribus
„ ad tantum opus ſe compararet, ne temere, dum tempus
„ ſuiſſet, ei ſe ſubjiceret oneri, cui ferendo impar eſſe vide-
„ retur. Interea accidit, ut qui tunc erat Congregationis
„ noſtræ Generalis Vicarius ad oppidum S. Miniatis, quod
„ Florentia vigintiquinque millia paſſuum diſtat, Novitios
„ vellet

„ vellet mittere. Is quoniam ab recta adoleſcentium inſtitu-
„ tione diſciplinam Monaſticam pendere intelligebat, co-
„ gnoſcebatque nullum Maggio reperiri Magiſtrum meliorem
„ poſſe, ad hunc ſcripſit, ut ad Miniatenſe Cœnobium abire
„ ne cunctaretur. Maggius nihil hæſitans paruit. Triennio
„ ſere munus illud obierat, cum acceptæ ab Ordinis Magi-
„ ſtro anno 1730. XIII. Kal. nomine Sacræ Congregationis
„ de Propaganda Fide litteræ fuerunt, quibus Maggio ad Si-
„ nenſes proficiſcendi facultas concedebatur. Id ubi enun-
„ ciatum eſt, quam potuit cito paravit ſe Maggius, atque in
„ Gallias ad Ludovici Portum contendit. Inde nactus na-
„ vem, atque opportunum ad navigandum tempus eodem
„ anno v. Idus Decembres ſolvit, & I. Idus Sextiles an. 1731.
„ Cantonum appulit. Mirabile viſum eſt, quod cum ille
„ quamdiu verſatus in Europa eſt, continenter ſere male ſe
„ haberet, tum itinere tam longo, totque adverſis rebus,
„ quæ contigerunt, ne dolore quidem capitis laborarit. Ut
„ Cantonum pervenit, decreta illi Succuamenſis Provincia
„ eſt, quo Epiſcopo Molinerio auxilio eſſe poſſet. Februario
„ menſe an. 1732. Cantono diſceſſit, Petri Eju Sinenſis Chri-
„ ſtiani coquum agens, ut habitu adeo abjecto ſuſpicari Ethni-
„ ci nequirent, ipſum eſſe ex Europa, vitaretque hoc pacto
„ ſupplicium. Poſt menſes duos Epiſcopum in Hu-Kuango
„ Provincia reperit, juſſuſque fuit, ut Kin-ceu-fu, quæ urbs
„ eſt Succuamenſis Provinciæ proficiſceretur. Ubi eo per-
„ venit, in ſacello, quod a Molinerio ex canna, & palea
„ conſtructum fuerat, quin ei prodire in conſpectum homi-
„ num liceret, conſtitit menſes tres, ut linguam Sinenſem
„ diſceret. Cum vero tantum in eo ſermone facultatis con-
„ ſequutus eſſet, quantum ſatis erat, ut incolarum Chriſtia-
„ norum *confeſſiones* exciperet, dedit operam, ut talis eſſet,
„ qualem ſacra Congregatio futurum cognoverat. Ergo quo
„ primum die prædicare cœpit, Sinenſes plus triginta Baptiſ-
„ mi Sacramento initiavit. Eodem ſere tempore nunciatum
„ Maggio eſt, Molinerium gravi morbo eſſe correptum. Ita-
„ que in Hu-Kuangum magnis itineribus venit, qua in pro-
„ vincia nullum remiſit tempus. Nam in adminiſtrandis my-
„ ſteriis

Digitized by Google

„ ſteriis baptiſmi, & pœnitentiæ, atque in habendis catechiſmis noctes integras conſumebat. Convaluit interea Molinerius, atque inde abiit Succuamenſem provinciam viſitatum, relicto Maggio in Hu-Kuango, qui interdiu quidem iter per loca prærupta, valleſque abditas ad triginta plerumque, interdum autem ad quadraginta millia paſſuum pedeſter producere, quamquam illi pedes, ac tybiæ intumeſcerent, & fame, atque ſiti laboraret, quod divertere ad Ethnicos nollet, ne cognoſceretur: noctu vero baptizare, erudire imperitos, primaque luce rem divinam facere ſolebat. Non eſt otium innummerabilia pericula, perſecutiones, labores, incommoda, quibus ſex annorum intervallo ſubactus fuit, commemorare. Horum omnium cum Sacra Congregatio Cardinalium certior eſſet facta, dignum eſſe Maggium cenſuit, quem Epiſcopum deligeret, ut Molinerio vivo adjutor, eique deinde mortuo ſucceſſor eſſet. Anno 1738. menſe Octobri ſcriptæ ad eum & a Sacra Congregatione, & a Magiſtro Ordinis litteræ fuerunt, quibus ea quidem jubebat, hic vero adhortabatur hominem, ut ſeſe Epiſcopum conſecrari ſineret. Incredibile dictu eſt, quam ille acerbe, graviterque tulerit, ubi tantum ſibi onus fuiſſe impoſitum cognovit. Morem tamen, ut par erat, geſſit, annoque 1740. creatus eſt Epiſcopus Barianenſium. Igitur cum ſe ad ampliſſimam dignitatem perductum vidiſſet, collegit continuo ſeſe, ſtatuitque non eſſe ſibi minuendum laborem, ſed augendum. Quamobrem non vigiliis, non periculis, non ærumnis, non fame, non ſiti, non naufragiis, a quibus ſæpe fuit, ut pie licet credere, divinitus liberatus, impediri potuit, quo minus quotidie Ethnicos ad veritatis cognitionem traducere eniteretur. Multis hominum millibus a ſuperſtitione ad Chriſtianam religionem converſis, functus vir optimus tot laboribus, quot ne numerare quidem poſſum, quadrageſimo quinto ætatis anno, qui æræ Chriſtianæ 1744. fuit, quaſi præſagiret impendere ſibi ſupremum diem, vocavit ad ſe Vicarium Apoſtolicum præfectum Jun-Anenſi provinciæ, multiſque verbis cum

„ eo habitis de ſua Eccleſia, de populis, qui ſibi commiſſi
„ fuerant, deque dilatandis finibus Orthodoxæ Reipublicæ
„ Chriſtianorum, eum tandem, ut ne ſe deſereret, obſecra-
„ vit. Sed Jun-Anenſis reverti in ſuam Provinciam ſtatuit.
„ Reſtitit Maggius, opuſque ſe tunc maxime illius opera ha-
„ bere dixit. Interea cum infirma valetudine eſſet, *Confeſ-*
„ *ſiones* audiebat novorum Chriſtianorum. Sed cum vehe-
„ menter ſtomacho laboraret, intellexit, proximam ſibi eſ-
„ ſe mortem, quare neglectis potionibus, reliquiſque me-
„ dicamentis, quæ offerri ſibi videbat, veniſſe jam tempus
„ illud dixit, quo corpore laxatus, in Cælum migraturus
„ eſſet. Corpore Chriſti Servatoris refectus, ſacriſque Ex-
„ tremæ Unctionis initiatus XIII. Kal. Septembres an. 1744.
„ prima luce tam placide expiravit, ut ne hi quidem, qui
„ prope aderant, deceſſiſſe illum animadverterint. Flere
„ continuo, qui adſtabant, queri, lamentarique cœperunt,
„ quod Magiſtrum, Paſtorem, atque Parentem ſibi ereptum
„ eſſe viderent &c.

Fuit id denique Maggio conceſſum, ut antequam e vita decederet, controverſiæ de Ritibus a BENEDICTO XIV. Pont. Max. finem impoſitum videret. Itaque ut ante confirmare in fide ſuos, hortarique eos, ut Conſtitutioni *Ex illa die*, quam Clemens XI. vulgarat, obtemperarent, etiam atque etiam ſolebat, quin ullum inveniret Sinenſem Chriſtianorum, qui admodum repugnaret; ita morti proximus, eiſdem præcepit, ut quæ tantus Pontifex ſuperſtitionis damnaſſet, numquam uſurpare auderent, niſi venire in extremum, perpetuumque cruciatum vellent.

Anno 1746. Ethnici Sinenſes, cum in Fokiena Provincia Dominicanos verſari intellexiſſent, idque agere ſedulo, ut incolæ noſtris ſacris imbuerentur, ad Præfectum retulerunt, quem eſſe cognorant hoſtem acerrimum Chriſtianorum. Is iratus, atque ægre ferens, omnes, quotquot reperiri poſſent, Chriſtianos comprehendi, cogique juſſit, ut Chriſtum deteſtarentur. Quæri præterea Dominicanos; atque ubi inventi eſſent, ad ſe adduci imperavit. Petrus Martyr Sanſius, de quo

Digitized by Google

quo alio loco diximus, (1) Epiſcopus Mauricaſtrenſis, dignitate inter Prædicatores eminebat, idque jam laborabat, ut ne fide (2), virtute, fortitudineque minor eſſe ce-

Eee 2 teris

1 *Tom.1.pag.478.*

2 Cum Conſtitutionem *Ex quo*, a Benedicto XIV. Pont. Max. editam accepiſſet Sanſias, hanc ad ſuos Fokienſes Epiſtolam dedit „ Nos D. F. Petrus Sans Dei, & Apoſtolicæ ſedis gratia
„ Epiſcopus Mauricaſtrenſis Vic. Apoſt. Provinciæ Fo-kien, Adminiſtratorque Provinciarum
„ Che-Kiang-Sy omnibus admodum RR. PP. Miſſionariis Apoſtolicis ad noſtram juriſdictionem
„ pertinentibus ſalutem in Domino ſempiternam. Poſteaquam in hac Provincia Fo kienſi im-
„ perii Sinarum fuit a nobis SS. D.N. Benedicti Divina providentia Papæ XIV. promulgata con-
„ ſtitutio, quæ incipit: *Ex quo ſingulari Dei providentia &c. ſuper ritibus, & ceremoniis*
„ *Sinenſibus*, mox quidam ex Miſſionariis varia nobis propoſuere dubia, quibus partim reſpon-
„ dimus, partim diſtulimus reſponſum, ut opportuno tempore faceremus ſatis. At non ſine in-
„ genti mœrore dicere cogimur, quæ omnino tacere vellemus. Decreta ſcilicet Pontificia
„ hoc in Imperio Sinatum divulgata, ne ad optatum Summi Pontificis perveniane effectum,
„ contingit illis idipſum, quod pueris Hebræorum recens in Ægypto natis, qui ne ad ætatem
„ virilem, ac perfectam advenirent, ſtatim Pharaonis imperio de medio tollebantur. Ita fere
„ hic obtingit, dum multi ex Miſſionariis ſuis cum quæſitis, vel potius querelis ac cavillatio-
„ nibus, omni conatu obtendentes, vellent decreta Pontificia, quæ in lucem prodeunt, com-
„ muni luce privari. Sed eis forſan non venit in mentem a Domino eſſe definitum, portas in-
„ feri adverſus Eccleſiam non poſſe prævalere. Quapropter Pharao, qui ſemper in circuitu,
„ velut impius ambulavit, populum Hebræorum haud quaquam ſuperare valuit, ſed quaſi ludens
„ cum Moyſe, in ſuo circulo vitioſo de verbis ad ſigna, & de ſignis ad verba, tandem nec ver-
„ bis ob duritiam cordis ſatis eruditus, nec plagis graviſſimis emendatus juſto Dei judicio, ut
„ alieno periculo cuncti ſaperent, una cum magno exercitu Ægyptiorum ſcelerum pœnas expen-
„ dit in mari rubro. Timeamus ergo, veritatique, ut par eſt, obtemperemus, ne ſi Eccleſiæ
„ Prælati diſſentientes in Sinis viderint Miſſionarios, exprobrent eis cum Apoſtolo: *Semper di-*
„ *ſcentes, & numquam ad ſcientiam veritatis pervenientes. Et quemadmodum Jannes, &*
„ *Mambre reſtiterunt Moyſi, ita & hi reſiſtunt veritati*. Ideo magnopere formidanda eſt
„ Eminentiſſimi Cardinalis Tournonii ſententia, quam ſæpe numero, non ſine ſtupore legimus,
„ & audivimus, ſcilicet: *Miſſio diſtruetur, & error non emendabitur*. Nonne Eccleſia Dei
„ vivi eſt columna, & firmamentum veritatis? Columna revera ignea, quæ noctis illuminat
„ tenebras, & ad terram uſque promiſſionis fideles ducit Iſraclitas. Hæc utique eſt columna
„ nubis, quæ ab ardore ſolis nos protegit, immo contra paſſionum impetus nos defendit. Et ne
„ doctrinis variis, & peregrinis abducamur, in columna nubis loquebatur ad eos, ut crederent
„ Domino, & Moyſi ſervo ejus. In hac enim columna etiam hodie loquitur Dominus Pontifici
„ ſervo ſuo, ut credamus Domino, & ejus ſervo. Tantæ igitur columnæ niſibus totis innitamur
„ ut caſum, & ruinam evitemus. Et ne forte decipiamur, toto corde credamus veritati. Nam
„ ſi ſummus Pontifea Chriſti miniſtros perſpexerit diſcordes, merito conquereretur dicens: *ſi ve-*
„ *ritatem dico vobis, quare non creditis mihi*? Plurimi fortaſſe reſpondebunt, ſevera nimis
„ ac dura eſſe decreta Pontificia. Idem Judæi de Chriſti doctrina dicebant: *durus eſt hic ſermo,*
„ *& quis poteſt eum audire? ita ut multi abirent, & relinquerent Dominum.* At Jeſus ait di-
„ ſcipulis ſuis. *Numquid & vos vultis abire*? Ac ſi diceret, ſi vobis abire placet, patent
„ portæ, abite. Nihil tamen de doctrina ſua Dominus temperavit. Immo potius ait per Mat-
„ thæum: *Intrate per anguſtam portam; quia lata porta, & ſpatioſa via eſt, quæ ducit ad*
„ *perditionem, & multi ſunt, qui intrant per eam. Quam anguſta, & arcta via eſt, quæ*
„ *ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inveniunt eam*. Qui ad tantum tonitra non expergi-
„ ſcitur; non dormit, ſed mortuus eſt. Multos in admirationem rapit attente conſiderare,
„ quam alacriter, grandi manuum plauſu, Miſſionarios non paucos annos quaſi viginti uſos fuiſ-
„ ſe Alexandrini Patriarchæ permiſſionibus, quin animum miniſtri adverterent, tales permiſ-
„ ſiones Conſtitutioni Apoſtolicæ: *ex illa die* plane eſſe contrarias. Cum vero prædictæ permiſ-
„ ſiones a Sanctiſſimo Papa Benedicto XIV. merito damnantur, plures Miſſionarii ſubito com-

„ mover-

teris videretur. Itaque adeſſe, quibus poterat, ſpirituſque addere conabatur. Sed cum quæri ſe, ſocioſque ad necem accepiſſet, abdere ſeſe in aliquem locum conſtituit, ne quid temere aggreſſus eſſe exiſtimaretur. At quod latere diu hoſtes nequiviſſet, ipſe, ſociique deinceps capti, ludibrioque habiti, raptique ad Præfectum, atque alapis cæſi fuerunt. Interim Sinenſes Chriſtiani multis, magniſque injuriis afficiebantur. Viri, mulieres, pueri, puellæque in jus vocatæ maximo numero ſumma fortitudine Ethnicorum vim ſuſtinebant. Nam haud ita multi abduci a cultu religionis veræ potuerunt, perterriti gravitate ſuppliciorum. Lata ab Judice ſententia

moventur. Quæſtiones undique rurſum excitantur, totaque Sinenſis confunditur Eccleſia, ita ut clamore magno inclamet validiſſime: *filii matris meæ pugnaverunt contra me*. Et cum Vicarii Apoſtolici opportunum velint opponere remedium, ubique contradicitur, gementes undique dicere coguntur, *poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris*. Nihilominus a minis cavete quæſo, in Conſtitutione Apoſtolica aperti$\,$ſſime fulminatis. Pariterque Paulus Apoſtolus de geſtis antiquorum Patrum ſermonem faciens, univerſis Chriſti fidelibus commonet, dicens: *hæc autem omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtram. Itaque, qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*. Quamobrem cuncto populo Iſraelitico ajebat Moſes: *ſi difficile, & ambiguum apud te judicium eſſe perſpexeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, lepram & lepram, & judicum intra portas videris verba variari, ſurge, & aſcende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieſque ad ſacerdotes levitici generis, & ad Judicem, qui fuerit illo tempore, quæreſque ab eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem, & facies quodcumque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te juxta legem ejus, ſequeriſque ſententiam eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Qui autem ſuperbierit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo, & decreto judicis, morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael; cunctuſque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumeſcat ſuperbia*. En quomodo illa ſcripta ſunt ad correptionem noſtram? Utinam tantam pœnam ſolvat nemo! Sed Conſtitutioni Apoſtolicæ omnino pareat, & in *captivitatem redigat intellectum in obſequium Chriſti, qui dilexit Eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea, ut illam ſanctificaret mundans lavacro aquæ in verbo vitæ, ut exhiberet ipſam Eccleſiam non habentem maculam, aut rugam*. Equidem fœdata eſſet Eccleſia Sinenſis, inutiles ceremonias, ac ritus vetitos peragendo. *Et quamvis lavaretur nitro, & multiplicaret ſibi herbam Borith, maculata eſſet iniquitate ſua coram Deo*. Quapropter conteſtor vos hodierna die, *quia mundus ſum a ſanguine* omnium: Jam enim Eccleſia per ſua decreta Pontificia omne conſilium Dei annunciavit vobis. Itaque ut noſtro munere perfungamur, duo præcipimus, quæ ſequuntur. Primum: Miſſionarii, qui in noſtro diſtrictu, & juriſdictione Sacramenta fidelibus adminiſtrant, niſi, impertitum a Sanctiſſimo Papa Benedicto XIV., juramentum antea præſtiterint, conceſſas eis facultates per præſentes revocamus, ac revocatas eſſe decernimus. Secundum: Si quis autem Miſſionarius (quod Deus avertat) permiſerit Chriſtifidelibus ea, quæ jam a Sanctiſſimis Pontificibus ſunt damnata, non ſolum facultates ei conceſſas revocamus, ſed eum inſuper pœna excommunicationis latæ ſententiæ illico ſubjicimus: Poſtremo omnibus Evangelicis operariis ad noſtram juriſdictionem pertinentibus, verba Ezechielis in memoriam revocamus, quæ ſunt tenoris ſequentis: *Si ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina, & populus ſe non cuſtodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: Ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem ejus de manu ſpeculatoris requiram*. Datum Moyang. Prov. Fokien. *die* 22. *menſis Julii* 1745.

Digitized by Google

tentia eſt, ut quæ virginitatem Chriſto voverant, hæ omnes nubere cogerentur. Sed fruſtra. Mori enim ſe malle reſponderunt, quam fidem Chriſto Servatori fallere. In his puella tredecim circiter annorum erat. Hanc cum carnifex excruciaret, atque alacrem tormenta perferre cerneret, contumelia eſt inſectatus, tum eam alloquens, an ignoras, inquit, eripi tibi a me vitam poſſe. Illa collum inclinans, en, inquit, facito quod minare. Nullam enim rem mihi efficere umquam poteritis gratiorem. Paucis poſt menſibus Epiſcopus, qui conjectus in carcerem fuerat, capite plexus eſt, de qua re BENEDICTUS XIV. Pontifex Maximus graviſſimam habuit ad Senatum S. R. E. Cardinalium orationem (1). Serranus deinde,

1 Ea oratio inſcripta eſt hoc modo: *Allocutio Sanctiſſimi Domini Noſtri Benedicti Papæ XIV. habita in Conſiſtorio ſecreto die 16. Septembris 1748. De pretioſa morte Petri Martyris ex Ordine Prædicatorum Epiſcopi Mauriceaſtrenſis Vicarii Apoſtolici Fo-Kienſis in regno Sinenſi.* Edita vero eſt primum Romæ typis Rev. Cam. Apoſtolicæ, deinde Congregationis de Propaganda Fide eodem anno 1748., poſtremo Typis Pariſienſibus cum adnotationibus eruditiſſimi viri P. Turonii Ord. Prædicatorum ſeparatim, & *tom.* VI. *virorum Illuſtr. Ord. S. Dominici, pag.* 785. *edit. an.* 1749. Sic autem de Petro ſcribit ,, Notum facimus vobis accepiſſe ex litteris, quæ nuper
,, ex Sinenſi regno ad nos pervenerunt, Epiſcopum Mauriceaſtrenſem Vicarium Apoſtolicum Pro-
,, vinciæ Fo-Kien Petrum Martyrem nuncupatum ex Ordine Prædicatorum pro fidei Chriſtianæ
,, defenſione vitam amiſiſſe, qui propterea, ſi veteri Eccleſiæ vocabulo uti velimus, *Martyr*
,, *conſummatus* appellari poteſt. Significatum eſt iiſdem litteris, alium ejuſdem ordinis virum
,, religioſum, & ejuſdem Epiſcopi coadjutorem deſignatum una cum tribus aliis ex ipſa eadem
,, familia Sancti Dominici incluſum carceribus detineri, inuſtaſque fronti ſingulorum Sinenſes
,, notas, quibus rei mortis indicantur, qui ſane omnes, pro vetuſta Eccleſiæ loquendi ratione:
,, *Martyres deſignati* vocari poſſunt .... Cum graviſſima in Provincia Fo-Kien contra Chriſtia-
,, nos tempeſtas excitata fuiſſet, ob quam territi perculſique plurimi a Catholica fide miſere
,, deſciverunt, Mauriceaſtrenſis Epiſcopus, qui Vicarii Apoſtolici munere illic fungebatur, la-
,, tendum ſibi cenſuit in privatis ædibus, & a violento illo turbine paullatim declinandum. Sed
,, imminentem ſibi ruinam pertimeſcente hoſpitii Domino, cum Epiſcopum diutius tueri late-
,, bris domus ſuæ recuſaret, vix ipſe in lucem prodiit, captus fuit, & in carcerem detruſus, ex
,, quo tamen Chriſtianam fidem verbis, & exemplo, quod potuit, prædicabat. Quinimmo ante
,, judicem conſtitutus, ipſi libera voce denunciavit, futurum aliud in fine mundi judicium, ubi
,, vitæ anteactæ rationes exigantur, & pro meritorum conditione præmia, vel ſupplicia decer-
,, nantur æterna. Quamobrem conviciis, & injuriis primum oneratus, deinde toto vultu ob
,, iteratos colaphos contuſo, ac livent, tandem capitis reus iniqui judicis ſententia declara-
,, tur. Illam Epiſcopus æquo animo libenter accepit, & ſacramentis expiari magno ſtudio po-
,, ſtulavit. At licet quidam ſacerdos, qui ſumma fide, & amore Epiſcopum ſuum proſequeba-
,, tur, nihil intentatum reliquerit, ut Euchariſtiæ ſacramentum ad ipſum deferret, vani tamen
,, illius conatus, irritique evaſerunt. Poſtremo cum dies illuxiſſet, qua capite plecti debebat
,, Epiſcopus, carcere eductus, & magna ſatellitum turba ſtipatus ad ſupplicii locum proceſſit,
,, quem gentilium multitudo, & non exiguus Chriſtianorum numerus ſequebantur. Collo ſu-
,, ſpenſam gerebat tabellam, cui mortis cauſſa ſcripta erat, videlicet, quod manu carnificis
,, caput illi obtruncandum eſſet, ut hujuſmodi ſupplicio reliquis exemplo eſſet, eo quod ſuis
,, mendaciis, uti ferebatur, plurimos decepiſſet. Incredibile eſt quam eximiam virtutem, ani-
,, mique magnitudinem præſeferret, cum ad mortem ſubeundam duceretur. Curis omnibus ab-
,, jectis

deinde, qui Epiſcopus dictus poſt Sanſium eſt, Alcoberus, Diazius, & Royus (nam hi quatuor erant ex Ordine Prædicatorum ſocii Epiſcopi Sanſii) extremo ſunt affecti ſupplicio, martyreſque, ut quidem credere par eſt, obierunt. Atque ita ſane, ut primi Sinarum Martyres, ita poſtremi omnes, quod

,, jectis, aſſiduas in itinere preces Deo ſundebat, & qua poterat maximo ſtudio, ſeipſum com-
,, mendabat. Cum perveniſſet in locum ſupplicii, juſſus a carnifice, ut in genua provolveretur,
,, dicto paruit, & ſolum ab illo tantum temporis ſpatium exoravit, donec cœptas jam preces
,, abſolveret. Quibus peractis, carnificem ipſemet admonuit, ut rem ſuam perficeret, qui vi-
,, brato gladio, caput ab humeris ipſis præcidit. Gentiles ipſi virtutem tam ſingularem admi-
,, rati ſunt, cruentoque ſpectaculo ſe commotos ac perculſos magnopere oſtenderunt; Chriſtiani
,, vero mortem paſtoris ſui lacrimis, ac mœrore proſecuti ſunt, ita tamen, ut animum non de-
,, ſponderint, ſed corpus decenter efferentes, eo quidem loco condiderint, quo rei homines
,, ſepeliri conſueverunt: ſed paulo poſt in cœmeterium fidelium idem corpus deferentes, ſuæ-
,, que dignitatis inſignibus exornantes, decenti loco illud poſuerunt. Cum id fieret, Chriſtia-
,, ni pietate, ac religione ducti, particulas aliquas præſertim veſtium, quæ ſanguine aſperſæ
,, fuerant, ſibi comparantes, in varias etiam partes miſerunt, eo fortaſſe conſilio, ſe volunta-
,, te, ut publicæ venerationi exponantur. Cum hujuſmodi martyrii fama longe lateque perva-
,, garetur, Pekini Epiſcopus pro gratiarum actione, canticum *Te Deum* univerſis ſuæ ditionis
,, Eccleſiis edixit. Eadem celebritas peracta fuit ab Epiſcopo Amacaenſi, cui Epiſcopus Ec-
,, erinenſis Vicarius Apoſtolicus Provinciæ Yunnamenſis, Gubernator Luſitanus cum ſenatu, &
,, multa Regularium frequentia præſentes interfuerunt. Inſuper tota civitas triduo ſub veſperam
,, funalibus accenſis, hilaritatem ſuam teſtata eſt. Si hæc ita ſe habeant, quemadmodum litte-
,, ris ſuis commendavit ſacerdos ſecularis, vir probus atque honeſtus, qui non ſolum omnia,
,, quæ ſuperius commemoravimus accurate, ac diligenter deſcripſit, ſed plura ipſe oculis ſuis
,, perſpexit ... Si, inquam, res ita ſe habeant, prout novis, aliiſque recenter acceptis monu-
,, mentis confirmantur, martyrium, & cauſſa martyrii, cum tempus poſtulaverit, facili nego-
,, tio oſtendentur. Nam facile conſtabit Tyrannum adductum fuiſſe odio in Catholicam religio-
,, nem, ut Epiſcopum reum mortis pronunciaret. Argumento eſt tabella quæ pendebat ipſius
,, collo, & mortis cauſſam inſcriptam præferebat; argumento eſt ſententia mortis a tyranno pro-
,, lata, in qua Epiſcopus obtruncandus carnifici traditur, eo quod hominum multitudinem per-
,, verſa religione ſeduxerit; argumento pariter erunt infelices illi, qui a fide Catholica defi-
,, cientes ab omni diſcrimine immunes evaſerunt. Poſtremo accedit, quod furente tempeſta-
,, te illa perſecutionis, & alias quoque provincias pervadente, nempe Xenſenſem, & Xanſenſem,
,, quæ Portimenſi Epiſcopo Vicario Apoſtolico ſubjiciuntur, illud compertum, & exploratum
,, nobis eſt, ſacras Chriſtianorum ædes in illis locis dirutas, & ſolo æquatas fuiſſe, ita ut ipſe
,, Epiſcopus, ſi fieri poſſit, Amacaum confugere cogitaverit ,, *& paulo poſt* ,, Vulgata, *inquit*,
,, & communis omnium opinio huic Mauricaſtrenſi Epiſcopo primi Martyris Sinenſis gloriam im-
,, pertitur. Nos tamen certis documentis adducimur, ut contrarium omnino ſentiamus. Etenim
,, exploratum habemus duas alias martyrii cauſſas apud Sinenſes peractas ad Congregationem de
,, Propaganda Fide ſuperiori tempore fuiſſe delatas, quarum prima quatuor Presbyteros com-
,, plectitur, qui pro fide Chriſti ſupremum diem obierant, altera vero cauſſa confecta eſt pro
,, ſacerdote Franciſco de Capillas, qui Catholicam religionem ſanguine ſuo confirmavit. Cauſ-
,, ſæ vero hujuſmodi juſſu Urbani VIII. Prædeceſſoris noſtri traditæ fuerunt examinandæ Con-
,, gregationi Sacrorum rituum, cujus etiam decreta nos ipſi perſpeximus ad cauſſam Franciſci
,, de Capillas inſtituendam confecta. Alia quoque Decreta non ignoramus, quæ pro cauſſa ea-
,, dem proſequenda edita fuerunt, cum Clemens IX. prædeceſſor noſter Summum Pontificatum
,, adminiſtraret. Hæc veritatis amore dicta ſunt, non vero ut nomen, & gloria Epiſcopi Mau-
,, ricaſtrenſis, aut ordinis Sancti Dominici laudes imminuantur, cum præſertim Venerabilis Dei
,, famulus Franciſcus de Capillas, & alii quatuor ſacerdotes, quos paulo ante recenſuimus, ex
,, eadem Sancti Dominici familia prodierint ,, . Igitur qui hactenus perfuncti Martyrio in Sinenſi
regione ſunt, hi omnes, tanto Pontifice teſte, fuerunt Dominicani.

Digitized by Google

quod quidem conſtat, (1) Dominicani fuerunt; quibus quemadmodum vivis non in una provincia (2) Fokienſi modo, ſed in aliis etiam vexati Chriſtiani ſunt, ita cauſſa religionis ab Ethnicis ſublatis, ſperamus fore, ut Eccleſiæ augeantur: cum experiundo conſtiterit, ſanguinem martyrum ſemen eſſe verorum Chriſtianorum (3). Sed innumerabilia pene ſunt, quæ Dominicani, Franciſcani, aliique a Sacra Congregatione de Propaganda-Fide in Sinenſem regionem miſſi, præclare pro religione tuenda, atque confirmanda geſſerunt, quæque brevitas operis impedit, quo minus a nobis copioſe recenſeri, atque explicari poſſint (4).

Tar-

1 Vide Notationem ſuperiorem. Cocchii quoque Socium a Sinenſibus fuiſſe religionis cauſſa interfectum, obſervat Lafonus *tom. II. Septemb. Ann. Dominic. pag.* CCCXXXI. *Chronol. Miſſion. Ord. Præd.* De Franciſco de Capillas vide eumdem Lafonum *ibid. ad an.* 647. *pag.* CCLIV. *ſeq.* De Dominico Coronado, qui in carcere, poſt multa tormenta, cauſſa religionis, perlata, deceſſit, confer *Hiſt. Provinciæ Philipp. Dominicanor. tom.* II. & Lafonum *ibid. pag.* CCLXV. CCLXXVII. *&c.* CCLXXVIII. *ſeqq.* quibus etiam in locis de rebus egregie a Dominicanis in Sinenſi Imperio geſtis agitur.

2 Vide ſupra *Allocut. BENEDICTI XIV. P. M. pag. ſuper.*

3 Idem Maximus, eruditiſſimuſque Pontifex *ibid. pag.* 9. ,, Finem huic noſtræ allocutioni
,, imponimus, *inquit*, ſpem noſtram declarantes, quæ repoſita eſt in ſinu noſtro. Quemadmo-
,, dum ſingulari virtuti, & Sanguini Martyrum, quos modo recenſuimus, & aliorum fortaſſe,
,, quos ignoramus, tribui poſſe videtur, quod ſuperiori tempore Chriſtiana religio tantopere
,, apud Sinenſes floruerit, ita ſperamus futurum, ut Sinenſis eadem miſſio præſenti hac tempe-
,, ſtate compoſita, ac depulſa, in priſtinum gloriæ ſtatum reſtituatur ob virtutem, & ſanguinem,
,, quem Epiſcopus Vicarius Apoſtolicus nuper effudit, cujus etiam exemplum, uti confidimus,
,, quatuor alii ſacerdotes ex eodem ordine, quos pro Chriſtiana fide captivos vobis antea me-
,, moravimus pari animi magnitudine ſequentur. Ita ſane futurum ſperamus, ducti auctoritate,
,, & unanimi Patrum Eccleſiæ ſententia, qui ſcriptum nobis reliquerunt, tunc potiſſimum tem-
,, poris Catholicam religionem magis elevatam, & amplificatam fuiſſe, cum in illam Tyranni
,, majori furore, & immanitate deſævirent, ita ut ex Martyrum ſanguine velut ex fœcundo ſe-
,, mine Chriſtiani in dies augerentur. Ita ſecundo ſeculo Sanctus Juſtinus Martyr teſtatus eſt
,, (*In Dialogo cum Tryphone Judæo num.* 110.) *ſed quanto magis magiſque talia nobis infli-*
,, *guntur, eo plures alii per nomen Jeſu fideles & pii fiunt; quemadmodum vitis, ſi quis par-*
,, *tes illas amputet, quæ fructus ferunt, ita proficit, ut alios florentes, & fructiferos pal-*
,, *mites rurſus proferat, idem quoque nobis evenit: plantata enim a Deo, & Salvatore Chri-*
,, *ſto vitis populus ejus eſt*. Idem quoque Tertullianus initio tertii ſeculi confirmavit (*in ſuo*
,, *Apologetico c.* 2.) *Plures efficimur, quoties metimur a vobis, ſemen eſt ſanguis Chriſtiano-*
,, *rum*. In libro autem ad Scapulam, *nec tamen*, inquit, *deficiet hæc ſecta* (nempe Chriſtia-
,, na religio) *quam tunc magis ædificari ſcias cum cædi videtur*. Idem Lactantius ſeculo III.
,, labente tradidit in lib. (v. *cap.* XXIII.) ſuarum Inſtitutionum: *Eſt & alia cauſſa cur adver-*
,, *ſus nos perſecutiones fieri ſinat, ut Dei populus augeatur*, quod fuſius proſequitur, certiſque
,, rationibus declarat. Plura alia in hanc ſententiam teſtimonia proferri poſſent, ſed illud ſan-
,, cti Leonis Magni prædeceſſoris noſtri qui ſeculo quinto Pontificatum gerebat, ſatis erit, ut
,, res plane comprobetur. *Non minuitur*, (inquit ipſe in ſermone de ſanctis Apoſtolis Petro ac
,, Paulo) *non minuitur perſecutionibus Eccleſia, ſed augetur, & ſæpe Dominicus ager ſege-*
,, *te ditiori veſtitur, dum grana, quæ ſingula cadunt, multiplicata naſcuntur*.

4 Non abs re fuerit hiſtoricos, ſcriptoreſque numerare, qui res Sinenſes perſequuti ſunt, ſic tamen, ut eorum mentionem faciam ſolum, quorum commentarios legere potui. Kircherus,

Cou-

Tartariæ magnæ nomine ea Orbis terrarum regio indicatur, quæ a 75. gradu longitudinis ad 150. protenditur, contine-

Coupletus, Renaudotius, Polidorius &c. quos ſupra memoravi, *locis indicatis*. Aduarius, & Gonzaleſius in *Hiſtor. Provinc. Philippinar. Inſul.*, *China*, *Japonis &c.* quam ſupra, cum de Japonicis Inſulis ageremus, laudavimus, Lafonus *locis ſupra indicatis*, S. J. ſcriptores qui hæc ediderunt, *Avviſi particolari delle Indie, di Portogallo nuovamente avuti queſto anno del* 1555. *da' RR. PP. della Compagnia di Geſu, dove ſi ha informazione delle gran coſe, che ſi fanno per aumento della ſanta Fede, colla deſcrizione, e coſtumi delle genti del regno della China, e altri paeſi incogniti nuovamente trovati.* Rom. an. 1556. *Avviſi del Giappone degli anni* 1582. 83. 84. *con alcuni altri della China dell'* 83. 84. *cavati dalle lettere della Compagnia di Geſù.* Rom. an.1586.: *Littera Societatis Jeſu e regno Sinarum annor.* 1610. *&* 11. *ad R. P. Claudium Aquavivam ejuſd. ſociet. Præpoſit. Gener. Auctore P. Nicolao Trigautio ejuſdem ſocietatis. Auguſtæ Vindelicor.* an.1615. *Eadem Epiſtola italica.* Rom. an.1615.: *Relazione delle coſe più notabili ſcritte negli anni* 1619. 20. 21. *dalla China al Molto R. in Criſto P. Muzio Vitelleſchi Prepoſito Generale della Comp. di Geſù.* Rom. an.1624. *Lettere annue del Tibet del* 1626. *e della China del* 1624. *ſcritte al M. R. P. Muzio Vitelleſchi &c. Roma anno* 1628. Johannes Adamus Schallus *Hiſt. narrat. de initio & progreſſu Miſſionis* S. J. *& de Progreſſu fidei Chriſtianæ in regno Chinenſi. Viennæ Auſtr.* an.1665. *Breve, e compendioſa relazione de' viaggi di tre Veſcovi Franceſi, che dalla Santa Memoria di Aleſ.* VII. *furono mandati Vicari Apoſtolici ai regni della Cina, Cocincina, e Tonchino &c.* Rom. an.1669. Proſper Intorcetta S. J. *Compendioſa narrazione dello ſtato della miſſione Cineſe cominciando dall'anno* 1581. *fino al* 1669. *offerta in Roma agli Eminentiſſimi Signori Cardinali della Sacra Congregazione de Propaganda Fide &c. Roma* an.1672. *Auctor Athlantii Hiſtorici* gallice *tom.* v. *pag.*146. *ſeqq.* Fr. Gonzaleſius Ord. Præd. *Relat. de la Nouvelle Perſec. de la Chine*. Scriptores S. J. *des lettres Edifiantes tom.* VIII. *pag.*53. ubi de perſecutione an.1694. a *Yam-Guam Iren* in Chriſtianos excitata, Daniel Papebrochius *In Paralypom. ad Conatum in Catalogos Pontificum tom. ult. Maii pag.*131. *ſeqq.*: De ritibus Sinenſibus eorum, qui politicos eſſe dicerent, quorum eſt a ſancta Sede proſcripta ſententia, hæc ſcripta reperi: Danielis Papebrochii *Diſſertatio de Epickia ſeu diſcretione in prædicando Sinis, Tartariſque Evangelio tenenda tom. ult. Maii pag.* 140. *ſeqq.*. *Defenſe des nouveaux Chretiens, & des Miſſionaires de la Chine, du Japon, & des Indes*: *ſecund. edit. Pariſ.* an.1688. *Defenſe des nouveaux Chreſtiens, & des Miſſionaires de la Chine, du Japon, & des Indes*. Par le P. le *Tellier de la Comp. de Jeſus. Pariſ.* an.1694. *vol.*2. *Iſtori*. *nell'* Editto dell'Imperatore della *Cina in favore della religione Criſtiana colle aggiunte di alcune notizie intorno agli onori, che i Cineſi rendono a Confucio, e a' defonti. Scritta in lingua Franzeſe dal P. Carlo de Gobien della comp. di Geſù, e traſportata nella Italiana dal P. Carlo Giacinto Ferrero della medeſima compagnia. Taurini* an 1690.: Idem opus ante Gallice prodierat *Pariſ.* an.1698.: *Apologia pro Decreto S. D. N. Alexandri VII. & praxi Jeſuitar. circa ceremonias, quibus Sinæ Confucium, & progenitores mortuos colunt, ex PP. Dominicanorum, & Franciſcanorum ſcriptis concinnata. Lovan.* an.1700.: *De ſinenſium ritibus* Politicis *acta; ſeu Rev. P. Jac. le Faure &c. Soc. Jeſu &c. Pariſ.* an.1700.: *Diſcrepanze, o contradizioni intorno al fatto tra' moderni impugnatori de' riti Cineſi. Colon.* an.1700.: *Proteſtation des Jeſuites a l'occaſion du dernier decret ſur les affaires de la Chine avec des reflexions ſur la proteſtation de Meſſieurs des Miſſions etrangeres*: ſine nota loci & temporis. *L'etat preſent de l'Egliſe de la Chine adreſſé a Monſeigneurs l'eveques*: ſine nota loci & temporis. *Lettre a Meſſieurs du Seminaire des Miſſions etrangeres ſur ce qu'ils accuſent les Jeſuites de ne s'etre pas ſoumis ſincerement au Nouveau Decret touchant les affaires de la Chine*: ſine nota loci, & temporis: *Reflexions generales ſur la lettre, qui paroit ſous le nomme de Meſſieurs du ſeminaire des Miſſions etrangeres touchant les ceremonies Chinoiſes*, an.1700.: *Lettera al* Sereniſſimo *Duca del Maine intorno alle cerimonie della Cina ſcritta dal P. Luigi le Comte de la Compagnia di Geſù Miſſionario Cineſe* an.1700.: *De Sinenſium ritibus Politicis acta, ſeu Reverendi Patris Franciſci Brancati Soc. Jeſu apud Sinas per annos* 34. *Miſſionarii reſponſio Apologetica ad Reverendum P. Dominicum Navarrette Ord. Præd. Pariſ.* an.1700. *La verità, e la innocenza de' Miſſionari della Compagnia di Geſù nella Cina difeſa contro un libello intitolato Avo-*

tineturque gradibus triceſimo octavo, & ſecundo ſupra quinquageſimum latitudinis borealis. Diviſa autem a diverſis ſcri-

 pto-

Apologia delle riſpoſte date dal Procuratore del Card. di Tournon a cinque memoriali del P. Provana contra le oſſervazioni di un autore Anonimo: ſine nota loci, & temporis: Monumenta ſinica in Diſquiſitionibus criticis pro vera Apologia Jeſuitarum contra falſam Apologiam Dominicanorum, & pro recto totius cauſſæ Sinenſis judicio Auctore quodam Societatis Jeſu Theologo an. 1700.: Expoſitio facti de Sinenſibus controverſiis a PP. Societ. Jeſu oblata S. Cong. S. Officii &c. an. 1700.: Acta Cantonienſia Authentica, in quibus praxis Miſſionarior. Sinenſ. Soc. Jeſu circa ritus Sin. approbata eſt communi conſenſu PP. Dominicanor. & Jeſuitar. qui erant in China &c. an. 1700. De ritibus Sinenſium erga Confucium Philoſ. & Progenit. mortuos Alex. Papa VII. Decreto permiſſis &c. Leodii, & Venet. an. 1700. Vera Sinenſium ſententia de tabella Confucio, & Progenitoribus inſcripta &c. Secundum PP. Societ. Jeſu an. 1700.: Iſtoria dell' Editto dell' Imperator della China: ſine nota loci, & temporis: R. P. Proſperi Intorcetta S. J. Miſſ. Sinenſis teſtimonium de cultu Sinenſi datum an. 1668. &c. Pariſ. an. 1700. Difeſa de' Miſſionari Cineſi della Comp. di Gesù in riſpoſta all' Apologia de PP. Domenicani Miſſionari della Cina &c. Colon. an. 1701.: Traité ſur quelques points de la religion des Chinois par le R. P. Longobardi de la Comp. de Jeſus Pariſ. an. 1701.: Ad virum nobilem de cultu Confucii Philoſoph. &c. Leodii an. 1700.: Rifleſſioni ſopra un trattato, che ha per titolo conformità delle Cerimonie Cineſi colla Idolatria Greca, e Romana del Signor Amato Danio. Panormi 1701.: Riſpoſta di un religioſo della Compagnia di Gesù alla lettera ſcritta da un religioſo dell' Ord. de PP. ai P. Geſuiti del Collegio di Pechino nella Cina an. 1701. Aggiunta alla difeſa de' Miſſionari Cineſi della Comp. di Gesù in riſpoſta ad una picciola ſua Impugnazione, che va ſotto titolo di poſcritta. Colonia 1701. Eſame dell' autorità, e vera intelligenza delle teſtimonianze degli ſcrittori Geſuiti allegate in prova &c. an. 1701. Dimoſtrazione della Giuſtizia de' Geſuiti nella cauſa Cineſe conſiſtente in cento ragioni Colon. an. 1701. Priere pour l'Egliſe de la Chine, & les raiſons, qui ont engagé a donner preſentement cette priere 1702.: Rifleſſioni ſopra alcuni teſti eſtratti da un libro intitolato Innocentia Victrix an. 1702.: Catalogo degl' inganni principali contenuti nella prima parte del diſinganno. L' Inganno naſcoſto nel diſinganno, e diſcoperto da un Padre della Compagnia di Gesù &c. Colon. 1702.: Raccolta di alcune Deciſioni, e iſtruzioni colle quali ſi dimoſtra qual ſia ſtata la pratica della Corſa nel propagare la fede &c. opera di Daniele del Pico, an. 1702. Lettera I. all' autore del diſinganno an. 1702.: Voce della verità riſvegliata dallo ſtrepito delle Calunnie a favore della Innocenza &c. ſine nota loci, & temporis: Atti Imperiali autentici di Pechino negli anni 1705. 1706.: Riſpoſta Cavalereſca a dodici queſiti nati per occaſione della ſcrittura publicata a' Cavalieri, e agli uomini di onore per iſcarico della Imputazione di religione contaminata &c. an. 1710. Caduceus Siniens Modernorum Decretorum Explanatio Theologica Apoſtolicæ ſedis judicio ſubjecta. Colon. Agripp. 1713. Contra pugnant pro Sedis Apoſtolicæ ſententia Natalis Alexander: Apologie des Dominicains Miſſionaires de la Chine, ou reponſe au livre du Pere le Tellier Jeſuite &c. Colon. an. 1699. Eadem italice ibid. an. 1699.: La lettera di riſpoſta ad un amico del Padre ſuo Anania ſopra la lettera concernente i riti della compagnia &c. Colon. an. 1700.: Eſtratto del trattato compoſto dal Reverendiſſimo Padre Franceſco Varo dell' Ord. de Predicatori Vicario Apoſtolico delle Miſſioni, e veſcovo nominato di Canton. &c. Colon. 1700.: Memorie Iſtoriche della controverſia de' culti Cineſi lettera de' ſigneri ſuperiore, e direttori del Seminario delle Miſſioni ſtraniere della China in Italiano, e in Franzeſe &c. Due pareri di cento venti Dottori delle Univerſità di Parigi &c. Colon. 1700.: Lettere di un Dottore di Teologia dell' univerſità di Parigi dell' Ord. de Predicatori intorno alle Idolatrie, e ſuperſtizioni della China: Colon. 1700. Joſephus Maria Tabailius Ord. Præd. Nel Diſinganno contrappoſto alla difeſa de' Miſſionari Cineſi della Compagnia di Gesù: Colon. an. 1701. vol. 2. in 8.: Dupinius Defenſe de la cenſure de la faculté de Theologie de Paris du 18. Octobre 1700. &c. Pariſ. 1701.: Lettera di una perſona pia ſopra una ſcrittura de' RR. PP. Geſuiti contro la cenſura fatta dalla facoltà di Parigi &c. con una riſpoſta dell' Illuſtriſſimo Navarrete Arciveſcovo di S. Domingo all' Apologia de' PP. Geſuiti

della

ptoribus modo in plures, modo in pauciores partes fuit. Tribui autem hoc tempore ſolet in partes tres, quarum unam ad Caſpium mare Tartari, alteram, quæ media eſt, Calmucci, tertiam, quæ ad mare, quod Orientale vocant, pertinet, Mungali incolunt. Hi ab Apoſtolo Thoma in Chriſtianorum doctrina inſtituti fuiſſe feruntur. Timotheus, qui ab an. 777. ad annum 820. Patriarcha Neſtorianorum fuit, Tabreſtanos, Gelas, Dailamitas, alioſque populos, qui omnem ad mare *Hir-*

della China: *Colon.* ſine nota temporis. Franciſcus de Nicolais: *Reſp. Epiſcopi Beritenſis ad Card. Mareſcottum ſuper ſcriptur. Lud. le Comte Soc. Jeſu*: *Colon.* 1701. Natalis Alexander: *conformità delle ceremonie Cineſi colla idolatria Greca, e Romana &c. Colon* 1701. *Al molto Rev. P. della comp. di Gesù Autore della riſpoſta alla lettera ſcritta da un religioſo dell' Ord. de' Pred. a' PP. Geſuiti del Collegio di Pechino nella Cina*: *Trident.* 1702.: *Acta cauſſa rituum ſeu ceremoniarum Sinenſium complectentia, primo, Mandatum ſeu edictum D. Caroli Maigrot. &c., ſecundo, Quæſita ex eodem mandato &c., tertio, Reſponſa data iiſdem quæſitis a Congregatione S. Officii, quarto, Decretum a Santiſſimo D. N. Clem. XI. Roma ex Typogr. Rev. Camera Apoſt. an.* 1704.: *Lettre de M. Marin Labbè nommé par le S. Siege Eveque de Tilopolis &c. Antuerp. an.* 1702.: *Memoires pour Rome ſur l'etat de la relig. Chretienne dans la Chine avec le Decret de N. S. P. le Pape Clem. XI. & le mandement de M. le Card. de Tournon. an.* 1709.: *Conſiderazioni ſu la ſcrittura intitolata Riflesſioni ſopra la cauſa della Cina &c. an.* 1709.: *Difeſa del giudizio formato dalla S. Sede Apoſtolica nel dì 20. Nov.* 1704. *e pubblicato in Nanchino dal Card. di Tournon alli 7. Febrajo* 1707. *intorno a riti e ceremonie Cineſi &c. Taurini an.* 1709. *Riſpoſta de' Signori delle Miſſioni ſtranieri alla proteſta, e riflesſioni de' PP. Geſuiti pubblicata colle ſtampe in Francia li 5. Luglio* 1710. *e tradotta in Italiano in tutto il meſe dell' Agoſto ſeguente*: Johannes Jacobus Fatinellus: *Apologia delle riſpoſte date dal Procuratore dell' Eminentiſſimo Signor Card. de Tournon a' cinque memoriali del P. Provana &c. an.* 1710.: *Contra impoſte, o ſieno eſami di tutte le ſcritture pubblicate da' Protettori de' riti condannati della Cina*: *Intorno ad un fatto accaduto in Seio nell' anno* 1694. *&c.* Taurini, ſine temporis nota. *La Calunnia convinta, cioè riſpoſta a un libello pubblicato da' difenſori de' riti*: *Ecrits de Meſſieurs des Miſſ. Etrang. ſur l'affaire de la Chine an.* 1710. *Memoires pour Rome ſur l'etat de la religion Chretienne dans la Chine an.* 1710.: *Reponſe de Meſſieurs des Miſſions etrangeres a la Proteſtation des Jeſ.* 2. *edit. an.* 1711. *Recueil des Pieces touchant l'Hiſtoire de la Compagnie Jeſus composée par le Pere Joſeph Jouvenci Jeſuite, & ſupprimée par arret du parlement de Pariſ. du 24. Marſ.* 1713. *Leodii an.* 1713.: *Relation de la Nouvelle Perſecution de la Chine juſqu' a la mort du Card. de Tournon Dreſſée Par le R. P. François Gonzales de S. Pierre Religieux de l'Ord. de S. Dominique an.* 1714.: Carolus Morgrottus: *Examen des Fauſſetez ſur les Cultes Chinois avanſees par le Pere Joſeph Jouvenci Jeſuite, dans l'Hiſtoire de la compagnie de Jeſus traduit d'un ecrit latin, composé par le R. P. Minorelli de l'Ord. de S. Dominique* 1714.: Vianius: *Iſtoria delle coſe operate nella China da Monſignor Carlo Ambrogio Mezzabarba &c. Mediol. & Luca*: Multa hujuſmodi comparuerunt in lucem, non a Dominicanis ſolum, ſed etiam ab aliis ſcripta, atque ab eorum quoque nonnullis, qui dicerentur vel minus eſſe animo propenſo in Societatem, vel etiam ſuſpecti Janſeniſmi. Atque in primis numerant *Norbertum de Bar le Duco Capuccinum, qui an.* 1742. *edidit Memor. util. & neceſſ. riſpetto alle Miſſ. delle Ind. Orient. Duob. vol. in octavo & an.* 1744. *Luca Duob. vol. in quarto* In poſtremis non eos modo, qui *Moral. Pract. Jeſuitar. & Moral. Jeſuitar &c.* ediderunt, ſed collectorem etiam *Des Anecdotes ſur l'etat de la religion dans la Chine,* cujus collectionis primum *ſeqq.* vol. publicari cœperunt *Pariſ. an.* 1733. *ſeqq.* Qui plures Scriptores hujuſmodi rerum deſiderat, is conſulat Raphaelem Savonarolam Cl. Regul. Theatinum *tom.* 11. *Orb. Terr. univ.* ſub nomine *Alphonſi Laſor a Varea pag.* 510. *ſeqq. edit. an.* 1713.

Hircanum, ſeu *Caſpium* regionem obtinebant, Chriſtianis ſacris imbui curavit. Nam Subchalieſum inſignem ea ætate Beth-Abenſem Monachum ſyriace, arabice, perſiceque doctum Epiſcopum conſecravit, atque ad eas regiones Evangelium incolis explicatum miſit. Is Subchalieſus cum ad extremos uſque Orientis fines perveniſſet, peragraſſetque omnem fere Tartariam, Chatajam, atque Sinas luſtraſſet, multoſque ad unius, verique Dei cultum adduxiſſet, & presbyteros conſtituiſſet, qui cœtus moderarentur, templaque haud pauca extruxiſſet, iterque in Aſſyriam inſtituiſſet, ut Timotheum conveniret, eumque rerum omnium, quas geſſerat faceret certiorem, a barbaris captus, extremoque ſupplicio affectus eſt. Id ut eſt Timotheo nunciatum, propterea quod vereretur, ne, relictis Chriſtianis curæ neophytorum, rurſum in Ethnicam ſuperſtitionem laberentur, *Kardagum,& Jaballahamum* Cœnobitas item Beth-Abenſes Epiſcopos ordinavit, eiſque ſocios Monachos quindecim adjunxit, juſſitque ut in eas regiones, quas Subchalieſus obierat, proficiſcerentur, remque Chriſtianam diligenter curare pergerent. In Tartariam cum veniſſent, duoſque Præſules impares tam magno, gravique oneri ferendo eſſe animadvertiſſent, de aliis Epiſcopis inſtituendis cogitarunt, idque jam voluntate Timothei fecerunt. Igitur e Monachis, de quibus dictum mox eſt, *Thomam*, *Zacchæum*, *Semum*, *Ephræmum*, *Simeonem*, *Ananiam*, & *Davidem* Epiſcopos crearunt, & primum quidem in *Indiam*, poſtremum in *Sinam*, ceteros alio, ut eſſe opportunum exiſtimabant, miſerunt. Jaballahamus multis laboribus perfunctus, cum ſemel, atque iterum ad Timotheum revertiſſet, tandem ſenex deceſſit, ſed ubinam ſedem ante ipſe, Kardaguſque conſtituerint, non conſtat. Timotheo vita functo, quid actum deinceps ad annum milleſimum in Tartaria fuerit, a nullo eſt ſcriptorum, cui magna adjungenda ſit auctoritas, memoriæ commendatum. Initio autem ſeculi XI. cum Princeps ille Tartarorum, quem *Presbyterum Johannem* noſtri appellabant, religioni veræ nomen dediſſet, ſic eſt in ea regione auctus numerus Chriſtianorum, ut magna ejus Eccleſiæ apud Europæ etiam incolas celebritas, & fama eſſet. Nam etſi fuerunt, qui dicerent

rent, non in Aſia, ſed in Africa *Presbyterum Johannem* imperium obtinere, & non Regem modo eſſe, ſed etiam Sacerdotio ſungi, tamen lapſi errore manifeſto fuerunt, ut qui de rebus incognitis, leviſſimis ducti conjecturis judicium tulerint. At ſeculo XVII. ineunte, cum diligentius eſſet quæſitum, compertum eſt, nullum ei principi in Æthiopia imperium fuiſſe. Id quod Balthaſar Tellezius (1), & Alphonſus Mendeſius (2) Luſitani, neglectis iis, quæ prodita ante ab ſuis civibus fuerant, multis argumentis oſtenderunt, auctoreſque deinde pleriſque fuerunt, ut eis aſſentirentur. Atque hæc ipſa fuit antiquiorum ſcriptorum, qui a XII. ad XIV. ſeculum floruerunt, ſententia. Nam Otto Friſingenſis (3), Martinus Polonus, (4) Albericus (5), Vincentius Bellovacenſis (6), Marinus Sanutus (7), Jacobus de Vitriaco (8), Marcus Paulus Venetus (9), aliique ſic exiſtimarunt, qui *Johannem Presbyterum* in Aſia, quæ ſpectabat ad orientem ſolem, regnaſſe, poſtque a Zingiſchano Tartarorum rege devictum, & regno, ac vita privatum fuiſſe, ſumma conſenſione ſcripſerunt. Non moror autem Euſebium Renaudotium virum alioqui eruditiſſimum, & orientalium rerum, litterarumque peritum (10), qui Luſitanorum XIV. ſeculi, quæ jam fuerat exploſa, non ſequutus ſolum, ſed etiam propugnare eſt aggreſſus opinionem. Nam quod ait, illuſtriſtribus nos documentis, quibus dirimi hoc controverſiæ genus poſſit, carere, falſum eſt. Diligentiſſimi enim itinerum ſcriptores, quos Moshemius (11) numerat in eo libro, qui de Hiſto-

1 Quæ dicta a nobis hactenus ſunt, ea quidem a Moshemio mutuati ſumus *Hiſt. Tartar. c.I. pag. 1. ſeqq.* Ad Tellezium quod attinet, confer Kircherum *Chin. Illuſtr. part. II. cap.I. pag.51.*

2 *Epiſt. de rebus Æthiopicis Hiſtoria Æthiopica a Tellezio edita præfixa.* De Mendeſio agit Mathæus Veiſſerus La Croze *Hiſt. du Chriſtianiſm. d'Ethiop. & d'Armenie l.III. p.299. edit. an.1739.*

3 *Lib.VII. cap.XXXIII. pag.157. edit. an.1670.*

4 *In Gerard. Mercator. ad an.1098. pag.294. edit. an.1569.*

5 *In Chron. ad an.1165. & 1170. edit. Leibnit. tom.II. Acceſſ. Hiſtorie. pag.345. & 355.*

6 *Specul. Hiſtorial. lib. XXIX. cap.LXIX. pag.1209. tom.IV. P. II. opp. edit. an.1624.*

7 *Secret. Fidel. Crucis lib.III. par.XIII. cap.IV. pag.234. edit. an.1611.*

8 *Hiſt. Hieroſ. lib.I. cap.LXXVI. pag.1099. edit. an 1611.*

9 *De regionibus Oriental. l.I. cap.LI. pag. 77. edit. an.1585.*

10 *Hiſt. Patriarch. Alex. pag.223 & 337. edit. an.1713.* Non diſcrepat Joſephus Franciſcus Lafitau *Hiſt. des decouvertes des Portugais t.I. pag. 45. ſeqq. edit. an.1733. & t.II. p.73. edit. ejuſd.*

11 Moshemius *Hiſt. Tart. Eccleſ. cap.III. §.IV. pag.129. ſeqq.*

Digitized by Google

Hiſtoria Eccleſiaſtica Tartarorum inſcribitur, in eiſque Johannes de Plano Carpini (1), & Guillelmus Rubruquius (2) diſertis verbis Presbyterum Johannem in Aſia imperaſſe, idque ſe multis argumentis deprehendiſſe teſtati ſunt: Atque ut de loco, ita etiam de nomine ortæ inter ſcriptores diſſenſiones fuerunt, aliis quidem eum ſacerdotem fuiſſe negantibus, aliis vero contra ajentibus. Itaque Jobus Ludolphus (3) Preſter-Chan, hoc eſt *adoratorum Chanum* fuiſſe a ſuis appellatum cenſuit, ut indicaretur, eum fuiſſe Principem Chriſtianorum.

Alii vero ſeculo XI. ab Neſtorianis adductum ad Chriſtiana ſacra Regem, qui Tartaris regionem, quæ ad orientem vergit, eſtque Siris contigua, incolentibus imperaret, appellatumque Johannem, atque Presbyterum defendunt, fatenturque ignorare ſe, fuerit ne revera, an non fuerit Sacerdos ab Neſtorianis Epiſcopis ordinatus, quamquam id nomen, titulique genus poſteris ejus regis fuiſſe attributum addunt (4).

Sed miſſis nunc iis, quæ ſunt de nomine, quid de Chriſtianis Tartaris ſcriptum ab Abulpharagio, ceteriſque Syris Hiſtoricis fuerit, videamus. Is igitur Abulpharagius Regem Kelitenſium Tartarorum anno I. ſeculi XI. prodigio fuiſſe ad Chriſtum una cum ducentis fere millibus ſuorum converſum narrat (5). Sunt qui credant, hunc primum omnium fuiſſe, qui noſtris Presbyteri Johannis nomine innotuerit (6). Anno 1046. magnus Tartarorum numerus ad Imaum montem duce Naſaratho pervenit, indeque Chaſgaram proceſſit. Hunc Naſarathum Aſſemanus eſſe Presbyterum Johannem Keritenſium ſuſpicatur (7). Seculo XII. Johannes Presbyter, quem tertium dicere poſſumus Perſarum, Medorumque Regem, fratres bello eſt perſequutus, iiſque victis, Ecbatanam ſedem regni

1 *Relat. du Voyag. Art.5. pag.42. edit. Bergeron. an.1634.*

2 *Voyag. cap.XVIII. pag.37.*

3 *Ad Hiſtor. Æthiop. lib.II. c.1. num.3. pag. 219.* Sed de nomine Presbyteri Johannis agunt Joſephus Scaliger *De Emend. Tempor. lib.VII. pag.679. edit. an.1629.* & Moshemius *ibid. cap.1. pag.21. ſeq.*

4 Moshemius *ibid.*

5 Chronic. Syro apud Aſſeman. *Bibl. Orient. Clement. Vatic. tom.II. pag. 444.*

6 Moshemius *ibid. pag.24.*

7 *Abulpharag. Chron. Syr. ad annum Heg. 438. Aſſeman. t.III. par.II. c.IX. Biblioth. Orient. §.V. pag.CCCCLXXXVIII.*

regni eorum expugnavit. His rebus geſtis laborantibus in Palæſtina Chriſtianis ſubſidio venire ſtatuit, ob eamque rem ad Tigrim fluvium caſtra poſuit, exercitumque tranſducere tentavit; ſed ab ſuis revocatus, quod forſitan res haud tutæ eſſent domi, a ſuſcepto conſilio deſiſtendum, & redeundum in patriam putavit (1). Poſtremus eorum Regum, qui Presbyteri Johannes ſunt appellati, is fuit, quem ab Zingiſchano bello ſuperatum, interfectumque fuiſſe demonſtratum eſt (2). Huic erat *Togrulus*, ſive *Tayrellus* nomen, ad quem, ut eſt imperium adeptus, Imperator Sinarum Legatos, ut ei gratularentur, miſit, utque ipſum *Hun-Chanum*, vel *Haun-Chanum*, hoc eſt, *Imperatorem*, ſeu *Magnum Chanum* appellarent, juſſit (3). Ad hunc ipſum ab Alexandro III. Pontifice Maximo litteræ ſunt datæ, Legatique miſſi, qui in Orthodoxa religione Tartaros, ipſumque Principem inſtituerent (4). Quis autem ejus legationis exitus fuerit, non conſtat. Zingiſchanus rege Johanne, ejuſque filio fugatis, atque occiſis, ejuſdem Johannis filiam duxit, apud quam Monachus Rabbanta plurimum valuiſſe dicitur auctoritate (5). Nam is cum aſtutus imprimis eſſet, multaque conjectando prædicere ſoleret, quæ ſæpe, ita ut ipſe proſpexerat, eveniebant, non Reginam modo ſibi devinxit, ſed etiam Tartaros permovit, ut eum ſingulari in honore haberent, utque hominem divinitus datum venerarentur (6).

Etſi in Presbyterum Johannem, ejuſque filium, qui hæres ei imperii futurus erat, Zingiſchanus animadvertit, non tamen omnem ejus familiam delendam exiſtimavit. Igitur anno circiter 1270., cum Paulus Venetus Tartariam luſtraret, comperit in ea regione, in qua Presbyter Johannes principatum obtinuiſſet, Regem viguiſſe, qui ex eodem Johanne duxiſſe

1 Conſule Ottonem Friſingenſem, qui meminit Epiſcopi Gabalenſis, ac ſi hujuſmodi rerum Eugenium III. fecerit certiorem *lib.* VII. *cap.* XXXIII. *pag.* 157.

2 Moshemius *ibid. pag.* 27. Vide ſupra *pag.* 412.

3 Petis de la Croix *Hiſt. de Zenghizcan* l. I. c. II. *pag.* 30. Abulgaſius *Hiſt. Gener. des Tartars par.* II *cap.* XI. *pag.* 117.

4 Confer Baronium *ad an.* 1177. *num.* XXXIV. Sed labitur Baronius cum Æthiopem hunc fuiſſe principem putat. Confer etiam Albericum in *Chron ad an.* 1170. *p* 355. *edit. Leibnit.*

5 Vincent. Bellov. *Specul. Hiſt.* l. XXIX. *cap.* XXX. *p.* 1609. *ſeq. t.* IV. *opp. edit. an.* 1624.

6 Vincentius Bellov. *ibid.*

xiſſe originem diceretur (1). Immo vero in Provinciis Tenduch, India, & Chataja Reges Un-Chanos natos, magnoque Tartarorum Imperatori ſubjectos ad annum 1300. imperaſſe memoriæ traditum eſt (2).

Interea Zingiſchanus etſi neque Muhamedanus, neque idolorum cultor, neque Chriſtianus erat, tamen omnibus, ut in ſuo regno manerent, integrum eſſe patiebatur. Eo mortuo, filius Ugadajus potitus imperio eſt, qui fratres Zagâtajum *Tranſoxanæ*, ſive *Mauaralnaharæ*, Taulajum *Choraſanæ*, Zuzium *Alaniæ*, *Ruſſiæ*, atque *Bulgariæ*, quas Pater in poteſtatem redegerat, præfecit. Zagatajus, qui inſtitutus a neſcio quibus fuerat, Chriſtianæ religioni nomen dediſſe perhibebatur, quod Samarkandæ in Johannis Baptiſtæ honorem Baſilicam extrui, & Chriſtiano ritu conſecrari, atque dedicari feciſſet. Ipſe Ugadajus Chanus, etſi noſtris ſacris, inſtitutiſque non erat imbutus, nihiloſecius Chriſtianis, iiſque imprimis, qui Neſtorium conſectabantur, poteſtatem in Tartaria conſiſtendi, cœtuſque congregandi dabat. Medio fere ſeculo XIII. Innocentius IV. Pont. Max. propterea quod Tartaros in Europam invaſiſſe, magnamque Ungaris, Polonis, Sileſiis, Moraviſque attuliſſe videret partem incommodorum, de Legatis ad Chanum, primoſque Tartaricæ civitatis mittendis cogitavit, ut ſi fieri quidem poſſet, ejus regionis incolas ad Chriſtianam religionem amplectendam impellerent. Igitur Dominicanos quatuor, Franciſcanoſque aliquot delegit, qui eam legationem obirent. Dominicanis *Aſcelino*, *Alberico*, *Alexandro*, & *Simoni de Sancto Quintino*, ut Armeniam peterent, indeque in Perſidem venirent, poſteaque in Tartariam proficiſcerentur, & Duci exercitus, quem primum offendiſſent, exponerent, quamobrem tam longum iter ſuſceperint, quidque Pontifex ab Tartaris vellet, juſſit. At Franciſcanis ut Bohemiam, Sileſiam, Poloniam luſtrarent mandavit, quidque ratio apud tam barbaram gentem valeret, experirentur. Anno 1247. ut in Perſidem pervenerunt Dominicani, & ad Bajothnoi Ducis caſtra acceſſerunt, purpuratos aliquot cum interpretibus nacti ſunt,

1 *De reg. Oriental. l. 1. cap. XXIV. pag. 55. edit. an. 1585.*
2 Paulus Venet. *ibid.* Moshemius *ibid. pag.* 35.

ſunt, qui cujates eſſent, & quamobrem venirent, percunctarentur. Cum Aſcelinus reſpondiſſet eſſe legatum Pontificis ſe, cujus quidem Pontificis præcipua dignitas, & auctoritas apud omnes Chriſtianos eſſet, illi quod anteponi ab legatis Chamo Pontificem intellexiſſent: quæ iſta eſt confidentia, ſumſerunt, ut Pontifice omnium neminem putetis eſſe præſtantiorem? An Chamum ille ignorat Deo eſſe prognatum, & Principibus viris uti Bajothnojo, & Batuo, quorum quotidie nomen ubique terrarum celebretur? At noſtri hoc ſcire Pontificem dixerunt, Tartarorum nimis ſævam, atque crudelem nationem eſſe. Impleſſe illos omnia cædium. Miſſos proinde ſe a Pontifice eſſe, ut id contendant, idque laborent, ut Tartari mites, manſuetique reddantur. Multis verbis ultro, citroque habitis, huc tandem Barbari devenerunt, ut legatis adire Principem dicerent licere, ſi ter genua flectere, eumque ut Dei filium colere vellent, ſin minus haud licere. Coorta tum inter eos altercatio eſt, aliis quidem hoc cultus genus civile eſſe ajentibus, aliis contra vehementer negantibus, propterea quod Tartari affirmaſſent, adorari velut Dei filium Principem oportere. Vicit tandem Aſcelinus, purpuratiſque reſponſum ab legatis eſt, impetrari a Chriſtianis numquam poſſe, ut præter Jeſum Chriſtum, qui eſt revera, alium quemquam tamquam Deo natum venerarentur. Quæ res, ut nunciata Bajothnojo eſt, ita hominem commovit, ut niſi deterritus ab ſuis fuiſſet, graviſſimum de Aſcelino, ſociiſque ſupplicium ſumſiſſet. Interim purpuratis ut ad legatos redeant, jubet, quærantque ex illis, quem cultum Duci adhibere conſtituiſſent. His, cum revertiſſent, feciſſentque, quod juſſi fuerant, reſponſum a noſtris eſt, nudo capite ſe, ac paullulum inclinato convenire ſalutatum Bajothnojum poſſe, aliter non poſſe. Non placuit conditio Barbaris. Itaque legatos dimiſerunt. Hoc addiderunt: *Si adire ad Chamum, ejuſque majeſtatis teſtes eſſe* averent, id eis a Principe concedi. Aſcelinus, ſociique non ad Chamum, ſed ad primum, quem inveniſſent, ducem exercitus Tartarorum miſſos ſe a Pontifice reſponderunt; quamobrem, ſi Bajothnojo litteras ab ſe in Aſiam delatas reddere purpurati vellent, id legatis gratum futurum, ſin recuſarent,

ſarent, ad Pontificem redituros, eique renunciaturos nihil ab Tartaris ſperari poſſe, quod utile eſſe populo Chriſtiano videatur. Bajothnojus acceptis Innocentii litteris, ſuperbe, ut mos eſt barbarorum, reſcripſit, Epiſtolamque legatis dedit, qui re infecta Lugdunum reverterunt. Minores cum Johanne de Plano Carpini, qui ſodalis olim Sancti Franciſci fuerat, in Bohemiam cum perveniſſent, a Rege comiter excepti, miſſique deinde ad Boleslaum Sileſiæ ducem fuerunt, qui Dux continuo curavit, ut ad Lantiſciæ Principem Conradum deducerentur. Erat tunc hoſpes Conradi Waſilicus, qui cum de cauſſa adventus legatorum cognoſſet, eos rerum omnium, quæ apud Tartaros agerentur, certiores fecit, eoque genere pellium, veſtiumque eſſe opus dixit, quibus ea natio magnopere delectaretur. His intellectis, legati diſtractis rebus, quas in Lantiſciam importaverant, comparatiſque iis, quas acceperant uſui futuras, Kioviam, quæ metropolis eſt Ruſſiæ, & ab Tartaris tenebatur, petunt, indeque equos Tartaricos nacti, ad Imperatorem proficiſcuntur. Jam Ugadajus deceſſerat, eoque tempore, quo in ſedem Imperii Franciſcani pervenerunt, Kajukus filius regnare cœperat, manaveratque in vulgus fama, quæ ferret, eum aliquando Chriſtianis ſacris eſſe initiandum, propterea quod ſacellum ante ejus tentorium extructum eſſet, in quo rem divinam qui ritu Græcorum facerent, Imperatoris pecunia alerentur. Igitur legati benigne a Kajuko excepti, litteras Pontificis dederunt. Ubi ille verti in ſermonem Tartaricum curavit, ac legit, epiſtolam ad Innocentium ſcripſit humanitatis, atque comitatis plenam, ex qua legati conjecerant fore, ut brevi, quam ab ipſis intellexerat, doctrinam amplecteretur. Quamquam autem incertum eſt, inductus ne ille umquam fuerit, nec ne, ut Chriſtianam religionem coleret, tamen hoc conſtat, non fuiſſe noſtrorum hoſtem, ut qui non matre modo, ſed etiam præfectis, miniſtriſque Chriſtianis uteretur. Nunciatum interea Pontifici fuit, magnum eſſe in regione numerum Neſtorianorum, & Jacobitarum, ad quorum Patriarchas, ſi oratores doctos, boniſque moribus præditos miſiſſet, Romanæque Eccleſiæ conciliaſſet, perſacile fore, ut

Tartari quoque a noſtris inſtitutis minime abhorrerent. Miſſi igitur fuerunt, qui re bene geſta, litteras ex Patriarchis ad Innocentium attulerunt, quibus eos Orthodoxos eſſe, primatumque Sedis Apoſtolicæ confiteri ſignificabatur. Paullo poſt Andream de Longiumello Dominicanum S. Ludovicus Rex e Cypro Inſula in Tartariam ad Erchaltayum Ducem exercitus, quem Chriſtianum eſſe intellexerat, legavit. Sed is cum de Echaltayo nihil certi comperiſſet, & Reginam Charmim, quæ imperium mariti loco (nam Kajukus paullo ante deceſſerat) obtinebat, allocutus, nihil, aut parum profeciſſet, Ptolemaida ad Regem revertit, unaque cum ſociis narravit, Principem,neſcio cujus tribus Tartarorum,prodigio permotum acceſſiſſe ad Chriſtianam religionem, multiſque fuiſſe auctorem, ut ſuum exemplum imitarentur. Kajuko an. 1249. ſucceſſit Mangus Zingiſ-Chani, e Thaulajo filio nepos. Hunc Rex Armeniorum hortatus eſt,ut Chriſtianus fieret. Imperator, qui avia uſus fuerat Chriſtiana,aſſenſus facile fuiſſe Armenio dicitur.Quo fere tempore Sartachus etiam Bathi filius,qui Bathus natus ex Zuzo, de quo alio loco diximus,erat,myſteriis noſtris initiatus fuiſſe ferebatur. Ad hunc Sartachum Pontifex Maximus litteras ſcripſit, quibus ei gratulatus eſt, quod Chriſto Servatori nomen dediſſet. Interim Mangu-Chanus exercitibus Halakum, & Coplajum præfecit, quorum neuter hoſtis Chriſtianorum erat. Immo vero Hala-Cus ut audivit, Chriſtum eſſe Dei filium, idque jam tot argumentis effici cognovit, ſequutus eſſe dicebatur partes Chriſtianorum.Mangu-Chano mortuo Coplajus imperio potitus eſt. Ad quem cum frater Halakus eſſet profectus,Guibogam Saracenum in Syria cum exercitu reliquit, eique imperavit, ut Terram Sanctam occuparet, & Chriſti ſectatoribus reſtitueret. Sed quoniam Sidonii quidam cives in Saracenos concitati, impetum in eorum villas fecerant, & Guibogæ nepotem, quod reſtitiſſet, occiderant, ita in Syria res noſtrorum hominum perturbatæ ſunt ut miſſi inde ad Europæ Principes fuerint, qui auxilium implorarent, teſtarenturque niſi prece, commendatione, opibus ſubſidio veniſſent, Chriſtianum nomen in iis regionibus periturum. Sed Halakus matris Sarkutanæ Beghi, quæ Chriſtum colebat, rogatu, ac moni-

monitis adductus, ſuis imperavit, ut ne qua uſquam moleſtia noſtros afficerent. Ac ſunt etiam, qui ipſum Imperatorem noſtris ſacris, diſciplinæque fuiſſe addictum ferant. Poſt Halakum, Habaka filius imperium ſuſcepit, qui cum Mariam Palæologam Michaelis Auguſti filiam ſpuriam haberet in matrimonio, amicus erat Chriſtianorum. Quinetiam nuncios ad Gregorium X. Pontificem Maximum Lugdunum, ubi Concilium celebrabatur, miſit, qui dicerent, Imperatori Tartarorum eſſe in animo, pulſis Saracenis, qui potiebantur, Palæſtinam in poteſtatem redigere; itaque Chriſtianos Principes Gregorius hortaretur, ut ei ſubſidio venirent. Anno 1274. cum Lugdunum perveniſſent, legatorum unus periit, alter cum duobus Tartaris nobilibus myſteriis noſtris initiatus eſt, multiſque donis auctus, litteras a Pontifice, quas ad Imperatorem deferret, accepit, quibus ille pollicebatur, fore, ut antequam coacti exercitus fuiſſent, legati a Gregorio ad Abakam mitterentur. Triennio poſt rurſum Tartarus de re eadem viros nobiles in Europam legavit, quibus Johannes viceſimus primus Pontifex mandavit, ut Gallias, Britanniamque peterent, Regeſque earum nationum ad rem Chriſtianam in Palæſtina curandam incendere ſtuderent. Erant hi legati natione Georgiani, qui Chriſtiani tunc ætatis Tartaris parebant. Interim Johannes an. 1277. deceſſit. Nicolaus III., qui poſt Pontificatum obtinuit, aliquos e familia Franciſcanorum delegit, eiſque præcepit, ut in Tartariam ſeſe ad Abakam, & Coplajum Imperatores conferrent, darentque operam, ut Tartari, quorum jam aliquos ab aliis item Franciſcanis ad Chriſtum fuiſſe adductos conſtabat, omnes a ſuperſtitione revocarentur. Hi ergo cum magnos progreſſus feciſſent, a Pontifice petierunt, ut Epiſcopum ei populo daret. Id enim commodum Chriſtianæ Reipublicæ futurum. Igitur Nicolaus Epiſcopo Firmano Apoſtolicæ Sedis legato in mandatis dedit, ut virum doctum, virtuteque ſingulari ornatum inveniret, eumque conſecraret Epiſcopum Tartarorum. Abakæ an. 1282. vita functo Tangodorus frater ſucceſſit, qui primum quidem res noſtras magnopere juvit, deinde Muhamedanus eſt factus, itaque ſæviit in Chriſtianos, ut eos aut ejurare Chriſtum, aut abire exulatum, aut interire

cogeret. Tangadoro Argonus ſuffectus eſt. Is quod noſtris partibus ſtuderet, ædes ſacras reſtituit, exulibus redeundi in patriam facultatem fecit, legatoſque de recuperanda Palæſtina ad Pontificem Romanum miſit, contenditque, ut res Chriſtiana in ſuæ ditionis provinciis maxime floreret. Anno 1291. Argonus extremum objit diem. Hujus frater Kazerus homo impuriſſimis moribus dictus eſt Imperator; quo anno 1295. e vivis ſublato, Baidus potitus imperio eſt, qui Princeps quod Chriſtianos ceteris anteponeret, commovit in ſe iram Muhamedanorum. Hi namque cum plurimum opibus valerent, ad Gaſanum Argoni filium, qui Provinciam Choraſanam tenebat, adierunt, eique polliciti imperium ſunt, modo Muhamedi ſectam profiteretur. Ille regnum ſaluti ſempiternæ anteponendum putavit; quare Imperator dictus, arma in Baidum tulit, eoque, menſe Imperii octavo, interfecto, incredibilem in modum Chriſtianos vexari fecit. Duce Neuruzo, qui auctor malorum fuerat, occiſo, propterea quod accuſatus fuiſſet perduellionis, anno Imperii ſecundo, æquior eſſe noſtris Gaſanus cœpit.

Hæc ab Halaki ſucceſſoribus in Tartaria, quæ ad Occidentem ſolem ſpectabat, ad an. 1298. geſta ſunt, quo anno Coplajus, qui in Orientali imperium obtinuerat, regioneſque *Catajam* aquilonarem ſcilicet, *Mangiamque* deinde meridionalem Sinarum partem redegerat in poteſtatem, rebuſque multis Chriſtianos juverat, e vita migravit. Is jam ad Romanum Pontificem nobiles Venetos duos, e Paulinorum Familia, legatos miſerat, qui viros doctos peterent, quorum opera Orthodoxa religio in Tartaria, Siniſque propagaretur. Sed cum anno 1269. Anconem appuliſſent, & Clementem IV. objiſſe cognoſſent, expectandum putarunt, quoad ejus loco Pontifex eligeretur. Triennio poſt a Gregorio Decimo, qui Clementi ſucceſſerat, impetrarunt, ut ſibi cum Nicolao, & Guillelmo Tripolitano Dominicanis ad Coplajum contendere liceret, ſecumque una Paulum Venetum tunc temporis, adoleſcentem, qui de regionibus Orientalibus commentarios ſcripſit, duxerunt. Coplajum excepit Timurus, qui poſtremus in Sinis eorum Imperatorum Tartarorum fuit.

Digitized by Google

Gaſano in Occidentali Tartaria anno 1295. mortuo, filius Chodabenda ſucceſſit, qui etſi matre Chriſtiana ortus, baptizatus, & Nicolaus appellatus fuerat, tamen a Muhamedanis circumventus, non modo noſtris infeſtus, ſed imbutus etiam impiæ ſectæ ſuperſtitione fuit.

Interim in Chataja, Johannis de Monte Corvino laboribus, Chriſtianorum numerus augebatur. Etſi enim Neſtoriani ægre ferebant, propterea quod ab homine & paupere, & qui gratia minus apud primos civitatum valeret, tot, tamque magnos progreſſus fieri viderent, atque eum opprimere enitebantur, tamen ille a ſuſcepto conſilio deſiſtendum non putabat. His rebus intellectis Clemens Quintus Pont. Max. *Gerardum*, *Peregrinum*, *Andream de Peruſio*, *Nicolaum de Bantra*, *Petrum de Caſtello*, *Andrutium de Aſſiſio*, & *Guillelmum de Franchia* Franciſcanos ad ſeſe accivit, eiſque Epiſcopis deſignatis in mandadatis, ut in Tartariam abirent, & Johanni ſubſidio eſſent, dedit. Ipſum Johannem Archiepiſcopum Cambalienſem dixit. Iter præterea in Tartariam plerique Dominicani, atque Franciſcani hoc fere tempore inſtituerunt, multiſque rebus pro religione geſtis, magnam ſibi gloriam, nomenque apud poſteros compararunt. In his Odoricus de Portu Naonis, qui anno 1330. redux in patriam ſui Tartarici, Sinicique itineris Hiſtoriam deſcripſit. Jam Chodabenda Imperator, quem e Chriſtiano Muhamedanum fuiſſe factum diximus, legatos ad Pontificem de bello Saracenis inferendo, & recuperanda Palæſtina miſit. Ei legationi Pontifex reſpondit, laudari ab ſe Tartari ſtudium, idque ut felices ſucceſſus haberet curaturum. Sed is Imperator anno 1317. e vivis exceſſit, & filium Abu-Saidum Imperii hæredem dixit.

Sed quoniam Abu-Saidus duodecimum ætatis annum agebat, principes viri provincias Tartarici populi moderabantur (1). Interea Usbekus Zingiſchano oriundus provinciæ Daſchte

1 De iis, quæ dicta hactenus de Tartarorum rebus, deque Chriſtianis ejus nationis, conſulend. Haitho Armenius *De Tartaris*, *ed.a.*1585. Abulpharagius *in Chron.Syro* apud Aſſem. *t.*III. *Bibl. Oriental. par.*II. *c.*IX. Marcus Paulus Venetus de *Region.Orient.ed. a.*1585. *Epiſt.*Philippi Ords Præd. ad Gregor. IX. *apud Echard. t.* I. *ſcriptor.Ord. Præd. pag.*104. Vincentius Bellovacenſii *Specul. Hiſtor. lib.*XXXI. *cap.* XL. *pag.*1299. *tom.* IV. *opp. edit. an.*1624. S. Antoninus Chronici *par.*

chte Kipzak præfectus Muhamedanus, cum potentia plurimum valeret, Chriſtianis initio infeſtus fuit. Sed conſilium deinde mutavit, noſtriſque aliquanto æquior eſſe conſtituit, quod Europæorum Principum auxiliis ab ſeſe reprimi Saracenos poſſe confideret. Itaque a Guillelmo Ada Dominicano, qui e Perſide venerat, certior eſt Johannes XXII. factus earum rerum, quas Usbekus moliebatur, in eamque ſpem venit, ut Chriſto Principem conciliari facile poſſe exiſtimaret (1). Quamobrem litteræ, ad eum ſunt a Pontifice anno 1318. datæ, quibus ab eodem etiam, atque etiam flagitabatur, ut edicta, quæ in Chriſtianos publicarat, revocaret, ſuſciperetque orthodoxam religionem. Eodem anno Francus Peruſinus Dominicanus Soltanenſium in Perſide Archiepiſcopus dictus (2) eſt, cui Johannes Pontifex Suffraganeos Epiſcopos attribuit ſex, quibus ut in Tartariam proficiſcerentur, & Archiepiſcopum adjuvarent, juſſit, qui rem Chriſtianam præclare in Perſide, atque in Tartaria geſſiſſet. Sed tempus me deficeret, ſi perſequi omnia vellem, quæ Dominicani, atque Franciſcani in

par. III. *tit.* XIX. *cap.* V. §. III. *pag.* 40. *edit. an.* 1527. Aſcelinus *in Itinerario*, *in Recueil des Voyages en Aſie edit. Bergeroni tom* I. *pag.* 439. *ſeqq. edit. an.* 1634. Johannes de piano Carpini in *Itinerario eod. vol. pag* 381. *ſeqq.* Hermannus Cornerus, ſeu Cornelius *in Chron. tom.* II. *corp. Hiſt. Medii Ævi ab Jon. Georg. Eccardo* conflati *pag.* 818. *ſeqq. edit. an* 1723. Odoni Epiſcopus Tuſculanus *Epiſt. ad Innoc.* IV. apud Acherium *tom.* III. *Spicileg. pag.* 624. *edit. an.* 1723. Bernardus Guido *vit. Innoc* IV. *apud Muratorium tom.* III. *ſcriptor. rer. Italicar. pag.* 591. Nicolaus de Curbio *vit. Innoc.* IV. §. XXXIX. *In Miſcell. Steph. Baluz. l.* VII. *p.* 397. *edit. an.* 1723. Abulgaſi *Hiſt. Genealog. Tartaror.* Antoninus Bremondus Ordinis Prædicatorum Magiſter *in Bull. Dom. tom.* I. *pag.* 226. 237. *edit. an.* 1729. & *tom.* II. *pag.* 22. *edit. an.* 1730. & alibi ſæpe, Wadingus in Annalibus Minorum ad *an.* 1243. *num.* IV. & *alibi ſeq. annis*. Raynaldus *ad an.* 1241. *num.* I. XVIII. XIX. 1247. *num.* XXXII. 1248. *num.* XXXIV. XXXIX. 1253. XLIX. 1259. *num.* XXXI. 1260. *num.* XXXIV. 1264. *num.* XLVIII. 1267. *num.* LXX. *ſeqq.* 1274. *ſeqq.* 1277. *num.* IV. 1278. *num* XVII. 1288. *num.* XXXIII. 1289. *num.* LX. 1291 *num.* XXXIII. 1299. XLIV. Echardus *Script. Ord. Præd. tom.* I. *p.* 104. 122. 140. 304. 338. Baluxius *in vitis Papar. Aven. tom.* I. *pag.* 242. Cangius *Famil. Aug. Byzant. pag.* 233. *edit. an.* 1680. F. Franciſcus Pagius *Breviar. geſt. Pontif Romanor. tom.* III. *pag.* 404. *edit. an.* 1680. A. Touron *Ord. Præd. Hiſt. Des Hommes Illuſtres de l'ordre de* S. *Dominique tom.* I. *lib.* II. *pag.* 145. *ſeq.* 163. *ſeq. edit. an.* 1743. Herbelotus *Biblioth. Orient. pag.* 726. 128. 178. 338. 684. 364. 267. 882. 868. *ſeq.* Bergeron *De Tartar. edit. an.* 1634. Bollandiani *Act.* XX. *tom.* I. *Januar. ad d.* XIII. *pag* 986. *ſeq.* Kircher *Chin. Illuſtr par.* II. *c.* I. *pag.* 51. *ſeq.* Ioſephus Simonius Aſſemanus *Bibl. Or. tom.* III. *par.* II. §. V *pag.* 521. *ſeqq. tom.* II. 248. *ſeqq.* 337. 453. *ſeq.* Renaudotius *in Notis ad veter. lat. Itiner. in Indiam num.* 319. Et ex proteſtantibus Matth. Vechierus la Croze *Hiſt. de Chriſt. des Indes*, *edit. an.* 1724. Johannes Laurentius Moshemius *Hiſt. Eccl. Tartar. edit. an.* 1741. iique, quos numerat Fabricius *ſalut. Luce Evang. cap.* XLI. *pag.* 687. & *ſeqq.*

1 Moshemius *ibid. pag.* 103. *ſeqq.*

2 Confer Echardum *ſcript. Ord. Præd. tom.* I. *pag.* 537. & Moshemium *ibid. pag.* 106.

in univerſo imperio Tartarorum, Johannis viceſimi ſecundi, atque inſequentium Pontificum temporibus, pro re Chriſtiana augenda (1) fecerunt. Extremo ſeculo decimo quarto Tamerlanus victis (2) omnibus principibus Tartarorum, eorumque provinciis in poteſtatem redactis, multarum cladium in Europa, & Aſia auctor fuit, magnamque, ut plurimis quidem ſcriptoribus videtur,. Chriſtianis attulit partem (3) incommodorum. Jam Dominicanorum, & Franciſcanorum imminutæ in Tartaria copiæ fuerant, cum hi, quos ſecundo loco nominavi, a Romano Pontifice petierunt, ut in eam regionem, quæ eſt ad Caſpium mare Præcones (4) Evangelii mittere ne cunctaretur. Sed quis exitus ejus fuerit legationis, non conſtat. Sixto IV. Pont. Max. anno 1482. a novo quo neſcio Presbytero Johanne legati venerunt, qui avere magnopere ſuum Principem Chriſtianum quidem, ſed ignarum Catholicæ Religionis,dixerunt,ut ad provincias ſuæ ditionis miniſtri proficiſcerentur (5),incolaſque veritatem docerent. At in Tartaria etſi vehementer Catholici laborabant,atque in dies eorum opes imminuebantur, vigebant res tamen (6) Neſtorianorum. Nunc in iis regionibus vix perpaucos reperire Chriſtianos licet. Nam qui rem ſacram Tartarorum, qui a Muhamediſmo abhorrent, curant, Lamæque appellantur, dediti ſunt admodum ſuperſtitionibus, ſimileſque eſſe videntur Sinenſium (7) Bonziorum. Neque enim (8) aſſentior iis, qui Lamas e Chriſtianis eſſe profectos

1 Hoc etiam velit nolit, fateatur neceſſe eſt Moshemius *Ibid. pag.* Ceterum is, quod Proteſtantium partibus ſtuderet, iniquus eſt noſtris, quaſi ad Romanum Pontificem potius, quam ad Chriſtum Tartaros perducerent. Sed hominis inimici calumnias nihil moror.

2 De *Tarmerlano*, ſive *Timurbeco*, nam hoc proprium erat ejus Imperatoris nomen confer Herbelotum *Bibl. Orient. pag.* 995. & ſcriptores ceteror, quos numerat *ibid.* Mushemius *pag.* 122. *ſeqq.*

3 Franciſcus Catrou S. J. non fuiſſe Tamerlanum inimicum Chriſtianorum putat *Hiſt. Gener. de l'Empir du Mogol. tom.* 1. *pag.* 7. *edit. Pariſ. an.* 1715. Muhamedanis contra partibus eum ſtuduiſſe contendit Herbelotur *pag.* 888. cui aſſentimur. Conſule Morhemium *ibid. pag.* 127. *& ſeqq.*

4 Moshem. *ibid. pag.* 131.

5 At eos Ethiopas, non Aſianos fuiſſe Moshemius cenſet, *ibid. pag.* 132. cujus quidem mihi videtur propenſior ad veritatem ſententia.

6 Aſſeman. *tom.* III. *Bibl. Orient. par.* I. *pag.* DXII. *& par.* 1. *pag.* 590. 599. Moshem. *ibid. pag.* 132.

7 Moshemius *ibid. pag.* 129. *ſeqq.*

8 Ita quidem Gerbillonus *obſerv. Hiſt. ſur la gran. Tartar. pag.* 69. *Regis obſerv. Geographiques, & Hiſtoriques ſur la Charte du Tibet pag.* 683. Matur. Veiſſerur la Croze *Hiſt. du Chriſtianiſme des Indes edit. an.* 1724. *lib.* VI. *pag.* 518.

fectos, ſed doctrinam noſtram vitiaſſe, contendunt. Horum enim nulla eſt ratione nixa (1) ſententia. Intelligo (2) autem aliquos e Societatis Jeſu in Tartariam eſſe profectos, ſed quos laborum fructus tulerint, mihi profecto non eſt exploratum (3).

CAPUT XXX.

De Ortu, & progreſſu Chriſtianæ religionis in *Imperio Magni Mogolis*, *Bengala*, *Malabaria*, *Tonquino*, *Cochinchina*, *Siamo*, & *in Inſulis adjacentibus*.

QUi Magni Mogolis imperio parent, ſunt ab occaſu Perſis, & Tartaris, qua ſpectant ad ſeptemtriones, finitimi. Fuiſſe autem eorum aliquos olim qui Chriſtianam religionem profiterentur, negari nullo modo poteſt. Nunc maximam partem ita ſunt Muhamedanæ ſectæ addicti, ut Idololatriæ etiam ſuperſtitione implicari ferantur. Mogoles reges a Tamerlane Tartarorum rege originem ducunt (4). Sunt autem in ea regione Evangelii præcones, qui Chriſtianæ religioni propagandæ operam navant (5).

In

1 Conſule Moshemium *ibid. pag.132. ſeqq.*

2 Laſonus *Ann. Domin. Menſ. Sept. par.*II. *Chronol. Miſſion. Ord. Præd.* CCLXVII. *ad an.1657.* „ Cette année nos Miſſionaires, qui travailloient dans la Chine, ſouffrirent des pei- „ nes étonnantes dans les guerres, que les Tartares, qui etoiens entrez dans ces empire, faiſoiens aux Chinois, où tout étoit en feu, & en ſang.

3 De Sede Magni Lamæ, populis qui ei parens, eorumque moribus, & inſtitutis confer Du Haldum S. J. *Deſcript. de la Chine &c. pag.460. ſeqq. edit. an.1735. obſerv. ſur la Carte du Thibet. contenan. les terres du Grand Lama &c.* In regno Tibeti ſuns qui tempore Apoſtolorum fuiſſe Evangelium prædicatum putent; Idem *pag.469.* ſed non evincunt. Id. *pag.470.* Johannes Albertus Fabricius *ſalut. Luce Evangelii cap.*XLI. *pag.690.* laudat „ Antonii Andradæ „ Societatis Jeſu *De Directionis nova Magna Cataja ſive regnorum Tibeti, & fide Chriſtia-* „ *na de novo illis an.1624.* illata librum, quem nuſquam vidimus. Tartariæ Sinicæ deſcriptionem dedit eodem volumine eruditiſſimus Du Haldus, quod quidem volumen, ut primum, atque ſecundum legi poteſt, nam tertium ſolum proſcriptum ab Sede Apoſtolica fuit. In Tartaria Moſcovitica, imprimiſque Caſani magnum Muhamedanorum, exque aliis ſectis hominum numerum ad Chriſtianam religionem ſchiſmaticorum opera fuiſſe an.1746. converſum didicimus ex *nunciis Litterar. Florentinorum an. 1748. col.128.* Scriptores rerum Tartaricarum numerat etiam Fabricius *Salut. Luc. Evang. cap.* XLI. *pag.688. ſeq.*

4 Confer Catroum Hiſt. General *de l'Empire du Mogol. tom.1. Pariſ. an.1715. Franciſcum Bernierum Hiſtoire des etats du Grand Mogol. tom.1. edit. an.1670.*

5 Cerrius de Magnorum Mogolum imperio, quos Tamerlano eſſe prognatos conſtat, *l.c.p.*101. agens „ Quanto alla religione, *inquit*, ſono Maomettani ſeguendo la eſpoſizione dell'Alcorano

„ fatta

In Bengalenſe regnum, quod ad Gangis oſtia ſitum eſt, ab Luſitanis eſt invecta (1) Chriſtiana religio, atque ita deinceps Dominicanorum (2), Auguſtinianorum, Jeſuitarum &c. laboribus propagata, ut ſuperiore ſeculo permulti in eo Chriſtiani numerarentur.

Apud Malabaros ſunt, fueruntque olim Chriſtiani, qui majores ſuos ab Apoſtolo Thoma fuiſſe ad Chriſtiana ſacra perductos arbitrarentur (3). Atque id quidem non

„ fatta da Aly, portando anche gran venerazione al ſole. Arabel, che fu Imperatore nel fine del „ ſecolo paſſato, parve che aveſſe qualche lume della fede Cattolica facendo grande ſtima delle ſacre immagini, e de' noſtri ſacerdoti, che ne mandò a prendere uno ſino a Bengala, perchè lo iſtruiſſe; ma non bene intendendo i miſterj della noſtra fede, e non volendo laſciare la moltiplicità delle ſue concubine, non potè eſſere convertito. Succeſſe poi il figlio chiamato Corombo, che mentre era ribelle del Padre eſſendo ſtato ſoggiogato coll' avviſo de' Portogheſi, quali avendo anco rifiutato prima di collegarſi ſeco, giurò pubblicamente al ſuo falſo Profeta, che ſe mai aveſſe regnato, avrebbe perſeguitato tutti i Criſtiani, come ſucceſſe nella diſtrazione di una città de' Portogheſi. Nondimeno perchè nel tempo del Padre vi furono fatte molte converſioni, vi era nel 1640. qualche ſperanza di migliorare le condizioni della noſtra ſanta Fede; onde fu ſcritto per inviarvi miſſionari, ma fuori, che nel regno di Golgonda, ch'è tributario del gran Mogol, benchè ricchiſſimo per le miniere de' diamanti, dove ſolevano ſtare i Teatini, ſcorrendo quelle Città, non ve n'è altra. E anche queſta miſſione de' Teatini adeſſo è aſſai ſminuita, ſtando tutti nell'Oſpizio di Lisbona, avendoſi relazione, che un ſolo ve ne ſia reſtato. I Carmelitani ſcalzi ſtanno però in Tatta città molto grande, e popolata del regno del Sindi avendovi Chieſa con qualche quantità di fedeli; ſebbene dopo eſſerne ſtati ſcacciati i Portogheſi ſono aſſai diminuiti. Nel regno di Decan ſoggetto in parte al gran Mogol ſta Saratte Città maritima ſituata nel mar di Cambaja; è porto celebre, dove concorre ogni ſorta di nazione pel traffico. Qui hanno reſidenza i Cappuccini Franzeſi, che ſono di gran ſollievo a' Miſſionarj ne' loro paſſaggi alle Indie, e ritorni in Europa. Permette in ſomma il gran Mogol ne' ſuoi vaſtiſſimi regni la libertà di coſcienza, e non impediſce a' ſuoi Popoli l'abbracciare la Fede di Criſto, il che dovrebbe invitare la Santa Sede a provvederla di operaj, e mandarvi anche un Veſcovo per dilatarvi la religione Cattolica, non baſtando il ſolo Veſcovo di Hierapoli, al cui Vicariato Apoſtolico fu ſottomeſſo il vaſto Impero „. Vide Catrou *l. c. pag.* 123. *ſeq.* 133. 155. *ſeq.* 161. 165. 206. Sed Mogolitæ, poſteaquam ante annos paucos ſubacti a Calichamo Perſarum rege, ſactique ei ſtipendiarii fuerunt, æquiore ne, an iniquiore in noſtros ſint animo, mihi certe non conſtat.

1 Cerrius *ibid. pag.* 106. „ Il Regno di Bengala Paeſe vaſtiſſimo . . . pochi anni ſono fu in „ parte tolto dal gran Mogol al Re d'Aracaro. Ivi ſtanno da 22000. Criſtiani diviſi in undici „ Parocchie, che hanno tutte il loro Vicario, e Paroco in tante città differenti aſſai diſtanti „ fra loro. Vi fu portata la fede da Portogheſi, comprando quantità di Schiavi, che facevano „ iſtruire, e battezzare coi loro figliuoli, eſſendo per altro aſſai difficile di trovare adulti, che „ ſieno tirati alla noſtra ſanta Fede.

2 Conſule Lafonum *loc. cit. pag.* cxi. *ſeq. & pag.* cxxxviii. *Hiſt. Provinc. Philip. Dominicanor. tom.* 1. *pag.* 190. *ſeqq.* Quod attinet ad Auguſtinianos, & Ieſuitas Cerrius ibid. „ Sta „ queſto regno, *inquit*, nella Dioceſi del Veſcovo di Meliapur . . . E i PP. Agoſtiniani della „ Provincia di Goa ſono ivi Curati di quelle Chieſe, mandativi ogni tre anni dal Capitolo Pro„ vinciale, avendo un Convento in Ugheli, dove vanno prima ad apprendere la lingua del „ paeſe, e in queſta città hanno caſa anche i Geſuiti. Sono però in queſto regno, come in „ quello di Aracaro, e Pegu, amminiſtrati pure da' PP. Agoſtiniani, infiniti diſordini. Vide Juvencium *Hiſt. Soc. J. lib.* xviii. *par.* v. *pag.* 509. *ſeqq. edit. an.* 1710.

3 Cerrius *ibid. pag.* 103. Vide Veſſeriam la Croze *Hiſt. du Chriſtianiſme des Indes pag.* 38. *ſeqq. l.* 1 *edit. cit.* Nam ceteros recenſere longum eſſet.

paucis noſtrorum hominum perſuaſerunt, qui ſeculis ſuperioribus in eam ſe regionem nunciandi Evangelii cauſſa contulerunt (1). Verumtamen cum eſſent aliqui ita comparati, ut niſi illuſtribus monumentis fultam, nullam rem ab hiſtorico pro certa ſumi oportere dicerent, hi ſane exiſtimarunt cohibendam eſſe aſſenſionem (2). Contra alii ne veriſimile quidem eſſe judicarunt, quod leviſſimis ſolum conjecturis nixum videretur (3). Poſtremo non deſuerunt, qui ſtatuendum putarent, Thomam, quo inſtitutore Malabari gloriabantur, non Apoſtolum illum Chriſti, ſed Manetis quemdam diſcipulum fuiſſe, qui incautos, atque imperitos rerum improba oratione ad impiæ ſectæ cultum pertraxerit (4). Sexto, ſeptimove ſeculo; quod Neſtoriani, qui in Europa, atque Aſia Chriſtiana multa incommoda accepiſſent, mittendos quocumque tandem poſſent, viros cenſuerunt, qui id laborarent, idque eniterentur, ut ſuorum numerum augerent. Horum deinde aliqui in Malabariam (5) pervenerunt, multiſque ad Chriſtianam religionem, ita ut eorum hæreſis flagitabat, perductis, Eccleſias conſtituerunt, quibus libros rituales in cœtu legendos tradiderunt, quos

1 Conſule Thomam Malvendam *lib.* IV. *de Antichriſto cap.* X. *pag.* 220. *edit. an.* 1647. ceteroſque, quot laudant Joh. Albertus Fabricius *ſalut. luc. Evang. c.* XXXIV. *pag.* 626. *ſeq.* & Raulinus *pag.* 119. 2 Vide la Croze *ibid.*

3 Immo vero deceptos fuiſſe Malabaros Chriſtianos ſimilitudine nominis arbitrantur. Nam Armenium quemdam, cui erat Thomas nomen, mercatorem, qui divitiis circumfluebat, Inſtitutorem fuiſſe Chriſtianorum Malabarorum circa VI. ſeculum ferunt. At Neſtorianus ne ille, an Jacobita fuerit, non conſtat. Confer la Croze *ibid. pag.* 40. qui *Gouveam* Hiſtoricum citat. At longe eſſe hoc Armenio in Malabaria, & reliqua India Aſiatica Chriſtianiſmum antiquiorem, facile fortaſſe concedent. Nam etſi labi eos mihi facile perſuadeo, qui his a Pantæno primum, deinde a Frumentio fuiſſe Evangelium nunciatum cenſent, qua de re dicam alio loco opportune, ubi de Æthiopibus, tamen anno 325. vixiſſe in India Aſiana Epiſcopum Johannem, conſtat ex actis Synod. Nicænæ *edit. Harduin. tom.* I. *concilior. col.* 326. & 423. ubi ſic habetur: Ἰωάννης Πέρσης τῆς ἐν Περσίδι πάσης, καὶ τῇ μεγάλῃ Ἰνδίᾳ *Joh. Perſes* Eccleſiæ, quæ *in Perſide univerſa*, & *Magna India* eſt Epiſcopus. Ac ſexto etiam ſeculo Coſmas, qui Indopleuſtes eſt dictus, propterea quod in Indiam contendit, Eccleſias dicit fuiſſe ſua ætate in *Taprobana Inſula*, *in India interiore*. At neſcire ſe dicit, ſitne ulla in *Male*, & *in Calliana*. Vide *tom.* II. *Collect. veter. PP. edit. Montfauconian. an.* 1706. *pag.* 178. *Malen a Malabaria*, & *Calliam a Calecut* non diſcrepare putat la Croze *ibid. pag.* 38. De Indopleuſte confer Johannem Albertum Fabricium *tom.* II. *Bibl. Græca pag.* 612. *ſeqq.* At Juſtiniani quidem ætate in India Monachos viguiſſe, liquet ex Procopio, qui horum aliquos ex Serinda veniſſe, docuiſſeque Romanos rationem conficiendi Serici narrat *lib.* IV. *de Bello Gothico cap.* XVII. *pag.* 613. *edit. an.* 1662. Cur autem veriſimile eſſe negent, neſcio. Nam teſtimonia quædam Veterum, & traditio Meliapurenſium, & reliquorum Indorum, contra poſtulant. Confer Raulinum *Diſſ.* I. & II. *p.* 135. *ſeqq.* 4 Jacobus Tollius *Inſign. Itiner. Italici ad Formulam receptionis* Manichæorum *pag.* 143. *not.* 63. *edit. an.* 1696. Cujus tamen longe diſtat a veritate ſententia.

5 Le Brun in opere *de Ceremon. Miſſ. gallice ſcript. pag.* 369. *ſeqq. t.* III. *edit. an.* 1726. La Croze *ibid. pag.* 43. *ſeqq.*

quos adhibere in Synaxi Neſtoriani ceteri conſueſſent (1). Sextodecimo ſeculo ineunte Luſitani in eam regionem inſtituendi commercii cauſſa venerunt; cumque Malabaros partim Neſtorianos, partim Idololatras eſſe animadvertiſſent, de iis docendis, Romanæque Sedi conciliandis cogitarunt. Vincentius Gouvea Franciſcanus, qui incredibili dilatandorum Eccleſiæ finium deſiderio flagrabat, eo migravit, atque initium a Neſtorianis inſtituendis (2) cepit. Fuerat is Johannis Albuquerquii primi Goenſium Epiſcopi perinde Franciſcani ſocius itineris, atque laborum. Cranganorum ut venit, atque docendo aliquos progreſſus facere potuit, Templum more Europæorum extrui curavit. Nam quæ habent Neſtoriani, ſimilia ſunt Pagodum Brachmanicarum. Sed quoniam hæreticorum permultos pertinacia deſiſtere nolle videbat, ad Luſitanum Pro-Regem Indiarum litteras ſcripſit, quibus eum majorem in modum obteſtabatur; ut eodem in oppido Collegium adoleſcentulorum conſtitui juberet. Hoc enim pacto adduci magnum eorum numerum poſſe putabat, ut abjecto errore, veram Chriſti doctrinam amplecterentur. Malabaros quippe, qui juvenes ex ſe natos, dum per ætatem licuiſſet, ordinatos eſſe presbyteros cognoſſent, permoveri facile poſſe, ut iis decretis aſſentirentur, quæ tametſi ante ab Europæis explicata neglexerant, doceri poſt nihilominus a filiis ſuis perſpicerent. At incolarum non paucis, ubi ſuos ad Latinorum partes tranſfugiſſe, ſacerdotioque fungi intellexerunt, non ſolum non audiendos, ſed etiam ab cœtibus arcendos judicarunt, ne cives imprimiſque propinquos a patriis erroribus, ac ſuperſtitione deterrerent. Id uti enunciatum eſt, Jeſuitæ aliam eſſe ineundam rationem cenſuerunt, qua Neſtorianos Malabaros Apoſtolicæ Sedi obligarent. Itaque muniti privilegiis Regis Luſitanorum, viros in eam Aſiæ regionem ſyriace peritos miſerunt, qui linguam adoleſcentulos docerent, quæ magno uſui incolis eſſet, qui graviter de ſuis presbyteris, propterea quod eam (3) mini-

1 Iidem *ibid.* Conſule *Epiſt.* Epiſcopi Malgroti ad Dominum Charmotum *edit. an.* 1701. *pag.* 58. *ſeqq.*

2 Vide Gouveam *Jornada de Arcebiſpo de Goa &c. edit. an.* 1606. *pag.* 6.

3 La Croze *ibid. pag.* 56. *ſeq.* Sed is auctor, quod hæreticorum partibus ſtuderet, res optime pro religione geſtas, rapit in pejorem partem, atque impudenter mentitur.

minime callerent, conquerebantur. Igitur *Vaipicotæ*, quo in oppido haud pauci agebant Neſtorianorum, Pro-Regis Luſitanici ope, Regiſque Cochinenſis voluntate, Collegio facto, quum docere incolas cœpiſſent, ita eos ſibi devinxerunt, ut eos non jam Latinos, qualis erat Vincentius; ſed populares ſuos eſſe prædicarent, frequenteſque ad ipſos concurrerent, ut ſermonem addiſcerent, quo in divinis officiis uterentur. Sed cognito deinceps quamobrem veniſſent, audientibus Jeſuitis, in ædibus Collegii Neſtorianiſmum tueri, adverſari noſtris, omnia denique agere, quibus eos obfirmatos in errore manere intelligeretur. Mar-Joſephus tunc erat miſſus ab Ebed-Jeſu Patriarcha Muſulis in Malabariam Antiſtes Neſtorianorum. Hunc Pro-Rex, aliique Europæi, ſi Romam ad Pontificem iviſſet, & Schiſma deteſtatus eſſet, cenſuerunt, ubi revertiſſet, rem Catholicam curaturum. At quo tempore is in Luſitanıam navigabat, Neſtoriani, qui ægre ferebant Epiſcopi caſum, litteras ad Patriarcham dederunt, quibus orabant, ut quem vellet, ad ipſos Præſulem mittere ne cunctaretur. Patriarcha, qui tolli ſibi ab Latinis eam Eccleſiam nolebat, continuo morem Malabaris gerendum exiſtimavit. Itaque Mar-Abrahamo cuidam, quem Epiſcopum conſecrarat, juſſit, ut magnis itineribus in eam regionem contenderet, daretque operam ne incolæ Latinorum oratione a Neſtorianiſmo abducerentur. Jam is clam venerat, cœtuſque cogere cœperat, atque omnium animos ſibi devinxerat, cum Mar-Joſephus deceptis ſimulatione virtutis, ac religionis Principibus Luſitanis, facultatem redeundi, quin Romam proficiſceretur, obtinuit, atque in Malabariam revertit. Qua re cognita, Neſtoriani diviſi in factiones fuerunt, ita ut multi quidem Joſephi, alii Abrahami partes ſequerentur, ſeſeque invicem contumeliis proſcinderent, & ſchiſmatis accuſare non vererentur (1). Quamobrem Abrahamus navim conſcendere, ut Romam navigaret, coactus eſt. Sed nactus opportunitatem, ad Muſulis Patriarcham Mar-Simeonem profugit. Inde quod minus fortaſſe æquo uſus Patriarcha fuiſſet, Romam venit, & propoſita fidei profeſſione, quam aliqui captioſam fuiſſe ferunt

1 Gouvea *Ibid. cap.* 11. *fol.* 61. *ſeq.*

ferunt,cooptatus eſt in Ordinem Præſulum Catholicorum. Scriptæ deinde a Pio V. Pontifice Maximo litteræ an.1567. ad Archiepiſcopum Goenenſem fuerunt, quibus ei Pontifex in mandatis, ut in Mar-Joſephi doctrinam inquireret, dabat, præcipiebatque,ut ſi hæreticum eſſe deprehendiſſet,Romam hominem transferri curaret. Archiepiſcopus dicto audiens, Mar-Joſepho Cochinum abire, atque in Europam navigare juſſit. In Urbem deductus, cum ibi aliquamdiu conſtitiſſet, ſupremum objit diem. Paullo poſt Mar-Abrahamus in Malabariam pervenit. Luſitani, qui litteras ipſum a Pontifice detuliſſe intellexerant, eas ut produceret petierunt. Ubi legerunt, fraude Neſtoriani circumventos Romanos fuiſſe dixerunt; quamobrem expectaret, quoad ipſi & rerum, quas molitus eſſet, & religionis Mar-Abrahami facerent Pontificem certiorem. Interim apud Goenſes Dominicanos manere ne gravaretur. Ille qui plane quorſum hæc pertinerent, perſpiciebat, non enim culpa vacabat, inde elapſus, clam ad ſuos profugit, a quibus magnis gaudii ſignificationibus exceptus eſt,atque ordinare presbyteros, remque divinam ritu Neſtorianorum facere rurſum cœpit. Sed ut erat rei cujuſque ſimulator, ac diſſimulator, ad Pro-Regem, Præſuleſque Luſitanos ſcribebat, eſſe quidem ſe conjunctum Romanæ Sedi non communione ſolum, ſed etiam conſenſione decretorum religionis. Aberat autem aliquanto longius, quam ut cognoſcere noſtri poſſent, verum ne, an falſum diceret. Jam Gregorius XIII. Summum Pontificatum adeptus fuerat, ac de Mar-Abrahamo, quod Orthodoxus eſſet, intellexerat. Quare Epiſtolam ſuo nomine dari imperavit, qua ei præciperetur, ut Catholicam Doctrinam in ſua Diœceſi explicari ſineret, atque Conciliis, quæ Goæ haberi ſolent, adeſſe ne recuſaret. At ne ſibi eſſe infeſtos Luſitanos, adeoque vereri ſe, ne moleſtia afficeretur, obtenderet, addi Pontifex juſſit, facultatem Mar-Abrahamo Goam contendendi dari, caverique ne quis in eum animadvertere audeat Catholicorum. Poſt Vincentius Fonſeca Archiepiſcopus Goenſis cogitare de Synodo celebranda cœpit. Quapropter ad Mar-Abrahamum, ut veniret, utque ne metueret, ſcripſit. Idem Pro-Rex fecit Luſitanorum. Cum nullus

tergi-

Digitized by Google

tergiverſandi locus eſſet, paruit. Congregato Concilio, Mar-Abrahamus propoſuit fidei profeſſionem, quæ omnium conſenſu probata eſt. Pollicitus deinde ſe, quæ conſtituta ab Synodo eſſent, diligenter obſervaturum, ad ſuos rediit. Etſi autem fidem, quam dederat, & juramento confirmarat, in rebus ceteris feſellit, tamen, quod attinebat ad Ordinationes, fallere nequivit, propterea quod Jeſuitæ duo Syriace periti dati illi ſociis fuiſſent, qui certe quoniam aderant ſemper, non tacuiſſent, ſi quid ab eo peccari animadvertiſſent. Hæc cum ita ſe haberent, vereri Mar-Abrahamus cœpit, ne iram in ſe concitaret Patriarchæ Neſtorianorum. Igitur litteras ad eum de Synodo dedit, obſecravitque, ſibi ut ignoſceret, quod interſuerit; quum inſiſtentibus Luſitanis, qui potentia, auctoritateque plurimum valerent, fieri aliter non potuiſſet. Propoſitam vero ab ſe fuiſſe *fidei profeſſionem*, quæ probata fuiſſet ſumma omnium Patrum conſenſione. His artibus ſe Patriarchæ, ac Luſitanis ſatisfacturum arbitrabatur. Atque hæ ipſæ litteræ in manus venerunt Luſitanorum. Interim impoſtor quidam in Malabariam venit, qui Mar-Simeon appellabatur, ſeſeque Epiſcopum jactabat. Diviſis Neſtorianis in factiones duas, quarum una Mar-Simeoni, altera Mar-Abrahamo parebat, is, quem ſecundo loco nominavi, diſſenſionum Pro-Regem Luſitanum certiorem fecit. Antiſtites Luſitani, idemque Pro-Rex etſi Mar-Abrahami mores, ſubdolamque agendi rationem exploratam habebant, tamen committendum non putabant, ut ei Simeon anteponeretur, quod tuendas eſſe illius partes putarent, qui noſtris jam rebus quodammodo aſſueſſet, novoque beneficio conciliari Eccleſiæ Romanæ poſſe videretur. Simeon ſuis rebus diffidens, Romam proficiſcitur. Sixtus V. Pontifex tunc erat Univerſæ Eccleſiæ. Is Neſtorianum inſtitui in decretis Catholicæ religionis præcepit, cavitque, ne ille rem divinam facere auderet. Hujus rei cauſſa hæc fuit. Scripſerat Simeon, ſi verum Gouvea prædicat, ad Patriarcham, ſe cum ad Malabaros veniſſet, cognoſſetque potentia, artibuſque Luſitanorum ita eſſe in ea regione imminutas opes Catholici Neſtoriani, ut oppreſſa jam ſecta eſſe, ac pene deleta videretur, rem gatam Deo, ipſique Pa-

Patriarchæ haud inutilem facturum putaſſe, ſi nomen ſibi, & auctoritatem Epiſcopi ſumſiſſet. Ejuſmodi litteras, cum a noſtris deprehenſæ fuiſſent, Simeoni magnum detrimentum attulerunt. Nam Ulyſſiponem perductus, apud Franciſcanos manſit. Qua ex urbe Epiſtolas ſcribere audebat, quæ plenæ eſſent errorum Neſtorianorum. Earum aliquæ in manus Alexii Menezeſii Archiepiſcopi anno 1599. dum ſuam Diœceſin luſtraret, venerunt. His lectis, Alexius nihil cunctatus, ſupremum fidei apud Luſitanos Inquiſitorem monendum putavit. Inde quid actum in Simeonem fuerit, non conſtat. Mar-Abrahamus, quod Simeonem diſtineri in Luſitania ſciret, reſque ſuas confirmatas arbitraretur, obtemperare Synodis recuſabat. Id ubi elatum eſt, anno 1595. Clemens VIII. Pont. M. Menezeſio mandavit, ut in doctrinam, moreſque ejus inquireret. Quodſi lapſum iterum in errorem eſſe deprehendiſſet, proceſſum, ut vocant, conſcribi curaret, Romamque mitteret. Interim errantem detineret, ejuſque loco virum ſyriace, ſi inveniri quidem poſſet, doctum Eccleſiæ Malabaricæ Neſtorianorum præficeret, qui ſuſtineret Vicarii Apoſtolici dignitatem. Caveret autem, ne quis, neſcio Romano Pontifice, Epiſcopus aliquis eodem mitteretur. Menezeſius, quod ſibi *de Proceſſu* fuerat imperatum fecit. Sed cum accepiſſet, Mar-Abrahamum profugiſſe Angamalam, quo Luſitanis accedere non licebat, deſerendum pertinacem, atque in errore obſirmatum ſenem exiſtimavit. Eo fere tempore Malabari Neſtoriani, qui Epiſcopum imparem oneri ferendo eſſe perſpicerent, ad Patriarcham de ſucceſſore, qui interea ſubſidio ſeni eſſet, ſcripſerunt. Id ut eſt Menezeſio nunciatum, Ormuſenſibus Luſitanis præcepit, ne Syrum quempiam Epiſcopum, neve Presbyterum in eam regionem penetrare ſinerent. Ni dicto audientes eſſent, ſcirent ſe rebus ſacris interdicendos. Quamobrem qui miſſus a Patriarcha fuerat, cum aditus omnes intercluſos, neque viam eſſe ullam, qua in Malabariam proficiſceretur, redire in patriam decrevit. His rebus geſtis, animum Menezeſius ad Jacobum, quem Mar-Simeon, de quo paullo ante dictum eſt, ſuis præfecerat, reducendum convertit. Id ut facile conſequi poſſet, hortatus hominem eſt, ut Mar-Abrahamo ſeſe conjungeret.

Digitized by Google

geret. Ille quod magnam apud ſuos exiſtimationem ſanctitatis, & auctoritatem obtineret, metueretque, ne ſi Mar-Abrahamo paruiſſet, minore in pretio haberetur, nihili admonita Præſulis Goenſis fecit. Dum hæc Menezeſius laborabat, Mar-Abrahamum, ejuſque Archidiaconum monebat, ut pertinacia deſiſterent, decretiſque Orthodoxæ religionis aſſentirentur. Sed fruſtra. Anno 1597. Menezeſio ſuam Diœceſim perluſtranti, redditæ ſunt a Pro-Rege Matthia Albuquerquio litteræ, quibus ſignificabatur, Mar-Abrahamum Schiſmaticorum Epiſcopum deceſſiſſe; idque ab eo non poſtulari modo, ſed etiam flagitari, ut perficeret, quæ ſibi eſſe ex uſu viderentur. Igitur ille ut Clementi VIII. Pontifici morem gereret, Vicarium Apoſtolicum, & Epiſcopatus moderatorem Franciſcum Rozium Jeſuitam dixit, qui primus deinde e Societate Jeſu Antiſtes in ea Indorum Diœceſi fuit. Is quum ſyriace, malabariceque doctus eſſet, ſtatimque apud incolas eorum ſermone concionari cœpiſſet, multorum ſibi animos devinxit. At Luſitani, qui Archidiaconum ſingulari virtutis ſemper apud cives ſuos opinione verſatum fuiſſe, exque magna familia ortum ſcirent, intelligerentque ab eo, ſi perductus ad Sacra Catholicorum fuiſſet, maximum Malabarorum numerum Romanæ Eccleſiæ conciliaturum; ſin minus, facturum oratione auctoritateque ſua, ut ne ii quidem in ſententia manerent, qui Rozium conſectarentur; Menezeſii conſilium reprobandum, aliamque rationem ineundam judicarunt. Igitur Archiepiſcopo Goam reverſo, quæ ſibi in mentem venenerant, expoſuerunt. Orarunt, ut rem diligenter conſideraret, ac ne tantam multitudinem hominum, præcipiti ſententia, iret perditum. Menezeſius, ut, quod illi dicerent, cognovit utile Chriſtianæ reipublicæ futurum, litteras ad Archidiaconum dedit, quibus eum *Vicarium Generalem* conſtituebat; modo *profeſſionem fidei* Orthodoxam ederet, & Franciſco Rozio, Rectoreque Collegii Vaipicotenſis adjutoribus uteretur. Negavit Archidiaconus ſibi opus adjutore eſſe, *profeſſionemque fidei* his conditionibus nullam ſe, dixit, ejuſmodi, qualem Archiepiſcopus præſcriberet, editurum. Cum nihil proficeret, aliud conſilium capiundum Menezeſius cenſuit. Scripſit Archidiacono

Digitized by Google

cono licere Vicarium eſſe Generalem Eccleſiæ Malabarorum, ſi tamen Catholicam fidem palam profiteri vellet. Accipere Archidiaconus conditionem ſimulavit, promiſitque ſe Orthodoxam religionem feria quinta in Cœna Domini, qui dies ſanctus haberetur, prædicaturum. Nam Epiſcopum expectabat a Patriarcha Neſtorianorum (ignorabat enim iter eſſe ab Luſitanis præcluſum) itaque circuitione eſſe opus arbitrabatur. Sed ubi intellexit, id agere Latinos, idque magnopere ſtudere, ut ne aditus cuiquam Syrorum in Malabariam pateret, illuxiſſeque conſtitutum diem vidit, negavit ſe promiſſa ſervare velle, ut qui eam religionem, quam a puero colere cœpiſſet, deſerendam numquam eſſe exiſtimaret.

Idem Neſtoriani ceteri ſecerunt. His rebus intellectis, Menezeſius Angamalam petere, & Archidiaconum in ordinem redigere decrevit. Id ubi Georgius (nam Archidiacono id erat nomen) reſcivit, diffidere ſuis rebus cœpit. Collegit igitur ſeſe, atque impediendum putavit, quo minus iter Menezeſius aggrederetur. Cumque ſimulato eſſe opus exiſtimaret, ſcribere de fidei *profeſſione*, polliceri omnia, modo Jeſuitis nihil ſecum commune eſſet, diem ex die ducere. Erant Luſitanorum nonnulli, qui, ad Jeſuitas quod attinebat, Georgio concedendum arbitrarentur. Sed Menezeſius, qui fraude, doloque malo id fieri a ſubdolo illo, vaſroque Archidiacono ſuſpicabatur (præter Jeſuitas enim nullos reperiri exiſtimabat, qui periti ſyriacæ linguæ eſſent, detegereque artes hominis valerent) negavit ſe a ſuſcepto conſilio diſceſſurum. Cum diutius ſe duci Menezeſius, multoſque perire cerneret, ne quid ab ſe peccatum eſſe videretur, Georgio permiſit, ut Vaipinum ad Franciſcanos ſeſe conferret, eamque fidei *formulam*, qui ſibi propoſita ſuiſſet, juraret ſe in poſterum tempus deſenſurum. Ubi ea dies, quam ad rem perficiendam Archiepiſcopus conſtituerat, venit, Georgius adjit ad Franciſcanos, multiſque adſtantibus, eam ſe religionem colere deinceps, tuerique velle affirmavit, cujus formulam Luſitanice Sacerdos quidam laicus recitaverat. Erat Archidiaconus imperitus ſermonis Luſitanorum. Itaque vacare ſe culpa exiſtimabat, ſi probari ea ab ſeſe dixiſſet, quorum nullam

haberet notionem. Gratulari, qui aderant, Archidiacono; laudare fortunas Eccleſiæ Malabarorum, omnia denique bona dicere. At Jeſuitæ, quos artes Georgii minime latebant, dolo actum clamabant, confirmabantque fore, ut id brevi, qui tum laudabant, confiterentur. Interim Archidiaconus domum revertitur. Cives deinde ad ſe evocat. Narrat ſe Luſitanis fidem, religionemque ſuam Vaipini probaſſe. Neſcire ſe, quid Sacerdos Europæus Luſitanice recitaverit. Id unum ab ſe intellectum, Pontificem Romanum Caput Eccleſiarum eſſe. Non repugnaſſe quidem ſe, quod negari nullo modo poſſit, eſſe illum Primatem Latinorum. Harum rerum cum certior Menezeſius factus ab Jeſuitis fuiſſet, conſtituit iter, quod ante paraverat, non eſſe in aliud tempus differendum. Igitur cum multa oppida peragraſſet, Vaipicotam venit, & in conſeſſu ſacris interdixit eos, qui Babyloniorum Patriarcham Paſtorem eſſe Catholicæ Eccleſiæ affirmarent, & Archidiaconum, ſuoſque, ut ſubſcriberent, permovit. Malabari Neſtoriani, ut enunciatum id eſt, ad ædes Archidiaconi concurrerunt, queſtique de Menezeſio, quod S. Thomæ Eccleſiam pervertere conaretur, petierunt a Georgio, ut ſibi facultatem injuriam repellendi daret. Hæc tametſi cognita Archiepiſcopo erant, tamen nequicquam commovebatur. Nam his, qui periculum, in quod ille ſeſe conjecerat, proponebant, quid timetis? inquit. *Cauſſa Dei eſt. Ipſe eam defendet.* Poſt ipſe Archiepiſcopus reliquas Neſtorianorum Eccleſias luſtratum migravit, & aliquando cum Archidiacono inſtituit de religionis decretis diſputationem.

Jam Archidiaconus ad ſuos reverterat, repudiatiſque iis, quæ geſta a Menezeſio fuiſſent, omnibus, ut Patriarcham Babyloniorum conſectarentur, præceperat; cum hortatu etiam civium inductus eſt, ut ſacris interdicendos ſtatueret eos, qui Goenſi Archipræſuli parere auderent. At Archiepiſcopus nihil prætermittebat, quod ad reducendos hæreticos pertineret. Nam etſi multa perpeſſus incommoda fuerat, tamen modo animas errantium ad veritatis cultum adducere poſſet, nihil metuendum, nihilque aut incommodi, aut periculi declinandum arbitrabatur. Cum res anno 1599. ita ſeſe haberent, redditæ Menezeſio

zeſio litteræ ab Archidiacono fuerunt, quibus ſignificabatur, veniam ab eo peti, optarique maxime, ut noſtris ſocietate communionis conjungeretur. Incredibile dictu eſt, quam hæ jucundæ, gratæque Archiepiſcopo fuerint litteræ. Sed quoniam cujuſmodi eſſent ingenia hæreticorum plane norat, cauto eſſe opus arbitratus, capita quædam doctrinæ Georgio proponenda putavit, quæ ſi probaſſet, tum tandem omnibus perſuaſiſſet, eſſe illum in Orthodoxis merito numerandum. Igitur uſus conſilio Theologorum, imprimiſque Jeſuitarum, quorum fidem, atque eruditionem cognitam habebat, ab Archidiacono poſtulavit; primo, ut Neſtorii, ejuſque *Sectatorum Diodori*, atque (1) *Theodori* hæreſes damnaret; ſecundo, ut unam eſſe legem Chriſti, quam omnes colere debeant, confiteretur; tertio, ut eam fidei profeſſionem ederet, quæ miſſa ad ipſum poſt Mar-Abrahami interitum fuerat; quarto, ut libros rituales, ceteroſque Neſtorianorum proferret, quo vel emendarentur, ſi ratio quidem poſceret, vel exurerentur; quinto, ut Romanum Pontificem omnium omnino Eccleſiarum Patrem, Paſtorem, Magiſtrum, & Caput eſſe profiteretur; ſexto, ut Babyloniorum Patriarchæ anathema diceret; ſeptimo, ut nulli Epiſcopo pareret, quem conſtaret non eſſe voluntate Pontificis Maximi in Malabariam miſſum; octavo, ut Menezeſio ceu Delegato Sedis Apoſtolicæ obtemperaret; nono, ut litteras Encyclicas de celebrando Synodo mitteret, cui Presbyteri Neſtoriani intereſſent, iiſque omnibus, quæ conſtituta eſſent, aſſentirentur; decimo, ut Archiepiſcopo Socium itinerum ſe futurum promitteret, quin ullos ſecum armatos milites duceret. His ad Archidiaconum datis, ut ſpatium intercedere poſſet, ne quid ab ſe ille temere actum aliquando cauſſaretur, ei Menezeſius conceſſit, ut diem ſibi ad deliberandum ſumeret. Sed caveret, ne ipſos viginti dies prætergrederetur. Interea Archidiaconus auctoritate Cochinenſis Regis fretus (nam is Rex cum Luſitanis promitteret, curaturum ſe, ut Neſtoriani noſtris partibus ſeſe addicerent, tum maxime Schiſmaticos, ut in ſententia perſiſterent, exhortabatur) tergiverſari rur-

1 Gouvea *lib.* 1. *cap.* xiii. *fol.* 52.: *Neſtor & ſeus Sequazes, Diodoro, & Theodoro.* At errarunt Theologi. Namque neuter horum Neſtorii ſectator fuit. Immo ante Neſtorium vixerunt.

ſum cœpit. Itaque Menezeſius de celebranda Diamperitana Synodo cogitavit, uſuſque adjutore Rozio Jeſuita viro Syriace imprimis docto, Decreta ſcribere eſt aggreſſus, quæ ſanciri communi conſenſione, probarique deberent. Dies Concilio conſtitutus eſt viceſimus Junii an. 1599. Archidiaconus, ut ne repugnare videretur, Encyclicas ad ſuos miſit, quibus, ut Diamperiam accederent, Synodoque intereſſent, præcepit. Paucis ante diebus, quam Synodus cogeretur, Goenſis Antiſtes Georgium,& Presbyteros ad ſe octo evocavit, iiſque decreta, quæ publicare ſtatuerat, legit,ac ſi quid contra ſentirent,eis ut proponerent, poteſtatem fecit.Horum oratione accepta,nonnulla,quæ permitti poterant,immutavit;cetera,quæ ad religionis dogmata, rituſque majoris momenti pertinerent, rata haberi, atque immota manere voluit. Ubi ea dies, quam conſtituerat, venit, prima eſt habita ſeſſio. Sancitum eſt, ut nemini eorum, qui adeſſent, neſcio Archiepiſcopo, eximere ſeſe, aut abire, ante quam abſolutum eſſet concilium, liceret; præſcriptæque preces fuerunt, quas adhibere eo tempore in celebranda liturgia presbyteri deberent. Cautum præterea fuit, ut ne quis privatos conventus cogeret. Poſtero die ventum in eumdem locum, & celebrata altera ſeſſio eſt. Recitavit Goenſis Antiſtes fidei *profeſſionem*. Eam in poſterum religionem retenturos, Archidiaconus, Presbyterique Malabari plerique omnes polliciti ſunt, idque jure jurando ſanxerunt. Non defuerunt tamen, qui concitato tumultu, rem feliciter cœptam interturbare niterentur. Sedato tumultu legatus Cochinenſis ad Menezeſium venit, quæſivitque ex eo, ecquid eſſet ea ſeſſione conſtitutum. Intellexit Archiepiſcopus quorſum hæc ſpectaret oratio. Itaque reſpondit, cum Neſtorianis nihil eſſe niſi de religione Chriſtiana, ejuſque decretis actum. Quamobrem nunciaret Regi, neque dereptum, neque eum eſſe ſe, qui deripi quidpiam de auctoritate regia patiatur. Jam presbyteri, & multi eorum, qui primas in civitatibus partes obtinebant, ad noſtros ſerio acceſſerant, remque Catholicam,ita ut par erat, curabant, quæ res magnam Synodo afferebat utilitatem. Propoſita tertia, inſequentibuſque ſeſſionibus (novem autem ſunt celebratæ) recta de ſeptem

Sacra-

Sacramentis ſententia, atque probata, pluribuſque rebus, quæ ad ritus, ac diſciplinam Eccleſiaſticam pertinerent, conſtitutis, Eccleſiaque Malabarenſi Romanæ, ut quidem omnes ſibi perſuaſerant, conjuncta, id eſt concilium dimiſſum. Qui noſtris partibus ſtudebant (nam erant nonnulli, qui ſe orthodoxos fingerent) ſingulari carmine labores, quibus erat perfunctus, reſque omnes, quas præclare Menezeſius in Synodo geſſerat, perſequuti ſunt, atque illud manare in eas civitates curarunt, quas ille inviſere conſtituerat, ut cum veniſſet, a populo collauderetur. Interim Archiepiſcopus, quibus rebus poterat, novos Catholicos juvabat, magniſque benevolentiæ, ac liberalitatis ſignificationibus dabat operam, ut quam doctrinam auctoritate Sacrorum Bibliorum, veterumque Patrum nixam amplexi erant, indiciis etiam ejuſmodi illecti, profiteri peragerent, neque ſe a quoquam decipi paterentur. Eodem tempore Rozio Jeſuitæ in mandatis dedit, ut rituales libros Malabarorum Chriſtianorum corrigeret. Qui majore libertate, quam ratio poſtularat, uſus, non modo errores, & Neſtorii, atque aliorum, qui ſuſpecti ejuſdem hæreſeos fuiſſent, nomina delevit, ſed etiam e Latinis codicibus haud pauca eſt mutuatus, liturgiamque dedit e Latina, atque Malabarica conflatam. Cum Menezeſius Eccleſiis Malabaricis recte inſtituendis ſtuderet, litteræ a Clemente Octavo Pontifice Maximo anno 1601. accepit, quibus ei poteſtas creandi Epiſcopum Chriſtianorum Sancti Thomæ (ſic enim Malabari Chriſtianis ſacris addicti vocabantur) Franciſcum Rozium Jeſuitam dabatur. Fuit id Menezeſio gratiſſimum. Itaque eum ad ſe continuo accivit, atque Antiſtitem conſecravit Angamalenſem. Anno 1605. Pauli Quinti Pontificis Maximi Decreto in Cranganorum oppidum Angamalenſis idem Præſul translatus eſt, & auctus Archiepiſcopi dignitate. Is Rozius cum comiter complecti incolas ſoleret, omnium fere ſibi animos devinxit, neque paſſus eſt, ut rebus novis Archidiaconus ſtuderet.

In patriam tandem Menezeſius (1) reverſus, dictuſque eſt Ar-

1 Menezeſium laudant Clemens VIII. *Pont. Max.* in Litteris ad ipſum datis anno 1599. apud Raulinum, initio *Hiſt. Eccleſ. Malabar.* Antonius de Goavea Auguſtinianus in eo libro, qui inſcribitur *Jornada do Arcebiſpo de Goa Dom Frey Aleyxo de Menezes &c.* edit. *Conimbricæ an.*

Archiepiſcopus Bracharenſium, quo in munere fungendo deceſſit. Anno 1617. Franciſcus Rozius ſupremum (1) objit diem. Is ſibi ſucceſſorem e ſua ſocietate delegerat. Atque ita quoque factum deinceps fuit, quod Franciſcus Garzias Archiepiſcopatu eſt potitus Cranganorenſium. Malabari, qui ægre ferre ſe dicerent, de conjurando cogitarunt. Anno 1655. Archidiaconum, qui illius, quem Menezeſius reduxerat, propinquus erat, adjerunt, ac jurejurando (2) conſtituerunt, ſe in poſterum tempus numquam Archiepiſcopis uſuros, qui Jeſuitæ eſſent, ac Romano Pontifici parerent. Ad Patriarchas deinde Jacobitarum, Neſtorianorum, Coptorumque (3) ſcripſerunt, ut aliquem in Malabariam mitterent, qui ſuſtineret Archiepiſcopi dignitatem. Miſſus a Neſtoriano Ahatallas (4) fuit, qui epiſtolas ab eodem Patriarcha Babyloniorum impetravit,

*an.*1606. Johannes Maria Camporeus Soc. Jeſu *Epiſt. Vaipicota an.*1599. *ſcripta* apud Raulinum *ibid.* Henricus Noriſius Auguſtinianus S. R. E. Cardinalis eruditiſſimus *Diſſert. de* v. *Synodo cap.*xi. *pag.*783. *edit. an.*1719. *tom.*1. Joſephus Simonius Aſſemanus *Diſſert. de Syris Neſtorianis pag* 168. Petrus le Brun Congregat. Orat. Presbyter *tom.*III. *des Ceremon. de la meſſe pag.*404. *ſeq. edit. an.*1726. multique alii, quorum ibidem ſeriem deſcribit Raulinus, qui fuſe copioſeque Hiſtoriam Synodi Diamperitanæ perſequitur.

1 Confer Raulinum *Hiſt. Syn. Diamper. Diſſert.*v. *pag.*409. *edit. an.*1745. Petrum le Brun. Ibid. *pag.*407. Michaelem Lequienium *tom.*II. *Orientis Chriſtiani col.*1286. Philippum Alegambium *Biblioth. ſcriptor. Soc. Jeſu p.* 249. *edit. an.* 1676. Joſephum Juvencium *Hiſt. Societ. Jeſu lib.*XVIII. *pag.*480. *ſeqq. edit. an.*1710. Poſt Rozium nominatus Hieronymus Xaverius Soc. Jeſu eſt, qui eodem *an.* 1617. deceſſit. Vide Raul. *ibid.* Alegambium *ibid. p.*348. Juvencium *ibid. ſeqq.* Xaverio ſucceſſit Stephanus de Britto, qui decimo ſeptimo Epiſcopatus anno obiit. *Lequien. ibid.* Raulinus *ibid. pag.*493. *& relat. Stat. Malabar. edit. Rom. an.* 1645. Britto ſuffectus eſt Garzias, de quo diximus. Lequienius *ibid.* & Raulinus *ibid.*

2 Confer Vincentium a S. Catharina Carmelitam excalceatum *Viaggio all' Indie Orientali. edit. Rom. an.* 1672. *lib.* II. *cap.* VIII. *pag.* 151. *ſeq. cap.*XV. *pag.* 177. *ſeqq.* & Raulinum *ibid. pag.* 440. *ſeq.*

3 Raulinus ibid. „ Clam itaque Caſſanarii vel a ſuo Patriarcha, vel ut (*etiam*) ait Vincentius a S. Maria (*ibid. cap.* VIII. *pag.* 173.) „ a Patriarcha Coptorum, aut Jacobitarum alium Epiſcopum expoſtularunt, atque ad eos „ miſit ille Syrum Epiſcopum Ahatallam nomine arabico, græco autem Theodorum, qui „ Damaſcenis præfuerat. Mirum fortaſſe videri cuiquam poterit, Neſtorianos ad Monophyſitam litteras de Epiſcopo in Malabariam mittendo ſcripſiſſe. At ejus rei ſimile exemplum refert ſeptimi ſeculi *Hiſt. Patr. Alex p.*184. 188. Renaudotius Quamquam placet mihi Joſephi Simonii Doctiſſimi viri ſententia, qui Ahatallam Neſtorianum fuiſſe pugnat. *tom.*VI. *Bibl. Orient. pag.*462.

4 De Ahatalla confer Vincentium a Sancta Catharina *l.*II. *c.*VIII. *p.*153. *ſeq* & Raulinum l. c. qui ſic habet „ Homo hic ſane diſcolus, cum Meliapurum appuliſſet, mancipatus Luſitanorum „ ſtudio, litteras dedit Archidiacono, quibus certiorem reddebat illum de ſuo adventu, quodque „ mitteretur Patriarcha a Pontifice Romano aſtute aſſerebat. Malabarenſes conſpiratione facta, ut Epiſcopum Ahtallam libertate donarent, ingentes turbas ciere cœperunt, atque manu „ facta viginti quinque millia armatorum Archidiacono ductante copias, Garaiam in obſidem „ libertatis Ahatallæ capere conabantur Cochini. Indignatione vero penitus exarſerunt, cum „ illis nunciatum eſt, Ahatallam Goam adductum fuiſſe, atque a tribunali Inquiſitorum ſeculari „ brachio traditum eſſe flammiſque abſumptum. Confer Vincentium a S. Maria *l.* II. *cap.*VIII. *pag.*153. *ſeq.*

Digitized by Google

travit, quibus Malabari monebantur, ut ei omnium rerum fidem adjungerent. Sed Ahatallas a Luſitanis captus, & Goam perductus, quod hæreticus eſſet, abducereque a recta ſententia Sancti Thomæ Chriſtianos conaretur, extremo ſupplicio affectus eſt. Id ut eſt Malabaris nunciatum, vehementer perturbati ſunt, ſtatueruntque quidvis perpeti potius, quam negotio deſiſtere. Itaque Archidiaconum Epiſcopum nominant, quodque Epiſcopi nulli adeſſent, contra atque inſtituta Chriſti poſtulabant, imponi eidem a duodecim presbyteris manus, ipſumque hoc pacto conſecrari fecerunt. Diu ſe duriſſima preſſos fuiſſe ſervitute dixerunt. Timendum eſſe, ne ab Jeſuitis, qui ritum Syriacum delere contenderent, Archidiaconus, ceterique presbyteri Malabarorum, dignitate, boniſque Eccleſiaſticis privarentur. Garziam ſuperbe, crudeliterque imperare (1). Hunc ſi iterum ſibi præfeciſſent, de iis, qui conjuraſſent, erant autem maximo numero, graviſſimum ſupplicium ſumturum. Itaque manendum in ſententia omnino eſſe, neque committendum, ut quiſquam ſuorum in extremum fortunarum, vitæque periculum veniret. Crebri rumores Romam afferebantur, litteriſque Luſitanorum certior Pontifex fiebat, rem Catholicam in Malabaria laborare, metuendumque eſſe, ne rurſum incolæ Chriſtiani omnes in poteſtatem redigerentur Neſtorianorum. His nunciis, litteriſque commotus Alexander VII. (2) Pontifex, Carmelitis aliquot mandavit, ut in eam regionem contenderent, utque amicos continere, transfugaſque ad ſanitatem reducere curarent. Carmelitæ, quod juſſi fuerant, facere non prætermiſerunt. Sed Malabari, qui ſpecie quidem fictæ ſimulationis Jeſuitas, re autem vera Orthodoxam religionem (3) averſabantur, cum initio verba illis dediſſent, tum demum induci num-

1 Conqueſtiones Malabarorum deſcribit Vincentius a Sancta Catharina *l.* II. *c.* XV. *p.* 179. *cap.* VIII. *p.* 153. *ſeq.* Societatis Ieſu ſacerdotes latinos ritus introducere in Malabarorum Eccleſias curaſſe indicat etiam Daniel Bartholas in Aſia *edit. an.* 1667. *pag.* 432.

2 Quatuor hi Miniſtri Evangelici Carmelitæ fuerunt, hoc eſt Hyacinthus a S. Vincentio, Marcellus de S. Yvo, Joſephus a S. Maria, & Vincentius Maria a Sancta Catharina Senenſis. Conſtat ex lib. I. operis mox indicati Vincentii a S. Catharina, quem conſulere lector poterit *pag.* 2.

3 Iidem Vincentius a S. Catharina, & Joſephus a Sancta Maria in operibus ſupra indicatis, quid egerint, quæque incommoda perpeſſi fuerint, deſcribunt, quos lector, ſi volet, conſulat.

numquam ſe poſſe dixerunt, ut decretis Romanæ Eccleſiæ aſſentirentur. At Carmelitæ, qui deſpondendum non eſſe animum cenſebant, conventus habere, cum Parœcis agere, omnia denique experiri, ne fruſtra tam longo ſe itineri commiſiſſe, totque laboribus perfuncti fuiſſe viderentur. Cum aliquos ſibi conciliaſſent, in eam ſpem venerunt, fore, ut ſi quiſquam ex eorum cœtu Antiſtes eſſet creatus eorum Chriſtianorum, omnes pertinacia deſiſterent, veramque religionem amplecterentur. Itaque uno demto Hyacintho a S. Vincentio, ceteri anno *1659*. Romam reverterunt. Joſephus a S. Maria dictus, conſecratuſque Hierapolitanus (1) Epiſcopus eſt, Vicariuſque Apoſtolicus conſtitutus, qui anno *1660*. Roma profectus, anno *1661*. extremo Aprili menſe in Indiam pervenit, intellexitque an. *1659*. Garziam Archiepiſcopum, & an. *1660*. Hyacinthum, de quo paullo ante diximus, e vita migraſſe. Cochinum cum Hieropolitanus Præſul veniſſet, ſumma Luſitanorum, & Malabarorum, qui noſtris partibus ſtuderent, voluntate, lætitiaque exceptus eſt. Archidiaconus, qui rebus ſuis diffidebat, dolis, mendaciiſque opus eſſe putavit. Igitur ſpargere in vulgus cœpit, eum, qui ſe Hierapoleos Antiſtitem jactaret, neque Carmelitam, neque Epiſcopum Roma miſſum in Malabariam (2), ſed Jeſuitam eſſe, qui Goa Chriſtianos S. Thomæ circumventum veniſſet. Hierapolitanus continuo ad Parœcos quinquaginta duos ſcripſit, eiſque dolum detexit. Conventum tandem eſt, ut cum Archidiacono de reducendis Hæreticis ageretur. Ei rei dies eſt conſtitutus. Quo die tanta impudentia ſuam cauſſam defendere Neſtoriani cœperunt, totque fucis, dolis, calumniis uſi ſunt, ut ferendi non viderentur. Archidiaconus proſpiciebat, niſi ſalutem fugā petiiſſet, Goam ſe deducendum, extremoque ſupplicio afficiendum, propterea quod Orthodoxus cum fuiſſet, non ſolum

a Vide Ioſephum a S. Maria initio *della ſeconda ſpedizione*, & Raulinum *loc. cit. pag.* 441.

a Idem Ioſephus in cadem *Expedit. ſecunda l.* II. *cap.* VII. *pag.* 151. *ſeq.* „ E' impoſſibile riferire diſtintamente quanto ſi patiſſe per no meſe continuo, non di negozi, ma d'Inſidie, ca„ lunnie, ſtratagemme, e invenzioni diaboliche de' ſciſmatici per guadagnar la vittoria, e „ perder per ſempre quella povera Criſtianità. Chi ha letti gli Annali Eccleſiaſtici, vedrà „ epilogate in queſto miſerabile congreſſo tutte le aſtuzie de' moderni, e antichi ereſiarchi Ar„ rio, Pelagio, Lutero, Calvino, e più sfacciate aſſai delle loro, avendo il favore de' principi „ idolatri fatti giudici della cauſa di Criſto &c. Conſule quæ ſequuntur.

lum ipſe defeciſſet a noſtris ſacris, ſed etiam ſuis, ut idem faceret, auctor fuiſſet, clam in locum, ubi tuto verſaretur, profugit. Anno 1663. Cochinum in poteſtatem venit Batavorum. Ea res magnum noſtris attulit detrimentum. Neſtoriani a Batavis (1) impetrarunt, ut legem de Sacerdotibus Europæis e regno pellendis ferrent. Epiſcopus, qui inde excedere cogebatur, invito Archidiacono, Alexandrum e Campo Malabarum Catholicum, cujus virtutem cognitam habebat, Antiſtitem conſecravit Indorum (2) Chriſtianorum. Hic primus

1 Joſephus a S. Maria *ibid. pag. 76. ſeqq.* Raulinus *ibid. pag. 441.* ,, Cum autem ab anno 1661. uſque ad annum 1663. Batavi Coulanum, Cranganoram, atque Cochinum expugnaſſent, pulſis inde Luſitanis, fugere coactus eſt Joſephus, qui tamen antequam inde diſcederet Epiſcopum illorum Chriſtianorum inauguravit Alexandrum, & Goam venit, & inde Romam 6. Maii an. 1665.

2 Vide Raulinum *ibid. pag. 441. ſeqq.* Is Alexander anno 1676. deceſſit. Succeſſorem habuit Raphaelem Tiguedrum Indum. Raulinus *ibid. pag. 442.* ,, Ex epiſtola exarata Vaipini in Malabaria an. 1676. a P. Bartholomæo a Spiritu Sancto Carmelita diſcalceato, ac præfecto miſſionibus Malabaricis, cujus apographum, uti & aliarum, de quibus infra in Urbe nobis hoc anno 1744. liberaliſſime exhibuere viri omni exceptione majores, id inquam conſtat: Alexandrum de Campo petiiſſe a Summo Pontifice Epiſcopum ſibi coadjutorem, & Succeſſorem deſignari, cumque ipſius precibus Pontifex benigne annuiſſet, quatuor Carmelitas excalceatos in Indiam miſit, ut quorum aptiorem deprehenderent, Apoſtolica auctoritate Epiſcopum, & Succeſſorem Alexandri deſignarent. Quum vero Batavorum noviſſima expugnatio aditum non parum difficilem redderet, Cæſaris interpoſitione miſſi, commeatum obtinuerunt a Collegio Amſtelodamenſi. Ut autem in Indiam appellentes ejuſmodi litteras Batavo Commendatori Van-Redo inſpiciendas porrexeruot, conſtanter ipſe aſſeverare cœpit, ſe nullam alterius electionem probaturum, quam Matthæi de Campo Alexandri de Campo nepotis. Quod ideo dicebat, quia verebatur, ne Commiſſarii eligerent, ut ferebatur, D. Cuſtodem Epiſcopum Hierapolitanum, natione Indum, ac ſtirpe Brachmanem. Pollicebatur etiam, ſi Matthæum instituerent, expeditam adeundi Cochinum facultatem, tum Batavorum gratiam, quæcumque demum ad victum neceſſaria; quod ſi ſecus facerent, ſe Matthæum renunciaturum Epiſcopum; Chriſtianos S. Thomæ ad obedientiam illi præſtandam curaturum; commiſſarios tandem in Perſidem deportandos fore minitabatur, cujus etiam horæ breviſſimum tempus, ut decernerent, quid facto opus eſſet, deſignavit. Igitur Carmelitæ, qui ſe eum in Epiſcopum, tuta conſcientia, eligere non poſſe arbitrabantur, ſub hac reſtrictione reſpondent, paratos nempe ſe eſſe, eum in Epiſcopum deſignare, dum ea obſervarentur, quæ Sacri Canones, & quæ ipſis Summus Pontifex præſcripſerat, atque in mandatis dederat. Quo accepto reſponſo Van-Redo, ut legitur in alia epiſtola ſcripta Verapoli 26. Aprilis ann. 1678. (*Hanc epiſt. ſubſcribunt Fr. Bartholomæus a Spiritu Sancto Præfectus, F. Angelus Franciſcus a S. Thereſia, & Bartholomæus Anna Clericus Syrus Patria Aleppenſis*) Commiſſarios diſcedere juſſit, ut factam a ſe electionem Epiſcopo Alexandro, atque ipſi Matthæo ejus nepoti annunciaret. Immo invaluit rumor, commendatorem Van-Redo ex commiſſione Romanæ curiæ, atque Mercatæ Societatis Batavicæ, Matthæum de Campo Epiſcopum conſtituiſſe. Commiſſarii vero Apoſtolici ſecedentes Mangatem, ex eo loco palam teſtati ſunt, notumque cunctis fecerunt, rumorem illum falſiſſimum eſſe, utque Pontificis juſſibus parerent, illico in Epiſcopum deſignarunt Dom. Raphaelem de Tiguedro Nobilem indigenam, Canonicum olim, Viſitatorem, & Vicarium Generalem Epiſcopatus Cochimenſis Sede Vacante. Hæc omnia ægre ferebat Van-Redo, quia ipſe, & Alexander pacto convenerant, de faciendo Epiſcopo Matthæo ejus nepote . . . . . . Alexander vero rebus bene perpenſis, electionem Raphaelis approbavit, immo ipſi expeditam viam ad Montana Malabarica præbuit, atque omnes illi Chriſtiani obedientiam ipſi præſtiterunt.

Digitized by Google

ejus gentis Præſulum, qui Pontifici parerent, fuit. Batavi (1), quibus Archidiaconi ſcelera, flagitiaque perſpecta erant, Megarenſis Antiſtitis Alexandri patrocinium ſuſceperunt. Anno 1665. Hierapolitanus Epiſcopus Romam venit, & Pontifici, Sacræque Congregationi, quæ geſſerat, narravit. Cum Innocentius XI. Pontifex Maximus Eccleſiam univerſam moderaretur, litteræ e Malabaria acceptæ ſunt, quibus ſignificabatur, Archidiaconum periiſſe. Itaque miſſi Carmelitæ rurſum in oras ejus Imperii fuerunt (2), qui circumſpicerent, fieri

1 Crozaus *Chriſtianiſmi des Indes lib. v. pag. 416. edit. an.* 1724.

2 Cerrius *pag.* 103. „ l' antichiſſima Criſtianità fondata ... nella terra de Malavari, è
„ ſottopoſta a 21. regoli, ne' ſtati de quali ſi trova diviſa, e ſparſa, eſſendo compoſta di 140.
„ villaggj fra grandi, e piccoli, ove ſono 127. Chieſe co' loro Sacerdoti, che le offiziano
„ al rito Soriano, e il numero de' Criſtiani arriva a 200000., i quali ſono molto divoti della Santa Croce, delle anime del Purgatorio, e del ſanto digiuno, e benchè ſieno gente
„ tutta de' boſchi, e montagne, contuttociò rieſcono ottimi Cattolici, e molto obbedienti
„ alla Chieſa Romana, e tal Criſtianità fra quei regoli è aſſai ſtimata, e gode molti privilegj. Nel tempo però paſſato caddero per mancanza di operai nello Sciſma di Neſtorio, riconoſcendo per loro Patriarca quello di Babilonia, da cui ricevevano i Veſcovi, ed erano governati diſpoticamente nello ſpirituale, onde eſſendo molti anni viſſuti in queſta ereſia, Iddio li liberò .... mentre eſſendo ſtato fatto Arciveſcovo di Goa Fra Aleſſio Menezes dell'
„ Ord. di S. Agoſtino .... Prelato molto zelante delle anime, e dell' onor di Dio, vi andò
„ in perſona, e con infiniti travagli, ſpeſe, e patimenti, alla fine purgò quei popoli dall'errore, in cui miſeramente giacevano, e li reſtituì al grembo di S. M. Chieſa ..... Eſſendo
„ dunque la ſuddetta Criſtianità ridotta totalmente alla obbedienza della Chieſa Romana, gli
„ fu dato un Arciveſcovo proprio, e vi furono mandati molti Padri della Compagnia, i quali
„ l' hanno poſſeduta da 40. anni in circa, ma eſſendovi oltre la dignità Archiepiſcopale anco la
„ ſeconda con titolo di Arcidiacono, che ha l' uffizio di Vicario Generale, ed è ſempre nazionale; l' ultimo molto ambizioſo, ch' era ſempre paſſato con poca corriſpondenza col
„ ſuo Arciveſcovo Padre della Compagnia, eſſendo anche i Criſtiani diſguſtati di detti Padri,
„ non volle riconoſcerlo più per ſuo paſtore, e lo fece diſcacciare inſieme con tutti i Geſuiti,
„ per maggiormente autenticare queſta riſoluzione in pubblica Chieſa ..... ſi fece giurare
„ ſopra un Crocefiſſo di non mai più riconoſcerli in avvenire per loro paſtori, e direttori, ed
„ eleggere per Governatore, e Capo ſe medeſimo. Anzi la cecità di quei popoli arrivò a tanto oltre, che ſi congregarono di nuovo tutti, e dodici Sacerdoti principali conſagrarono
„ Veſcovo il detto Arcidiacono, e per tale fu ſempre tenuto, ſtimato, e riverito; ordinando, diſpenſando, e amminiſtrando tutti i Sacramenti della Chieſa invalidamente ... Onde i buoni Sacerdoti, e Criſtiani obbedienti alla S. Sede ne diedero parte a Roma, e le lettere arrivarono in tempo della S. memoria d'Aleſſandro VII. nelle quali iſtantemente, e in
„ iſpecie dimandavano i PP. Carmelitani Scalzi, che furono loro con molta preſtezza mandati
„ per più vie con ampie facoltà, e dopo molti travagli, e patimenti arrivarono a ſalvamento.
„ Iddio reſtò molto ſervito, perchè riconoſciuto il loro errore, la maggior parte della ſuddetta
„ Criſtianità di nuovo ſi riduſſe alla obbedienza di S. Madre Chieſa, conforme ſi può vedere
„ ne' due libri ſtampati in Roma da Monſign. Sebaſtiani (Joſepho a S. Maria) oggi veſcovo di città di Caſtello, e nell'altro del P. Vincenzio Maria già Procuratore Generale dei Carmelitani
„ Scalzi, che furono di perſona in quelle parti; onde per far contrappoſto al detto intruſo,
„ ch'era uno de' principali di quella nazione, vi fu eletto col beneplacito Apoſtolico un veſcovo nazionale con facoltà di Vicario Apoſtolico, che coll'ajuto di detti Padri ha ivi fatti gran
„ progreſſi; anzi ultimamente dalla Congregazione ne ſono ſtati mandati quattro con facoltà di
„ poter

fieri ne ulli progreſſus ab noſtris in Malabaria poſſent, & ſi Alexander Megarenſis vita functus eſſet, ejus loco quem eſſe aptum judicaſſent, Antiſtitem dicerent, atque ejus rei ſacram Congregationem facerent certiorem. Inde ab Luſitanis Præſules Cranganorenſes e Societate Jeſu nominabantur, qui conſecrati ab Archiepiſcopis (1) curam aliquarum Eccleſiarum

,, poteſſe ſoſtituire al detto Veſcovo di Megara Vicario Apoſtolico il ſucceſſore, per recidere ,, ogni radice del pernicioſo ſciſma, che dall'empio Arcidiacono, che s'intruſe in quella Chie- ,, ſa, fu ſuſcitato. Si è avuta però pochi meſi ſono certa notizia, che ſia morto, onde ſi ſpera la ,, unione di quei Cattolici, ch'erano in grandiſſima diſſenſione, e diſcordia.

1 Raphaeli Tigruedo, de quo paullo ante diximus, ſucceſſit Didacus ab Annunciatione Congregationis S. Johannis Evangeliſtæ, dictuſque eſt Archiepiſcopus Cranganorenſis die 19. Aprilis an. 1694. Raulinus *ibid. pag.* 445. Anno 1701. cum dignitate ſe Didacus abdicaſſet, Johannes Riberias S.J., quem P. Tachardus Epiſt. e Bengala an. 1711. ſcripta (*Lettres Edif. Recueil.* XII. *pag.* 383. *ſeq.*) memorat, Antiſtes eſt ejus Eccleſiæ renunciatus, in eiſque regionibus functus munere ſuo fuit, expertuſque eſt inimicos non Batavos ſolum, ſed etiam Chriſtianos, propterea quod il Carmelitam, non Jeſuitam Epiſcopum optarent, ut ex eorum conventis conſtat, quæ ſic habent ,, Conventio & juramentum factum a Chriſtianis S. Thomæ ob adventum Archiepiſcopi ,, (Riberii): Anno a Nativitate Chriſti 1704., & anno Collam 879. die 20. Iunii Carturti ,, in Eccleſia parva, nos omnes deputati Eccleſiarum, quæ ſitæ ſunt a Puttotta verſus meridiem, ,, in unum congregati, coram domino Archidiacono, ſtatuimus, & ſcripſimus hoc negotium, ,, nempe permanere ita, quouſque noſtræ querimoniæ rationem audiens ſummus Pontifex decer- ,, nat, ac indulgeat, quod ſicuti anteactis temporibus uſque in præſens Epiſcopus ex ordine ,, Carmelitarum, ejuſdemque Ordinis Patres in noſtris moleſtiis, & acerbitatibus conſolati nos ,, ſunt, & noſtrum promoverunt profectum, ita deinceps facere pergant. ,, Subdit Raulinus ubi hæc retulit *pag.* 447. *Deinde refractarios conventionis hujus, & juramenti excommunicando ita clauſulam extremam imponunt.* ,, In cujus rei teſtes advocamus dominum noſtrum Jeſum ,, Chriſtum, Beatiſſimam Virginem, ac Apoſtolos XII. Subſcribunt Abrahamus Sacerdos, Geor- ,, gius Sac., Thomas Sac., Georgius alter Sacerd., Alexander Sacerd., Jacobus Sac., Ioſephus Sac. ,, Addit Raulinus ,, Nec minus inviſus erat Schiſmaticis Archiepiſcopus Riberius, quam Caſſanariis ,, Catholicis; immo ab illis illiberaliter plane habitus eſt, atque eodem anno 1704. una cum ,, Epiſcopo Thoma heretico Jacobita, libellum ſupplicem ſcripſerunt ii Schiſmatici Summo ,, Pontifici in Eccleſia S. Georgii Martyris Rapolini Congregati, in quo primum conqueruntur ,, de Pauliſtis (hoc nomine appellabant Jeſuitas a Collegio D. Pauli) cauſſantes, quod propter ,, vexationes ſibi ab ipſis allatas jampridem ſub Archiepiſcopo Garzia, ab Eccleſia Romana di- ,, ſceſſerint; deinde gratulabantur Papæ de Miſſione Patrum Carmelitarum, poſtulabant exinde, ,, quod ritus, & conſuetudines Syriacas in tota Malabaria obſervari juberet, exponebant demum ,, fore, ut Eccleſia illa non aliter optime gubernaretur, quam ſi Angelus Epiſcopus una cum ,, Epiſcopo Thoma regiminis habenas moderandas ſuſciperet. Subſcribit deinde libellum *Thomas Epiſcopus pauper, & humilis: Porta totius India*.,, . Quæ ſubſcriptionis forma in alia ,, ejuſdem Thomæ Epiſtola legitur, quam Aſſemanus ex archivo S. Congregationis de Propagan- ,, da Fide Syriace exaratam, & Latine exſcripſit *tom.* IV. *Biblioth. Orient. a pag.* 464. uſque ,, 467. ſcripta ab illo Pharaur Patona (Pharaor) anno 1720. Ignatio Patriarchæ Antiochiæ; ,, quæ tamen hic paullulum immutata ita habet: *Porta totius India*. Poſt Thomam igitur ,, ſubſcribitur ſupplex libellus a præcipuis Sacerdotibus duodecim, & novem ſupra viginti ,, Eccleſiæ. Libellum deinde miſit Angelus Epiſcopus Metellopolitanus Patri Auguſtino a ,, S. Eacario exiſtenti Banderabaſi die 19. Decembris an. 1704., ut eum Romam petens ſummo Pontifici offerret, ſimulque ei injungit, ut ab eodem litteras Apoſtolicas poſtulet, ut ſa- ,, cerdotibus Serræ Malabaricæ liceat indiſcriminatim celebrare, ſive in Azymo, ſive in fer- ,, mentato; ita ſibi ſpondere, quod diſſidia miteſcerent, & Schiſmatici ad ſinum Eccleſiæ Ro- ,, manæ

ejus gentis gerebant. Anno 1714. Mar-Thomas (1) Epiſcopus fuiſſe fertur Chriſtianorum, qui Monophyſiſmum profiterentur. Quo quidem tempore Mar-Gabriel e Syria miſſus, Neſtorianorum cœtum moderabatur. Intelligo autem imminutas admodum deinceps hujus ſectæ opes fuiſſe. Monophyſitarum enim dolis maximam eorum partem in oppoſitum errorem declinaſſe intelligo. Sed his annis paucis, cum dictus a Patriarcha Jacobitarum Antiſtes Malabarorum neſcio quis eſſet (qui circumventus fortaſſe a Proteſtantibus, cultum ſacrarum imaginum damnaret) atque in Malabariam appuliſſet, novamque doctrinam explicare aggreſſus eſſet, adeo commovit animos incolarum, ut, Archidiaconi voluntate, Romam Carmelitas miſerint, petierintque ſibi a Romano Pontifice Epiſcopum dari. Hi Carmelitæ anno ſuperiore in Urbem pervenerunt. Iidem,

„ manæ redirent ... Alterum ejuſdem fere argumenti libellum ſummo Pontifici obtulerunt Catholici laici; id tantum adjungunt, ope Alexandri Epiſcopi ac Patrum Carmelitarum, poſt exortum Schiſma unam ſupra ſeptuaginta extare Eccleſias omni ex parte Romanæ Eccleſiæ addictas, ac præterea decem, & octo, eaſque media ex parte Catholicis, ex altera autem media Schiſmaticis conſtare, reliquas eſſe octo ſupra viginti omni ex parte Schiſmaticas .... Id autem negotii plurimum faceſſebat Ribeiro, quod tumultuantibus adverſus eum cum Schiſmaticis, tum etiam Catholicis, & Eccleſiaſticis, & ſecularibus, auxilium opemque illis ferebant Batavi. Itaque Gubernator Batavus coacto miniſtrorum Batavorum conſilio Cochini die nona Julii edictum conſcripſit, quod poſt paucos dies, nimirum die 17. ejuſdem menſis an. 1704. promulgatum fuit cum teſtificatione Danielis Giuntis, qui erat conſilio a ſecretis: *Adverſus quemdam* (ita erat ſcriptum) *Sacerdotem Romanum in Luſitania natum Ordinis Pauliſtarum, Johannem Reibeiro nominatum &c.* Conſtat autem poſterioribus nunciis, quod Iohannes Ribeiro omnibus exantlatis moleſtiis illis, atque acerbitatibus, Eccleſiam Malabarenſem uſque ad an. 1720. moderatus fuerit, ſive id tribuendum videatur hujus viri prudentiſſimo zelo, & in rebus gerendis ſolertiæ ſive eximio Patrum Carmelitarum ſtudio in procuranda pace „. Hæc ille. Poſt Ribeirum Epiſcopus eſt Cranganorenſis conſtitutus Antonius Pimentelus Ieſuita, qui etiamnum eam Eccleſiam moderatur. Is ſibi ſucceſſorem elegit, cui non ita pridem a Sacra Congregatione de Propaganda fide miſſæ ſunt litteræ Pontificiæ, quibus rata ejuſmodi electio habetur, facultaſque datur, ut conſecrari Epiſcopus poſſit. Neque vero Cranganori ſolum, ſed etiam Coccini Antiſtes eſt e Societate Ieſu delectus, qui ei nunc cœtui Chriſtianorum præeſt.

1 Cum diviſi Malabari in factiones eſſent, parſque Romanæ Sedi, pars vero Muſulis Patriarchæ pareret, Iacobitæ opportunam nacti occaſionem, e ſuo cœtu primum circa annum 1663. Gregorium quemdam in eam regionem miſerunt, qui multos ad Monophyſiſmum traduxit. Ei ſucceſſit Baſilius, huic Iohannes, Iohanni Thomas, de quo agimus, qui jam Epiſcopatu potiebatur an. 1704. Is ſcripſit ad Ignatium Iacobitarum Patriarcham an. 1709. & an. 1720. Confer Aſſemanum *tom* IV. *Biblioth. Oriental. pag.* 446. & Raulinum *ibid. pag.* 444. *ſeq.* De Gabriele Neſtoriano, qui an. 1714. *ſeqq.* Epiſcopus Malabarorum ejus factionis erat, adeundus Aſſemanus *ibid. pag.* 447. *ſeqq.* Ex Clariſſimo autem viro Nicolao Lercario Sacræ Congregationi de Propaganda Fide a ſecretis accepi, quod de Malabaris hæreticis ex Neſtorianiſmo ad Eutichianiſmum traductis, & nunc Iacobitæ cujuſdam, qui Iconoclaſta eſt, ſcelere, permotis, ut ad Sanctam Sedem de Catholica religione ſuſcipienda ſcriberent, dixi. Sunt autem ii, qui una cum Archidiacono Catholicos ſe futuros pollicentur fere triginta hominum millia.

Digitized by Google

Iidem, cum a Sacra Congregatione quæſiſſent, quamobrem Liturgiam, quam, ut Typis manderetur, Romam miſerant, minime probaſſet, intellexiſſentque publicari liturgiam non oportere, quæ partim latinum, partim ſyriacum ritum contineret, velle autem Pontificem, ut ritus cujuſque Eccleſiæ, modo nihil complectantur, quod erroris ſuſpectum eſſe poſſit, ſerventur; reſponderunt, obtinuiſſe eamdem liturgiam in Malabaria, ita ut non ab Catholicis modo, ſed etiam a Neſtorianis, & Monophyſitis adhibeatur. Atque hæc de Chriſtianis Malabaris dicta ſunto (1).

Malabarorum, ac Coromandelenſium Idololatrarum haud pauci Chriſtianam religionem amplexi ſunt. Sed pars eorum ritus quoſdam ſuperſtitioſos retinendos putarunt. Magnæ inde ſunt ortæ contentiones. Cardinalis Tournonius eoſdem ritus damnavit, cavitque ne a quoquam deinceps uſurparentur. Ei controverſiæ BENEDICTUS XIV. finem impoſuit, vulgata Conſtitutione, quam nos huc eſſe transferendam putavimus. „Ut „ multa prætereamus, quæ retroactis temporibus hac in re „ acciderunt, graviores, quas innuimus, controverſiæ hoc „ ipſo ineunte ſeculo erupuerunt, ſeu potius renovatæ fue- „ runt, quum a felicis recordationis prædeceſſore noſtro Cle- „ mente PP. XI. miſſus, ad oram Coromandeli appulit bonæ „ memoriæ Carolus Thomas tunc Patriarcha Antiochenus cum „ poteſtate Legati a latere in Indiis Orientalibus Commiſſa- „ rius, & Viſitator Apoſtolicus, deinde hujus Sanctæ Ro- „ manæ Eccleſiæ Cardinalis Tournonius nuncupatus. Is enim „ eo cum appuliſſet, ad trutinam vocatis nonnullis ceremo- „ niis, quæ ab aliquibus Miſſionariis permittebantur, ab „ aliis vero tamquam Chriſtianæ pietatis ſpiritui minime „ conformes rejiciebantur; unde diſcordiarum, & funeſtiſſi- „ marum

1 Quæ hactenus de Chriſtianis Malabaris diſputata ſunt, ea nos a Gouvea, libro inſcripto: *Jornada de Menezes edit. an.1606.* Barrera S. I. *Relaz. delle Miſſ. nella Provincia del Malabar. edit. an. 1645.* Alegambio l. c. Iuvencio l. c. Aſſemano l. c. Lequienio l. c. Raulino l. c. Joſepho Sebaſtiano, qui a S. Maria dicebatur, Epiſcopo primum Hierapolitano, inde Biſinianenſi, poſt Tifernate l. c. Vincentio Maria a S. Catharina l. c. Ex *relat. dello ſtato del Malabar. ſupra cit.* Ie Brunio l. c. Renaudotio l. c. mutuati ſumus. Uſus præterea ſum Crozai animadverſionibus, cujus tamen errata quædam, quin illum nominarem, fretus illuſtribus monumentis, rejeci, perplura alia tum oppugnaturus, cum tempus monuerit. Confer etiam, ſi placet, ſcriptores, quos laudat Fabricius *ſalut. Luce Evang. cap.XLII. pag.698.*

„ marum diſſenſionum ſemina: exploratis, ea, qua par erat, „ diligentia, factis, & circumſtantiis, e re Chriſtiana eſſe, „ ſuique officii partes exigere judicavit, plures ejuſmodi ce- „ remonias gravi interdicto proſcribere, atque damnare, la- „ toque edicto, certam Miſſionariis normam præſcribere, „ quam in excolendo Dominico illo agro cuncti ſervarent, „ ut divini verbi ſemen, præciſis lolio, & vepribus al- „ tas agere radices, & feliciſſime poſſet propagari. Quod „ quidem ab ſe editum Decretum a Miſſionum illarum „ Provincialibus, & Superioribus ſub pœna excommunica- „ tionis latæ ſententiæ, a ceteris vero ſubditis Miſſionariis „ ſub pœna ſuſpenſionis a divinis ipſo facto incurrendæ invio- „ biliter obſervari, & executioni mandari præcepit, donec „ aliter Apoſtolica Sedes provideret: *Carolus Thomas Maillard* „ *de Tournon &c. Inter graviores, quibus premimur, curas pro* „ *Apoſtolici Viſitatoris munere nobis injuncto, ea ſane eſt præcipua,* „ *cum nos huc miſſos eſſe conſideramus ad expurgandum Domini-* „ *cum agrum &c.* . . . . . *Et quidem merito inter primas noſtræ ſolli-* „ *citudinis occurrerunt novæ Domini vineæ in Regnis Madurenſi,* „ *& Mayſſur, recentiuſque Carnatenſi iiſdem fere legibus, parique* „ *labore ab Evangelicis Societatis Jeſu operariis Luſitanis, & Gal-* „ *lis plantatæ, ubi inter Ethnicorum, atque Gentilium perſecutio-* „ *nes, ac inter tot vitæ aſperitates, viventes germinant Evangelii* „ *palmites aſſiduis Miſſionariorum ſudoribus irrigati;illuc ſane fuiſ-* „ *ſemus, non minus laboris, quam gaudii in Chriſto Jeſu participes* „ *eſſe vehementer cupientes, niſi hoc nobis diuturna infirmitas prohi-* „ *buiſſet. Quod autem per nos ipſos immediate obtinere non licuit,ex-* „ *hibitum erga nos,& Sedem Apoſtolicam obſequium a Patribus Ve-* „ *nantio Bouchet Carnatenſis Miſſionis Superiore,& Carolo Michaele* „ *Bartholdo Madurenſe Miſſionario, viris doctrina, & propa-* „ *gandæ fidei zelo præſtantibus, opportune ſuppeditavit. Enim ve-* „ *ro cum ab illis in moribus, lingua, & religione iſtarum regionum* „ *ex longa in his vitæ conſuetudine apprime verſatis plura certius* „ *cognoverimus, quæ eoſdem palmites enerves reddant, & fructus* „ *vacuos, utpote qui gentilium vanitatibus magis inhæreant, quam* „ *viti, quæ eſt Chriſtus; in multo experimento tribulationis abun-* „ *dantia gaudii noſtri fuit* „. Statuit mox Tournonius; 1°. Ut

in

in adminiſtrando baptiſmo non omittantur ſacramentalia. 2°. Ut baptizato imponatur nomen alicujus Sancti. 3°. Ut generaliter nomina rerum ſacrarum non depraventur. 4°. Ut collatio baptiſmi infantibus non protrahatur. 5°. Ut matrimonia non contrahantur ante pubertatem. 6°. Ut ne mulieres utantur Tally (præſefert id imaginem *Pyllajaris* idoli) ad inſtar gentilium, nec funiculo 108. filorum. 7°. Ut nuptiarum ritus ab omni ſuperſtitione expurgentur. 8°. Ut ne fructus vulgo Cocco frangatur ad capienda auſpicia. 9°. Ut ne mulieres arceantur a Sacramentis cauſſa menſtruæ expurgationis. 10°. Ut ne fiat feſtiva gratulatio ſuper prima purgatione puellis contingente. 11°. Ut Pareis (hoc eſt infimæ conditionis hominibus) omne præſtetur ſpirituale ſubſidium etiam in ipſorum domibus. 12°. Ut ne Chriſtiani tibicines, aliiſque artis muſicæ profeſſores operam in idolorum pagodis præſtent. 13°. Ut comprehendi etiam Miſſionarii intelligantur Conſtitutione Gregorii XV. circa lavacra, & ablutiones. 14°. Ut ne quiſquam cineribus utatur præter modum,& tempus ab Eccleſia receptum, atque ut omnia ſuperſtitioſa ſigna reprobentur. 15°. Ut nemo Chriſti fidelium ejus loci libros Ethnicorum legat &c. Addit mox BENEDICTUS XIV. Pontifex:
„ Quoniam autem de re maxima, eaque graviſſima agebatur, idem Antiochenus Patriarcha litteris ſuis totam rei geſtæ ſeriem Apoſtolicæ Sedi exactiſſime renunciavit, latumque ab ſe Decretum ſupremo illius judicio ſubjecit; Quibus ad Urbem allatis litteris, idem prædeceſſor noſter Clemens Papa XI. ſupradictum Vicarii Apoſtolici Decretum rite perpenſum, atque etiam in Congregatione S. Officii diligenti examini ſubjectum, in omnibus ſervandum, & exequendum eſſe ſtatuit, ea tamen addita clauſula: *donec a S. Sede Apoſtolica proviſum fuerit, poſtquam eos audierit, ſi qui erunt, qui aliquid adverſus contenta in hujuſmodi decreto afferendum habuerint*..... Verum hanc providentiam, uberesque, quos inde ſpes erat proventuros fructus fruſtratus eſt falſus rumor, qui paucos poſt annos per Indias increbuit, ipſum nempe Clementem XI. prædeceſſorem & relatum Patriarchæ Decretum revocaviſſe, & nonnullas ex eis cere-

„ monias

„ monias approbaſſe, quas ille tamquam ſuperſtitioſas, mi-
„ nimeque ferendas proſcripſerat. Cui falſo rumori curſum
„ intercepturus laudatus Pontifex Clemens XI., utque omni-
„ bus manifeſta redderet animi ſui ſenſa... die prima Septem-
„ bris an. 1712. extrahi tabulariis mandavit authenticum
„ exemplum decreti, quod prædicta die VII. Januarii 1706.
„ emanaverat.... illudque Epiſcopo Meliapurenſi tranſmit-
„ ti...... Ac ne ullo modo Pontificiæ mentis Oraculum in
„ dubium poſſet revocari, Decreti exemplo jungendas, alli-
„ gandaſque voluit litteras Apoſtolicas in forma brevis, ut
„ ſequitur. *Venerabilis frater &c.* „ Sunt præterea litteræ a
S. Congregatione de Propaganda-Fide ad Claudiopolitanum Epiſcopum in eamdem ſententiam datæ. Sed cum rituum quorumdam patroni inſtarent, Pontifex rem omnem, ut ajunt, a capite repetendam putavit. Controverſiam ut breviter complecteretur, Proſpero Lambertino viro doctiſſimo, tum quidem S. Univerſalis Inquiſitionis Conſultori, nunc BENEDICTO XIV. Pontifice Maximo in mandatis dedit. Jam muneri ſuo Lambertinus, ut eſt magno ingenio, atque incredibili non peritia maxima hujuſmodi rerum modo, ſed etiam diligentia, ſatisfecerat, cum Clemens XI. e vita migravit. Succeſſit Innocentius XIII. Is viros aliquot doctos congregari, communicatiſque conſiliis, quid facto eſſet opus, dicere juſſit. At paullo ante, quam res eſſet perfecta, idem Pontifex obiit. Ejus loco Benedictus XIII. Ordinis Prædicatorum decus, & ornamentum electus eſt, qui controverſiæ finem impoſuit. Apoſtolicas litteras *in forma brevis an.* 1727. exeunte ad univerſos *Epiſcopos, & Miſſionarios Regnorum Madurenſis, Mayſſurenſis, & Carnatenſis dedit, quibus Caroli Cardinalis Tournonii Decretum confirmavit, obſervandumque præcepit* (1). Mortuo Benedicto, rituum defenſores ad Clementem XII. confugerunt. Nihil ſibi legitime de litteris Benedicti denunciatum dixerunt. Itaque orarunt, ut S. Officii Congregationi mandaret, ut in cauſſam inquireret, ſtatueretque quid factu eſſet opportunum. Annuit Pontifex. Ei Congregationi conſtitutus eſt dies. Patres in ædes Prædicatorum ad Minervæ convenerunt. Majorem

1 BENEDICTUS XIV. *in ead. conſt.*

jorem partem Decretorum Tournonii omnino ſervandam, nonnulla explicanda cenſuerunt. Horum quidem ſunt confirmatæ auctoritate Clementis ſententiæ. Qui ante reſtiterant, paullulum acquieſcendum exiſtimarunt. Igitur litteræ Pontificis publicatæ ſunt. Etſi viri Apoſtolici conſenſerunt; tamen fuerunt, qui poſt contra facere auderent. Rurſum Clemens an. 1739. die XIII. Maii ad Epiſcopos, & Miſſionarios litteras miſit; utque jure jurando omnes ſeſe obtemperaturos pollicerentur, præcepit, & formam, qua eſſet jurandum præſcripſit, cavitque, ne quis munere Apoſtolico fungeretur eorum, qui eo juramenti genere ſeſe obſtringere recuſaſſet. Scripſit præterea ad Epiſcopos. Vehementer de exitu incerto priorum litterarum conqueſtus eſt, rerumque omnium, ut ſe certiorem facerent, imperavit. Præpoſitis deinde Generalibus Ordinum religioſorum edixit, ut ſuos ad parendum compellerent, recuſantes in Europam revocarent. Omnes imperata fecerunt. Igitur certis documentis intellectum fuit, Epiſcopos, Miſſionarioſque obtemperaſſe. Interim Proſper Cardinalis Lambertinus, ne cogitans quidem, mortuo Clemente, Pontifex renunciatus eſt. Huic documenta, quibus omnes Sanctæ Sedi ſatisfeciſſe conſtabat, redduntur. Dici vix poteſt, quantum inde lætitiæ Optimus, Maximuſque Pontifex ceperit. Animum mox ad reliquas dubitationes tollendas convertit. Erant nonnulli, qui jurisjurandi religionem, cenſuraſque graves ſibi eſſe dicerent, peterentque, ut *diſpenſationem* de omittendis *Sacrametalibus* in baptiſmo prorogare, explicareque Articulum de rebus ſacris Pareis adminiſtrandis Pontifex ne gravaretur. Si enim ad abjectiſſimum illud hominum genus adire, eique Sacramenta adhibere univerſi Evangelii præcones pergerent, verendum eſſe, ajebant, ne Ethnici nobiles a Chriſtiana religione ſuſcipienda in poſterum tempus deterrerentur. Itaque eam ineundam rationem, quam voce Clemens XII. adhiberi dixiſſet poſſe. His igitur ut Pontifex ſatisfaceret, reſpondit: nihil ejuſmodi a Clemente fuiſſe conſtitutum. Jusjurandum *Miſſionario* nemini prætermittere licere. Mirari ſe quid ſit, quod tot annorum intervallo inſtituti ita Catechumeni in his regionibus non ſint, ut ſatius eſſe adhi-

adhibere ſalivam, inſuflationeſque in adminiſtrando baptiſmo, ut ſacramentale quodpiam, putent. Permitti tamen ab ſe ad decennium ejus *diſpenſationis* prorogationem. Quibus autem modis uti ea *Miſſionarii* deberent, docuit. Quodſi qui eſſent Malabari, qui ineptam eſſe, aut minus decentem ſacramentalis ritus materiam ſalivam, inſuflationeſque cenſerent, hos baptiſmo initiari non oportere. Interim ut Catechumeni recte inſtituerentur, juſſit. Neque enim ſperarent *Miſſionarii* ſe poſt decennium eſſe ſimile quidpiam conceſſurum. Decretum Tournonii de *Pareis* omnino *juſtum*, neceſſariumque eſſe dixit, idque jam ſcripturarum, Patrumque auctoritate demonſtrari poſſe. Quamobrem grave ſe, acerbeque ferre, eſſe aliquos, qui repugnent, quo minus ſervetur. Jeſuitas, qui convertendis Madurenſibus &c. operam darent, id proponere, ut aliqui *ad præcipuam Parearum curam deputentur*. Id Pontifici conſilium, quoniam ita tempus moneret, probari, modo amore erga Pareas eodem, atque erga Nobiles ferantur. *Deputari* igitur *ſufficientem numerum Miſſionariorum, qui Pareis adſiſtant*, horumque loco, ſi inde migraſſent, aut e vita deceſſiſſent, *alios ſubrogari* præcepit. Hæc niſi *intra quinquennium, ſuperius autem intra decennium impletum* reſciverit, novos ſe viros Apoſtolicos in ea regna miſſurum, ipſoſque, qui repugnaſſent parere, ut in Europam redeant, coacturum. Superſtitiones *geſtandi Taly, frangendi Cocci*, impediendique, quo minus *menſtruatæ* in Eccleſias ingrediantur, damnari oportere. Obſervanda eſſe, quæ Sancta Sedes præſcripſit. Nemini aliter, quæ ſancita ſint, interpretari fas eſſe. Eum qui contra hæc omnia quidquam agere non vereatur, in indignationem Omnipotentis Dei, Sanctorumque Apoſtolorum Petri, & Pauli incurſurum (1). Interea in ora Coromandelienſi Epiſcopi

1 Vulgata hæc Conſtitutio fuit an. 1744. die 7. Octobris. Non eſt otium de hujuſmodi rebus agere, Hiſtoriamque rerum ob ritus Malabaricos a viris Apoſtolicis geſtarum copioſe deſcribere. Qui plura volet, conſulat graviſſimi viri Aloyſii Lucinii Ordinis Prædicatorum, qui cum ſcriberet Commiſſarius S. & univerſalis Inquiſitionis Romæ, poſt vero Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis fuit, præclarum opus inſcriptum. *Eſame, e difeſa del Decreto pubblicato in Pundicheri da Monſignor Carlo Tommaſo di Tournon Patriarca di Antiochia commiſſario, e viſitatore Apoſtolico con podeſtà di legato a latere delle Indie Orientali, Imperio della Cina, e Iſole adjacenti. Dipoi Cardinale della Santa Romana Chieſa approvato, e confermato con breve dal*

ſcopi Meliapurenſes vigebant, ut hoc etiam tempore vigent, quorum ſunt Catalogi a viris eruditis diligenter deſcripti (1), & modo ſegnius, modo, ut par erat, ſedulo rem Catholicam, adjutoribus viris Apoſtolicis, curabant. (2)

Tonquinum regnum proximum eſt Sinarum Imperio qua ad Orientem, & Septemtriones ſpectat, attingit a Meridie Cochinchinam, & ab Occaſu Lajorum, & Bramarum fines. Hoc regnum provinciam olim Sinenſis Imperii fuiſſe ferunt (3). Igitur cum olim in Sinis Chriſtiani verſarentur, veri eſſe ſimile cuiquam videbitur, in Tonquino etiam ejus religionis homines ſaltem aliquot floruiſſe, qui primis temporibus rectam ſententiam, poſt vero ab hæreticis circumventi Neſtorianiſmum conſectarentur. Sed quoniam vetus nullum extat monumentum, quo hæc ſtatui, confirmarique opinio poſsit, ad Apoſtolicos viros deſcendam neceſſe eſt, qui in illud regnum XVII. Eccleſiæ ſeculo venerunt, contenderuntque, ut noſtra eodem religio introduceretur. Igitur Dominicani (4), & Jeſuitæ (5), qui gentes barbaras, efferatiſque moribus viventes manſuetas reddere, Chriſtoque conciliare ſtudebant, cum in Tonquino regno ſuperſtitionem invaluiſſe cognoſſent, quæ ab

dal ſommo Pontefice Benedetto XIII. preſentata alla medeſima Santità ſua &c. . . . Edizione ſeconda riviſta dell' autore. Roma an. 1729. & opus *De vita, & rebus geſtis Clementis XI. Pont. Max.* ſcripta a Polidurio τῳ μακαρίτῃ editaque Eminentiſſimi Annibalis Cardinalis Albani auſpiciis Urbini *an.* 1727. *lib.* II. *pag.* 125. Nam ceteros prætermitto, quorum libelli furtim, contra Tournonii decretum, ejuſque defenſores vulgari, merito Sanctæ Sedis præſcripto rejecti, damnatique fuerunt. Immo vero prætermittenda etiam cenſeo Norberti de Bar le Duc Capuccini opera, quorum primum: *Memorie utili, e neceſſarie, afflittive, e conſolanti riſpetto alle Miſſioni delle Indie Orientali &c. Luca anno* 1742. una cum *Oraiſon Funebre de M. de Viſdelou Jeſuite Eveque de Claudiopolis &c. A Cadix* 1742. Et alterum majus opus, quod eſt diſtributum in Tomos duos, atque inſcribitur: *Memoires Hiſtoriques &c. edit. Luca in* IV. *an.* 1744. & Fabri ejuſdem Norberti amici, qui apud Helvetios ſimilis argumenti ſcripta edidit.

1 Vide Raulinum l. c. *pag.* 449. qui ſeriem texit eorum Epiſcoporum.

2 De Dominicanis qui an. 1504. *ſeqq.* in India Orientali, atque in ipſis Malabaricis regnis Evangelium prædicarunt, magnoſque laborum fructus tulerunt, adeundi Lafonus *l. c. pag.* XLI. *ſeqq.* & Petrus Maffejus *Hiſt. Indic. l.* II. *pag.* 37. *edit. an.* 1589.

3 Urbanus Cerrius *ibid. pag.* 113. & Alexander de Rhodes S. J. *Relazione de' felici ſucceſſi della ſanta fede predicata da' Padri della Compagnia di Gesù nel regno del Tunchino alla Santità di Noſtro S. Papa Innocenzio X. edit. an.* 1650. *lib.* I. *cap.* I *pag.* I. *ſeqq.*

4 Confer Lanſonum *Hiſt. Chron. des Miſſ. des Freres Precheurs pag.* CXXXVIII. & *Hiſt. Provinc. Philipp. Ord. Præd.*

5 Vide Alex. de Rhodes *Ibid. lib.* II. *cap.* I. *pag.* 123. *ſeqq.* & Joſephum Tiſſanerum S. J. relat. du Voyage depuis la France, juſque au Royaume de Tunquin. *edit. Pariſ. an.* 1663. *cap.* XXIII. *ſeqq. pag.* 97. *ſeqq.*

ea non admodum diſcreparet, quam Sinenſes colere ſolerent, in illud viros Apoſtolicos mittere, dareque operam incolis a cultu idolorum ad veram religionem convertendis decrerunt. Hi magnos laborum fructus reportarunt, plurimiſque perſuaſerunt, eum, qui Decreta Chriſtianæ *fidei* ignoraret, perpetuo periturum. Quæ res cum diu celari non potuiſſet, propoſitum (1) an. 1664. die 24. Januarii edictum eſt, quo præcones Evangelii inde excedere jubebantur. Antequam ea lex eſſet publicata, cum Rex ab ſuis intellexiſſet, viros Apoſtolicos circiter decem omnes fere regni provincias peragrare, idque agere ſedulo, ut Tonquinenſes patrios ritus, religionemque desererent, eis ut ad ſe ad conſtitutum, quod jam indicarat, tempus venirent, præcepit, quin rationem, quamobrem eos vocaret, expoſuiſſet (2). Illi ignari rerum omnium, quas inimicorum Chriſtiani nominis conſulto Rex paraviſſet, continuo atque ad ejus ædes acceſſerunt, comprehenſi, atque navim conſcendere adacti, Macaum traſducti ſunt, uno Jeſuitarum Rectore excepto, quem in Metropoli cum ſocio detinendum exiſtimavit, cuique ne cœtus cogeret, neu quidquam, quod ad amplificandam Eccleſiam ſpectaret, moliretur juſſit. Hoc ſtatu cum triennio fere in Tonquino res noſtræ fuiſſent, nunciatum Regi eſt, Jeſuitam, neſcio quem, contra atque ipſe imperaſſet, in regno verſari, auctoremque incolis eſſe, ut numinibus patriis neglectis novam religionem amplecterentur. Quapropter non hic ſolum, ſed duo illi etiam, de quibus

1 Edictum refert D. Pallù Epiſcopus Helioрolitanus: *Relaz. De' viaggi di tre veſcovi Franceſi, che dalla S. Memoria di Papa Aleſſandro VII. furono mandati Vicari Apoſtolici ai regni della Cina, Cocincina, e Tonchino &c. pag.* 20. quod ſic habet „ Noi abbiamo ſcacciato, e „ ſcacciamo perpetuamente fuori del noſtro regno i Padri, i quali eſſendo fuggiaſchi dalle loro „ terre, ſono venuti a inſegnare a' popoli groſſolani, agl'ignoranti, e alle donne una legge, „ ch'è ſenza fondamento, e tanto più perniciosa, e ridicola, quantochè inſegna, che non biſogna render culto alcuno nè allo ſpirito, nè al demonio; una legge, che vuole, che le mogli abbandonino i loro mariti, e i mariti le mogli &c. E perciò noi ordiniamo, che i capi „ de' noſtri officiali, che riſiedono appreſſo di noi nella noſtra corte, e quelli, che comandano „ nelle Aldee (*che ſono le loro città, e caſtelli*) uſino ogni poſſibile diligenza per radunare inſieme tutti i libri di orazioni, e dove ſi contiene la dottrina, che queſti Padri hanno ſeminata per lo regno, e li facciano abbruciare, acciocchè niente rimanga di legge così malvagia. „ Comandiamo ad ognuno, che avrà notizia de' Catechiſti, o de' Predicatori di queſta religione „ di rivelarli, promettendo ricompenſa &c.

2 *Ibid. pag.* 22. *ſeqq.*

bus modo demonſtratum eſt, juſſi ſunt abire exulatum, coactique in navim ingredi, atque in Bataviam tranſduci, ne ipſi, Chriſtianique ceteri furorem in ſe Ethnicorum concitarent, Eccleſiaſque tot laboribus conſtitutas imprudentes perderent. Paullo poſt edictum, cujus ſupra meminimuus, publicatum fuit. Quo circiter tempore tres Epiſcopi Galli in Cochinchinam, & Tonquinum *Vicarii Apoſtolici* ab Alexandro VII. Pontifice Maximo miſſi, in Orientalem (1) Indiam pervenerunt. Franciſcus Heliopolitanus, qui eorum Antiſtitum unus, præfectuſque Tonquinenſibus erat, cum certior eſſet factus, aditus in illud regnum omnes interclusos eſſe, neque eo cuiquam noſtrorum Sacerdotum contendere licere, dici vix poteſt, quam moleſte, atque acerbe tulerit. Sed cum collegiſſet ſeſe, conſideraſſetque etiam, atque etiam quid facto eſſe opus videretur, nihil veritus pericula, in quæ ſeipſum conjiciebat, Tonquinum petere, & fortunam, quæcumque accideret, experiri conſtituit. Interea ad Tonquinenſes Chriſtianos ſcripſit, eoſque hortatus majorem in modum fuit, ut ne ſe vinci paterentur. Nam tormenta, ærumnaſque, quibus premebantur, eis gloriæ, & Eccleſiæ commodo, atque utilitati futuras. Circumſpiciebat porro Epiſcopus, via ne ulla reperiri poſſet, qua iter in Tonquinum inſtitueretur. Cum nulla ſeſe offerret, D. Mottæ Camberti Berytenſis Epiſcopi (nam is alter erat eorum de quibus dictum mox eſt) conſilio permotus, Siami manere, plebemque ibidem inſtituere decrevit, quoad opportunitatem nactus eſſet eo penetrandi, quo Pontifex præcepiſſet. Poſt multas ob cauſſas Heliopolites Siamo proficiſci, atque in Europam redire voluit. Ubi inde diſceſſit (2), litteræ ad ipſum ab Catechiſte quodam Tonquinenſi redditæ Berytenſi fuerunt, quibus ſignificabatur, lectam fuiſſe in cœtu Epiſtolam, quam ille cum Siami ageret, ad Chriſtianos miſerat, eamque jam maximam omnibus attuliſſe alacritatem. Propoſitum quidem fuiſſe edictum adverſus Sacerdotes, & Catechiſtas haud diu poſt, quam e Tonquino pulſi Jeſuitæ fuerunt; ſed nihil ex eo noſtros accepiſſe

1 Erant hi Cambertus, Cotolendyus, & Pallus. *Ibid. c. 1. pag. 8. ſeqq.*
2 *Idem ibid. pag. 23. ſeqq.*

piſſe calamitatis (1). Itaque libere Chriſtianis in regno, tutoque degere licere. Quod ſi viri Apoſtolici revertiſſent, id Regi, qui interdum rogitaret, num redierint, gratum futurum. Præterea eſſe aliquos, qui cenſeant, Regis voluntate, ſcriptum ab Ethnicis Tonquinenſibus ad Viſitatorem Macaenſium Jeſuitarum fuiſſe, ut ſuorum aliquos in regnum mitteret. Quamobrem confidere ſe fore, ut Jeſuitæ revertantur, Epiſcopuſque præfici incolis (2) Chriſtianis poſſit. His lectis litteris, Berytenſis Antiſtes Deyderum Sacerdotem e ſuis quemdam Tonquinenſis linguæ peritum anno 1665. delegit, cui in mandatis, ut in eam regionem proficiſceretur, & Chriſtianos conſolaretur, atque adjuvaret, dedit. Multos is quidem progreſſus fecerat, cum an. 1671. Berytenſis ipſe, ut Deyſdero majores ſpiritus adderet, Tonquinum petiit. Inde Jeſuitæ rurſum amplificare fines Tonquinenſium Eccleſiarum cœperunt, quæ ſtudiis ſuperiorum Evangelii præconum, ſanguineque tot Martyrum inſtitutæ (3) fuerant. Hoc idem Sacerdotes, quos deinde Vicarii Apoſtolici m iſerunt, faciebant. Sed ortæ (4) inter *Miſſionarios* contentiones ſunt, quod eorum aliqui primos

1 *Ibid. pag. 47. ſeq.*

2 *Idem ibid. pag. 51. ſeq. & relat. an. 1670. gallice edita.*

3 Cetrius *ibid. pag. 113.* ,, Per una fiera perſecuzione furono forzati (*i Miſſionarj ad ab-*
,, *bandonare i Tunchineſi*) ſicchè del 1666. quando vi arrivarono i Miſſionari mandati dal ve-
,, ſcovo di Berito, era ſotto graviſſime pene proibita la religione Cattolica; ma contuttociò
,, hanno colla loro attenzione, e virtù operato maraviglie nelle converſioni de' ſoggetti qua-
,, lificatiſſimi della corte, e infinita d'Idolatri, e benchè le perſecuzioni ſieno ritornate più fie-
,, re, che mai con tormenti, e morti de' fedeli, nondimeno conforme l'antica Chieſa col ſan-
,, gue de' Martiri ſi è moltiplicata ſempre più la fede di Criſto; ſicchè ſi può dire adeſſo, che
,, la maggiore, e miglior parte del Tunchino ſia Cattolica. E ſe a quel Re ſi ſcriveſſe da Voſtra
,, Santità con invitarlo a ricevere la noſtra ſanta religione, mandandogli qualche dono ſecondo
,, l'uſo dell'Oriente (che dimoſtra ſtima, ed affetto) ſarebbe facil coſa, che dal *Bua*, o dal
,, *Civa* foſſe abbracciata.

4 *Ibid. pag. ead.* ,, E' noto alla Congregazione quali, e quante contradizioni abbiano ſem-
,, pre avote da (certuni), che come primi nell'Indie mal volentieri tolerano di vederſi ſog-
,, getti a' Vicari Apoſtolici; parendo loro di aver perduta in buona parte la ſtima, e di non eſ-
,, ſere come il paſſato arbitri delle inclinazioni di quei popoli, che ben conobbero riſplendere
,, vantaggioſamente la bontà, e diſintereſſe de' Vicarj; onde... cominciarono in pubbliche
,, adunanze, e nelle Chieſe a ſcreditarli, e ſuſcitando un rigido, e dannabile ſciſma, hanno
,, con lettere circolari inſinuato a que' fedeli, che non riconoſcano, ne preſtino obbedienza al-
,, cuna, dando loro a credere con argute invenzioni, che ſono veſcovi intruſi, ed eretici, e
,, tutti i ſacramenti amminiſtrati da' loro ſacerdoti nulli e ſacrileghi; onde con tal ſuppoſto fan-
,, no loro continuamente rinnovare, e predicando ch'è meglio morire ſenza Sagramenti, che
,, prenderli da loro, e perciò perſeguitati, e ſcreditati da (*coſtoro*) altri furono traſportati
,, alla Inquiſizione di Goa, e altri barbaramente ſcacciati da' medeſimi principi gentili. Con-
fer quæ ſequuntur.

primos ſe omnium rerum, Sacerdoteſque a Vicariis Apoſtolicis miſſos, ipſoſque Vicarios Janſeniana hæreſi imbutos eſſe jactarent, impedirentque, ne quis ab eis Sacramenta ſuſciperet, defenderentque litteras a Pontifice datas, quæ relatæ in acta ab Luſitanis non eſſent, irritas cenſeri oportere, quoad privilegia Regi ab Sede Apoſtolica conceſſa viguiſſent. Harum rerum ubi Clemens X. Pontifex certior eſt factus, cum plane perſpiceret, eorum hominum temeritate, maliſque artibus magnum afferri Tonquinenſibus detrimentum, rurſum ad Vicarios litteras, quibus eis dignitatem, auctoritatemque confirmabat, ſcripſit. Addidit (1) Vicarium quartum, qui Sinenſis cum eſſet, tum ob linguæ facultatem, prodeſſe Chriſtianæ reipublicæ poterat. At repugnantes obfirmati in ſententia manere, Præfecto Ordini obſiſtere, omnia denique miſcere, modo ne Vicariis parere cogerentur. Itaque mortuo Clemente Decimo, Urbanus Cerrius, qui Congegationi de Propaganda-Fide a Secretis erat, Innocentium XI. qui Clementi ſucceſſerat, oravit, atque obſecravit, ut ne quid prætermitteret, quod ad reprimendos diſſenſionum auctores ſpectare videretur (2). Ei Pontifex reſpondit, ſibi curæ rem adeo gravem futuram. Cura, diligentiaque Romanorum Pontificum ſedati aliquanto tumultus deinceps fuerunt, dataque Vicariis Apoſtolicis facultas Tonquinenſes inſtituendi, agendique, ut qui Chriſtianis partibus ſeſe addixerant, in fide, officioque confirmarentur (3). Interea Viri Apoſtolici palam de religione quidquam prædicare non audebant, propterea quod revocata

1 *Id. ibid.* „ Arrivare quà queſte giuſtiſſime lamentazioni, furon dalla ſan. mem. di Clemente X. a ſupplicazione della Congregazione ſpediti nuovi brevi, che convalidavano i primi già conceduti a favore de detti vicarj, accreſcendo non meno la loro giuriſdizione, che il numero di eſſi con creare per quarto Vicario Apoſtolico nella China un Padre Domenicano Chineſe, ch'eſſendo nazionale, più facilmente poteſſe introdurre le religione in quel grande Impero . . . ſeguitarono (*nientedimeno gli oppoſitori*) più che mai a perſeguitarli, attraverſando ogni loro operazione con diſprezzo della Santa Sede; a' di cui brevi, e bolle viene impedita l'eſecuzione con deteſtabile ſuppoſto, che non poſſa togliere i diritti della corona di Portogallo. Spedirono perciò detti Vicarj Apoſtolici nuovo agente con replicate iſtanze, che ſi daſſe rimedio a queſte oſtinate oppoſizioni, . . . oppure, che la ſanta Sede li richiamaſſe, giacchè le loro operazioni aciaoti . . . ſervivano ſolamente per farli reſtare vilipeſi &c. Erat ei Epiſcopo Domenicano Sinenſi Gregorius Lopeſius nomen. *Hiſt. Phil. Prov. Dominic. t. 11. pag. 279. ſeqq.* 2 Cerrius *ibid.*

3 Vide Epiſtolam Patris Roycri S. J. *an. 1707. die 15. Decembris ſcriptam tom. x. lettr. edifiant. &c. pag. 429. ſeq.*

cata edicta non fuiſſent, quibus ut in noſtros Ethnici inquirerent, renunciarentque, quæ deprehendiſſent, Regi jubebantur. Anno 1705. a transfuga, neſcio quo, Vicarii Apoſtolici, *Miſſionariique* accuſati fuerunt, quod leges a Regibus latas contemnere, Chriſtianiſque ſacris imbuere incolas conarentur. Anno 1706. Gubernatori cuidam datum in mandatis ab Rege fuit, ut inveſtigaret, vera ne eſſent, quæ ille ipſe transfuga dixerat. Is cum cognoſſet ab civitatibus, viciſque aliquot comiter exceptos Vicarios, præconeſque aliquos Evangelii fuiſſe, Chriſtianos pecunia multavit, quin ullum religionem, quam amplexus eſſet, ejurare coegerit (1). Sed ne cognoſci in poſterum tempus, rurſumque accuſari poſſent, eis, ut cœtus clam haberent, utque cruces, imagineſque Sanctorum, quas Princeps retineri a quoquam vetuiſſet, abſconderent, præcepit. Ea res magnopere impediebat, quo minus res Eccleſiarum Tonquinenſium amplificarentur. Nam etſi erant permulti, qui Chriſtianiſmum colere optarent, quoniam tamen paupertate premebantur, impetrare id quidem a ſe ipſis non poterant, quod, ſi coacti fuiſſent pecuniam numerare, ne in extremam miſeriam inciderent, vererentur. At Viri Apoſtolici nullam ab ſe fieri patiebantur officii intermiſſionem. Peragrare oppida, vicoſve, audire pœnitentes, rem divinam facere, omnia denique exſequi, quæ ad incolarum ſalutem pertinerent. Quo tempore aliqui, quod res diligenter celata non fuiſſet, capti, atque ad Judices adducti, pulſi tandem in exilium fuerunt (2). Auctus deinde, Dominicanorum, Jeſuitarum, aliorumque opera, in regno eſt numerus Chriſtianorum (3). Nunc Vicarius eſt ibidem Apo-

1 *Id. ibid. pag. 430. ſeqq.*

2 *Id. ibid. pag. 438.* „ Un de nos Peres, ayant eſtè pris, il n'y a que peu de temps, fut livrè „ au Gouverneur, & par ordre du *Roy* chaſsè du Royaume. Un Pere de S. Dominique eut l' an„ nèe paſſèe le meſme ſort &c.

3 Hilarius a Jeſu in: *Racconto Iſtorico della cattura, prigionia, e morte glorioſa de' ſervi di Dio i PP. Franceſco Gil de Federich, e Matteo Alonſo Lezuniana Miſſionarj Spagnuoli dell' Ord. de' Predicatori decollati nel regno del Tunchino per la Cattolica Fede li 22. di Gennajo dell' anno 1745. ſcritto dall' Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Monſignore Fra Ilario di Gesù Agoſtiniano ſcalzo veſcovo Coricenſe, e Vicario Apoſtolico nel Tunchino Rom. an. 1746. pag. 7.* De Gillo agens „ Ivi giunto, *inquit*, ſi applicò ſubito allo ſtudio della lingua, e avendola in „ cinque meſi mediocremente appreſa, fu deſtinato a eſercitare l'uffizio di Miſſionario ne' Ter„ ritorj di Givo Thuy-Chan Dinco, & Vu-tien della provincia meridionale, e aver cura di qua„ ranta Criſtianità in circa, che ivi trovanſi aſſegnate al ſuo Ordine &c.

Apoſtolicus Hilarius a Jeſu Auguſtinianus *Excalceatus* (1) Epiſcopus Coricenſium . Hoc Epiſcopo quatuor Jeſuitæ fortiſſimi viri an. 1737. religionis Chriſtianæ cauſſa capite plexi ſunt . Quo anno cum Franciſcus Gilius Federicus Dertoſenſis Ord. Præd. in oppido Luctuy ageret , ac futurum aliquem , qui ſe accuſaret , ne ſuſpicaretur quidem , noctu magno numero Ethnici una cum Sacrificulo Thaytinho homine ſceleſto, atque hoſte nefario Chriſtianæ religionis eodem concurrerunt , dumque ſummo mane Franciſcus rem divinam faceret , ædes , ut ne elabi poſſet , obſederunt , captumque , & funibus deligatum , ſecum in navim tranſtulerunt, atque in aliud oppidum ad Sacrificuli ædes abduxerunt , qui fore confidebat , ut ſibi , cum noſtris Gilium reſtituiſſet,a Chriſtianis pecunia numeraretur . Id ubi enunciatum Præfecto eſt , Franciſcum ad ſe adduci imperavit . Sacrificulus , qui rebus ſuis diffidebat (nam contra leges in ædes ſuas Sacerdotem Chriſtianum tranſtulerat) in Metropolim ad Regem , quæ evenerant , nunciaturus contendit . Quæ res in cauſſa fuit , cur optimo viro libero abire minime liceret . Nam Præfectus , qui dimittere hominem conſtituerat , metuens , ne pœnas violatæ legis lueret , ad Regem adiit , & Sacrificulum accuſavit , Giliumque in poteſtatem permiſit Ethnicorum . Igitur in carcerem conjectus vir fortiſſimus , etſi febri ſæpe agitaretur , multiſque incommodis a cupidis pecuniæ cuſtodibus carcerum premi ſoleret, ludibrioque puerorum exponeretur, tamen omnia æquo animo ferebat , curabatque , ut non modo noſtri in fide manerent , ſed Ethnici etiam ad cultum religionis veræ converterentur . Atque hæc quidem ille ad exitum anni 1743. ſolus erat perpeſſus , cum intellectum eſt , Matthæum Aloyſium Lezinianam perinde Dominicanum iiſdem in ædibus , eademque hora , qua ipſe an. 1737. in poteſtatem Ethnicorum venerat , comprehenſum eſſe , atque in urbem Regni principem transferri oportere, ut eodem Gilio ſocius gloriæ, ac felicitatis eſſet . Anno 1744. tertio Kalendas Junias adductus ad Regem, hujuſque voluntate traditus iiſdem carcerum cuſtodibus eſt,quibus aſſervandi Gilii impoſitum onus fuerat . Anno 1745. XII. Kal.

1 Hujus anteceſſor *in Vicariatu* fuerat P. Thomas de *Seſtri* Dominicanus e Congregatione S. Sabinæ .

Kal. Januarias certior Franciſcus eſt factus, ſe poſtero die eſſe gladio, ob res pro religione Chriſtiana geſtas, percutiendum. Id cum gratum Franciſco eſſet, ut qui nihil magis in vita optaverat, tum grave, atque moleſtum Matthæo erat, quod metueret, ne ſi dimiſſus aliquando fuiſſet, martyrii gloria, cujus deſiderio flagrabat, privaretur. XI. Kal. Aprilis ſummo mane rem divinam uterque fecit, & poſteaquam Franciſcus primo carcerum Cuſtodi gratias, quas potuit, maximas habuit, milites acceſſerunt, qui eum ad ſupplicii locum ducerent. Matthæus, qui ſejungi ab amico, ſocioque pœnarum non poterat, impetravit, ut ſibi eum comitari permitteretur. Cum ille alacer, hic mœſtus incederent, nuncii accurrerunt, qui dicerent, juſſiſſe Regem, ut Matthæus etiam eodem ſupplicii genere afficeretur. Igitur pleni gaudii ad deſtinatum locum venerunt, atque ubi ſe Chriſtianorum precibus commendarunt, capite diminuti, martyres objerunt (1). Optimis, fortiſſimiſque viris ſublatis, minus eſſe crudeles in Chriſtianos Ethnici cœperunt. Itaque viris Apoſtolicis majores, uberioreſque fructus referre hac noſtra ætate licet. Atque utinam Sacræ Congregationis de Propaganda Fide auctoritate, ſi quæ ſint inter Miſſionarios, Vicariumque Apoſtolicum diſſenſiones funditus tollantur. Speramus autem fore, ut brevi tolli poſſint, dum cuique, quod ſuum eſſe conſtiterit, reſtituatur. Ita vero fiet, ut alacriores animum omnes ad propugnandam Chriſtianam religionem conferant. Sed de Tonquino ſatis dictum eſto (2).

Ton-

1 Conſule Hilarium a Ieſu *loco mox indicato*.

2 Eorum, qui de rebus Tonquinenſibus ſcripſerunt, conſulat lector Alexandrum de Rhodes, alioſque, quos paullo ante memoravi, Danielem Bartholum S. I. Hiſt. *dell'Aſia Soc. Jeſ. part.* 1 I. *dit. Rom. an.* 1651 Iohannem Philippum Marinum Genuenſem S. I. *Delle Miſs. de' PP. della comp. di Gesù &c. Rom. an* 1665. Anonym. *Hiſt. des Royaumes de Tunquin, & de Lao a Pariſ. an.* 1666. *relat. des Miſſions des Eveques François ab an.* 1666. 1670. 1671. *Pariſ. an* 1674. *Hiſt. Prov. Philipp. Dominicanor. vol.* 1. & 2. Cornelium Hazart S. I. *Chriſtianiſm. Cathol. per univerſum orbem Terrar. propagatus ſeculo imprimis* XV. & XVI. Belgice, *Amſt. & cum Auctario Interpretis Matthia Sontermani Soc. Ieſu Germanice, Viennæ in Auſtria an.* 1684 *fol. vol. Duob. quorum priore agitur de Miſſionibus in Japoniam pag.* 1. *Chinam pag.* 269. *ſeqq. Tartariam pag.* 352. *ſequent. Cochinchinam pag.* 551. *regnum Tunquinenſe pag.* 570. *Siamenſe pag.* 581. *Macaſſarenſe, & Cambojanum pag.* 583. *Indiam, ſive regnum magni Mogolis pag.* 587. *& Biſnagerenſe pag.* 627. Hunc nominat Iohannes Albertus Fabricius *ſalutari Luce Evangelii &c. cap.* XXXII. *pag.* 552. *Voyage d'un Miſſionaire de la compagnie de Jeſus en Tunquin, en Perſe, en Armenie, en Arabie, & en Barbarie ab an.* 1688. *ad* 1709. *Pariſ. an.* 1730. & Epiſtolas aliquot ad eam rem attinentes, quas collegarunt Carolus Gobienus, & Dualdus variiſque voluminibus ediderunt, inſcripſeruntque *lettres edifiantes, & Curieuſes &c.*

Tonquino finitima eſt Cochinchina. Sunt autem hujus regni incolæ acutis ingeniis, propenſique ad amplectendam Chriſtianam religionem. Ac niſi ſæpe regiis edictis deterriti fuiſſent, perpauci Cochinchinenſes a noſtris ſacris inſtitutiſque alieni reperirentur. Nihiloſecius fuerunt ſuperiore ſeculo, ſuntque in eo, proximoque regno, quod Champà vocatur, & Cochinchinenſi Regi paret, permulti, qui noſtris ſe legibus obſtrinxerint, inducti Dominicanorum, Jeſuitarum, aliorumque virorum religioſorum oratione, qui eo ſe introducendæ, dilatandæque veræ religionis cauſſa contulerunt (1).

In Siamenſe Imperium (2) perinde eſt a noſtris primum, tum a Vicariis Apoſtolicis laboratum, ut noſtra religio inve-

 heretur

1 De *Miſſionibus* in Cochinchinam confer Franciſci Eugenii litteras inde ſcriptas *an.*1617. Gaſparis Luiſii *an.*1621. Pallu *Breve, e compendioſa relazione de' viaggi di tre veſcovi Franzeſi, che dalla ſan. mem. di Papa Aleſſandro VII. furono mandati Vicarj Apoſtolici ai regni della Cina, Cocincina, e Tonchino edit. Rom. an.*1669. *pag.*100. *ſeqq.* Cerri Ibid. *pag.*111. ,, Rieſcono (i Cocincineſi) molto propenſi al Criſtianeſimo, che ſe non foſſero le perſecuzioni, e gli editti regj, facilmente in breve tempo ſi convertirebbero . . . Sta queſto regno ſotto la cura paſtorale del veſcovo di Berito, uno de' Vicarj Apoſtolici, e altri Miſſionarj, e vi hanno fatto grandiſſimo frutto, come anche nel regno di Champà ſoggetto al Re della Cocincina. Vide præterea Chriſtophorum Borrium *Relaz. della Miſs. nel regno della Cocincina an.* 1631. Iacobum Lambertum Soc. J. *De Regno Cocincin. in edit. an.* 1632. Iacobum de Machault *De Regno Cochinch. gallice edit. an.*1632. Mitto ceteros, ne ſim longior, quam oportet. Nunc temporis viri Apoſtolici religioni in eo regno dilatandæ operam felici ſucceſſu navant. In his eſt Ioſephus Maccionius *Ord. Præd.* Florentinus.

2 De propenſione Regum Siamenſium erga Chriſtianos agit Pallu l. c. Cerrius *ibid. pag.* 111. qui ,, E ſituato, *inquit*, queſto regno nella parte meridionale dell'Indie paſſato il golfo di ,, Bengala, ed è diviſo in undici Provincie, ch'erano una volta undici Regni, delle quali la ,, principale è Siam, così nominata dalla città Metropoli poſta ſul mare porto comodiſſimo, e ,, ſede reale. Si permette in queſta Città, e in tutto il regno, benchè il Re ſia Idolatra, l'eſercizio libero di ogni religione, onde i Vicari Apoſtolici col conſenſo della ,, S. Sede hanno ivi fermata la reſidenza di uno di loro, avendoſi aperta Chieſa, e fondato un ſeminario, dove iſtruiſcono i naturali per ordinarli ſacerdoti . . . . Il maggiore impedimento, che per la propagazione della fede ſia in detto regno, è il credito, e la potenza, ,, che hanno i Maomettani, quali non mancano di uſare ogni arte per introdurvi la loro peſſima ſetta; anzi non è gran tempo, che il Re fu invitato ad abbracciarla con ſolenne ambaſciaria della Regina di Achen, che governa il più conſiderabil Regno della Iſola di Sumatra, e ,, anche dal Re di Golgonda ambidue Maomettani. Contuttociò vi ſi ſono fatti grandiſſimi ,, progreſſi da' Miſſionari, non ſolo in Siam; ma nelle altre Provincie, particolarmente ,, in Teſſerim, battezzando anche molte perſone principali di quella corte. Anno 1685. Rex Gallorum Ludovicus XIV. Legato, quem in Siamum miſerat in mandatis dedit, ut de pertrahendo ad Chriſtiana ſacra Siamenſium Rege ageret. Id ille cum in eam regionem perveniſſet, contendit. Sed fruſtra. *Voyage de Siam des Peres Jeſuites Envoyés par le Roy aux Indes, & a la Chine tom.*1. *pag.*187. 262. *ſeq. edit. an.*1687. Idem Ieſuitæ curarunt, & Regi perſuaſerunt, ut 12. Mathematicos a Præpoſito Generali peteret. Horum enim opera confidebant fore, ut Rex ad ſanitatem reverteretur *pag.*238. *ſeqq.* Anno 1687. crebris rumoribus Ludovicus Rex intelligebat, eſſe Siamenſem bene in Chriſtianos animatum. Igitur Miſſionarios eodem mitti curavit. Sed rebus immutatis, viri Apoſtolici Pondicheriam, quæ ſita eſt in ora Coromandelienſi

ſe

Digitized by Google

heretur, latiuſque in dies manaret. Etſi enim Reges falſorum numinum ſuperſtitione detinebantur, tamen liberam noſtris concedebant prædicandi Evangelii poteſtatem. Ac niſi Muhamedani, quorum ibidem haud exigua eſt auctoritas, reſtitiſſent, longe major in Siamo, proximiſque regnis fuiſſet numerus Chriſtianorum. In Cambojæ quoque regno viri Apoſtolici (1), Sanctæque Sedis Vicarii haud exiguos fructus reportarunt. Goæ, proximiſque in oppidis Chriſtiana religio viget (2).

In Java, aliiſque Inſulis, quas ante Luſitani obtinebant, deindeque in poteſtatem venerunt Batavorum, ſeculo XVI. felices ſucceſſus res noſtræ initio habuerunt; ſed immutata ratio eſt ſeculo ſuperiore, dum viris Apoſtolicis, imprimiſque Jeſuitis interdictus in eam Inſulam ab Hollandis aditus

ſe contulerunt. *Memoir. du Comte de Forbin. p. 90. ſeqq. edit. an. 1730. relat. des revol. arrivées a Siam an. 1688. edit. an. 1691.* P. d'Orleans Soc. Ieſu *Dans la vie de Conſtance Phaulcon Premier miniſtre du Roy de Siam edit. Pariſ. an. 1690.* Anno 1688. Ieſuitæ e Siamo pulſi, in Coromandelicenſem oram appulerunt, unaque cum Capuccinis dilatandæ Chriſtianæ religioni Pundicheriæ operam dederunt. Norbert de *Bar le Duc.* Capuccinus *Memoir. util. &c. edit. an. 1742. pag. 32.* Sed de ſtatu religionis in Siamenſi regno adeundi Loubera *Deſcript. du Royaume de Siam edit. Pariſ. an. 1691.* ceterique, quos I. A. Fabricius numerat *ſalut. Luce Evang. cap. XL. pag. 985.* Iam inde autem ab anno 1566. Dominicani de reducendis Siamenſibus cogitaverant, idque, ut exſequerentur, Hieronymum a Cruce, cum ſocio in regnum miſerant. Ethnici autem commoti Hieronymum interfecerunt. Conſtat ex litteris Ferdinandi a S. Maria, quas Malaca ad Magiſtrum Ordinis Romam miſit, apud Laſonum *l. c. pag.* CXXI.

1 Proximum eſt Siamenſi Combojanum regnum. Anno circiter 1596. Dominicani, & Franciſcani regis Prauncari voluntate prædicare ibidem Evangelium cœperunt. *Hiſt. Prov. Philipp. Ord. Præd. edit. an. 1693. pag. 210. ſeqq. tom. 1.* Anno 1628. eodem rurſum viros Apoſtolicos Dominicani transferri curarunt *ibid. pag. 583. ſeqq.* Vicarii Apoſtolici, quos ab Alexandro VII. miſſos in Orientales Indias diximus, aliquos in eo ipſo regno progreſſus fecerunt. Cerrius *ibid. pag. 112.* Vide lib. inſcript. *Relation des Miſſions des Eveques François aux Royaumes de Siam, de la Cochinchine, de Camboy, & du Tonchin, depuis 1666. juſque 1671. Pariſ. 1674. ſuite de la relationes années 1672. Juſqu' en 1675. Pariſ. an. 1680.*

2 Cerrius ibid. *pag. 107.* „ Goa ſolamente città bella, e popolata con Ciaul, Barrino, Damano, e Diri piccioli Contadi aſſai vicini colle Iſole di Macao, ſono rimaſi ſotto il dominio „ già vaſto di Portogallo. Sta in Goa l'Arcivescovo con gran Capitolo, e Clero &c. Joh. Alb. Fabricius *l. c. cap. XLII. pag. 698.* „ Caput Ditionum Juris Luſitanici in Aſia eſt Goa expugnata ab Albukerkio a 1508. & ab an. 1540. Sedes Archiepiſcopi Metropolitani. Præter ſummum Vicarium Epiſcopum Goæ verſantem quatuor ſuffraganeos ſub ſe habet Epiſcopos Cochinenſem, Meliaporenſem, Malacenſem, & Macaitanum (quintus enim Nangaſachienſis in Inſulis Japoniæ, poſt Luſitanos Iaponia ejectos, eſſe deſiit) Angamalenſem præterea Archiepiſcopum &c. Hæc ille. Epiſcoporum Meliaporenſium ſeriem deſcribit Raulinus *Diſſ. v. in Hiſt. Syn. Diamper. pag. 449.* & Antonius Cajetanus de Souſa initio *Commentariorum Acad. reg. Ulyſſip. an. 1722.* qui eodem etiam volumine ſeriem texit Cochinenſium, & Macaenſium. Sed de laboribus Ordinum religioſorum in Indiis Orientalibus, imprimiſque Sanctiſſimi viri Franciſci Xaverii adeundi Petrus Maffejus Bergomas *Hiſtoriar. Indicar. l. 1. ſeqq. edit. an. 1589.* Franciſcus Xaverius ipſe in Epiſtolis apud Maffejum in extremo eodem volumine, & apud Turſellinum *in fine volum. de vita, & rebus geſtis Franciſci Xaverii edit. an. 1596. Hiſtor. Philipp. Provincia*

aditus (1) fuerit, cautumque, ne quis noſtrum, cui poteſtas ab ipſis non eſſet facta, eodem appellere auderet. Atque ut in Java Inſula, ita in Malaca regno Indiæ extra Gangem (2), Ceylano,

vincia Dominicanor. Petrus Iarricus S. J. *Hiſt. des Choſes les plus memorables avenues tant en Indes Orientales qu' aux autres pais de la decouverte de Portugass &c. edit. an.*1610. Ludovicus Gaſmanus S. I. *Hiſt. de las Miſſiones que han hecho los religioſos de la Compania de Ieſus en la India Oriental. &c. edit. an.*1601. Chriſtianus Suareſius de Figneroa *relat. de las coſas, que hiʃieron los Padres de la Compania por las partes de Orient. edit. an.*1614. Marcellus Ribadeneira Franciſcanus *Hiſt. de las Iſlas, de la gran China, Tartaria, Cochinchina, Siam, Camboxa, y Iapan, y de lo ſuccedido en ellos a los religioſos deſcalços de la Orden del Seraphico Padre S. Franceſco de la Prov. de S. Gregorio de las Philipinas edit. an.*1601. Epiſtolæ *Coſmi Turriani S. I. an.*1551. *de rebus Indicis, & Gaſparis Vilela S. I. an.*1554. Haanardi de Cameren *Epiſtolarum Iaponicarum collectio, de multorum in variis Inſulis Gentilium ad Chriſti fidem converſione, adjunctis Epiſtolis Aſiaticis de Tartarorum Imperio, Religione, & Moribus an.*1569 Martinus Ignatius Franciſcanus *Itiner. in Ind. Occident. & Orient. an.*1584. Johannes Baptiſta Peruſſius Soc. J. *Hiſtorica Narrat. de rege Mogol. & Regnor. Japon. converſ. an* 1597. Nicolaus Pimenta S. J. *De rebus Geſtis in India Orient. a PP. Soc. Jeſ. an.*1598. & 1599. *edit. an.*1601. Johannes de Lucena *Hiſt. & vit. Franc. Xaver. & de rebus Geſt. alior. religioſor. Soc. I. edit an.* 1613. Emanuel Faria de Souſa *Aſia Portugueſa edit. a.*1666. Johannes de Barros *decadib. de Aſia. vol.*1. *edit. an.*1628. Didacus de Coto *decadib. de Aſia. edit. an.*1619. Iohannes Vayus Soc. Ieſu *Collect. epiſt. de Rebus Japonicis, Indicis &c. edit. Antuerp. an.*1605. Mitto ceteros, quos numerat Fabricius in lib. qui *de Salut. Evangelii Luce* inſcribitur. Iohannes Baptiſta Machatus S. I. *Geſta a PP. S. I. in regno Tibet., & Siam edit. Pariſien.* Michael Angelus Lualdus *l' India Orientale ſoggetta al Vangelo. edit. Rom. an.*1651. Utinam a S. Congregatione de Propaganda Fide negotium cuiquam conſcribendæ Hiſtoriæ Miſſionum daretur. Quot inde commoda pararet reſpublica populi Chriſtiani! Id forcaſſe aliquando fiet. Sed tempore,

2 De Iavis Inſulis conſule præter ſcriptores Luſitanos, Petrum Maffejam Soc. I. *Hiſtoriar. Indicar. lib.*v. *pag.*82. *ſeqq. edit. an.*1589. & *l.*x. *pag.*571. *ſeqq.* ubi quid actum in iis a præconibus religionis fuerit, narrat. Quæ vero geſta deinde a Batavis ſint, oſtendit Cerrius *l. c. pag.*106. „ Avendo, *inquit*, preſo piede la Compagnia di Olanda nella Iava maggiore, & ivi „ fondata la Città, e fortezza di Batavia, . . . facendoſi anche Signora delle Iſole Moluche, „ acquiſtò nel 1612. la città di Malaca, e poi la Iſola di Ceilan, quindi ſcorrendo alla coſta „ di Coromandel, ſoggiogò molti altri luoghi ne' regni di Bianaga, e Meliapor, tutto toglien„ do alla Corona di Portogallo, anzi accoſtandoſi a Goa del 1672. s'impadronì del capo di Co„ morino della coſta di Fravancor, di Cranganur, Poliporto, Cavarou, e della famoſa città di „ Coccino, facendoſi in ſomma padrona quaſi aſſoluta di tutta la India Orientale con tanto po„ tere, ricchezza, e Vaſcelli, che ſi rende impoſſibile il togliere queſto poſſeſſo, ſe non ſi ſog„ gioga tutta la Olanda. E' però vero, che il Re di Danimarca ha nella detta coſta di Coro„ mandel una fortezza chiamata Tringabar, e il Re d'Inghilterra ve ne poſſiede un altra no„ minata Madraſpatan, dove ſtanno i Cappuccini Franceſi aſſai ben veduti dal Governatore ... „ Da queſta gran perdita de' Portogheſi, ne ſeguitò lo ſtato miſerabile di quella Criſtianità, „ avendovi gli Olandeſi diſtrutte, e profanate le Chieſe, convertiti in uſi mondani i ſacri vaſi, „ e vilipeſe le S. Imagini, e le reliquie, diſcacciando con bandi rigoroſi tutti i ſacerdoti, e „ particolarmente i Geſuiti; onde ſenza il conſenſo loro è impoſſibile mantenere, non che pro„ pagare la Fede Cattolica in queſti vaſti paeſi, dove al tempo de' Portogheſi ſi profeſſava con „ ogni libertà „. Pulſis noſtris, Proteſtantes conati ſunt. Inſulanos ad ſuam *reformationem* pertrahere, idque jam multis partibus obtinuerunt. Nam ita eſt a Iacobo Viſchero ſcriptum *tom.*III. *Bibl. Hiſt. Theol. Bremenſ. pag.*954. *ſeq.* & *tom.*v. *pag.*756. De ſtatu Inſulæ agunt Franciſcus Michael Ianiconus *Dans l'etat preſent de la rep. des Provinces unies. Haga Comit. edit. an.*1729. & Auctores Itinerariorum *In recueil des Voyages, qui ont ſervi a l'etabliſſement, & au progres de la compagnie des Indes Orientales edit. Amſtel. an.*1712.

1 Ab Urbano VIII. in Bulla Canoniz. S. Franc. Xaverii *t.*v. *ed. a.*1672. *Bull. pag.*15. Sanctus idem

Digitized by Google

ylano, quæ vetus Taprobana (1) a pleriſque creditur, Maldiviſque (2) Inſulis haud paucis nunciatum a viris Apoſtolicis, quos eo Luſitani tranſduxerant, ſeculo XVI. Evangelium eſt, ac late longeque propagatum. Imminutæ tamen opes Catholicorum ibidem, atque in multis pene deletæ a Batavis, Britanniſque fuerunt. Moluccas (3) Inſulas non diu ante annum 1511. detectas, ab anno 1529. Luſitani, Hiſpani vero ab anno 1580. obtinuerunt, quoad magnam eorum partem anno 1600. Batavi in ſuam redegerunt poteſtatem. In has Galvanus Præfectus cum veniſſet, magnam Eccleſiæ Catholicæ, converſione multorum ad Chriſtiana ſacra, attulerat utilitatem. Super Moluccas ſeptemtriones verſus ſunt Philippinæ, quarum eſt maximus numerus. Nam aliqui 1200., alii aliquanto

idem appellatur „ Novus Indiarum Apoſtolus ... qui effecerit, ut multa centena hominum millia, „ qui in tenebris .... ambulabant ad agnitionem veræ lucis perducti regenerationis lavacro mandarentur. Nam præter Indos, Brachmanes, & Malabares ... ipſe primus Paravis, Malais, Jais, „ Aceuis, Mindanais, Malacenſibus, & Iaponibus Evangelium Chriſti annunciaverat, multique „ illarum regionum Reges, & magni Principes ingenti cum fidei noſtræ emolumento ſuavi Chriſti „ jugo colla ſubdiderant „. Confer Turſellinum in vita Franciſci Xaverii *p.53.ſeqq.edit.a.*1594. Negari tamen non poteſt, quin diu ante S.Xaverium, & Ieſuitas, Dominicani, atque Franciſcani, Chriſtianiſmum in Inſulas Aſiaticas, Indiamque pene univerſam intulerint. Adeundus Hieronymus Piatus *Soc. Jeſu P.*II. *de Bono ſtatus relig. c.*XXX. *p.*457.*edit. a.*1644. & apud Laſonum *pag.* 42. ubi *Innumerabiles* pene homines *Indos*, *Arabas*, *Perſas* a Dominicanis fuiſſe circa an.1504. ad noſtra ſacra perductos ſcribit. Viros Apoſtolicos, qui una cum Dominico Souſa functi his laboribus fuerunt, recenſet Laſonus *ibid. pag.*XLII. Illi quidem in Malabaria, & ora Curomandelienſi, aliiſque in regnis Indiæ Evangelium promulgarunt, Eccleſiaſque conſtituerunt, ut *pag.* XLIV. *ſeq.* ex Luſitanis ſcriptoribus oſtendit idem Laſonus. Confer illum ad an.1519. *pag.*LVI. Malacæ, quæ an. 1515. in poteſtatem venit Luſitanorum primus omnium idem ipſe Souſa Chriſtum incolis nunciavit. Vide Gaſparem Corream *Iornada dos Albuquerſque cap.* IV. VIII. XIX. XLII. Atque eſt vere, opportuneque obſervatum a Laſono *ibid. pag.* XLV., primos fuiſſe omnium Fratres Prædicatores, qui poſt appulſum Luſitanorum in Indias, Epiſcopos Goanis dederint, templaque in iis locis extruxerint. Præmia autem hæc fuiſſe laborum, quos majores noſtri in Mogolia, atque Tartaria, Indiciſque Inſulis ſubierunt. De Dominicanis, & aliis Ordinum religioſorum alumnis, qui Malacæ agebant, religionemque propagare conabantur, quo tempore capta urbs a Batavis fuit, deque adverſis rebus quæ iidem contigerunt, vide *Hiſt. Inſul. Philipp. Provinc. Domin. tom.*II. *pag.*412.*ſeqq.*

1 Ceylanum Inſulam cum occupaſſent Luſitani, Chriſtianam fieri curarunt. Vide Johannem Barrium *dec.*III.*lib.*II *c.*V *pag.*14.*edit. an.*1628.& Johannem Ribeyrum *Comment. de ead.inſul.* Ex Fabric. loco mox indicando. Anno 1656. viriati incolæ Chriſtiani a Batavis cœperunt. Confer, ſi licet, Ioh. Albertum Fabricium *ſalut. Luc. Evang. cap.*XLIII. *pag.*695. A Coſma Indopleuſte *pag.*137. 336. *tom.*II. *collect. veter. ſcriptor. edit. Montfauc. an.* 1706. *Seledivæ* nomine eam Inſulam appellari novi quidam ſcriptores cenſent. Immo vero eamdem alii atque veterum Taprobanam eſſe exiſtimant. Confer Cellar. *tom.*II. *Geogr. Ant. pag.*748. *edit. an.*1732.

2 De Maldivis conſule Maffejum *ibid. lib.*VII. *pag.*114. *ſeqq.* Veteres relationes editas ab Renaudotio *pag.*1. *ſeqq.* & Renaudotium ipſum in *not. pag.*126. Regi eas Muhamedano parere ſcribit Pyrardus *Itiner. Gallice edito par.*1. *cap.*X. *ſeqq. edit. an.*1679. Pauci ibidem Chriſtiani verſantur, atque ii quidem non religionis propagandæ, ſed mercaturæ exercendæ cauſſa.

3 Confer J. Petrum Maffejum *lib.* III. *Indic. pag.*187. *ſeq. edit. an.*1589. & Laſon. *Chronol. des Miſſ. tom* II. *An. Domin. menſ. Sept. pag.*CLXVI. & *pag.*CLXXXVIII.

quanto eſſe plures contendunt. Harum multas obtinent Hiſpani. Præcipua eſt Luzonia, ſeu Manila Archiepiſcopi ſedes. Incredibile dictu eſt quantam in his vim, quantamque copiam hominum Dominicani, Franciſcani, Auguſtiniani, Carmelitæ, Capuccini, Jeſuitæ (1) &c. ad veram religionem amplectendam induxerint. Cum enim ſuas Provincias inſtituerint, in quibus ſeveritas legum vigeret, ſtudiaque litterarum colerentur, ita exemplo, doctrinaque valuerunt, ut non modo Inſulanos, in quos inciderant, eoſque, quos recens invenerunt (2) ignaros reli-

1 Iam inde ab eo tempore, quo detectæ ex ipſæ Inſulæ fuerunt, Dominicani, Franciſcani, iique ex aliis Ordinibus religioſi viri, quorum ſupra facta mentio eſt, introducere in eas, ibique propagare Chriſtianam religionem cœperunt. Confer *Hiſt. Provinc. Philipp. O. P. l. 1. pag. 1. ſeqq. & pag. 28. ſeqq.* Quos deinde progreſſus fecerint, *ex ſeqq.* libris cognoſci poteſt. Urbanus Cerrius l. c. *pag.* 108. de ſtatu religionis in Philippinis, ut erat circa an. 1678. ſcribens „ Nelle Iſole ſtanno ſparſi più di 500. religioſi di varie religioni, Agoſtiniani, Domenicani, „ Franceſcani, Geſuiti, e Agoſtiniani Scalzi, ivi chiamati Recolletti, riſedendo in diverſe „ Chieſe, dove non con nome di Parochi, ma di dottrinari inſegnano la dottrina Criſtiana, e vi „ hanno fatto numeroſe converſioni quaſi di due millioni di anime attendendo con ogni diligen- „ za alla propagazione della fede. La principale di queſte Iſole è Luzon, nella quale ſta Ma- „ nila Arciveſcovato, e Città aſſai popolata piena di Chieſe, Conventi, Collegj, Oſpedali, e „ altri luoghi pii. Ne' ſuoi Borghi dimorano circa dieci mila Chineſi, che per opera dei detti „ religioſi ne paſſano continuamente alla fede Cattolica, eſſendo gente aſſai ingegnoſa, dove „ gli altri abitanti ſono aſſai rozzi, e pigri. Nella medeſima Iſola ſtanno due altri veſcovati, „ uno della nuova Caceres, oltre quello detto del nome di Gesù, che ha la reſidenza in un al- „ tra Iſola chiamata Sebù. Sono dalle dette Iſole uſciti in altri tempi diligentiſſimi operai per „ le Miſſioni del Giappone, e adeſſo paſſano molti Domenicani, e Franceſcani anche nella Chi- „ na ... Le Iſole de' Ladroni ... formano una linea retta dal Giappone ſino alla nuova Guinea ... „ Da dieci anni in qua un Geſuita chiamato il P. S. Vittores operò tanto colla Regina, co' mi- „ niſtri, e con i ſuoi ſuperiori, che vi fondò una miſſione della ſua religione, quale in breviſſi- „ mo tempo vi fece grandiſſimo frutto; ma egli vi reſtò ultimamente martirizzato con due ſuoi „ compagni, onde vi furono l' anno paſſato mandati ſei altri padri in ſoccorſo della Miſſione „. Dominicani, & Franciſcani, Auguſtiniani, Ieſuitæ, & Carmelitæ id vehementer labotant, ut eos Inſulanos, qui nondum de Chriſto cognorant, ad veram religionem adducant.

2 Ante annos paucos novas Provincias Dominicani detexerunt, in eaſque ſe nunciatum Evangelium contulerunt. Cum eorum, qui primi iter eſſent aggreſſi, maximam partem, ob ingentes labores, & graviſſima incommoda, interiiſſent, ſuffecti alii ſunt, qui non modo Inſulanos, ac potiſſimum Panlquenſes ad Chriſtiana ſacra colenda permoverunt, verum etiam ad parendum Hiſpanorum Regi. In capitulo Generali *Bononiæ* a Fratribus *Ord. Præd.* celebrato an. 1748. quo quidem in capitulo electus cunctis ſuffragiis Antoninus Bremondus Maſſilienſis (vir ſumma & morum integritate, & prudentia, & doctrina, atque eruditione) Magiſter Ordinis fuit, decretum eſt, ut hæc *in Acta pag. 47. ſeqq.* referrentur. „ Denunciamus, fratres noſtros Sanctiſſimi Roſa- „ rii Philippinarum poſt inſtauratas in Nova Segovia quinque miſſiones, aliamque erectam in „ Provincia Pangaſinan, ad Inſulas, quas vocant de Batan, Barbarorum coloniis frequentiſſimas „ appuliſſe, ſedemque in ea fixiſſe, quæ Calayan appellatur, ubi rudem, ac ſuperſtitioſam gen- „ tem Chriſtianæ religionis myſteriis feliciter imbuendam ſuſcepere, pluribus etiam Apoſtatis „ ibidem latitantibus in Eccleſiæ ſinum reductis .... Nova iiſdem meſſis oblata eſt an. 1719. „ plurimarum ſcilicet, variarumque gentium, quibus in centro Inſulæ Luzoniæ inacceſſorum „ montium aſperitate circumſeptis nullum Evangelii lumen affulſerat. Intentatus aliis, patuit non ſine divino numine Miſſionariis noſtris ad eas acceſſus per incredibiles viarum labores, „ per

religionis veræ reduxerint ad ſanitatem; ſed etiam miniſtros Evangelii in Indiam Orientalem fere univerſam miſerint, quorum plerique omnes magnos retulerunt laborum fructus, permulti autem martyres (1) obierunt. In Formoſam (2) religionem Orthodoxam intulere Dominicani, Franciſcani, aliique Eccleſiaſtici viri. Sed Batavorum deinde in Catholicos odio, imminutæ res noſtræ in Inſula, ac pene deletæ fuerunt (3).

CAPUT


,, per graviſſima æſtus, & gelu, famis, & ſiris incommoda, per mulra demum vitæ pericula,
,, quibus tres eorum unius anni ſpatio confecti, & deſiderati ſunt. Ceteri autem ſpe contra
,, ſpem acio fidei agentes, ſuſceptæ expeditionis fructum tulerunt, in barbaram illam, incul-
,, tamque nationem penetrantes, ubi nova inſtituta Miſſio, cui titulus S. Crucis impoſitus, fa-
,, cili, & expedito poſteris patefacto itinere a Provincia de Cagayan in Provinciam Pangaſi-
,, nan commercio imprimis utili, atque animabus Chriſto lucrifaciendis aptiſſimo .... Ipſam gen-
,, tem exlegem, atque efferatam Prædicatoribus uſque ad mortis minas ante obſiſtentem, ſum-
,, ma induſtria, lenitate ac patientia ad rationalis primum, politicæque vitu rationem inſtitu-
,, tam, mox fidei rudimentis imbutam, ad eam amplectendam ita alleaerunt, ut deſcendenti-
,, bus quotidie e vicinis montibus Gentilium catervis Evangelii prædicationem avidiſſime acce-
,, pturis, jam plurimi eorum religionis Catholicæ jugo colla ſubmiſerint, ſpem certiſſimam fa-
,, cientes, innumerabilem nationam per octóginta, & amplias populos diffuſam, divina gratia
,, cœptum opus perficiente, in unum Chriſti gregem coalituram ,,. Hujus Provinciæ Patribus, cum rebus omnibus, quibus poterant, Cardinalem Tournonium juviſſent, Clemens XI. Pontifex Maximus litteras in *forma brevis* dedit, quibus eis gratias egit, promiſitque fore ut quam gratum Sedi Apoſtolicæ feciſſent, aliquandiu cognoſcerent. Confer *Bullarium Ord. Præd. tom. VI. p. 494. edit. an. 1734.* Vide P. *Fabri S. J. epiſt. t. x. Lettres edif. pag. 52. ſeqq.*

1 Vide quæ diximus de Martyribus Dominicanis in Sinis, Tonquino, atque in Japonia. Namque ii omnes profecti ſunt e Provincia Philippinarum.

2 De laboribus Dominicanorum in Inſula Formoſa adeundus Lafonus *ibid. pag. CLXX. ſeqq. & Hiſt. Provinc. Philipp. Ord. Præd.* paſſim.

3 Confer Fabricium *ſalut. Luce Evang. cap. XLII. pag 698.*

Digitized by Google



NAPOLI

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

De Ortu, & progreſſu Chriſtianæ religionis in *Ægypto, Libya, Abeſſinia, Congo, Monomotapa, Guinea &c.*

Ægyptios, ante Marci Evangeliſtæ in provinciam adventum, audiſſe de Chriſto, hujuſque ſe legibus addixiſſe, tam eſse verum Scriptores aliqui putant, ut revocari nullo modo in controverſiam poſſe arbitrentur (1). Sed Marci (2) deinceps, Succeſſorumque (3) opera, atque laboribus ſic auctæ opes Chriſtianæ ibidem, atque

Tom. II. Nnn in

1 Nam veriſimile eſſe, ajunt, eos Hebræos Ægyptios, qui die Pentecoſtes, cum Spiritus Sanctus in Apoſtolos deſcendit, Hieroſolymis agebant, miratique virtutem Chriſti ſunt, & quorum fit a Luca in Actis Apoſtolicis *c.* II. *v.* 9. commemoratio, in patriam revertiſſe, dediſſeque operam ut ſui Chriſtianis inſtitutis, ac legibus aſſueſcerent. At quod nullibi traditum id a majoribus fuerit, ſunt qui ne veriſimile quidem eſſe putent. Immo vero Euſebii teſtimonium iis repugnare cenſent, qui ante Marcum quemquam in Ægypto prædicaſſe Evangelium inficiantur. Vide locum mox afferendum.

2 Euſebius *Hiſt. Eccl. l.* II. *cap.* XVI. *pag.* 65. *edit. Cantabr.* Μάρκον, inquit, πρῶτον, φασὶν, ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου στειλάμενον τὸ εὐαγγέλιον, ὃ δὴ καὶ συνεγράψατο, κηρύξαι. *Marcum primum, ajunt, in terram Ægypti miſſum Evangelium quod ipſe conſcripſerat, prædicaſſe.* Hieronymus Euſebium ſequutus, de Marco in Catalogo virorum illuſtrium agens *tom.* IV. *opp. pag.* 105. *edit. Martianæi*: *Primus*, inquit, *Alexandriæ Chriſtum annuncians &c.* Jam vero conſcripſerat Evangelium Marcus, auctore Euſebio, antequam in Ægyptum veniſſet: At illud nonniſi poſt Petri mortem ſcriptum narrat Irenæus *lib.* III. *contra Hæreſes c.* I. *pag.* 174. *edit. Pariſ. an.* 1710. μετὰ τὴν τούτων ἔξοδον *poſt horum* (Petri nempe, & Pauli) *mortem.* Petrum autem ante an. 65. æræ vulgaris non fuiſſe cruci affixum conſtat. Fit igitur, ut ante an. 65. Marcus in Ægyptum non venerit, ſi Irenæo, & Euſebio antiquis ſcriptoribus adjungenda eſt auctoritas, iiſque adimenda, qui longe poſt tertium, quartumve ſeculum floruerunt. Quid enim Chronicon orientale moret, quod *p.* 109. *ed. an.* 1651. narrat in Libyam veniſſe an. 49. Marcum, indeque anno 60. æræ vulgaris, qui ſeptimus Neronis fuit, contendiſſe Alexandriam contra veterum Irenæi, atque aliorum fidem? Quinetiam auctoris Chronici Paſchalis, qui *pag.* 230. *edit. an.* 1688. in annum 3. Caligulæ adventum Marci in Ægyptum refert, magno in errore, ut equidem arbitror, ſententia eſt. Neque Valeſio aſſentior, qui Eutychium Alexandrinum Patriarcham & novum, & minus accuratum auctorem ſectatus, in annum Claudii nonum adventum Marci Alexandriam conjiciendum putavit. *In not. ad l. indic. Euſeb. pag.* 56. *edit. Cantabr.* Multoque minus probare poſſum, quod Bollandiani ad *tom. ult. Jun. pag.* 3. ſtatuunt, Tiberio Imperatore, Marcum in Ægyptum contendiſſe. Namque ut nullo vetere monumento, ita ne ſatis quidem gravi conjectura eorum eſt nixa ſententia. Quid? Si Tillemontius *tom.* II. *Mem. Hiſt. Eccl. pag.* 549. *edit. Pariſ.* Bailletus *vies des ſaintes t.* 2. *M. Apr. p.* 327. *edit. Pariſ. an* 1704. Dupinius *Bibl. t.* 1. *pag.* 69. *edit. an.* 1693. aliique Auctorem Orientalis Chronici ſequuti, iiſdem, quibus ille, in erroris verſentur? Atque Irenæo quidem accedendum exiſtimat Dodwellus *De ſucceſs. Rom. Pont. pag* 53. *ſeqq. edit. an.* 1688. Caveus Irenæo ſimul & Euſebio *de ſcript. Eccl. tom.* 1. *pag.* 15. *edit. an.* 1693. cui ſane etſi ſæpe repugnem, in hac re tamen eſſe aſſenſionem adhibendam puto.

3 Confer Lequienium *tom.* II. *Orientis Chriſt. pag.* 331. *ſeqq.* & Bollandianos *tom. ult. Junii pag.* 3. *ſeqq.*

Digitized by Google

in Libya (1) fuerunt, ut noſtrorum jam plurimi extremo priore ſeculo, multoque magis ſecundo, ac tertio (2) in eis provinciis numerarentur. Nam cum Ethnici ſæviebant, tum maxime florebat (3) Eccleſia, ſanguineque Martyrum

1 Vivis Apoſtnlis aliquot Evangelii præcones in Cyrenaica nati florebant. *Act. Apoſt. c.* XI. *v.* 20. *cap.* XIII. *v.* 1.

2 Conſule Euſebium *lib.* III. *cap.* XIV. *pag.* 107. *Hiſt. Eccl. c.* XXI. *pag.* 121. *lib.* IV. *cap.* I. *pag* 141 *cap.* IV. *pag.* 143. *c.* XIX. *pag.* 181. *l.* V. *cap.* IX. *pag.* 213. *ſeqq. l.* VI. *cap.* I. *pag.* 257. *ſeqq. l.* VI. *c.* XV. *pag.* 275. *ſeqq. c.* XXV. *pag.* 292. *c.* XXX. *pag.* 294. *c.* XXXV. *pag.* 298. *cap* XXXIX. *pag* 301. *c* XL. *pag.* 302. *ſeqq. cap.* XLI. *pag* 304. *ſeqq. cap.* XLV. *pag.* 316. *ſeqq. lib.* VII. *cap.* IV. *pag.* 323. *ſeq c.* XI. *pag.* 334. *ſeqq. c.* XXI. *pag.* 344. *ſeqq. c* XXIV. *pag.* 349. *ſeq. c.* XXVI. *pag.* 356. *ſeq. c.* XXXII. *pag.* 367. *ſeq. lib.* VIII. *c.* VIII. *pag.* 385. *c.* IX. *pag. ead. ſeqq.* Hadriani ætate multos fuiſſe in Ægypto, qui Chriſtianiſmum profiterentur, liquet ex ejus Epiſtola. Vide *lib.* I. *hujus operis cap* III. *pag.* 140. In Libya Pentapoli floruiſſe etiam olim Chriſtianos certum eſt. Vide Euſeb. *l.* V. *c.* XLI. *p.* 106. Seculo III. eorum Eccleſias infeſtare Sabellius cœpit, novo hæreſeos dogmate excogitato, quod deinde majores noſtri multis reſcilendum exiſtimarunt, ne ſerperet, latiuſque manare poſſet.

3 Vide Euſebium *ibid. lib.* VI. *ſeqq. cap.* I. *ſeqq. pag.* 257. *ſeqq. & loc. indic. notat. ſuperiore.* Neque vero doctrina ſolum, & exemplis noſtrorum hominum, ſed etiam ſanguine Sanctorum Martyrum effectum eſt, ut opes Eccleſiarum Ægypti, imprimiſque urbis Alexandriæ adeo creverint, ut tertio, quartoque ſeculo magna vis ibidem, magnaque copia Chriſtianorum floreret. Atque Euſebius de Martyre Potamiæna *l.* VI. *cap.* V. *pag.* 263. quæ tempore Severi deceſſit, agens, ſatis oſtendit, quid martyria ad propagandam religionem poſſint. καὶ ἄλλοι πλείους, inquit, τῶν κατὰ Ἀλεξάνδρειαν, ἀθρόως τῷ Χριστοῦ λόγῳ προσελθεῖν κατὰ τοὺς δεδηλωμένους ἱστοροῦνται. ὡς δὲ καθ᾽ ὕπνους τῆς Ποταμιαίνης ἐπιφανείσης, καὶ ἐπὶ τὸν θεῖον λόγον προσκεκλημένης αὐτούς. „ Plures quoque alii Alexandrinorum civium (*eodem tempore*) „ ad fidem Chriſti ſubito, poſt eos de quibus diximus, tranſiiſſe memorantur, quos ſcilicet Pota- „ miæna in ſomnis apparens ad id faciendum provocaverat „. Atque exundantium Martyrum fontixm in Ægypto meminit quoque Clemens Alexandrinus *lib.* II. *ſtrom. pag.* 494. *edit. Oxon.* Neque diſcrepat Origenes *l.* II. *contra Celſum p.* 434. *t.* II. *opp. ed. an.* 1604. Sed omnes eos martyres numerare non potuerunt. Itaque mirum non eſt, ſi eorum nomina interciderint. Nam Dodwellus qui omnia fere univerſorum martyrum, qui ubique terrarum paſſi ſunt, nomina fuiſſe deſcripta, quod pauci eſſent, putat, oppugnatur a nobis multis exemplis eſt hujuſce libri parte ſuperiore. Atque iis quidem exemplis adjungi illa monumenta poſſunt, quæ anno ſuperiore in Thermis Diocletianeis detecta ſunt. Erat ibidem olim ſacellum, in quod tranſlatæ reliquiæ ſanctorum eorumque ſub altari ſacrum. Inſculptæ autem marmori Inſcriptiones ſunt, quas nobis communicari juſſit Eminentiſſimus Vir Silvius S. R. E. Cardinalis de Valentibus patronus litteratorum. Sic vero habent:

SANCTIS . MARTVRIBVS
PAPRO . ET . MAVROLEONI
DOMNIS . VOTVM . REDD. ☧
CAMASIVS . QVI . ET ASCLEPIVS . ET VICTORINA
NAT. H̄. DIE IIIX KAL. OCTOB.
PVERI . QVI VOT. H̄. VITALIS . MARANVS
ABVNDANTIVS . TELESFOR .

Sanctis Martyribus Papro, & Mauroleoni Domnis votum reddiderunt Camaſius, qui & Aſclepius, & Victorina natali habito die XIII. (nam error in numeris hujus inſcriptionis eſt, ut ex ea quam mox afferam, conſenies) *Kal. Octob. Pueri, qui votum habuerunt Vitalis. Maranus, Abundantius, Theloſphorus.*

DOMNIS

tyrum ita amplificabatur, ut non plebei modo, ſed etiam nobiles permulti (1) cooptarentur in ordinem Chriſtianorum. Atque crudelitas Ethnicorum in cauſſa fuit, cur primum in Ægypto oriretur Anachoretarum (2) inſtitutum, itaque deinde propagaretur, ut lapſu temporum deſerta loca plena hominum eorum eſſent, qui hujuſmodi vitæ genus profiterentur. Alexandrina Eccleſia a Marco fundata, & Epiſcopis deinceps in *Libya* conſtitutis (3) curatum a Majoribus eſt, ut Scholæ (4) etiam in ipſa Metropoli Ægypti vigerent, in quibus a viris doctiſſimis adoleſcentes erudirentur, ut doctrinam Chriſti argumenmentis confirmare, defendereque a calumniis ſophiſtarum poſſent. Quarum ſcilicet ſcholarum præſidio, Athenagoræque imprimis, Pantæni, Clementis, Heraclæ, (5) Origenis, aliorumque ſtudiis, qui eaſdem ſunt aliquando moderati, incredibile dictu eſt, quæ commoda, quæque utilitates in Eccleſiam univerſam manaverint. Hinc enim Alexander, & Athanaſius, multique Ægyptii Epiſcopi, qui Arianam hæ-

 reſim

DOMNIS . SANCTIS
PAPRO . ET . MAVROLEONI
☧ MARTVRIBVS
CAMASIVS QVI ET ASCLEPIVS ET VICTORINA VOT. REDD.
NAT. HAB. DIE . XIII. KAL. OCTOB.
. . . . ARANE . VITALIS ☧
. . . TI ϭ TELES. POS ♡

Domnis Sanctis Papro, & Mauroleoni Martyribus Camaſius, qui & Aſclepius, & Victorina votum reddiderunt Natali habito die XIII. *Kal. Octob. Marane, Vitalis, Abundantius, Theleſphorus poſuerunt*. Sed quid ſit votum habere, quid reddere oſtendam alio loco, ubi de *natalitiis* Sanctorum Martyrum diſſeram. Tum enim operam hiſce Inſcriptionibus explicandis diligentem dabo. Atque horum martyrum nomina in nullo, quod viderim, vidi autem plurimos, libro Kalendariorum, ac Martyrologiorum reperi. Quare horum memoria intercidiſſet, niſi repertæ inſcriptiones hujuſmodi fuiſſent.

1 Ambroſius Origenis amicus, & Chriſtianus Alexandriæ e nobili familia ortus erat. Nam ut ait Epiphanius Hæreſi LXIV. *pag.* 526. *edit. an.* 1622. erat τις τῶν διαπρεπῶν ἐν αὐλαῖς βασιλικαῖς *quis ex iis, qui clarebant in aulis regiis*. Vivebat circa an. CCXXX. Conſule Tillemontium *tom.* III. *Mon. Hiſt. E. pag.* 515. *ſeqq. edit. Pariſ.* Alios prætcrea nobiles, qui magiſtratus Alexandriæ Decii tempore obtinerent, Chriſtianiſmum coluiſſe, conjici ſane poteſt ex Euſebii *l.* VI. *c.* XLI. *Hiſt. Eccl. p.* 305. *ſeq.*

2 De Anachoretis, eorumque origine agam in IV. hujuſce operis libro.

3 Confer Lequieniam *tom.* II. *pag.* 386. *ſeqq.*

4 De Schola Alexandrina diſſeram eo libro, qui erit de Catechiſtis, & Cathecumenis. Interea confer Euſebium *lib.* V. *cap.* X. *Hiſt. Eccl. pag.* 222. *ſeqq. edit. Cantabrig.* & Philippum Sidetam apud Dodwellum *Diſſert. in Irenæum pag.* 388. *ſeq. edit. an.* 1689.

5 Euſeb. *ibid.* & Philipp. Sidetes *ibid.*

reſim oppugnarunt (1): Cyrillus qui Neſtorianam (2) Sectam disjecit, aliique orthodoxæ religionis illuſtres propugnatores prodierunt. Quibus ſane Athanaſii, ac Cyrilli temporibus innumerabilia propemodum erant in iiſdem provinciis Cœnobia (3) Monachorum. At poſt Dioſcorum nefarium Eutychianæ factionis patronum, & aliqui vixerunt, qui eos reprimere conarentur (4), qui novis rebus ſtuderent, permulti tamen Monophyſitarum (5) partes ſequebantur, Eccleſiamque in ſectas lacerabant, quoad Ægyptus in poteſtatem Muhamedanorum venit. Tunc enim afflictæ, ac pene funditus ſublatæ opes Catholicorum ſunt, quod maxima pars incolarum (6) Muhamedi, ceteri aut Dioſcori, aut Græcorum ſententias conſectarentur. Nunc Alumni quidam Collegii de Propaganda-Fide, Franciſcani, & Jeſuitæ in Ægypto rem Romanam (7) curant, atque haud exiguos progreſſus faciunt.

Eſt

1 Confer Athanaſium Apolog. *tom.* I. *opp. pag.* 119. *ſeqq. edit. Montfaucon.*

2 Celebre eſt nomen Cyrilli Alexandrini. Hujus opera etiamnum permulta extant. In Epheſino Concilio an. 431. cauſſam Catholicorum contra Neſtorium egregie defendit. De eo ſcriptores omnes, qui Hiſtoriam quarti ſeculi illuſtrarunt.

3 De Cœnobiis in Ægypto agam IV. hujuſce operis libro.

4 Dioſcorus in Synodo Calcedonenſi an. 451. damnatus eſt. At poſt ipſum aliqui Catholici Alexandrinam Eccleſiam moderati ſunt. In his S. Proterius, & Johannes Talajas, aliique fuerunt. Confer Lequienium *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 411. *ſeqq.* & Bollandianos *t.* v. *Jun. p.* 53. *ſeqq. & tom.* III. *Febr. pag.* 729.

5 Confer eumdem *ibid. pag.* 414. *ſeqq.* & Bollandianos *tom. ult.* Junii *pag.* 53. *ſeqq.*

6 Vide quæ diximus ſupra *p.* 55. *ſeqq. hujus voluminis* Herbelotum *ad vocem Meſr.* Abulpherag. *Hiſt. Dynaſt. p.* 112. *ſeqq. ed. an.* 1663. *Chronic. Orient. editum inter ſcript. Byzantinæ Hiſt. ab Echellenſi*, Joh. Michaelem Vanslebium Ord. Præd. *Hiſt. Eccl. Alex. edit. an.* 1677. *pag.* 322. Euſebium Renaudotium *Hiſt. Patr. Alexand. pag.* 156. *edit. an.* 1713. Capta Alexandria ab Amro Saracenorum Duce *an.* 641. fuit. Vide Abulpharagium *Hiſt. Dynaſtiar. pag.* 112. *edit. an.* 1677.

7 Cerrius *ibid. pag.* 119. „ L'Egitto ora è abitato oltre i Turchi, e Arabi, da' Greci, e „ Cofti, per la converſione de' quali è neceſſaria la lingua Arabica. La miſſione di queſta Pro„ vincia, che è de' Reformati provviſionati dalla Congregazione, ha reſidenza nel Cairo, di do„ ve rieſce comodo a detti Padri l'andare nel poſto di Sues a conſolare i poveri ſchiavi Cattoli„ ci, che ſtanno nelle galere del Turco ... Il numero de' Cattolici in tutto l'Egitto non ſaran„ no 2000. trà quali molti mercanti di diverſe nazioni, maſſime Franzeſi, e Veneziani (nunc „ multo plures eſſe intellige) I Cofti aſcendono al numero di 40000., e ſi ridurrebbero facil„ mente alla fede Cattolica, ſe vi foſſero miſſionarj, che ſoavemente l'illuminaſſero ... I tem„ pli de' Cattolici nel Cairo vecchio ſono ſei, o ſette ornati d'immagini ... Nel Cairo teneva „ altre volte la Congregazione un Veſcovo ... Oltre i ſuddetti miſſionarj riformati, vi ſtanno „ Minori Oſſervanti, e Cappuccini ... I Greci in quelle parti obbediſcono al Patriarca d'Aleſ„ ſandria „. De Jeſuitis vide *tom.* v. Sylloges inſcriptæ „ *Nouveaux Memoires des Miſſions de la Compagnie de Jeſus dans le Levant. Edit.* Pariſ. *an.* 1723. *& tom.* II. *par.* II. *pag.* 4. *ſeqq. & tom.* VI. *pag.* 279. *an.* 1727. Anno 1562. miſſus ad Coptos a Paulo IV. fuit Rodericus Jeſuita. Confer Sacchinum *lib.* v. *Hiſt. Soc. Jeſu pag.* 135. *ſeqq. edit. an.* 1620. Bolland. *t.* v. *Jun. pag.* XII. *&* 107. *ſeq.* qui de Synodo ſub Greg. XIII. *& de Coptis.*

Digitized by Google

Eſt autem credibile, in *Libya* jam inde a priore ſeculo Chriſtianos ſaltem aliquos floruiſſe. Neque enim Alexandrini Epiſcopi, qui Æthiopum ſalutem quærerent, *Libyenſium*, qui propius aberant, neglexiſſent (1) felicitatem. Tertio tamen quartoque ſeculo Eccleſiæ in *Libya, Pentapoli*, & *Marmarica* celebrabantur, Epiſcopoſque habebant, qui curam earum gererent (2).

Æthiopas Abeſſinos (3) ab Eunucho Candacis Reginæ, cujus fit in Actis Apoſtolicis mentio, ut etiam Arabiæ Felicis incolas, fuiſſe ad Chriſtiana ſacra perductos ferunt. Hoc ipſum aliqui de Matthæo, (4) & Matthia, & Bartholomæo Apoſtolis tradiderunt. Neque deſunt, qui Nubienſes Æthiopas inſtitutos ab Thoma (5) contendant. Secundo ſeculo Pantænus (6) Philoſophus Chriſtianus in Indiam, quo quidem nomine Æthiopia intelligitur, abiit, pluresque Chriſto conciliavit. Medio fere quarto ſeculo Frumentius (7) non modo mul-

1 Lequien. *ibid pag.*618. *ſeqq.*

2 Ibid. *pag.*631. *ſeqq.*

3 Euſebius *lib.*1I. *Hiſt. cap.*1. *edit. Cantabrig. pag.*46. „ Quemdam ex Proceribus Æthiopum Reginæ, *inquit*, in Iudæam adduxit (*divina Providentia*) quippe moris eſt etiamnum „ illis gentibus muliebri Imperio gubernari. Qui cum a Philippo cæleſti viſione admonito primus ex gentibus (*at fuit is Proſelytus Iuſtitia*) divini verbi myſteria percepiſſet, totius orbis fidelium primitiæ factus, inde in patriam reverſus, Dei notitiam, & Servatoris noſtri ſalutarem in terras adventum primus prædicaſſe fertur „. Confer Bollandianos *tom.*I. *Junii pag.*618. *ſeqq.* Tillemontium *tom.*1I. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.*72. *ſeq.* 531. *ſeqq. edit. an.*1694. & Jobum Ludolphum *lib.*1II. *Hiſt. Æthiop. cap.*IV. *edit. an.*1681.

4 De SS. Matthæo, & Matthia Apoſtolis adeundi Florentinius in *Martyrolog. pag.*176. *ſeq.* & 158. *ſeq. edit. an.*1668. & Tillemontius *tom.*1. *Mon. Hiſt. Eccl. pag.*391. & 433. *edit. Pariſ.* Euſebius Cæſarienſis *lib.* V. *cap.*X. *Hiſt. Eccl. p.*223. *edit. Cantabrig.* de Pantæno agens „ Tantum, *inquit*, animi ardorem erga verbum Dei idem vir oſtendiſſe perhibetur, ut orientis nationibus Evangelii Chriſti prædicator extiterit, ad ipſam uſque Indiam progreſſus. Quippe complures erant etiam tum Evangeliſtæ Sermonis Dei, qui divina quadam emulatione ſucenſi, Apoſtolorum exemplo ſtudium ſuum conferre ad ædificationem fidei, & ad incrementum „ verbi divini properabant. Ex quorum numero Pantænus ad Indos uſque penetraſſe dicitur, „ ibique Evangelium Matthæi, quod adventum ipſius jam prævenerat, apud quoſdam Chriſti „ notitia imbutos reperiſſe. Quibus ſcilicet Bartholomæus unus ex duodecim Apoſtolis olim, „ ut fama eſt, prædicaverat, & Evangelium Matthæi Hæbraicis conſcriptum litteris reliquerat, „ quod quidem ad prædicta uſque tempora ſervatum eſſe memoratur. *Vide Socr. l.* 1. *c.*XIX. *p.*49.

5 De Thoma Nubienſium Apoſtolo ſic cenſet Haytonus Armenius *cap.* LVIII. *pag.*101. *edit. an.* 1671.

6 Vide modo recitatum Euſebii locum.

7 Vide Athanaſium *Apolog. ad Conſtantium tom.*1. *opp. par.*1I. *pag.* 315. *edit. Montfauconiana*. Rufinum *lib.*1. *Hiſt. Eccl. cap.*IX. *pag.*224 *edit. Frobeniana an.*1523. Theodoritum *l.*1. *cap.*XXIII. *pag.* 54. *edit. Cantabrig.* Socratem *lib.*1. *cap.*XIX. *pag.*49. & Sozumenum *lib.*1I. *cap.*XXIV. *pag.*75. *ſeq. edit. Cantab.* Martyrologium Romanum *ad d.*XXVII. *Octob.* & Menea Græcor.

multos incolarum, ſed ipſum etiam Regem, primoſque civitatis ad Chriſtiana ſacra perduxit, & Epiſcopus eſt ab Athanaſio creatus Auxumitarum. Hinc factum eſt, ut ab Alexandrino Catholici ordinentur Abeſſinorum, in eaque regione vices Patriarchæ agant. Jam vero ut Alexandrini Coptici ritus Monophyſiſmum, ac Monotheliſmum, ita eaſdem hæreſes conſectantur Chriſtiani, quos Abeſſinos vocant (1). Sed ut ad Frumentium redeam, Conſtantius Imperator (2), cum Arianis partibus ſtuderet, ad Æzanam, & Sazanam Principes, vivo Frumentio, litteras plenas arrogantiæ dedit, quibus eis, ut hæreſim amplecterentur, imperabat. Rurſum quod tum impetrare jubendo non potuit, poſt dolis Arianorum conſequutus eſt, cum aliqui horum in Abeſſiniam penetraverint, & Epiſcopi dignitate ſibi arrogata, a recta inſtitutione Auxumitas abducere tentarint. Cum igitur quarto ſeculo Chriſtianæ religioni nomen Auxumitæ dederint, adhibenda fides Nicephoro non eſt, qui Juſtiniano (3) Imperatore Auxumitarum Regem ab Idolorum ſuperſtitione ad veri Dei cultum fuiſſe deductum narrat. Vixiſſe tamen Æthiopum Regem quemdam ſub Juſtiniano, qui Idololatria neglecta ſolidam colere cœperit pietatem, proditum a Procopio (4) eſt gravi hiſtorico, & æquali temporum illorum. Seculo XVI. Æthiopum Rex legatos ad Clementem VII. Pontificem Maximum (5) miſit. Inde viri Apoſtolici in eas ſe regiones contulerunt, egeruntque ſedulo, ut incolæ errorem deſererent, unamque amplecterentur, ac (6) defenderent

cor. ad *d* XXX. *Nov.* Confer præterea, ſi placet, e novis Henricum Valeſium *ad Socr. loc. mox. indicatum*. Iobum Ludolphum *lib.* III. *Hiſt. Æthiop. cap.* VII. *num.* 17. *& Commentar. in eamd. Hiſtor. pag.* 280. Tillemontium *tom.* VII. *pag.* 284. *edit. Pariſ. an.* 1706. *& tom.* VIII. *pag.* 13. *edit. an.* 1707. Godifridum Hermantium *in Athanaſ. vita lib.* III. *cap.* IX. *pag.* 234. *edit. an.* 1671. & Montfauconum *in vita Athan. pag.* XV. *tom* I. *opp. ejuſdem ſancti edit. an.* 1698.

1 De Monophyſitis Æthiopibus conſulendi Lequienius *tom.* II. *Or. Chriſt. pag.* 647. *ſeqq.* Bollandiani *tom.* V. *Jun. pag.* 107. *ſeqq.* Mitto la Croze, qui multa de Monophyſiſmo Æthiopum partim vera, partim falſa turbat *dans l'Hiſtoire du Chriſtianiſme d'Ethiopie, & d'Armenie: edit. Haga Comit. an.* 1739. & Jobum Ludolphum *Hiſt. Æthiopica lib.* III. *cap.* VIII. *num.* 48.

2 Conſule Athanaſium loco mox indicato. *pag.* 315.

3 Niceph. *lib.* XVII. *cap.* XXXIV. *pag.* 787. *edit. an.* 1630.

4 Procopius *lib.* I. *de Bello Perſico cap.* XX. *pag.* 60. *edit. an.* 1661.

5 Chriſtophorus Columbus *De Æthiopicis Inſulis nuper inventis, & de Legatione Regis Æthiopum ad Clementem* VII. *pag.* 1285. *ſeq. edit. an.* 1603. *t.* II. *Hiſp. Illuſtr. Scriptor.*

6 Has miſſiones omnes numerat Crozæus *ibid. pag.* 94. *ſeqq.* ſequutus Telleſium alioſque. Sed is Crozæus vehementer plerumque labitur, ut opportune aliis in locis, dum ratio poſtulaverit, demonſtrabo. Confer etiam Certium, cujus verba mox afferam.

Digitized by Google

derent veritatem . Sequutæ deinceps aliæ legationes (1) ſunt, Epiſcopique a Pontificibus Romanis eodem contendere juſſi , non tamen adeo inſigni emolumento Reipublicæ Catholicorum , ut noſtri ſperabant , & polliceri tempora (2) videbantur .

Congi , finitimarumque Provinciarum incolæ , quorum pars Chriſtianiſmum profitebatur , jam uſque ab extremo ſeculo xv. aſſueſcere noſtris rebus , & religionem Catholicam profiteri cœperunt . A Clemente VIII. datus illis Epiſcopus (3) Orthodoxis fuit . Anno 1641. S. Congregatio de Propaganda Fide Capuccinos (4) in eas regiones mitti curavit , qui egregie ſuo munere funguntur .

Mono-

1 Crozeut *ibid. ſeqq.*

2 Etſi tum apud Æthiopas præclare interdum actum a noſtris fuerit , tamen poſt multis calamitatibus affecti Orthodoxi Schiſmaticorum ſcelere fuerant . Sed de Miſſionibus , & Hiſtoria Æthiopum, ſeu Abiſſinorum conſule Emanuelis Almeidæ S. J. Epiſtolas ex Æthiopia *edit. Rom. an.*1629 *Verdadera informaçam das terras do Preſte Joan.* a Franc. Alvareſio *edit. Uliſip. an.*1540. *Legat. magni Indor. Imperator. Presbyt.* Johannis ad Emmanuelem *Luſit. Regem Interpr. Damiano a Goes edit. Antuerp. an.*1532. Thomæ de Barrhos *Annuas litt. ex Æthiop. an.*1622. Abrahami Bzovii *annal. ad an.*1514. 1521. 1524. Adami Conzenii *Hiſt. Abeſs. regni an.*1628. Aloyſii Dulcebenii Soc. Jeſu *litteras annuas Sinenſes, & Æthiop. an.*1622. *ſeqq.* Nicolai Godigni Societatis Jeſu *de Abeſſinorum rebus , deque Æthiopia Patriarchis* (Latinis) *Lugd. an.*1615. J. B. Machaulti *S. J. de reb. a Patrib.* S. *J. geſtis in Æthiop. an.*1624. *ſeq. edit. Pariſ.* Marmolii *Africa l.*x.*t.*111. *p.*xxxx. *ſeq.edit.an.*1599. Michaelis de Pace *Annuas litteras ex Æthiop.an.*1619. Gaſparis Paez *Ann. epiſt. ex Æthiop. an.*1624. *ſeqq.* Euſebii Renaudotii *Apolog. pour l'Hiſtoire des Patr. Alex. edit. Pariſ. an.*1717. *pag.*152. *ſeq.* & *Hiſt. Patr. Alex.* Balthaſaris Tellezii *Gener. Hiſt. Ætiop. edit. Conimbr. an.*1660. Luſitanice , Franciſci Titelmanni Ord. Minor. *De relig. morib. & cerem. Æthiop. edit. Antuerp. an.*1534. *Hiſt. Eccl. Polit. natural , y Moral de los Reynos de la Ethiop.* auctore *Lud.* Uretta Ord. Præd. *edit. Valent. an* 1610. *ejuſdem Hiſt. de la Sagrada Orden. de Predicadores en los remotos Reynos de la Ethiop. edit. an.*1611. Sed præter Godignum , & Ludolphum , alii quoque haud pauci Urettam oppugnant . Hos alioſque recenſet Fabricius *ſalut Luc. Evang. cap.*xLv. *pag.*711 *ſeqq.* Confer etiam Laſonum *Hiſt. Chron. Miſſion. Ord. Præd. pag.*211. *ſeqq. tom.*11. *Menſ. Sept. pag.*xL1. *ſeqq.* & Bullar. *Clem.*x1. P. *M. pag.*301. 631. Vide *not.*4. *hujus & ſeq. pag.*

3 Urb. Cerri *pag.*132. „ Il regno del Congo è poſto nella coſta dell'Africa dalla parte di „ Ponente .... Si divide in ſei vaſte Provincie abitate da' Criſtiani , e Gentili ... Fu convertito „ queſto regno alla fede da' Portogheſi circa l'anno del Signore 1490. e gli fu conceſſo un ve„ ſcovo da Clemente VIII. erigendo in Cattedrale la Città Metropoli di quel regno detta dalla „ Chieſa principale S. Salvatore , e ſottoponendola all' Arciveſcovo di Lisbona . De Angola vide Cerrium *ibid.*

4 *Id. ibid.* „ Queſta Miſſione è ſtata , ed è di grandiſſimo frutto in quei regni per la gran „ Converſione fatta di quei Popoli , quali più volte hanno fatto iſtanza, che dalla S. Sede Apo„ ſtolica gli ſi mandaſſero veſcovi . . . Onde la Congregazione v'iſtitui una miſſione de PP. Cap„ puccini , ſotto la quale comprende oltre il detto regno del Congo anche quello di Angola &c. Vide Marci de Guadalaxara *Hiſt.* Pontifical y Catholica *tom.*v. *pag.*477. *ſeqq.* Quo in ſtatu Innocentii XI. tempore Congenſis Eccleſia eſſet , explicat ibidem Cerrius *pag.*133. De Dominicanis in Congo jam uſque ab an.1490. eorumque laboribus , & progreſſu vide & Johannem de Barros *Decad.* 1. *lib.* 111. *cap.* 1x. & Petrum Maffejum Societ. Jeſu *Hiſt. Ind. lib.* 1. *pag.* 6. *edit.*

Monomotapæ Regem ſeculo ſuperiore ad Chriſtiana (1) ſacra Dominicani perduxerunt, multiſque auctores fuerunt, ut ejus exemplum imitarentur. Eorumdem Monomotapenſium Jeſuitæ (2), aliique religioſi viri ſalutem curarunt.

In Guinea quoque Dominicani (3), Jeſuitæ, aliique Evangelium promulgarunt. Auguſtiniani (4), & Carmelitæ in Madagaſcar magnum numerum Inſulanorum induxerunt, ut doctrinam Chriſti amplecterentur. Multo majorem deinde Presbyteri, quos *Miſſionum* (5) vocant, quique S. Vincentio a Paulo inſtitutore merito gloriantur.

ΠA-

edit. an. 1589. & Lafonum *l. c pag.*xxxv. *ſeqq.* De Æthiopa idem Cerrius *pag.*122. „ Grego-
„ rio XIII., *inquit*, ſpedì al Re Sarzadinghel un Gentiluomo di Coppa cocia detto G an Batti-
„ ſta Britti a invitarlo alla unione della Chieſa, e alla debita obbedienea. Vi fu poi ſtabilito
„ per Patriarca Latino Alfonſo Mendea Geſuita, che del 1636. fu diſcacciato con tutti i
„ PP. della Compagnia per ſoſpetto, che ſi foſſero ingeriti in trattati politici di far occupare
„ una forezza maritima, onde ceſſò quella Criſtianita affatto deſtituta di ſaccedoti Cattolici,
„ e volendovi entrare i Reformati, e Cappuccini, furono in Suacben, e altrove fatti morire.
„ Anzi il veſcovo di Criſopoli, che vi fu deſtinato per Vicario Apoſtolico non potè paſſare più
„ avanti del Cairo. Capitò poi nel 1665. in Geruſalemme un Maronita, che ſtato 30. anni in
„ Etiopia, ragguagliò, che il Padre, il quale perſeguitava la noſtra fede, era gia morto, e
„ che il preſente ſi moſtrava aſſai inclinato permettendone pubblicamente l'eſercizio, onde in
„ una Provincia di Etiopia vi erano ſopra 30000. Cattolici, e nella Città, dov' egli abitava
„ colla ſua famiglia, ne ſtavano da 6000., quali poſſedevano la lingua Portogheſe.... l'an-
„ no 1666. fu decretato (dalla Congregazione) ſi rimetteſſe in piedi la miſſione, e ſi mandaſſe
„ per Vicario Apoſtolico un tal Antonio Andrade nativo di Etiopia ... Arrivati al porto di Sues
„ diedero parte l'anno 1669. che la perſecuzione ancora durava, ma non col fervore di prima.
„ Nondimeno nel 1671. ſi ebbe avviſo, che i detti Miſſionarj, e Veſcovo erano ſtati uccisi per
„ odio della fede, onde reſtò quella miſſione deſtituta .... Il Cardinale S. Onofrio fondò un alun-
„ nato nel Collegio Urbano „ Atque acciti quidem aliqui hoc etiam ſeculo fuerunt ex Æthio-
pia. Eorum unus, qui in eodem collegio ſub Clem.XI. P. M. fuit, Romæ etiamnum agit, ac de
reditu in patriam cogitat.

1 Cerrius *ibid. pag.*135. „ L'anno 1630. fu riferita la converſione dell'Imperatore di Mo-
„ nomotapa fatta dal P. Aloyſio dello Spirito Santo Domenicano, quale fece iſtanza alla Con-
„ gregazione di operaj; onde ne fu ſcritto al Collettore di Portogallo, acciò s'informaſſe del-
„ le qualità di alcuni Religioſi, e del 1632. ne furono mandati dieci dallo ſteſſo Re di Portogal-
„ lo, poi non ſe n'è ſaputo altro.

2 Id teſtatum reliquit Hazartus *tom.*II. *Chriſtianiſmi Cathol. pag.*178. *ſeq.*

3 Dominicani jam inde ab an. fere 1487. in Guinea prædicare Evangelium cœperunt, præ-
coneſque deinceps religionis Chriſtianæ eodem miſerunt. Vide Souſam II. *P. lib.*VI. *cap.*VII.
& Lafon. *pag.*XXXIII. Vide etiam *Relat. du Voyage du Royaume d'Iſſing. côte d'or pais de
Guinée en Afrique par Godefroy Loyer, Prefect Apoſtolique des Miſs. des Freres Precheurs aux
Côtes de Guinée edit. Pariſ. an.*1714. De Capuccinis Cerrius *ibid. pag.* 128. „ Vi fu dall' anno
„ 1674. fondata una miſſione di Cappuccini a iſtanza di un Provinciale di Bertagna, che riferì
„ aver detti ſuoi religioſi, capitati con alcuni mercanti in quelle parti trovati que' popoli aſſai
„ docili, e ſenza quaſi niuna religione: onde arrivati i Miſſionarj nel regno di Botne in detta
„ Guinèa, furono ben accolti dal Re, e da tutti quei negri, concedendo loro ſubito un luogo
„ da erigere l'altare, dove alla ſua preſenza celebrarono. Vanno ivi i detti Padri facendo gran
„ frutto *pag.*135.

4 De Auguſtinianis, & Carmelitis in ea Inſula Cerrius *ibid.*

5 Cerrius *ibid. pag.*134. „ Dal fondatore della Miſſione Vincenzio de Paolis furono man-

„ dat

Π Α Ρ Ε' Ρ Γ Ο Ν

Floruerint ne multi primis Eccleſiæ ſeculis Chriſtiani nobiles, atque eruditi, an omnes ex infima plebe, atque imperiti fuerint?

QUoniam dictum paullo ante eſt, vixiſſe primis Eccleſiæ ſeculis in Ægypto Chriſtianos, qui orti ex illuſtribus familiis fuiſſent; idque eſt perinde interdum animadverſum, cum de religionis noſtræ in aliquot aliis regionibus primordiis ageremus; erit fortaſſe, qui ex nobis quærendum arbitretur, quorum tandem, quamque inſignium monumentorum auctoritate permoti in eam ſententiam adducti ſimus; cum fuiſſe olim, eſſeque etiam hoc tempore homines ita comparatos conſtet, ut hoc idem aut negandum, aut in dubium revocandum (1) putent. Atque ei ſane, qui ſic rogitet, nulla eſt cauſſa, cur non eſſe ſatisfaciendum arbitrer; cum & inveſtiga-

„ dati con facoltá della Congregazione otto Miſſionarj, che in poco tempo ne convertirono 5000. „ alla fede. Fece l'anno 1660. iſtanza il Mareſcial Migliare, che vi ſi ſtabiliſſe un Veſcovo, „ eſibendoſi di aſſegnare entrata ſufficiente .... Vi erano ſtati Agoſtiniani, e Carmelitani Scalzi, e poi n'erano partiti „. Multis in aliis regionibus cum Africæ, tum Aſiæ Dominicani, Franciſcani, Carmelitæ, Auguſtiniani, Jeſuitæ, Capuccini, &c. religionem Chriſtianam nunciarunt, quorum res geſtas Hiſtorici eorumdem Ordinum complexi ſunt, quos omnes recenſere velle, longa res ſcilicet, atque moleſtiæ plena eſſet.

1 Veteres Ethnici id quidem noſtris hominibus exprobrabant. Confer Celſum apud Origenem *lib. III. num. XV. tom. I. opp. edit. Pariſ. Monachor. S. Mauri*, Minucium Felicem in *Octavio*, qui Cæcilium ſic inducit contra Chriſti aſſeclas diſſerentem: *Qui de ultima fæce collectis imperitioribus, & mulieribus credulis ſexus ſui facilitate labentibus, plebem profanæ conjurationis inſtituunt*. Hoc idem innuit Lucianus *Dialog. de Morte Peregrini num. 12. pag. 135. tom. III. opp. edit. Amſtel. an.* 1743. dum viduas tantum, anus, & orphanos ad carcerem Peregrini concurſum facere conſueſſe ſcribit. Non diſcrepat auctor Dialogi Inſcripti *Philopatris*, *Inter opera Luciani tom. III. pag. 608. ſeq.* quo loco Chriſtianos irridens, *male veſtitum* quemdam nominat, qui Chlevocharmo neſcio quid oſtenderit. Tyrannus præterea Romanum martyrem alloquens apud Prudentium *Carm. x. περὶ στεφάνων V. 75. pag. 214. edit. an. 1687.*, inquit,

„ Infame monſtrum, vilis, inteſtabilis
„ Tu ventilator urbis, & vulgi levis
„ Procella, mentes inquietas mobiles,
„ Ne ſe imperita turba dedat legibus.

Johannes Hornbeekius Batavus in eo libro, qui de *Converſione Indorum, & Gentilium inſcribitur lib. II. pag. 184.* quin ullam temporum rationem habuerit, non modo Apoſtolorum ætate, ſed etiam ſecundo, tertioque exeunte ſeculo, ad Lactantii nempe tempora Chriſtianos paſſim viles fuiſſe contendit.

tores veritatis, qui hæc ex nobis amice percuntentur, docendi ſint, & qui viros doctos (1) per ſummam calumniam lacerent, repellendi. Atque ſic equidem ſtatuo, primo ſeculo aliquos, altero multo plures, tertio autem plurimos in Eccleſia floruiſſe, qui nobilitate ſamiliarum, dignitate, opibuſque valerent. Namque Joſephum (2) Arimathenſem, ut ab Judæis initium capiam, nonnulloſque alios, quorum fit in Evangeliis mentio, quis neget ortos nobili genere (3) fuiſſe? Eos autem Chriſtianis partibus ſtuduiſſe, tam eſt conſtans, atque teſtatum, ut ne in controverſiam quidem revocari poſſe videatur. Jam vero, venio enim ad Ethnicos, Sergium Paulum Proconſulem, quem Paulus ad Chriſtiana ſacra traduxit, an eſt quiſquam tam abſurdo ingenio, qui minus fuiſſe (4) nobilem arbitretur? Quid? Illine omnes, qui in ædibus Cæſaris, ut eſt a Paulo Apoſtolo memoriæ commendatum, agebant, aut ſervi, aut liberti erant, quin nullus in eis homo & proſapia, & dignitate illuſtris numeraretur, qui cognita veritate, Chriſtum colendum (5) exiſtimaret? Age vero: Titi, & Domitiani temporibus annon Flavius Clemens (6), & Flavia Domitilla, & Glabrio, qui cum Trajano magiſtratum geſſerat, nobiles imprimis, & Chriſtiani fuerunt, malueruntque dignitate, opibus, vita denique privari, quam aſſentiri his, qui ipſos, ut Chriſtum ejurarent, adhortarentur? Atque, ut veriſimilia prætermittam,

quæ

1 Antonius Pecchiolus Florentinus vir neque magno ingenio, neque ſingulari eruditione Johanni Lamio homini doctiſſimo vitio dat, quod non tantam dixerit fuiſſe primo ſeculo nobilium multitudinem, quantam fabulæ de Principe Magdali oppidi Maria Magdalena, de Rege Polymio Armenio, de primo Æthiopicæ civitatis a Matthæo ad Chriſtiana ſacra perducto poſtulant. Nam Pecchiolus has omnes non probat modo, ſed magni etiam argumenti loco adverſus Lamium habet. Næ hi hoſtes indigni ſunt, ad quos vir ille eruditiſſimus repellendos animum adjungat. Vide Pecchiol. *lib. Inſcript. de genere, & eruditione Primor. Chriſtianor. cap.* II. *p.* 65. *& ſeqq.*

2 Marcus *cap.* xv. *Evang. v.* 43.

3 Quales erant Nicodemus. Confer *Johan. cap.* III. *Evang. v.* 1. & Gamalielus. Vide *Act. Apoſt. cap.* v. *v.* 34. Quod ſi Proſelytos fortaſſe juſtitiæ, eoſque etiam, qui Proſelyti portæ appellabant, perſequi velim, jam Eunuchus Candacis Reginæ, de quo ſupra *pag.* 469. hujus vol. diximus, & Cornelius centurio Italicæ Cohortis, inter illuſtres viros, qui religioni Chriſtianæ nomen dederint, numerandi ſunt. Vide Luc. *Act. Apoſt. cap.* x.

4 *Act. Apoſt. cap.* XIII. *v.* 7. *ſeqq.*

5 Vide *epiſt.* I. *ad Corinth. c.* v. Non nego minus eſſe hoc genus argumenti ſolidum, quam hiſtorica *demonſtratio* flagitet. At eſſe tamen alicujus ponderis nemo negaverit.

6 Confer vol. I. hujus operis *pag.* 354. De Dionyſio Areopagita conſule *Act.* XVII. *v.* 34.

quæ de (1) Thecla, deque Pomponia Græcina (2) Auli Plautii uxore feruntur, Nazarium (3) Martyrem, qui Nerone Imperatore, Chriſtianæ religionis cauſſa, eſt interfectus, nemo, opinor, contra atque traditum a vetere Scriptore ſit, excludere e cenſu virorum nobilium audebit. Nihil de (4) Abgaro, qui in Edeſſenorum civitate principatum, vivis Apoſtolis, obtinebat, dico, quod jam dixiſſe me parte ſuperiore meminerim, cum de illius ad Chriſtum legatione diſſererem. Hoc addam, non eos modo, quos numeravi, ſed alios etiam, quorum memoria interciderit, imbutos ſacris fuiſſe Chriſtianorum. Nam incredibile videtur, exitu primi ſeculi, cum late, longeque propagata religio noſtra eſſet, ita nobiles fuiſſe ſuperſtitione implicatos, ut præter hos paucos, nullus exiſteret, qui veritatem colendam arbitraretur. Neque enim neceſſe erat, ut omnium nomina in commentarios ab antiquis ſcriptoribus referrentur. Etenim ſi illuſtrium ſecundo, tertiove ſeculo virorum ab Hiſtoricis prætermiſſa mentio eſt, quorum ſane memoria periiſſet, niſi reperta monumenta in cryptis Urbis fuiſſent, quid eſt, quod, niſi productis veteribus documentis, nullos, his paucis exceptis, quiſquam primo ſeculo viguiſſe nobiles Chriſtianos (5) defendat?

Seculo ſecundo multo plures ad Chriſtum nobiles acceſſiſſe, cum Nerva, Trajanus, Hadrianus, & Antonini minus eſſe iniqui noſtris cœpiſſent, latiuſque Chriſtiana inſtitutio manaſſet, negari nullo modo poteſt. Itaque eo tempore Duces militum, Senatores, illuſtreſque matronæ memorantur, qua-

1 Conſule Acta Martyr. apud Grabium *Tom.* 1. *ſpicileg. pag.* 107. *edit. an.* 1714. quæ nobilem fuiſſe Theclam indicant. Eſt autem id veriſimile, ſed non certum, quod ſcriptor multa de Thecla commentus ſit.

2 Tacitus *libro* XII. *Annalium pag.* 463. *edit. an.* 1574. „ Pomponia, *inquit*, Græ„ cina inſignis femina Plautio, qui ovans ſe de Britannis retulit, nupta, ac ſuperſtitionis „ externæ rea, mariti judicio permiſſa „. Hinc viri eruditi aliquot concludant, Pomponiam fuiſſe Chriſtianam.

3 De S. Nazario conſer Auctorem ſermonis XIV. *nunc* LV. *Inter opp. Ambroſ. pag.* 465. *tom.* II. *Append. edit. an.* 1690. & Tillemontium *tom.* II. *Menum. H. E. pag.* 93. *edit. an.* 1694.

4 De Abgaro vide quæ diximus *tom.* I. *pag.* 300. *ſeq.*

5 Confer Euſebium *lib.* III. *cap.* XVIII *pag.* 109. *edit. Cantabr.* & *l.* I. *Demonſtr. Evang. c.* VI *pag.* 21. Non admodum magno numero tamen, vivis Apoſtolis, nobiles Chriſtianos fuiſſe, elicitur ex Epiſtola Pauli ad Corinth. I. *c.* I. ubi „ Non multi, *inquit*, ſapientes ſecundum carnem, „ non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus „. Quem locum ſic, ut volumus, eſt interpretatus Iohannes Chryſoſt. *Hom.* V. *in eandem epiſt. tom.* X. *opp. pag.* 34. *edit. Montfauc.* Confer Doctiſſimum Iohannem Lamium *lib. de Erud. Apoſtol. cap.* X. *pag.* 100. *edit. an.* 1738.

rum non ſolum dignitas; ſed etiam in perferendis pro Chriſto tormentis, morteque obeunda conſtantia inſignis fuit. Nam & Felicitas (1) illuſtris femina, Antonino Imperatore, cum filiis ſeptem occiſa, & Marius (2) Dux militum ad ſupplicium raptus, & Vetius Epagathus (3) interfectus eſt, quod Chriſtianam religionem profiterentur. Sed ne longior ſim, quam poſtulare ratio videatur, hoc ſatis erit, quod Tertullianus in Apologetico (4) ſcribit, plena fuiſſe omnia Chriſtianorum. In Caſtris namque, in Palatio, in Senatu verſari plures noſtrorum hominum extremo ſecundo ſeculo conſueſſe. At fieri quidem repente non potuit, ut tam multi tanta dignitate Chriſtiani orirentur. Senſim igitur occupare noſtri Curiam, Palatium, Senatum cœperunt, quoad majorem in modum aucti numero ſunt, cum Severus, qui initio nobis infeſtus non erat, imperium populi Romani obtinuiſſet.

Jam tertio ſeculo ſatis conſtat, Septimii Severi (5), deinde

1 In Actis apud Ruinartium *pag.22. edit. Veron.* S. Felicitas *illuſtris femina* appellatur. Obiit Martyrium circa an.150. Hinc veriſimile quiſquam eſſe judicabit, eam fuiſſe nobilem. Ut ut eſt, hoc quidem certum eſt, multo plures ut Chriſtianos tunc temporis, ſic etiam nobiles, dignitateque illuſtres viros, feminaſque viguiſſe, ut mox oſtendam. De Apollonio Senatore ſub Commodo, vide Euſeb. *l.v.c.xxi. pag.240.* & Hieron. *de ſcript. Eccl. c.xlii pag.*114.*t.*iv. *opp.* & notas varior. in eumdem Euſeb. locum *p.*240. 2 Vide inſcriptionem, quam attuli *t.*1. *pag.*430.

3 Euſebius *Hiſt. Eccl. l.v. cap.*1. *pag.*130. *edit. Cantabrig.* Vetium Epagathum ἐπίσημος vocat, hoc eſt *clarum*, vel *nobilem*. Hinc Gregorius Turonenſis *lib.*1. *Hiſt. Eccl. cap.*xxxi. *edit. Pariſ.* Ruinart. „ Leucadiam quemdam primum Galliarum ſenatorem, *inquit*, qui de „ ſtirpe Vetii Epagathi fuit, quem Lugduno paſſum pro Chriſti nomine ſuperius memoravimus, „ reppererant „. Vide notationes Valeſii in locum Euſebii mox indicatum *pag* 199.

4 Tertull. in *Apolog. cap.*xxxvii. *pag.*310. *ſeq. edit. an.*1718. „ Heſterni ſumus, & veſtra „ omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia, conciliabula, caſtra ipſa, tribus, „ decurias, palatium, ſenatum, forum. Sola vobis relinquimus templa.

5 Tertullianus ad Scapulam *cap.*iv. *pag.*71. *edit. Veneta opp. an.*1754. „ Hæc omnia, *inquit*, tibi & de officio ſuggeri poſſunt, & ab eiſdem advocatis, qui ipſi beneficia habent „ Chriſtianorum, licet adclament, quæ volunt ... Et quanti honeſti viri, de vulgaribus enim „ non dicimus, aut a dæmoniis, aut valetudinibus remediati ſunt? Ipſe etiam Severus Pater „ Antonini Chriſtianorum memor fuit. Nam & Proculum Chriſtianum, qui Torpacion cognominabatur, Evhodiæ procuratorem, qui eum per oleum aliquando curaverat, requiſivit, & „ in palatio ſuo habuit uſque ad mortem ejus, quem & Antoninus optime noverat, lacte Chriſtiano educatus. *Sed & clariſſimas feminas & clariſſimos viros* Severus ſciens hujus ſectæ „ eſſe, non modo non læſit, verum & teſtimonio exornavit, & populo furenti in nos palam reſtitit ....„ Quin etiam ſub Antonino Caracalla multos fuiſſe homines Chriſtianos dignitate, nobilitateque illuſtres oſtendit. Nam hæc Antonino eodem Imperatore Tertullianus ſcribebat ad Scapulam „ Quid facies de tantis millibus hominum, tot viris, ac feminis omnis ſexus, omnis ætatis, omnis *dignitatis* offerentibus ſe tibi? Quid ipſa Carthago paſſura eſt decimanda a „ te, cum propinquos, cum contubernales ſuos, illic unuſquiſque cognoverit, cum viderit illic fortaſſe & *tui ordinis viros*, & *matronas*, & *principales* quaſque perſonas, & amicorum „ tuorum vel propinquos, vel amicos „? De Ambroſio nobili viro Alexandrino ſub Antonino Caracalla vide Euſebium *lib.*vi. *cap.*xviii. *Hiſt. Eccl. pag.*278. *ſeq.*

Digitized by Google

de Alexandri Severi (1), tum Philipporum (2), poſtremo Diocletiani (3) Imperatorum temporibus maximum floruiſſe in Palatio, in Caſtris, atque in Senatu numerum excellentium Chriſtianorum. Hi enim cum vel initio principatus, vel dum vixerunt, ſemper liberam noſtris colendæ religionis, quam profiteri cœperant, poteſtatem feciſſent, propinquos interdum, ſæpe autem Senatores, primoſque ceteros civitatum videbant, contemtis ſimulacris, uni Deo Chriſtianorum cultus, honores, preceſque adhibere. Quæ omnia cum perſpicua eſſe exploratum ſit, copioſiore oratione non egent.

Non moror autem eos, qui Celſi, qui Cæcilii, qui Luciani, qui Judicis, ut eſt apud Prudentium, qui reliquorum Ethnicorum, ſi quæ extant, loca opponunt, ut ſecundo, tertioque ſeculis Chriſtianos ex infima fuiſſe plebe demonſtrent.

Inimicorum enim contumelias, atque calumnias, quis ferat haberi a Chriſtianis poſſe loco graviſſimorum argumentorum? Celſum deinde mendacii arguit Origenes Adamantius (4), qui tertio ſeculo contra Ethnicos defendit veritatem Chri-

1 Euſeb. *l.* VI. *H. E. cap.* XXVIII. *pag.* 293. „ Cæſo Alexandro (an. 235.), qui tredecim annis regnaverat, in ejus locum ſucceſſit Maximinus, qui gravi odio ſuccenſus adverſus τοῦ ἀλεξάνδρου οἶκον ἐκ πλειόνων πιστῶν συνεστῶτα, *Alexandri domum ex pluribus Chriſtianis conſtantem*, perſecutionem excitavit.

2 Circa annum 244. Philippum rebus noſtris non fuiſſe adverſarium, immo vero faviſſe Chriſtianis legimus apud Euſebium *lib* VI. *Hiſt. cap.* XXXIV. *pag.* 298. Poſt Philippum proinde a Decio, qui ſucceſſit, commota in noſtros homines tempeſtas fuit. Euſeb. *ibid. cap.* XXXIX. *pag.* 301. Alexandriæ autem ſub Decio nobiles Chriſtianos floruiſſe, colligitur ex Euſebio *ibid. pag.* 305. *ſeq. cap.* XLI. Mitto Acta SS. MM. epiſtolaſque aliquot Cypriani, quæ idipſum efficiunt. De Nobilibus, & dignitate conſpicuis viris a Decio ad Diocletianum vide Euſebium *lib.* VII. *Hiſt. Eccl. c.* XV. *pag.* 345 *&* *lib.* VIII. *c.* I. *pag.* 375.

3 Euſebius loco mox indicato „ Qualem quantamque, *inquit*, gloriam ſimul, ac liberta-
„ tem doctrina veræ erga Supremum Deum pietatis a Chriſto primum hominibus annunciata
„ apud omnes Græcos pariter, & barbaros ante perſecutionem (*Diocletianeam*) conſequuta
„ ſit, nos certe pro merito explicare non poſſumus. Argumento eſſe poſſet Imperatorum beni-
„ gnitas erga noſtros, quibus regendas etiam Provincias committebant ... Quid opus eſt dicere
„ de his, qui in Imperatorum palatiis verſabantur, quid de Imperatoribus ipſis, qui domeſti-
„ cis ſuis, eorumque uxoribus, liberis, ac ſervis ea, quæ religionis ſuæ erant, tam verbis,
„ quam factis libere exſequendi coram ſemetipſis poteſtatem dederunt „. Conſule præterea *c.* IV.
„ *pag.* 380. VI. *pag.* 381. *ſeqq.* Lucium Cæcilium *lib.* De Mortibus Perſecutorum, inter opera Lactantii *tom.* II. *novæ edit. Pariſ. cap.* XIII. *ſeq. pag.* 199. *ſeqq.* Sed non eſt otium monumenta omnia vetera memorare, quibus hæc eadem res demonſtrari plane poteſt. Neque eſt neceſſe, cum teſtimonia Euſebii, & Cæcilii graviſſimorum hominum, & æqualium temporum illorum ſatis eſſe ad efficiendum, quod volumus, videantur.

4 Origenes *lib.* III. *contra Celſum tom* I. *opp. edit. Monach. S. Mauri num.* XLIX. „ Falſum eſt, *inquit*, & iſtud fatuos, *ignobiles*, ſtupidos, mancipia, muliereulas, parvulos hos
„ omnes

Digitized by Google

Chriſtianæ religionis. Quodſi lapſus manifeſto errore Celſus fuit, eſt cur mentitum quoque fuiſſe Judicem contendam, qui Romanum, quaſi plebem, infimoſque civitatis ſeduceret, objurgavit. Cæcilius denique, ſi quis umquam fuit (novi enim morem Dialogorum) is certe poſt Tertullianum vixerit neceſſe eſt. At plurimos fuiſſe Tertulliani ætate illuſtres Chriſtianos, ne hi quidem, ſi libros hujus Auctoris, qui ſunt adverſus Ethnicos perſcripti, legiſſent, negare auſi fuiſſent, qui hoſtes ſe noſtros eſſe(1)profitebantur. Eſt illud præterea animadvertendum, quod nobiles, cum longe ſemper minore numero plebeiis ſint, tum multo etiam pauciores apud Chriſtianos inferioris conditionis hominibus eſſent; quoniam divites, nobileſque, qui juſſu Principum vexari ubique noſtros, nulla habita dignitatis ratione, eorumque bona publicari cernerent, etſi propenſi ad noſtra ſacra erant, tamen magnam partem his caducis rebus implicati (2), metu ærumnarum, mortiſque ab iis ſuſcipiendis deterrebantur. Igitur inimici noſtri, qui tantam eſſe perſpiciebant plebeiorum in Eccleſiis multitudinem, ut comparatione nobilium, innumerabiles pene eſſe viderentur; rem etiam, ita ut fieri ab hoſtibus ſolet, exaggerabant, ſoliſque plebeiis, infimæque conditionis hominibus conſtare mentiebantur cœtus Chriſtianorum. Quinetiam erat id apud Ethnicos conſuetum, ut mulierculis, pueris, miſeriſque hominibus faciles ad Philoſophos aditus non eſſent, propterea quod indignum hoc ipſum gravitate doctrinæ, atque inſtituti arbitrarentur. Quia igitur Antiſtites noſtros, Doctoreſque profiteri paupertatem, complectique cujuſvis conditionis homines, quorum per-

„ omnes ſolos eſſe, quot divinæ doctrinæ præcones ſibi comparare velint. Hos enim noſtra do-
„ ctrina vocat quidem, ut meliores reddat, ſed vocat & alios ab illis longe diverſos „. Confer quæ ſequuntur. Euſebius Cæſar. *lib.* v. *cap.* vi. *pag.* 21. „ Tam feminæ, quam viri, tam pau-
„ peres, quam divites, tam vulgares, & ignari, quam docti etiam, & pueri . . . . in loca certa
„ conveniunt, ut ſupremam illam Philoſophiam ediſcant.

1 Vide loca modo producta Tertulliani.

2 Lactantius *lib.* vii. *Devinar. Inſtit. cap.* 1. *pag.* 517. *edit. Pariſ. an.* 1748. „ Eo fit, ut
„ pauperes, & humiles Deo credant facilius quod ſunt expediti, quam divites, qui ſunt impe-
„ dimentis plurimis implicati, immo catenati, & compediti ſerviunt ad nutum dominæ cupi-
„ ditatis, quæ illos inextricabilibus vinculis irretivit, nec poſſunt in cælum aſpicere, quoniam
„ mens eorum in terram prona, humique defixa eſt „. Quæ eo dixit, non quod nulli eſſent, cum hæc ſcriberet nobiles, diviteſque Chriſtiani, nam erant permulti, ut paulo ante ex Euſebio, Lucioque Cæcilio conſtitit, ſed quod plurimi eſſent alii, quos cupiditas caducarum rerum impediebat, quominus veritatem profiterentur, & colerent.

perplures plebeii erant, intuebantur, contemnendos exiſtimabant, & noſtram philoſophandi rationem aptam ignobilibus inſtituendis eſſe, atque eruditis, nobilibuſque accomodari nullo modo poſſe calumniabantur.

At Scriptores Chriſtiani, dicet quiſpiam, primorum temporum hoc idem confitentur, ut Tertullianus (1), ut Minucius Felix (2), ut Arnobius (3), ut Lactantius (4), ut Euſebius (5), ut Theodoritus (6), ut alii etiam, qui adverſus Ethnicos noſtram cauſſam defenderunt.

Fateor. Sed illi pauperes noſtros, ignobileſque appellabant, vel quod ſponte (7) paupertatem colerent, plurimique ejuſmodi eſſent, quorum comparatione, divites, nobileſque perpauci viderentur: vel quod permittendum putarent eſſe, id quod omnino erat negandum, ut temeritatem Philoſophorum reprimerent, qui plebem in ſumma rerum divinarum (8) ignoratione verſari paterentur, quam plebem Chriſtiani doceri oportere ſtatuerent: vel quod de primis Chriſti diſcipulis agerent; non autem quod nobiles, & quidem

1 Tertullianus Apolog. *cap.* III. *pag.* 38. *edit. Havere. an.* 1718. calumniari conſueſſe Ethnicos, ait, propterea quod nomen Chriſtianæ religioni dare cernerent eos, *quos retro, ante hoc nomen, vagos, viles, improbos noverant*.

2 Non enim negat vera eſſe, quæ Cæcilius noſtris objecerat, quæque nos deſcripſimus ſupra *pag.* 473. *not.* 1.

3 *Lib.* I. *contra gentes pag.* 30. *edit. an.* 1651.

4 Concludi id poteſt ex loco mox producto Lactantii & ex *lib.* V. *cap.* XXII. *pag.* 420. *& ſeqq.*

5 *Lib.* III. *Demonſtr. Evang. cap.* V. *pag.* 118. *edit. an.* 1628.

6 Sermone VIII. *de curandis Græcor. affect. pag.* 591. *edit.* Sirmondi *Pariſ. an.* 1642. ſ. IV Chriſtianos ait fuiſſe „ Fabros ferrarios ... ſervos, mendicos, & agricolas, & lignatores.

7 Hinc Minucius Felix *in Octav. pag.* 311. *edit. an.* 1672. „ Nec de ultima ſtatim plebe „ conſiſtimus, ſi honores veſtros, & purpuras recuſamus „. Recuſabant igitur, quod voluntate paupertatem profiterentur. Confer & *pag.* 335. *&* 343.

8 Idem *ibid. pag.* 122. „ Et quoniam meus frater erupit ægre ſe ferre, ſtomachari, indignari, dolere, illitteratos, pauperes, imperitos de rebus cæleſtibus diſputare „. Nempe hoc ethnici non ferebant, ut infimæ conditionis homines de Deo, rebuſque ceteris agerent, quas illi proprias eſſe cenſerent Philoſophorum. Quare ad hæc Octavius, ſeu potius Minucius reſpondet. „ Sciat omnes homines ſine delectu ætatis, ſexus, dignitatis, rationis, & ſenſus capaces, „ & habiles procreatos, nec fortuna nactos, ſed natura inſitos eſſe ſapientiam. Quin ipſos etiam „ Philoſophos, vel ſi qui alii artium repertores in memorias exierunt, priuſquam ſolertia mentis parerent, nominis claritatem, habitos eſſe plebejos, indoctos, ſeminudos. At vero divites facultatibus ſuis illigatos magis aurum ſuſpicere conſueſſe, quam cælum. Noſtrates pauperes, & commentos eſſe prudentiam, & tradidiſſe ceteris diſciplinam. Unde apparet ingenium non dari facultatibus, nec ſtudio parari, ſed cum ipſa mentis formatione generari. Nihil itaque indignandum, vel dolendum, ſi quicumque de divinis quærat, ſentiat, proferat, „ cum non diſputantis auctoritas, ſed diſputationis ipſius veritas requiratur.

dem plures ſua ætate Chriſtianos vixiſſe ignorarent. Alioqui ſecum ipſi pugnaſſent, qui aliis in locis dixiſſent, magnum fuiſſe illuſtrium hominum numerum, qui ſecundo, tertioque præſertim ſeculis Chriſtianam religionem (1) profiterentur. Quamvis cum ita loquerentur, nullam cum plebe inſtituerent comparationem. Atque de hoc quæſtionis genere ſatis dictum eſt.

Nunc alterum illud diſquirendum eſſet, fuerint ne ulli primo, ſecundo, tertioque ſeculis Chriſtiani, qui eruditionis, philoſophiæque laude florerent. Namque hanc etiam me promiſeram diremturum hac libri ſecundi parte diſputationem (2). Sed quoniam alibi de Scholis veterum Chriſtianorum agendum eſt, ad quem ſane locum univerſa hæc pertinet oratio, ferent, opinor, lectores noſtri, ut paucis eam extremo hoc capite comprehendam, ceteraque in eum librum rejiciam, qui de Catechiſtis, & Catechumenis perſcribetur.

Omnis igitur in eo genere duplex eſt quæſtio. Altera eſt de doctrina, quam divinitus Apoſtoli acceperunt; altera de eruditione, quæ complectitur decreta Græcorum Philoſophorum. Atque Apoſtolos quidem, eorumque diſcipulos, primorumque temporum Chriſtianos ſingulari divinitus acceptæ doctrinæ cognitione excelluiſſe, qui negaret, noſtrorum hominum, exiſtimo, fuiſſe neminem: Verumtamen Chriſtianorum (3) qui tertio, ſecundoque ſeculis, plures; qui autem pri-

1 Vide Tertulliani, Origenis, & aliorum loca, quæ ſupra prolata ſunt, ut nobiles, diviteſque olim Chriſtianos viguiſſe oſtenderemus. Qui etiam an Hebræis Chriſtiani primo ſeculo *Ebionæi* appellabantur, quod eorum lingua tunc *Ebion pauperem* indicaret. Confer *Origenem l. II. contra Celſum n. 1 t. 1. opp. edit. monach. S. Mauri.* Lamium *l. de Erud. Apoſtol. cap. 111. p. 49.* & Jo: Laurentium Moshemium virum de ſecta Lutheranorum *diſſert. qua oſtenditur certo hodie, & explorate conſtitui non poſſe, utrum Ebion quidam novæ ſectæ Auctor extiterit olim inter Chriſtianos nec ne, p. 556. collect. diſſert. ad H. E. pertinentium edit. an. 1733.* At illi quidem norant Judæi, aliquos ſuorum civium nobiles, dignitateque illuſtres noſtris ſe ſacris devoviſſe. Itaque comparate loquuti ſunt, quamquam interdum etiam odio rem exaggerarent. Sed de Eccleſia primi ſeculi, quæ ut *plurimum* pauperibus conſtaret, vide Lamium *ibid pag.* 47. Neque enim Pecchiolum moror, qui ut minus erat in Lamium propenſus, ejus verba rapere interdum eſt auſus in pejorem partem. Quod vero ad ſecundum, tertiumque ſeculum attinet, ſic omnino Lamius ſtatuit, ut a nobis eſt conſtitutum. Pag. enim 104. „ Et in Hadriano quidem gradum „ ſiſtam, quum ab ejus ætate viri dignitate, & ortu clari Chriſtianos ritus amplexi crebrius „ inveniantur.

2 *Tom. 1. pag. 151. num. 1.*

3 Floruerunt enim 2. ſeculo Quadratus, Ariſtides, Juſtinus, Melito, Athenagoras, Pantænus, aliique: tertio autem Clemens Alexandrinus, Tertullianus, Origenes, Heraclas, Dionyſius, Minucius Felix, aliique, quos opportune loco, ut dixi, numerabimus.

primo vix paucos (1);qui Apoſtolorum denique ætate vixerint, fere nullos fuiſſe(2)cenſeo,qui in doctrinis,decretiſque Philoſophorum verſati eſſent.Quod ſane inſigne eſt veritatis religionis (3) Chriſtianæ argumentum . Nam ſine peculiari divini numinis ope , ac providentia quis credat , potuiſſe aliquos , eoſque jam infimæ conditionis homines , rudes , atque imperitos diſciplinarum Philoſophicarum vaſtiſſimas regiones peragrare , & repugnantibus Philoſophis , Regibus , uno verbo omnibus , qui virtutis exiſtimatione, auctoritateque valerent, introduce-

1 Periti quidem rerum Judaicarum fuerunt Gamaliel , & Paulus Apoſtolus , ſed minime Græcarum . At Apollo Alexandrinus vir doctus , atque diſertus fuiſſe dicitur . Sunt etiam , qui Dionyſium Areopagiten , quem Paulus ad Chriſtiana ſacra traduxit , fuiſſe in philoſophicis verſatum , ac nobilem arbitrentur . Sed de his alias . Confer interea Lamium *ibid. pag.* 101.

2 Juſtinus Martyr *Apologia* 1. *n.* xxxix. *pag.* 68. *edit. opp. Venet. an.* 1747. ἀπὸ γὰρ Ἱερουσαλὴμ ἄνδρες δεκαδύο τὸν ἀριθμὸν ἐξῆλθον εἰς τὸν κόσμον, καὶ οὗτοι ἰδιῶται, λαλεῖν μὴ δυνάμενοι. *Ex Hieruſalem viri duodecim regreſſi ſunt in mundum , & hi idiotæ , & loqui non valentes . Orig. lib.* 1. *contra Celſum num.* 62. *pag.* 376. *ſeqq. edit. Monach. S. Mauri Pariſ.* ,, Non eis , *inquit* , ſecundum artes Græcorum dialecticas , aut rhetoricas dicendi facultas , & diſſerendi ratio inerat , qua auditores ſibi conciliarent . Atque etiam ſi Jeſus elegiſſet & doctrinæ ſuæ miniſtros adhibuiſſet eos , qui multorum opinione ſapientes habentur , & aut cogitandi ſubtilitate , aut ſermonis facundia multitudinis plauſus captare poſſunt , juſta meo quidem judicio ſuſpicio fuiſſet , ſimili eum ratione , atque via uſum fuiſſe , qua Philoſophi ſectæ cujuſpiam auctores uſi ſunt , neque quod promiſſum eſt de doctrinæ ejus divinitate , videretur adimpletum ... Nunc autem ecquis eſt , qui cum videat piſcatores , & publicanos , vel *primorum elementorum imperitos* μηδὲ τὰ πρῶτα γράμματα μεμαθηκότας ... confidenter de fide Jeſu adjungenda, non modo apud Judæos diſputare, ſed etiam apud reliquas gentes proſpere Ieſum annunciare , non quæſierit unde illis ineſſet perſuadendi facultas ? Neque enim erat vulgaris &c. ,, Eadem fere repetit *l.* III. *n.* 39. *p.* 473. Arnobius *lib.* 1. *p.* 30. *ejuſd. edit.* ,, Piſcatores , opifices , ruſticanos , atque id genus delegit imperitorum , qui per varias gentes miſſi cuncta illa miracula ſine ullis fucis , atque adminiculis perpetrarent . . . Neque quidquam eſt ab illo geſtum per admirationem ſtupentibus cunctis , quod non omne donaverit faciendum *parvulis illis , & ruſticis* , & eorum ſubjecerit poteſtati . ,, Conſule quæ mox adducam ex Euſebio . Hieronymum *epiſt. ad Paulinum* XLIX. *pag.* 563. *t.* IV. *opp. par.* II. *edit. Martian.* Auguſtinum *lib.* XXII. *de Civit. Dei cap.* v. *pag.* 659. *tom.* VII. *opp. edit. Pariſ. Mon. S. Mauri, lib.* XVIII. *cap.* XLIX. *pag.* 532. Iohannem Chryſoſtomum *Homil.* III. *in* I. *epiſt. ad Corinth. cap.* 1. *p.* 13. *ſeq. tom.* x. *opp. edit. Pariſ. Montfaucon.* & loca cetera , quæ indicat Lamius *p.* 125. *ſq.* Iſidorum Peluſiotem *l.* II. *epiſt.* IV. *pag.* 128. *edit. an.* 1638. *lib.* IV. *epiſt.* XXVII. *pag.* 434. *epiſt.* CCV. *p.* 533. Theodoretum *ſerm.* VIII. *de curand. Affect. Græcor. t.* IV. *p.* 591. *edit. Sirmon.* & e novis eum , qui hoc copioſe perſequutus eſt argumentum, Iohannem Lamium virum doctiſſimum *cap.* VIII. *de Erud. Apoſt. pag.* 120. *ſeqq. edit. an.* 1738.

3 Euſebius Cæſarienſis *lib.* III. *Demonſtr. Evang. cap.* v. *pag.* 118. *edit. an.* 1628. ,, Quis mentis ſanitate præditus , non ab illis ipſis protinus argumentans omni fide dignos illos judicaverit ? Viros abſque controverſia ignobiles , literarumque ignaros , loquendique imperitos , ut in ſanctæ Philoſophicæ doctrinæ amorem progreſſos , & ſtrenuam , laborioſamque vitam amplexos ? &c. Legendum omnino univerſum hoc *libri* III. caput eſt , & conſulenda , quæ eodem, ſequentibuſque capitibus, & oratione *de Laudibus Conſtant. p.* 764. 767. *ſeqq.* 771. *ſeq.* quibus in locis admirabilem Chriſtianæ religionis per Apoſtolos propagationem oſtendit , perſequutus eſt , Confer etiam quæ ſupra ex Iuſtino , & Origene protuli .

Digitized by Google

re eam religionem, atque inſtitutionem vitæ, quæ malis animorum cupiditatibus adverſaretur? Sed hæc, ut ajebam, alias. Atque is quidem ſecundi libri hujuſce operis finis eſto.

FINIS TOMI SECUNDI.

INDEX

Digitized by Google

INDEX RERUM.

A

ACes urbs Ptolemais dicta. 76. *not*. 1.

Achaja provincia. In eam ab Apoſtolis introducta Chriſtiana religio. 159.

Ada Guillelmus O. Præd. 422.

Adalbertus S. Pragenſis. 217.

Ægienſes. 92.

Ægyptus. 465.

Ægyptiorum aliquos ante Marcum fuiſſe ad Chriſtiana ſacra adductos nonnulli Scriptores putant. 465. Ægypti Eccleſiæ primum a Marco inſtitutæ. 466. Auctæ deinceps opera Epiſcoporum. *ibid.*

Ælia Capitolina ex Hieroſolymorum ruinis ab Hadriano ædificata, dictaq. colonia Romanorum. 9.

Æſini. 240.

Æthiopia. 469.

Africæ diviſio, in illiuſque provinciis primordia, & propagatio Chriſtianæ religionis. 307. *ſeqq.* Afri non ab Apoſtolis inſtituti. 308. *ſeqq.* Sec. II. apud eos Chriſtiani 311. *ſeq.* Magno deinde numero fuerunt. 312. Martyres *ib.* & 317. Eorum nomina *ib. n.* 2. 318. *n.* 1. Africani Epiſcopi poſt Cyprianum. 318. *n.* 1. Eccleſiarum res afflictæ ſub Diocletiano, & Maximiano. 318. Schiſma Donatiſtarum. 319. Reſtituta illis pax a Conſtantino eſt, ſequentibuſque Impp. *ibi.* Ethnicorum templa everſa. *ib. n.* 3. Wandali in Africam invadunt. Quadringentos fere Epiſcopos in exilium pellunt. 320. Item Saraceni, a quibus maximum detrimentum Africæ Eccleſiæ capiunt. 321. Catholicorum Principum, & Rom. Pontificum opera, ut Afri Chriſtianiſmo ſtudeant. *ibid. ſeqq.*

Agrippinus Carthaginien. Epiſcopus ſynodum 70. Epiſc. convocat. 311. Ea ſynodus detrimento fuit Africæ Eccleſiis. 313. *n.* 1.

Albanenſis Eccleſia. 238. *n.* 3.

Albania Aſiana. 191. *ſeqq.*

Albuquerquius Franciſcanus primus Goenſium Epiſcopus. 427.

Alcoberus O. Præd. Martyr. apud Sinas. 406.

Aleppum urbs. 90. *n.* 2.

Alexander Severus Imp. Chriſto rem divinam, Ethnicorum more, faciebat. 252.

Alexandria in Ægypto. 467. *ſeqq.* Scholæ Alex. 466.

Alogi hæretici. 135.

Amaſeenſes a Petro, atque ab Andrea Apoſt. ſe eſſe inſtitutos gloriantur. 116. Illorum Epiſcopi. *ib. ſeqq.*

Amaſtrienſes. 119.

Americæ diviſio, in eaque Chriſtianiſmi ortus, & propagatio. 326. *ſeqq.* Americanorum originem repetendam a Iudæis eſſe, illiſque Moſaica præcepta fuiſſe comperta evinci non poteſt. 327. *n.* 1. Illuc num Apoſtoli pervenerint Evangelium prædicatum, diſſentiunt Scriptores. Utriuſque ſententiæ rationum momenta. 328. *ſeqq.*

ſeqq. Alexandri VI. P. M. ſtudium, ut Americani ad Chriſti religionem adducantur; item Dominicanorum, & Franciſcanorum. 332. A militibus auri cupiditate incenſis vexantur. 333. Magna multitudo Americanorum ad Chriſtum adducta. 334. *ſeqq.* Quaſdam Americæ regiones Proteſtantes occupant, novaque doctrina imbuunt. 335. Vide *ib. n.* 1.

Amerini 239.

Amphipolis Eccleſia. 157.

Anæorum Eccleſia. 143.

Anagnini. 239.

Anazarbus urbs. 92.

Anconitani. 240.

Angerus Japonius animi tanquillitatem a S Franciſco Xaverio quærit. 340. *ſeqq.* impetrat. 341.

Angli, & Saxones in Britannia ſedes conſtituunt; omnem fere inſulam occupant, atque ex illis magnum incolæ, & religio Chriſtiana detrimentum capiunt 296. *ſeq.* Vide Britanni.

Antiochiam Syriæ vivis Apoſtolis inducta Chriſtiana religio. Huic urbi Evodius a Petro Apoſtolo Epiſcopus datus. 87. *ſeq.* & *in notis ib.* Ædes ſacræ in ea erant ætate Ignatii Mart. 88. *in not.* Ab Ethnicis Imperatoribus vexata illius Eccleſia. Item ab Arianis. *ib. in notis*. Religionis varii deinde ſtatus. *ib. ſeq.* A Juſtiniano urbs reſtituta, ac Theopolis appellata. 89. *n.* 2. A Coſrhoe everſa, poſt reſtituta. *ib.* A Latinis expugnata, qui ſui ritus Patriarcham ibi conſtituunt. *ib. n.* 3. Sultano Conſtantinop. paret. Græci pauci in ea degunt. *ib. n.* 4.

Antiochiæ Piſidiæ Paulus, & Barnabas Ethnicos ad Chriſti fidem adducunt. 129. *ſeq.*

Antoninus Caracalla ſeptennis puer graviter tulit, quod alter puer ob religionem Chriſtianam cæſus fuerit. 251.

Antoninus Pius Aug. prohibet, ne Chriſtiani religionis cauſſa puniantur. 249.

Apamea Syriæ ſecundæ urbs celeberrima. In ea Chriſtianiſmi primordia. 86. *ſeq.*

Apolloniæ Eccleſia 157.

Apoſtoli num Americanis Evangelium prædicarint. 328. *ſeqq.* Quemadmodum Evangelii verba de prædicatione Chriſtianæ religionis in univerſo Orbe intelligenda ſint. 330. *ſeq.*

Apuli. 242.

Aquilejenſes a quo fuerint inſtituti. 244.

Arabiæ Petrææ urbes, in eiſque Chriſtianiſmi initia. 84. *ſeq.*

Aretini. 240.

Ariminenſes. 243. *n.* 2

Ariſtides apologiam pro Chriſtianis Hadriano Imp. dedit. 159. Hæc ſervari in Monaſterio Midelli dicitur. *ib. n.* 5.

Armenia major. 107. Initio IV. ſeculi a Gregorio *Illuminatore* Chriſtiana religio in eâ propagatur. 108.

Armeniæ minoris urbes. 105. *ſeqq.* Chriſtianæ religionis in ea ſtatus 105. *ſeq.*

Armenicæ Dominicanorum provinciæ ortus. 114.

Arme-

Armenii a Bartholomæo Apoſt. inſtitutos ſe gloriantur. Item a Taddæo Thomæ diſcipulo. 105. *not.* 2. Eorum Archiepiſcopus Cæſarienſis Romam ante annos paucos venit, hæreſimque ejuravit. 107. *n.* 2. Primss regni a Metropolita Cappadociæ Epiſcopus ordinabatur. 108. Armeniorum novorum commentum de Gregorio Illuminatore, ejuſque ſucceſſoribus, quaſi a Roman. Pontificibus Epiſcopi fierent. 109. Armenii legatos ad Theodoſium II. Imp. mittunt. Proclum Epiſcopum Conſtantinop. de Diodori Tarſenſis, & Theodori Mopſueſt. ſcriptis conſulunt. 109. Plurimi in Incorrupticolarum errores incidunt, in Tibenenſi Conventu Synodum Chalcedon. damnant, ac prohibent, ne qui deinceps Armenii ſe ad ſac. loca Palæſtinæ conferant. 110. Catholicorum cura, ut Armenii Apoſtol. Sedi conſentirent. 111. *ſeq.* A Bartholomæo Parvo, ſeu de *Tiſcialis* Epiſcopo Ord. Præd. inducti, ut Catholici fierent, Monachique ejuratis erroribus, *Uniti* vocarentur. 113. Hi Ordini Præd. nomen dederunt. *Ib.* Concilia adv. Armenios habita 111. *n.* 2. Injuria illis aſcripta quædsm errorum portenta. 112. *n.* 2.

Aſcalonis Eccleſia. Presbyteri, & virgines ejus urbis devorandi porcis objecti. 17. Ejuſdem vices 19. Aſcalonitæ Epiſcopi, appellati etiam poſt Bethleemitæ fuerunt. *ib. n.* 3.

Aſcelinus, ſociique Dominicani legati ad Tartaros miſſi. 415. *ſeqq.*

Aſiæ minoris Eccleſiæ. 137. *ſeqq.* Chriſtianorum in illis incredibilis multitudo; item Martyrum. 138. *ſeq.* & 141. *in notis* Vexatæ plurimum ab Ethnicis. 140. *ſeq.* Epiſcoporum, & presbyterorum ſtudium religionis propagandæ, & Hæreticorum refellendiorum 140. *ib. n.* 5. Illius ſtatus diverſi. 147. *ſeq.*

Aſſi Eccleſiæ. 142.

Aſſiſinates. 240.

Athenagoras *Legationem* M. Aurelio & L. Vero pro Chriſtianis obtulit. 160.

Athenienſes a Paulo inſtituti. Illorum Epiſcopi, virique illuſtres. 159. *ſeq.* Religionis diverſi ſtatus. 161.

Avari 198. *n.* 6.

Auguſtiniani Iſpahani in Perſide 99. *in not.* in Iberia. 192. in *n.* 4. Hibernia. 306. Hippone Regio. 324. *n.* 1. in Peruano regno. 336. in Japonia 354. in Bengalenſi regno. 425. in Philippinis Inſulis. 463.

Auguſtinus, ſociique a Greg. M. in Britanniam miſſi, ut incolas ad Chriſtianiſmum adducant. 298. *ſeq.* Magnum ferunt laborum fructum. *ib.*

Aurelianus initio imperii æquus in Chriſtianos. 258.

Auximates. 240.

Azorei inſulæ. 325.

B

BAlfariniusLeonardus Corinthiorum Archiepiſcopus. 165.

Barbariæ diviſio. 323.

Bar-

Bartholomæus Paruus Epiſcopus in Armeniam miſſus Catholicam religionem ut Armenii ample-ctantur, facit. Monachos, qui item antea erraverant, *Unitos* vocat. Libros ſacros in Armenicam linguam vertit. Vitæ ſanctitate clarus decedit. 113. *ſeq.*
Baſileus Mar. 116.
Batavi. 222.
Beatus, qui Suetonius fuit appellatus, Helvetiorum Apoſtolus. 218. *ſeq.*
Belgæ quo tempore Chriſto ſe devoverint. 221.
BENEDICTI. XIV. Pont. Max. Conſtitutio de ritibus Sinenſibus. 382. *ſeqq.* Allocutio de pretioſa morte Petri Mart. Sans Ord. Præd. 405. *ſeqq. in not.* Conſtitutio de ritibus Malabaricis. 445. *ſeqq.*
Bengalenſe regnum. 425.
Bergomates. 243. *n.* 4.
Beroea. 167.
Beroea Thraciæ. 176.
Berrhoea. 90. *Aleppo* dicitur *ib. n.* 2. Vide *Aleppum.*
Beryllus Boſtrenorum Epiſcopus. 85.
Beryti urbs. 76. Martyres. 77. Bairut dicta. In ea ſcholæ ante IV. ſec. Qui ibi modo degant. *ib. n.* 1.
Beſſi. 207.
Bethleemum Epiſcopis caruit ad ætatem Godefridi Bullonii. 23.
Bithynia provincia, in eaque antiſtites magni nominis primis ſeculis. Martyres in ea plurimi. 121. Templa, & Baſilicæ magnifice extructæ. Illius religionis diverſi ſtatus. 122. *ſeq.*
Blanchinius Joſeph Congregat. Orat. Rom. presb. laudatus. 281. *n.* 3.
Blaſius Epiſcopus Martyr Sebaſte paſſus. 106.
Bohemi quo tempore Chriſto ſe devoverint. Mulieres, virique SS. apud eos floruerunt. 203. *ſeq.*
Boii. 202. *n.* 1.
Boleslaenſis Eccleſia. 204.
Bononienſes. 243.
Boruſſi ad Chriſtiana ſacra adducti. 217.
Boſtrenæ Eccleſiæ initia. 84. *ſeq.* Epiſcopi. 85. *n.* 1. Græci ritus in ea nunc Chriſtiani. *ib.*
Botrus urbs. 78.
Boylius Robertus Cathedram Londini pro tuenda veritate religionis Chiſtianæ, & myſterio SS. Trinitatis inſtituit. 302. *n.* 2. in fine.
Braſiliæ regnum. 336.
Bremond Fr. Antoninus Ord. Præd. Magiſter laudatur. 63. *n.* 2. 112. *n.* 3. 114. *n.* 1. 66. *n.* 1.
Britanni I. Seculo ad Chriſtiana ſacra colenda adducti. 292. De primo eorum inſtitutore diſcrepantes ſententiæ. 291. *ſeq.* Lucii eorum regis hiſtoria. 293. *ſeq. n.* 1. III., & IV. Sec. auctæ majorem in modum illorum Eccleſiæ, ac martyribus illuſtres. 294. Epiſcopi ſynodo Nicænæ, aliiſque interſunt, atque immunes ſuas Eccleſias ab Ariana hæreſi ſervant. 295. *ſeq.* Poſt in eam incidunt. 296. Pelagianorrm errorem tuentur. *ib.* Britanni ab Anglis, & Saxonibus calamitate affecti alio contendunt. 197. Maximum in inſula religio Chriſtia-
na

na detrimentum capit . *ib.* Illuc a Greg. M. Rom. Pont. Auguſtinus Monachus, aliique mittuntur, quorum opera, & poſt ſucceſſorum, Orthodoxa religio ſtabilitur . 297. *ſeqq.* Henrici VIII. Regis ſcelere ab Eccleſia Romana ſeparantur . 299. Orthodoxos capitis damnant. Monaſteria, ac templa evertunt . *ib.* Jacobus Stuartus illorum Rex religioni Orthodoxæ regnum poſtponit. 300. Religionis ſtatus antequam Jacobus II. regnum obtineret . *ib. n.* 4.

Brixienſes . 243. *n.*4.

Brutii . 242.

Bucolus Smyrnenſium Epiſc. Huic adoleſcentulum bono ut videbatur ingenio Johannes Ap. commendaſſe dicitur . 144.

Bulgariæ fines. Non pauci in ea nunc Catholici . Item Hæretici . 177. *ſeq.* & *in not. ib.* In ea Martyres . 178. *n.* 1.

By[illegible]orum Eccleſia . 78.

Byzantiorum Eccleſia . 170. *ſeq.* Vide Conſtantinopolitana Eccleſia .

C

CÆſaraugustanæ columnæ monumentum . 283. *n.*1.

Cæſarea Philippi . 79.

Cæſarea ultimæ Paleſtinæ urbs everſis Hieroſolymis metropolis Judææ provinciæ conſtituta eſt. 12., *ib. not.* 1. Illius Eccleſia ab Apoſtolis conſtituta. Ante Theophilum quinam ejuſdem urbis Epiſcopus fuerit incertum eſt. Sequentes Epiſcopi recenſentur. 13. *ſeqq.*

Cæſarienſis in Cappadocia Eccleſia, ejuſque Epiſcopi . 104.

Calabri . 242.

California . 339.

Campani . 241.

Canonici Regulares in Palæſtina 63. *n.* 2.

Capuani . 241.

Capuccini *Gazziri* degunt . 77. *n.*1. Damaſci 80. *n.* 4. in Meſopotamia . 97. *in not.* in Perſide 99. *in not.* in Inſula Cypro . 101. *n.* 2. Smyrnæ . 149. Conſtantinopoli. 175. in Iberia . 194. *n.* 4. in Hibernia. 306. Tripoli . 323. in Riparia. 325. in Martinica 334. *n.*2. in Philippinis . 463.

Cappadocum Eccleſia, eorumque Epiſcopi . 104.

Caria . 132.

Carinthia . 201.

Carmelitæ in Palæſtina . 63. in Hibernia . 306. in Meſopotamia. 96. *n.* 3. in Perſide . 98. *n.* 2. in Peruano regno . 336. in California . 340. in Mogolis imperio . 425. *in not.* in Malabaria . 439. *ſeqq.* 444. *ſeqq.* in Philippinis . 463.

Carniola . 201.

Carolus Magnus Imp. Chriſti ſepulcrum ab Aarone Calipha Syriæ principe obtinet. Latinos illuc introducit, ædes extruit, Bibliothecam parat &c. 35. *ſeq.* Hunnos ſubjicit . 198. ut Chriſtianiſmus in Germania dilateur, facit . 216. Africanos juvat . 321.

Carpus Thyatirenorum Epiſcopus. 136. Illius ſtudium propagandæ religionis . 143.

Digitized by Google

Carthaginienſis Eccleſia quo tempore inſtituta. 308. *ſeqq.* Illius Antiſtes Primas Africæ. 314. Collatio CCLXXXVI. Epiſcoporum. 319.

Carus Imperator. 253.

Caſcar urbs Meſopotamiæ. In ea martyres. 96. *ſeqq.* & *in not. ib.*

Caſſius Tyri Epiſcopus. 74.

Catalanus Joſephus Congr. Orat. S. Hieron. Caritat. Presbyter laudatus. 172. *n.* 6.

Cataldus S. 304.

Catanenſes. 261. in *not.*

Cecconus Epiſc. Montis Alti laudatus. 238. *n.* 4.

Ceſenates. 243. *n.* 5.

Ceylan. Inſula. 462.

Chaldææ diœceſes, & urbes. 97. *ſeqq.* In eas Chriſtiana religio a Taddeo Jeſu Chriſti diſcipulo, Mari, & Achimo introducta fertur. 98. Illic Martyres magno numero. 99. in *not.*

Charlampius Martyr. 142. *n.* 5.

Charra urbs. 83.

Chios Inſula Cycladum princeps, quæ proximæ cernuntur. 150. Cives illius veteres, qui doctrinæ laude floruerunt. *ib. n.* 2. Iſidorus miles in ea Martyr. Sec. III. cœtus Chriſtianorum ibid. viguit. 151. Incolæ illius ſequuntur ſchiſma Græcorum. Genuenſes cum in eam veniſſent, Epiſcopum a Rom. Pontificibus quærunt, templaque extruunt. 151. A Patriarcha C. P. Epiſcopus illis datur. *ib.* Genuenſes inſula potiuntur. Deinde Turcæ, qui in Juſtinianos præſertim, religionis cauſſa, ſæviunt. 152. A Venetis Inſula occupatur. Tum a Turcis. 153. Johannes Caſtellius, religionis cauſſa laqueo ſuſpenditur. *ib.* Geſta quæ hoc ſeculo in ea ſint. 154. *ſeqq.*

Chriſtianorum primis ſeculis aliqui nobiles. 473. *ſeqq.* Erudit. 480.

Cyclades Inſulæ. 150. 157.

Cilicia provincia. 92.

Circaſſia. 193.

Claudius Apollinaris librum de veritate religionis Chriſtianæ M. Aurel. Lucio Vero obtulit. 128. Item alios contra Judæos, & Cataphrygas. ſcripſit. *ibid.*

Clemens Romanus Pontifex Martyr revera deceſſit, etſi aliqui contra pugnent. 225. Vide *ib. n.* 5.

Cochinchina, 459.

Cocchius Angelus Ordinem Præd. primus in Sinenſi imperio conſtabilivit. 380.

Codileoncinus Cajetanus Ord. Præd: hoc anno 1750. miſſus Niniven evangelium prædicatum. 97. *in not.*

Cœleſyriæ urbes. 80.

Commagenes provinciæ urbes. 91.

Commodus Imp. ne Chriſtiani religionis cauſſa puniantur vetuit. 250.

Colophoniorum Eccleſia. 143.

Colorbaſiani hæretici. 143.

Coloſſenſes a Paulo Apoſt. inſtituti 237.

Columba e rogo, in quo Polycarpus exuſtus fuit, egreſſa eſt. 146.

Congum. 471.

Conſtantinopolitana Eccleſia ab Andrea non fuit conſtituta. 171. *ib. n.* 1. Illius Epiſcopi, ac vices. 171. *ſeq.* Diſſidia. 172. *ſeqq.* Ignatius Patriarcha ab ea pulſus, deinde reſti-

reſtitutus. 173. *ſeq.* Patriarchæ latini ritus in ea conſtituti. 174. *n.*3. Ejuſdem ſtatus præſens. 174. *ſeq.*

Conſtantinus Imperator templum vero Deo ad Chriſti ſepulcrum ædificari, ſacraque Hieroſol. loca perpurgari fecit. 11. & 29. Veſtem ſacram aureis filis contextam Macario Hieroſol. Epiſcopo dono dedit. 11. *n.* 3. Maxentium bello ſuperat, veroque Deo Romæ templa extruit. 231. Conſtantino arcus triumphalis cum inſcriptione poſitus. *ib. n.* 3. Illius ſanctiones. *ib. n.* 4. Baptizatus ne Romæ fuerit? 232. *ſeq. in notis*.

Conſtantius Conſtantini pater non ſæviit in Chriſtianos ſibi ſubjectos. 260. *n.*4.

Corcyræ Eccleſia ab Apoſtolorum diſcipulis inſtituta fertur. 195. Corcyrenſes errores Græcorum ſequuti ſunt. Epiſcopi latini ritus illis præficiuntur. *ib.*

Corinthiorum Eccleſia a Paulo Apoſt. inſtituta. Corinthios Paulus arguit. Timotheum ad illos mittit. 162. *ſeq.* Illos laudat. Ab eodem Titus, & Lucas illuc mittuntur. 163. Corinthii inter ſe diſſident; atque ob eamdem cauſſam Clemens litteras ad eos ſcribit. 164. Epiſcopi. 165. Martyres. *ib.* Eccleſiæ fata. *ib. ſeq.*

Corſicæ incolæ. 260. *n.* 4.

Cortonenſes. 240.

Coſrhoes Perſarum Rex crudeliter in Chriſtianos, captis Hieroſolymis, ſævit. Urbem diripit. Judæis magnam partem Chriſtianorum vendit. Templa incendit. Crucem Chriſti in Perſidem aſportat, eodemque Patriarcham abducit. 53.

Courtetus Guillelmus Ord. Præd. in Japonia graviſſimis ſuppliciis excruciatus martyr obiit. 365. *ſeqq.*

Cremonenſes. 243. *n.* 4.

Creſcens in Galatia Epiſcopus. 119.

Creſcens Pauli auditor an Gallis evangelium nuntiarit. 273. *n.* 4.

Cretenſi Eccleſiæ Titus ab Apoſt. Paulo præficitur. 158.

Croati. 200.

Crux Chriſti in Perſidem a Coſrhoe aſportatur. 54. Heraclio Imp. reſtituitur. 55. ab eoque Conſtantinopolim reportatur 56.

Curlandia. 213.

Cyprianus S. Carthaginienſis Epiſcopus eligitur, etſi vehementer obſiſteret. 313. Magna virtute Africam adminiſtrat. 312. Adverſus Ethnicos ſcribit. Catechumenos, Chriſtianos, Ethnicos inſtituit. Schiſmaticos Eccleſiæ communione prohibet. 315. Hiſpanienſium, & Gallicanarum Eccl. utilitati ſtudet. 316. Novatiani legatos arcet. *ib.* In Stephanum Rom. Pontif. invehitur. Martyr obit. *ib.* Synodi plures ſub eo celebratæ. 317. *n.* 1.

Cypros inſula. 100. incolæ ad Chriſtianiſmum adducti a Paulo, Barnaba, & Joh. Marco. 101. Martyres. *ib & in not.* In inſula qui modo degant. *ib.*

Cyrenſis in Eccleſia templa ſeculo V. numerabantur. 91.

D

Dacia vetus a S. Niceta peragratur, qui plurimos incolarum ad Chriſti fidem perducit. Ea dividitur in Ripenſem, & Mediterraneam. 197.
Daiſuſama Iaponiorum Imper. in Chriſtianos ſævit. 355.
Dalmatarum inſtitutor Titus Pauli auditor. 199. Apud eos Martyres floruerunt; Chriſtiani nunquam defuerunt. 200. Status Eccleſiarum ſec. xvii. *ib. n.* 3.
Damaſcum introducta Chriſtiana religio. 80. Cœnobia ibi habent Ieſuitæ, Franciſcani Obſervantes, & Capuccini. *ib. n.* 4.
Dani a S. Willebrordo inducti ut Chriſtum colant. Item a SS. Willeado, & Anſchario. 208. *ſeq.* Item opera Ludovici Pii Imp. 209. Apud eos Epiſcopatus. 210. Reges aliqui donis miraculorum clari. *ib.*
Dardaniæ urbes. 197.
Diamperitana ſynodus. 436.
Diazius Ord. Præd. Martyr apud Sinas. 406.
Diocletianus Imp. aliquamdiu æquus in Chriſtianos. 258.
Dionyſius Areopagita Athenien. Epiſcopus. 160. an etiam Pariſienſium 274. *n.* 3.
Dionyſius Epiſcop. Corinthiorum. 165.
Dirrachium. 196.
Dodvellus refutatur. 466. *not.* 3.
Dominicani in Palæſtina. 63. in Meſopotamia. Niniven prædicatum evangelium miſſi hoc anno MDCCL 97. *in not.* Armeniorum inſtitutores ſeculo XIV. 113. in Aſia. 149. in Græcia 166. *n.* 2. Conſtantinopoli. 175. in Mingrelia. 193. *in not.* In Hibernia. 306. in America. 332. in Martinica. 334. *n.* in Hiſpaniola. 332. *n.* 4. in Peruano regno. 336. in Iaponia. 354. Nangaſachii martyres. 358. item Omuræ. 361. *ſeq.* rurſum in Iaponia, ubi atrociſſimis ſupplicils cruciati martyres moriuntur. 362. *ſeqq.* alii martyres. 369. *in not.* in Sinenſi imperio Dominicani primi Evangelium nunciant. 380. Horum ordo ibi conſtabilitus ab Angelo Cocchio. *ibid.* Martyres in eo primi. 405. *in not.* in Tartaria. 415. *ſeq.* 418. 420. in Bengalenſi regno. 425. in Tonquino. 451. *ſeqq.* 457. *ſeqq.* In Cochinchina. 459. n. 1. In Siamenſi regno. 460. *not.* In Camboya. 458. *n.* 1. in India Orientali ante Jeſuitas. 462. In Philppinis. 463. In Formoſa. 464.
Dominici S. Inſula 334.
Domitianus Imp. 247.
Donaldus Scotorum Rex. 300. *ſeq.*
Dorenſium Epiſcopi nulli ante extremum quartum ſeculum. 16. Eorum primus, quem veteres nominant, fuit Fidus *ib. n.* 4.

E

Ebionæi vocati a Judæis ſunt non ſolum hæretici, qui Ebionis dogmata ſequebantur; ſed etiam omnes, qui e circumciſione Chriſtiani facti erant. 10. *not.* 4.
Edeſſæ Eccleſia vetuſtiſſima, Thomæ Apoſtoli oſſa ibi condita, ſchola inſtituta, Martyres, Epiſcopi ſecundo, tertioque ſeculo. 94. *ſeq.*

Eleu-

Eleutheropolis. 23.
Eliberitana ſynodus. 291.
Emeſa urbs 82.
Emmaus, quæ Nicopolis poſt dicta eſt, diſcrepat a Caſtello, cujus ſit mentio in Evangelio Lucæ. 17. *n.* 1.
Epaphras Paulum juvat in propagatione religionis Chriſtianæ. 123. 126. *ſeq.*
Epheſi Eccleſia, illiuſque Epiſcopi. 137. *ſeqq.* Porta perſecutionis Epheſi. 141. Vide *ib. n.* 4. Perpaucos modo Chriſtianos habet. Adhuc templum S. Joannis memoriæ conſecratum illic viſitur. 148. *n.* 2.
Epiphania urbs. 92.
Epirus vetus. 195. Epirus nova. 196. Hujus Epiſcopatus recenſentur. *ib. n.* 6.
Equitum ordines duo *Templariorum*, & *Hoſpitariorum* Hieroſolymam a Chriſtianis introducuntur. 60. auctoritate Sedis Apoſt. confirmantur. 61.
Eruditio primorum Chriſtianorum. 580.
Ethelbertus Britannorum Rex. 298. *n.* 2. & 3.
Etruſci. 242.
Eugenius Ep. Laodicen. in Phrygia templum facit, atque imaginibus ornat. 125.
Eugubini 240.
Euſebius Cæſareæ Epiſcopus. Arianis partibus ſtuduit. 14. *n.*

F

F Aereyæ Inſulæ. 212.
Faſſalenſis Inſula. 325.
Faſtidius Epiſcopus. 296.
Faventini. 243. *n.* 2.
Ferdinandus a S. Joſepho Auguſtinianus Omuram, religionis propagandæ cauſſa, petit. 347. Nangaſachii cum ſociis martyr obit. 358.
Ferentinates. 239.
Feſulani 242. *n.* 5.
Finlandi. 213.
Florentini. 242. *n.* 5.
Floretius Henricus perſtringitur. 280. *n.* 2. 282. *n.* 1. atque alibi ſæpe, ubi de itinere Jacobi in Hiſpaniam agitur.
Fogginius Franciſcus laudatus. 242. *n.* 5. & alibi.
Forocornelienſes. 243. *n.* 2.
Fortunatæ, ſeu Canarienſes inſulæ 324.
Franciſcanorum cœnobia in Palæſtina. 53. Hi primas partes in divinis officiis in æde S. Sepulcri obtinent. 64. Ariſiæ cœnobiolum: 77. *n.* 1. Damaſci 80. *n.* 4. in Inſula Cypro. 101. *n.* 2. Smyrnæ. 149. in Græcia. 166. *n.* 2. Conſtantinopoli. 175. in Bulgaria, & Walachia. 178. *in notis* in Epiro nova. 196. *n.* 4. in Dalmatia, & Hungaria. 200. *n.* 3. in Hibernia. 306. in Maroccenſi regno. 322. in Tripolitano. 323. in Algeriano. *ib.* in America. 332. in Peruano regno. 336. in Japonia. 354. Nangaſachii martyres. 358. in Sinenſi imperio 407. in Bohemia, Sileſia, Polonia 415. *ſeq.* in Tartaria. 419. 421. in Malabaria. 527. *ſeq.* in Camboya 460: *n.* 1. in India Orientali ante Jeſuitas. 462. In Philippinis. 463. In Formoſa 464.

Digitized by Google

Franciſcus Xaverius Angerum Japonium inſtituit. 341. Illius conſilium in Japoniam petendi. 342. *ſeq.* illuc pervenit. *ib.* ad Regem de Chriſto verba facit. 345. Japonicæ linguæ addiſcendæ diligentem operam navat. 345. Multos ut ſuperſtitionem abjiciant, movet. 344. Bonziorum calumnia excedere cogitur. 345. Firandum, Amaguchium, Meacum, Nangatum, alioque petit, plurimoſque inſtituit. 345. *ſeqq.* illum Bonzii aggrediuntur. 346. *ſeq.* Ad Bungiorum regnum pervenit, incolaſque Chriſtiana religione imbuit. 350. *ſeqq.* Bungio excedit, & Goam proficiſcitur. 350.

Francus Peruſinus Ord. Præd. Archiep. Soltanen. 422.

Fulginates. 229.

G

GAbala urbs. 90.

Galata ſuburbium Conſtantinopoleos. 175.

Galatiæ Eccleſiæ plures a Paulo, & Barnaba conſtitutæ. Martyres. 119. In ea religionis qui ſtatus fuerit. 120.

Galerius Maximianus legem ſcripſit, qua integrum eſſet Chriſtianis ſuis inſtitutis vivere. 259.

Gallienus Imp. ut Chriſtianis templa, & cœmeteria reſtituerentur præcepit. 258.

Galli a quonam fuerint inſtituti, diſſident inter ſe Scriptores. 261. *ſeqq.* Diu ante ſec. III. Chriſtianæ religioni ſtudebant non Vienneſes, ac Lugdunenſes modo, ſed etiam ceteri. 263. *ſeqq.* Ante Pothinum aliqui eorum erant Chriſtiani. *ib. n.* 2., & 3. Epiſcopi ſeptem, qui Petro Apoſt. miſſi in Gallias feruntur. 275. *n.* 2. Multarum Galliæ Eccleſiarum Epiſcopi recenſentur. 275. *n.* 5.

Gaſpar a Cruce Ord. Præd. Sinenſes primus inſtituit. 380.

Gazæ Eccleſia ſeculo IV. magna in celebritate fuit. 19. Silvanus primus omnium, quorum in monumentis Eccleſiæ fiat mentio, illius urbis fuit Epiſcopus. 20.

Georgia 192. *ſeq.*

Genuenſes. 243. in Inſula Chii. 151. *ſeq.*

Germanorum millia circiter ſeptem Hieroſolymam ſacra Chriſti loca adoraturi petunt. 38. Eorum aliqui ſecundo Sec. Chriſtiani. 214. Veri Dei cultus apud eos extinctus. Iterum reſtitutus. Caroli M., Ludovici Pii, aliorumque opera dilatatus. 216. *ſeqq.*

Germanus ſanctus. 396.

Gilius (Franciſcus Federicus) Ord. Præd. ejus in Tonquino labores, atque martyrium. 447. *ſeq.*

Gindarum urbs. 90.

Godefridus Bullonius, captis Hieroſolymis, Rex dicitur. 60. *n.* 2.

Gonzaleſius Antonius Ord. Præd. martyr in Japonia moritur. 363. *ſeq.*

Gothiæ Eccleſiæ. Ante Nicænam ſynodum. Gothi ab Ulphila permoti, ut Chriſtum ſequantur. In Italiam petunt, & Romam capiunt. 206. *ſeq.*

Gouvea Franciſcanus. 327. *ſeqq.*

illius

illius ſtudium dilatandæ Chriſtianæ religionis in Malabaria. *ibid.*

Græci Collegii alumni quam ob cauſſam ſchiſma non abjicere dicuntur 169. *n.* 2.

Gratianus Imp. *Pontificis max.* appellationem rejicit, utque Chriſtiana religio propagetur diligentem dat operam, 233. *ſeq.*

Gregorius *Illuminator* Tiridatem regem Armeniorum, multoſque eorum ad Chriſtianam religionem adducit. Ab Leontio creatur epiſcopus. Epiſcopos creat, remque Chriſtianam amplificat. 108.

Gregorius Thaumaturgus Neocæſarienſis Epiſcopus in Provincia Ponti Polemoniaci auxit magnopere numerum Chriſtianorum. 115.

Gronlandi 214.

Guinea. 572. 472.

H

HAbeſſini, ſive Abeſſini Monachi. 64. *n.* 1.

Habeſſini. 469.

Hadrianus Imp. prohibet, ne Chriſtiani qui contra leges peccaſſent, puniantur. 248. Extruere ne voluerit Chriſto templa. *ibid.* *n.* 2.

Hæmimontis provincia. 176.

Helenoponti Eccleſia a Petro Apoſt. fundata. 116.

Helena Conſtantini mater Hieroſolymam, & Bethleemum ſacra loca viſitatum petiit. 30. Templum vero Deo, quo loco erat ſpelunca, in qua Chriſtus natus fuerat, fieri curavit. *Ib.*

Helvetii a quo primum Chriſtianam religionem acceperint incertum eſt. 218. *ſeqq.* Zuinglianorum erroribus implicantur. 219. Vide *ib.* *n.* 5.

Heliopoli nulli, aut perpauci ante Diocletianum Chriſtiani. 81. Templum Conſtantini ætate vero Deo extructum. *ib.* Chriſtianiſmi vices. *ib. ſeq.*

Helleſpooti Eccleſiæ. 157. *ſeq.*

Henricus VIII. ſchiſmatis Anglicani auctor. 299.

Heracleæ Eccleſia ab Apoſtolis inſtituta. 175.

Heraclius Imp. legatos ad Coſrhoam mittit, ut de pace agant. Dei præſidio Perſas vincit, atque a filio Coſrhois, ut Patriarcha Hieroſolymitis, & Chriſti crux ſibi reſtituatur, impetrat. Palæſtinam in poteſtatem redigit Romanorum. 54. *ſeq.* A Saracenis ſuperatur. 55. *ſeq.* Conſtantinopolim ſublato crucis ligno, petit. 56.

Heruli. 207.

Hiberni ab Apoſtolis, vel Apoſtolicis viris inſtituti. 303. *ſeq.* Viri, ac mulieres apud eos ſanctitate inſignes. Item martyres. 304. *ſeq.* S. Patricius eorum Apoſtolus. Illius opera, ac ſucceſſorum majorem in modum propagata apud eos religio eſt. 305. *ſeq.* In errores multi inciderunt Britannorum. 306.

Hierapolis, ſeu Mambeg. 91. Hierapolis in Phrygia Salutari. 123. Hujus Epiſcopi. *ib.* *ſeq.* Jacet nunc deſolata. 129. *n.* 2.

Hieremias C. P. patriarcha a Moſcho-

chovitis pecunias colligit, illiſque Archiepiſcopum, qui αὐτοκέφαλος ſit, præficit. 183.

Hieroſolymorum Epiſcoporum ſeries. 3. *ſeqq.* ex ejus Urbis ruinis Æliam Hadrianus condidit. Qui huic novæ urbi poſt Epiſcopi præfecti ſunt, ex Græcis prognati erant. 9. *ſeq.* Sacris Hieroſolymorum locis magnus honor a Chriſtianis adhibebatur. 34. *ſeq.* Hieroſolymitano Patriarchatui Monothelitæ præficiuntur. Poſt dejiciuntur. 57. Templum extrui curat Haumar princeps Arabum Saracenorum. 57. Hieroſolymis modo agunt 1300. circiter Latini. 64. *n.* 4.

Hiſpani a Jacobo Apoſt. ſe fuiſſe inſtitutos arbitrantur. 275. *ſeqq.* Scriptorum ajentium, & negantium argumenta. 278. *ſeqq.* A Paulo Apoſtolo inſtituti ſunt. 287. *ſeqq.* Apud eos floruerunt martyres magno numero. 290.

Hiſpaniola inſula. 334.

Honoriadis provincia. 121.

Hortani. 230.

Hoſpitalariorum Equitum ordo. 61. Hi Rhodo potiuntur. 156.

Hungaria 198. *ſeqq.* Illius Eccleſiarum ſtatus ſeculo XVII. 200. *n.* 3.

Hunni a Carolo M. ſubacti Chriſto ſe devovent: 198. vide *ib. not.*

I

JAcobus Apoſtolus frater Domini, vivis Apoſtolis, dictus eſt Epiſcopus Hieroſolymorum. 3. Propter virtutem cognomento *Juſtus.* 5. *n.* 1. Anani Pontificis Hebræorum juſſu lapidibus appetitus interit. 6. Apoſtolum fuiſſe, & Epiſcopum Hieroſolymorum, demonſtratur. 4. *ſeq. in notis.* In Hiſpaniam ne Evangelium prædicatum venerit. 276. *ſeqq.*

Jacobus Stuartus Britannorum Rex religioni Orthodoxæ regnum poſtponit. 300. Illum Inn. XI Pontif. Max. multis rebus juvat. *ib. n.* 2.

Jamnia. 16.

Japoniæ regnum, in eoque Chriſtianæ religionis ortus, propagatio, adverſæque res. 340. *ſeqq.* S. Franciſci Xaverii opera late, longeque propagata ibi religio eſt. 343. *ſeqq.* Vide *Franciſcus Xaverius.* Prima in ea martyr. 352. in Chriſtianos Japoniorum edicta, & ſævitia. 355. *ſeqq.* magno numero martyres. 358. *ſeqq.* Varia in illis necandis genera ſuppliciorum. 361. 363. *ſeq.* 366. 369. *in not.* Dominicani, religionis Chriſtianæ propagandæ cauſa, iterum illuc mittuntur, qui martyres atrociſſimis ſuppliciis cruciati occiduntur. 362. *ſeqq.* Luſitanorum legati interficiuntur. 369. *ſeq.* In illud regnum ingredi vetitum omnino Chriſtianis eſt. 370. *ſeqq.* Contendere tamen illuc Dominicani non neglexerunt. *ibid.*

Japonicarum inſularum incolæ ad Chriſtianiſmum adducti. 353.

Iberiæ incolæ, Mulieris captivæ, quæ illius Regis filium, atque uxorem, invocato Chriſti nomine ſanaverat perſuaſionibus, religionem Chriſtianam amplectuntur. 189. *ſeq.*

Jeſuitarum hoſpitium *Anturæ.* 77. *n.* 1.

Digitized by Google

n. 1. Damaſci degunt. 80. *n.* 4. Jeſuitæ in Perſide *99. in not.* Smyrnæ. 149. in Græcia. 156. *n.* 2. Conſtantinopoli. 175. in Hibernia. 306. in Martinica. 334. *n.* 2. in Pervano regno. 336. in Paraquaria. 337. *ſeq.* in California. 339. in Japonia. 350. *ſeq.* Nagaſachii maryres. 358. in Tartaria. 424. in Bengalenſe regno. 425. in Malabaria. 427. *ſeqq.* in Tonquini regno. 457. In Camboya. 460. In Java. 461. *n.* 1. In Philippinis Inſulis. 463.

Ignatius M. Romæ magna animi fortitudine obiit. 228.

Ignatius puer Nangaſachii martyrium magna animi fortitudine ſubit. 360.

Iguri. 198. *n.* 6.

Illyricanarum provinciarum diviſio, in eiſque Chriſtianæ religionis propagatio. 194. *ſeqq.* Apoſtolus Paulus illarum inſtitutor. *ib.*

Imagines ſculptæ, pictæque in templo Laodicen. IV. ſeculo. 124.

Indiarum nomine Perſidem intelligi Beauſobrius contendit. 375. *n.* 2.

Interamnenſes. 239.

Johannes Ap. Diotrephen monet. 123. *ſeq.* Epheſi Eccleſiæ curam ſuſcipit, aliaſque in Aſia conſtituit. 137. *ſeq.* Evangelium ſcribit. 138. Adoleſcentulum Bucolo Smyrn. Ep. commendat. Hujus adoleſcentis hiſtoria narratur, ſtudiumque Johannis Ap. ut illum ad cœtum Chriſtianorum reduceret. 144. *ſeqq.*

Johannes Eleemoſynarius Alexandrinorum Patriarcha Chriſtianos Hieroſolymitas calamitatibus preſſos rebus omnibus juvat; captivoſque pretio ſoluto redimit. 53. *ſeqq.*

Joppe. 22.

Joſephus a S. Remo Minorita laudatus. 64. *n.* 4.

Iſauriæ provinciæ metropolis Seleucia. 102.

Iſidori Hiſpalenſis opus de Vita, & morte Sanctorum ſpurium fortaſſe eſt. 280. *n.* 2.

Iſlandia. 214.

Iſpahanum Perſidis urbs. *99. in not.*

Italiæ incolæ quo tempore, & quorum opera de Chriſtiana religione cognoverint. 222. *ſeqq.*

Judæi, Barcochebæ ductu, ſeditionem fecerunt. Eorum incredibilis multitudo fame, ſitique necata. Ceteri ſeſe Romanis dediderunt; quorum partem Julius Rufus Hadriani Auguſti exercitus dux, vendidit, partem in Ægyptum aſportari fecit. 9. Prohibiti ne Æliam Capitolinam accederent. *ib.*

Judas Hieroſolymorum Epiſcopus ob egregiam virtutem Juſtus appellatus. 9., & 8. *n.* v.

Julianus Aug. μισοπώγωνα adverſus Chriſtianos ſcripſit. 88. Edeſſam ſe conferre noluit, quod plurimi Chriſtiani illic degerent. 95.

Juliani Toletani non eſt Commentariorum in Nahum liber. 285. *n.* 3.

Juſtinianus poſt res præclare geſtas Incorrupticolarum errore implicatus. 173.

Kio-

Digitized by Google

K

Kioviensis Metropolita. 181.

L

LAmæ apud Tartaros. 423.

Lamius Joh. laudatus. 242. n. 5.

Laodicea Libani. 82.

Laodicea ad mare. 90.

Laodicea in Phrygia Pacatiana. 124. Illius incolæ a Paulo Ap. inſtituti. Eccleſiæ diverſi ſtatus. *ib. ſeq.* Noveliſche nunc dicitur. 126.

Lappones. 214.

Larienſis Eccleſia. 195.

Laudenſes. 243. *n.* 4.

Laureacenſes a diſcipulis Apoſtolorum inſtituti. 202. *n.* 1.

Lemovicenſes. 274.

Lesbos inſula. 150.

Lettia. 213.

Leziniana [Matthæus Alonſus] Ord. Præd. Ejus in Tonquino Labores, & Martyrium. 457. *ſeqq.*

Libya. 469.

Licaoniæ provinciæ diviſio. Chriſtianiſmi in ea ortus, & vices. 103.

Licinius initio imperii æquus in Chriſtianos.

Ligaridius Pantaleon Chius vir magno ingenio. 186.

Ligures. 243.

Lithuani. 205.

Livonia. 213.

Longiumello de [Andreas] Ord. Præd. legatus in Tartariam miſſus. 418.

Lopeſius Barrera Dominicus laudatus. 290. *n.* 4.

Lopeſius Gregorius inſignis anachoreta. 334. *n.*4.

Lucani. 242.

Lucenſes. 242. *n.* 5.

Lucinius Ord. Præd. S.R.E. Card. laudatus. 459. *n.*1.

Lucius Britannorum Rex. 293. *n.* 1.

Ludovicus Pius Imp. facit, ut Dani ad Chriſtiana ſacra adducantur. 209. Item Germani. 213.

Lundenſium Archiepiſcopatus. 210. Vide *ib. n.*4.

Lumen S. Sepulcri. *Vide* Sepulcrum Chriſti.

Luſitanorum legati, aliique a Japoniis interficiuntur. 369. *ſeq.*

Lycia. 131.

Lydienſium Eccleſiæ. 132. & 134. *n.* 1.

M

MAcedonum Eccleſiæ a Paulo Apoſt. inſtitutæ. 166. Earum calamitates. 168. *ſeq.*

Maccionius [Joſephus] Ord. Præd. Miſſion. in Cochinchina. 459. *n.* 1.

Maggius Ludovicus Ord. Præd. Barianenſis Epiſcopus multis laboribus functus, dilatandæ religionis cauſſa, apud Sinas obit. 398. *ſeqq.*

Magneſianorum ad Mæandrum Eccleſia. 142.

Majuma portus Gazæ. Majumani, Conſtantino Imperatore, Chriſtiani facti. Eos Conſtantinus honoribus affecit; atque Majumam Conſtantiam appellari juſſit. 21. Illius Eccleſiæ ſtatus. 22.

Malabari a quo primum inſtituti. 425. *ſeq.* Neſtorianiſmus apud illos. 426. *ſeqq.* Item contentiones inter Præſules Catholicos, atque

atque Hæreticos. 428. *ſeqq.* Carmelitæ ad eos mittuntur. *439.* Batavis Cochinum occupantibus, magnum res Catholicorum capit detrimentum. 441. rurſum Carmelitæ ad eos veniunt. *443. ſeq.* ſuperſtitioſi eorumdem ritus a Card. Tournonio, deinde a BENED. XIV. prohibentur. *445. ſeqq.*

Maldivæ Inſulæ. 462.

Mamæa Julia fertur Chriſtianam religionem coluiſſe. *251. ſeq.*

Marcion Ponticus communione a Patre interdictus. 118.

Marcus Aurelius Imp. Chriſtianos vexari prohibet. *250.*

Marcus Evangeliſtes primus in Ægypto Chriſtum annunciavit. *465.* Evangelium poſt Petri Martyrium ſcripſit. *ibid.*

Maria Regina Saracenorum pacem cum Romanis ea conditione init, ut Moſes Monachus ſibi, ſuiſque Epiſcopus detur. 84.

Marocchii regnum. *322.* hujus principis filius Romæ, Clem. XII. P. M. Chriſtianus deceſſit. *323.*

Maronitæ orthodoxi in inſula Cypro. 101. *n.* 2. in Numidia. *324.*

Martinica inſula. 334.

Martyres in Ægypto. *466.*

Maſſilienſes. 273.

Mauroleo Martyr. *466. Vide* Paphrus.

Maxentius Maximiani filius principio non alienus a Chriſtianorum religione. *259.*

Maximianus Herculius Imper. aliquamdiu benignus in Chriſtianos. *258.*

Maximianus Imp. voce cavit, ne Chriſtiani religionis cauſſa punirentur; deinde edictum pro eis tulit. 260. delendæ Chriſtianæ religionis cauſſa, bellum Tiridati regi Armeniorum indicit. 108.

Mediobarbus ad Sinarum Imperatorem legatus. *390. n.* 1.

Mediolanenſes. 243.

Melito Sardenſis librum obtulit Marco Aur., quo cauſſam Chriſtianorum defendit. 133.

Menezeſius Archiepiſc. Goenſis magno ſtudio, ac laboribus conatur, ut Neſtoriani in Malabaria errare deſinant. *431. ſeqq.* Archidiacono Neſtorianorum quædam doctrinæ capita, ut ea probet, proponit. *435.* Diamperitanam Synodum celebrat. *436.*

Meſopotamiæ diviſio. *95.* Chriſtianiſmus a quo fuerit in eam introductus. *96. n.* 1. Ea pars, in qua Ninive eſt, Dominicanis hoc anno 1750. tributa. *97. in not.* Neſtorianorum Patriarcha conjungi ſe velle cum Catholicis nuper ſcripſit ad S. Congr. de Propag. Fide. *ibid.*

Meſſanenſes. 261. *in not.*

Merione urbs. *197.*

Metyleneus urbs in Leſbo antiquiſſima: 150.

Mexici regnum. *334.*

Michaelis Archangeli in honorem templum in agro Coloſſenſi Deo extructum. *126.*

Mingrellia. *191. ſeqq.*

Modeſtus Monaſterio in Palæſtina præfectus. *54.*

Moeſia inferior. 177. *Vide* Bulgaria.

Mogolis Magni imperium. 424.

Moldavia. *179. in not.*

Moluccæ Inſulæ . 462.
Monelia Thomas Vincentius Ord. Præd. 254.
Monomotapa . 472.
Monophyſitæ Armenii . 110. *ſeq. in not. ib.* 114. *n.* 3. 175.
Mopſueſtenorum Eccleſia . 92.
Moraleſins Franciſcus Ord. Præd. Martyr. 358.
Moravi ad Chriſtiana ſacra quo tempore adducti . Apud eos ſancti viri, ac mulieres . 203. *ſeq. & in not.*
Morlachia . 201. *in not.*
Moſchovia quare ſic appellata . 182. *n.* 2.
Moſchovitæ ut errare deſinant, Romanorum Pontificum cura . 183. ab Hieremia C. P. Patriarcha Archiepiſcopum αὐτοκαίφαλον accipiunt . Ei pecuniam ſolvunt. *ib.* Qua arte Hieremias id egerit. *ib. ſeqq.* Illorum Patriarcha Nicon dignitate privatus . 185. Collegium apud eos XI. virorum, qui res Eccleſiaſticas dijudicarent, a Petro Moſchorum principe inſtitutum . 187. Schiſma Græcorum ſequuntur. 188. Quam ob cauſſam Catholicis non uniantur. 185. *n.* 3.
Moſes Monachus ordinari Epiſcopus ab Arianis non patitur . 84.
Mozarabicus ritualis liber. 281. *in not.* 285.
Mutinenſes . 243. *n.* 2.

N

Nangaſachium. 354. ibi Martyres plurimi. 358. *ſeq.* 363. *ſeq.*
Narbonenſes. 274.
Narnienſes . 239.
Navarrettus Alphonſus Ord. Præd. litteras ad FF. Prædicatores de conſilio Omuram petendi a ſe ſuſcepto ſcribit . 357. Illuc cum Ferdinando a S. Joſepho Auguſtiniano pervenit, incolaſque inſtituit . *ib. ſeq.* In carcerem traditur, Nangaſachium tranſportatur, ibique martyr obit. 358. *ſeq.*
Naxivanenſes Armeniorum Archiepiſcopi ad hæc uſque tempora fuerunt Dominicani . 114.
Nazareni vocati Chriſtiani, qui & legi Moſis ſtudebant . Horum genera duo . 7.
Neapolitani . 241.
Neocæſareenſis Eccleſia . 115. Illius Epiſcopi . *ib. ſeq.* 116. *n.* 2.
Nepeſini . 239.
Nero Imp. Chriſtianos in ſua aula habuit . 246.
Nerva Imp. 247.
Nicolaus Culdeus apud Scotos Martyr . 302.
Nicomediæ templa, & baſilicæ 122. Eccleſia acerrime vexata . Illius presbyteri 80. in medio mari exuſti . *ib. n.* 6.
Nicon S. librum de erroribus Armeniorum edidit . 111.
Nicopolis . 17.
Niſibeni omnes Chriſtiani, Juliani ætate . 97. *in not.*
Nobiles Chriſtiani in Ægypto . 467.
Nolani . 241.
Noricorum regio, ejuſque diviſio . 201. *ſeqq.* Incolæ ab Apoſtolis, vel ab eorum diſcipulis inſtituti . *ibid.* vide *notat.* 1. *pag.* 202.

No-

Norvegiorum magna multitudo adducta ad Chriſtianiſmum Sigurdi Epiſcopi opera. 211.

Nucerini. 240.

O

Olga uxor Principis Ruſſiæ Magnæ. 182.

Oneſymus Epheſi Epiſcopus. *139.* Romæ martyr obiit. 140. *n.*4.

Orion Aſſi Epiſcopus. 142. *n.*7.

Orſius F. Joſeph Auguſtinus Ord. Præd. S. Pal. Ap. Magiſter laudatus p. 5. *n.* 1., 6. *n.* 2., 7. *n.* 3., 15. *n.* 2., 25. *n.* 3.

Orſuccius Angelus Ord. Præd. in Japonia Martyr. *359.*

Orthoſia a Francis Tortoſa dicta eſt. 79. *n.* 5.

Oſroene provincia. *94.*

Oſtienſes. 238.

Ozaraza Michael Ord. Præd. ſupplicia graviſſima paſſus, martyr in Japonia obit. 365. *ſeqq.*

P

Palæſtinæ diviſio. *pag.* 1. *ſeq.* Una ab Antiquis Palæſtina nominabatur. Seculo fere V. tres dictæ ſunt. *pag.* 2. *ib. not.* 1. In Palæſtina Chriſtianæ religionis propagatio poſt martyria SS. Apoſtolorum. 3. *ſeq.* 24. *ſeq.* 26. A tempore, quo redacta in poteſtatem Perſarum eſt uſque ad noſtram ætatem. 52. *ſeqq.* Palæſtina ab Saracenis occupata. 55. a Selgiucidibus. 58. a Chriſtianis. 60. a Saladino Ægypti Rege. 61.

Palmyrene Syriæ regio. 82. Palmyra urbs Tadmor dicta. Ejus primus Epiſcopus Marinus dicitur. Martyres. Reſtituta a Juſtiniano. Chriſtianiſmus in ea extinctus. Ab Arabibus paucis incolitur. *ib. n.* 1.

Paltum urbs. *90.*

Pamphiliæ incolæ ad Chriſtianiſmum a Paulo, & Barnaba adducti. Sequuti ſchiſma Græcorum. A Turcis ſubacti. 130. *ſeqq.*

Paneas. In ea Chriſti ſtatua celebris fuit. 79. Belina dicta. *ib. n.* 7.

Pannonia; in eaque martyres ſub Maximiano, & Diocletiano. 198.

Paphil. 101.

Paphlagones martyres. 119.

Papias Johannis Presbyteri auditor Hierapolitanus Epiſcopus. 127. Magno fuit ingenio, & facultate ſcripturarum floruit. 128. *n.* 1.

Papienſes. 243. *n.* 2.

Paphrus, & Mauroleo Martyres. 466. *ſeq.* Inſcriptiones duæ votivæ in Thermis Diocletianeis repertæ in quibus fit Paphri, & Mauroleonis mentio. 466. *ſeq.* Scholæ in Ægypto. 467.

Paraquaria. 337. *ſeq.*

Pariſienſes. 274.

Parmenſes. 243. *n.* 2.

Parthi Chriſtiani II. ſeculo. 98. *n.* 2. a Thoma Apoſt. inſtituti. *ib.*

Patricius S. Hibernorum Apoſtolus. 305. Permulta, quæ de eo narrantur, fabularum ſunt plena, non autem omnia, ut Henricus Mauritius ſcripſit. *ib. n.* 3.

Paulinus Tyri Epiſcopus. 75.

Paulus Apoſtolus in Hiſpaniam profectus eſt Evangelium prædicatum. 287. neque Gelaſius I. Pont. Max. contra pugnat. 289. Item neque S. Thomas Aquinas. 290.

Pellam Chriſtiani confugiunt, Hie-

roſoymorum obſidione paullulum ſoluta a Ceſtio. 7. ib. n. 3.
Peregrinationes Chriſtianorum in Palæſtinam. 27. *ſeqq.* Ethnicorum ſtudia ut ne Chriſtiani eo accederent. *ibid.* Quinam ſeculo IV. V. & ſequentibus peregrinationes eaſdem habuerint. 31. *ſeqq.* Earumdem peregrinationum conſuetudo reprobanda non eſt. Contrariorum ſententia copioſe refellitur. 38. *ſeqq.* Horum momenta rationum propouuntur. 39. *ſeq.* ſolvuntur. 41. *ſeq.* Peregrinationes Chriſtianorum in Palæſtinam, etſi difficilior aditus in eam provinciam eſſet. 61. *ſeqq.* ſeculo XV. eædem a Chriſtianis habentur peregrinationes. 62. *n.* 3.
Pergami Eccleſia Incolæ ab Joh. Apoſt. arguuntur, quod Nicolaitas exceperint. Ab illius Epiſcopis hi hæretici impugnantur. 142. *ſeq.* Martyriis illuſtris. 143.
Pergenſes a Paulo, & Barnaba inſtituti. 130.
Perſarum ſævitia in Chriſtianos captis Hieroſolymis. 53. Perſæ a quo inducti, ut Chriſtianæ religioni ſtuderent. 98. & *ib. n.* 2. Apud eos martyres plurimi. 99. In Perſide incredibilis multitudo Chriſtianorum Armeniorum, *ib. in not.* Epiſcopi, qui an. 325. ad Nicæn. ſynod. venerunt, *ib.* Illius religionis vices. *ib.*
Peruanum regnum. 336.
Peruſini. 240.
Petrus Moſchorum princeps. 187.
Phædimus Amaſeenſis Epiſcopus. 117.
Philadelphenſis Eccleſia celebris ætate Apoſtolorum. Ad eam Ignatius M. epiſtolam miſit. 134. Item Eccl. Smyrnenſis de martyrio Polycarpi. *ibid.* Illius fata. 135.
Philippenſes a Paulo inſtituti. 166. Eorum Epiſcopi. 167. *ſeq.*
Philippi Impp. fuerint ne Chriſtiani. 252. *ſeqq.*
Philippopolis Eccleſia. 175.
Phœniciæ oppida; in eiſque origo & progreſſus Chriſtianæ religionis. 73. *ſeqq.*
Phrygiæ Pacatianæ, & Salutaris incolæ Chriſtiani ætate Apoſtolorum. 123. Inſignes in illis viri. 124. *ſeq.*
Picenorum inſtitutio. 240. *n.* 12. 246. *n.* 2.
Pionius, ſociique martyres. 147.
Piſidiæ Eccleſiarum inſtitutores Paulus, & Barnabas. 129. IV. ſeculo in univerſa Piſidia Chriſtiani erant. 130.
Placentini. 243. n. 2.
Poloni, opera Micislai eorum ducis, atque a S. Adalberto Pragenſe ad Chriſtiana ſacra adducti. 205. Catholici apud eos principatum obtinent. *ib. n.* 7.
Polybius Trallenſium Epiſcopus. 142.
Polycarpus Smyrn. Epiſcopus. 145. Illius virtus ab Ignatio M. commendatur. Martyr occubuit. Columba e rogo egreſſa eſt. 145. *ſeq.*
Polycrates aſperior in eos, qui ſecus paſcha eſſe celebrandum arbitrabantur. 140. *n.* 5.
Pontifices Maximi appellati Impera-

ratores. De hac appellatione ab Imperatoribus Chriſtianis retenta, variæ virorum doctorum ſententiæ. 235. *n.* 2.
Ponti diviſio. 115. In Ponto Polemoniaco pauci ante ſec. III. Chriſtiani. Magno tamen numero fuerunt ætate Gregorii Thaumaturgi. 115. Martyres fuerunt. 117.
Porphyrion urbs. Hujus Epiſcopus Thomas V. ſeculo. Templum ibid. in honorem Deiparæ extructum. 77. *ſeq.*
Porta perſequutionis Epheſi æri inciſa. 141. *Vide ib. n.* 4.
Portuenſes. 238.
Prædicatorum Ord. F. F. *Vide* Dominicani.
Præneſtini. 238.
Prævalitana provincia. 198.
Presbyter Johannes Tartarorum Princeps. 411. in Aſia, non in Africa imperavit. 412.
Probo Imp. Chriſtiani palam religionem profitebantur. 258.
Ptolemais dicta eſt Accon. 76. *n.* 1. Chriſtianos ibi Paulus reperit. *ibid.* Regum Hieroſolymorum ſedes *ib. n.* 4.

Q

QUartus, cujus Paulus meminit, non fuit Berytiorum Præſul. 76.

R

RAguſinorum Reſp. 201. *in not.*
Rama urbs. 23.
Ravennates. 243.
Redemptionis Captivorum Ordinis alumni in Feſſena regione. 322. Marocchii. *ib.* in Peruano regno. 336.
Regienſes. 243. *n.* 2.
Rethiæ fines, in eaque Chriſtianiſmi primordia. 220. *ſeq.*
Rhodopis Eccleſia. 176.
Rhodos inſula. 156. *ſeq.*
Ritualibus libris lapſu temporum permulta addita. 286.
Romana Eccleſia a Petro Apoſtolo conſtituta. A Paulo illius opes auctæ. Item Romanorum Pontificum, atque Imperatorum opera. 223. *ſeqq.* Martyribus celebris. 225. 230. *n.* 4. Ejus Metropoli ſubiectæ Eccleſiæ recenſentur earumque primordia. 237. *ſeqq.*
Romani Imperatores, qui propenſiore in Chriſtianos voluntate fuerunt, recenſentur. 245. *ſeqq.*
Romanorum Pontificum cura in adminiſtrandis exteris etiam Eccleſiis. 230. Illis ante Damaſum nulla poſita inſcriptio. 237. *n.* 2.
Romulus S. verſatus in Etruria eſt, auditor tamen Petri Apoſt. non fuit. 242. *n.* 5. Meſſius Romulus Feſulanus Epiſcopus non alius ab eodem Romulo. *ibid.*
Roſſum Ciliciæ oppidum, non Ruſſia provincia. 180. *n.* 1.
Roſtovii Epiſcopus. 182.
Royus O. Præd. Martyr apud Sinas. 406.
Rozius Jeſuita libros rituales Malabarorum corrigit. 437.
Rubeis de Bernardus Ord. Præd. laudatus. 244. *n.* 1.
Ruggerius Conſtantinus laudatur. 85. *n.* 1. 238. *n.* 3. 243. *n.* 3.
Ruſſiæ albæ, ſeu majoris initia Chri-

Chriſtianiſmi . 182. *ſeqq.* Vide Moſchovia.

Ruſſiæ minoris incolæ quo tempore amplexi Chriſtianam religionem fuerint. 180. *ſq. ib.* in *not.* Græci Rutheni Uniti, & Schiſmatici in ea abundant. 181. in *not.* Græci ritus Catholici plurimi, item Armenii. 181. *ib. n.* 2.

Ruthenus, ſeu Rutenenſis Epiſcopatus in Aquitania Orientali *Rodez.* 180. *n.* 1. Ruthenorum Eccleſia falſo irreconciliabilis cum Romana dicitur a Buddeo. 181. in *not.* 188. *num.* 1. a Ribera Dominicano, aliiſque hujus de ea re libellus reprobatus. 188.

Ruſſorum viginti millia ad Chriſtianiſmum adducuntur exemplo Woldemiri. 183.

S

SAbini. 238.

Sagaris Ep. Laodicen. in Phrygia. 124. *ib. n.* 3.

Saladinus Ægypti Rex. 61.

Salaminii. 101.

Salvinius Dominicus Maria Ord. Præd. nunc Archiep. Naxivanenſis. 114.

Samaria urbs Sabaſte dicta 24.

Samogetæ. 205.

Sanſius Petrus Martyr. Ord. Præd. Epiſcopus Mauricaſtrenſis pro Chriſti fide apud Sinas martyrio functus 403. *ſeqq.* Illius epiſtola de ritibus Sinenſibus. *ib. n.* 2. Graviſſima de illius morte oratio Benedicti XIV. P. M. 405. *n.* 1.

Sapor Perſarum Rex poſt an. 340. in Chriſtianos ſævit. 99. in *not.*

Saraceni Palæſtinam bello occupant. 55. *ſeq.* Eorum Imperator appellatus Amiras. 56. in Chriſtianos crudeliter, atque impie in ædes ſacras agunt. 58. A Selgiucidibus bello laceſſiti e Palæſtina excedunt. *Ibid.*

Sardenſis Eccleſiæ varii ſtatus. 132. *ſeq.*

Sardiniæ incolæ. 260. *n.* 4.

Saríphea urbs. 23.

Sauromatæ. 204. *ſeqq.*

Scillitani martyres. 312.

Scholæ Alex. 466.

Scoti quo tempore ad Chriſtianiſmum adducti. 300. *ſeq.* Apud eos ædes ſacræ, & monaſteria ampliſſima. 302. In errores Anglorum inciderunt, variaſque ſectas conſtituerunt. *ib. n.* 2.

Scupa urbs 197.

Scythia martyribus celebris. 176. *ſeq.*

Sebaſtenæ Eccleſiæ Epiſcopi. Martyres in ea permulti. 106.

Sebenicum. 201. in *not.*

Seleucia Pieria. 90. ad Tigrim, & Eufratem. 98. Iſauriæ. 102.

Seleucidis Syriæ urbes. 85. *ſeqq.*

Selgiucidæ Palæſtinam occupant, atque infeſti Hieroſolymitis ſunt. 58. Ægypti principi ſe dedunt. *Ibid.*

Septimius Severus primum æquus in Chriſtianos, deinde crudelis. 251.

Ad Sepulcrum Chriſti templum extructum, cum Macarius Hieroſol. eſſet Epiſcopus. 11., & *ib. n.* 3. Idem ſepulcrum oppleri terra, in eoque ſtatuam Veneris collocari Hadrianus Auguſtus fecit. 27. *ſeq.* Sublata ſtatua a Conſtantino Imper. eſt, ejuſque opera locus expiatus. 29. Scriptorum

rum diſcrepantes ſententiæ de ſtatuis. quæ ibidem atque in monte Calvariæ collocatæ fuerint. 28. *n*. 1. Sepulcrum idem ab Aarone Calipha Syriæ principe Carolus M. Imper. obtinet. Hujus juſſu latini illuc introducuntur, Bibliotheca paratur, ædes extruuntur &c. 35. *ſeq.* Templum ibidem extructum, ab Hakemo Soldano evertitur. 58. a Chriſtianis rurſum ædificatur. 59. Videndi luminis cauſſa ad ſepulcri ædem ingens Chriſtianorum multitudo petit. 59. Divina officia a Franciſcanis *Minoribus* imprimis peraguntur. 64. Quibus nam liceat in ædem S. Sepulcri penetrare. 63. *ſeqq.* Equites S. Sepulcri. 61. *n*. 1. In illius templum quoddam lucis genus ſabbato ſancto in vigilia Paſchæ quotannis prodigio deſcendebat. 36. 65. *ſeqq.* Proteſtantes, qui fraude Chriſtianorum id factum eſſe affirmant, refelluntur. *Ibid. ſeqq.* Memoratum primo hoc prodigium eſt a duobus Monachis. 65. Ea luce lampades omnes templi ex improviſo accendebantur. Cum ellychniorum loco filamenta ferrea, dolo Regis Saracenorum, poſita eſſent, accenſæ tamen ſunt. 66. *ſeq.* Nono ſeculo patrari cœptum eſt. 65. Deriſor prodigii a dæmonio vexatur, & moritur. *ib. n.* 2. Qua parte lux immitteretur incertum eſt. 65. *ſeq.* Ædicula inædificata ſepulcro erat, non chorus. 69. *n*. 1. Græcus, Armenius, Coptuſque Antiſtites ignem ex ſilice ferro eliciunt; atque ita populo illudunt. 70.

Serranus Epiſc. Mauricaſtr. Ord. Præd. martyr apud Sinas. 405. *ſeq.*

Setini. 239.

Severinus S. Noricorum Apoſt. 203.

Siamenſe Regnum. 459. *ſeq.*

Siciliæ incolæ Apoſtolis inſtitutoribus gloriantur. 260. *n*. 4.

Sidonii Chriſtiani. 75. Martyres multi. *ib.* Sydon a Balduino expugnata. 75. *n*. 4. Reſtituta a S. Ludovico Rege. A Saracenis capta. *Ibid.*

Signini. 239.

Simeon Hieroſolymorum Epiſcopus Sadducæorum, & Phariſæorum ſcelere occiſus. 8. Illius opera magno numero Chriſtiani ex circumciſione fuerunt. *ib. n.* 3.

Simoni Mago ſtatua Romæ poſita fuit. 226. Vide *ib. n.* 1.

Sinenſe Imperium, in eoque origo, viceſque Chriſtianæ religionis. 373. *ſeqq.* Illius diviſio. *ibid. ſeq.* Thoma Apoſtolus Sinenſium ne inſtitutor. 374. *ſeqq.* Illis evangelium primis ſeculis nunciatum eſt. 376. Antiquum hac de re monumentum in Xenſi provincia repertum. *ib. ſeq.* Quid eo contineatur. 377. *ſeq.* a ſeculo IX. ad XVI. Chriſtianiſmo multos Sinenſes ſtuduiſſe, fertur. 378. *ſeq.* A Dominicanis principio ſunt inſtituti. 380. Controverſiæ de Sinenſibus ritibus magno Chriſtianæ religioni detrimento ſunt. 381. hi ritus a BENEDICTO XIV. P. Max. Conſtitutione prohibentur. 382. *ſeqq.* Tournonius Card. S. R. E. Ro-

Romani Pontif. in Sinenſi imperio legatus. 385. *in not.* Tres novi Epiſcopi religionis propagandæ cauſſa illuc profecti. 397. *ſeq.* Chriſtiani in eo vexati, atque martyrio functi. 403. *ſeqq.* Inter eos primi Dominicani. 406. *in not.*

Sinenſes ritus Benedictus XIV. P. Max. conſtitutione ſua damnat. 382. *ſeqq.*

Sinopenſis Eccleſia. 117. *ſeq.*

Slavi. 200. 206.

Smyrnenſis Eccleſia. 144. Illius Antiſtites. *ib. ſeqq.* Martyriis illuſtris. 146. Smyrnæ qui modo degunt. 149.

Sophronius trium Palæſtinarum Patriarcha Stephano, ut ſuam in monte Calvariæ fidem Chriſto obſtringat, jubet; eumque Romam ad Pontificem Max. mittit. 34. Ad Amiram Saracenorum legatos de Hieroſolymorum deditione mittit 56.

Sozuſa. 17.

Spalatum. 201. *in not.*

Spoletani. 239.

Stagnum urbs. 201. *in not.*

Stratæas Pauli auditos. 144.

Styria. 201.

Sveci quorum opera Chriſtianis ſacris fuerint initiati. 212. Eorum ſtatus hujus temporis. *ib. n. 5.*

Sutrini. 239.

Syracuſani. 161. *in not.*

Syriæ diviſio in provincias majores quinque. *pag. 1. ſeqq.*

T

Tacitus Imp. æquus in Chriſtianos. 258.

Taddæus Chriſti diſcipulus. 95. 98.

Tarracinenſes. 239.

Tarſi Eccleſiæ primordia. 93. Martyres. *ib. n. 3.*

Tartariæ diviſio, illiuſque incolarum in Chriſt. religione inſtitutio. 408. *ſeqq.* Apud eos Monachi Neſtoriani Epiſcopi creati. 411. Illorum Rex prodigio ad Chriſtiana ſacra adductus. 413. Dominicani ad eos miſſi, & Franciſcani. 415. *ſeqq.*

Tauromenienſes. 261. *in. not.*

Templariorum Equitum ordo. 60. Præſcripta illis vivendi regula, atque indumentum album attributum in Conc. Trecenſi an. 1127. fuit. A Clemente V. in Concil. Viennenſi deleti ſunt. 61. *n. 1.*

Templum ad Chriſti Sepulcrum a Conſtantino exſtruitur. 11. ab Hakemo Soldano evertitur. 58. Rurſum a Chriſtianis ædificatur. 59. Templum in honorem Archangeli Michaelis Deo extructum. 126.

Terra firma, ſeu novum regnum Granatenſe. 336.

Terribilinus Gregorius Jacobus laudatus. 237. *n. 3.*

Theatini in Iberia, & Mingrelia. 192. in *not.* in imperio Mogolis. 425. *in not.*

Thecla ad Chriſtum addnxiſſe Seleucienſes Iſauriæ fertur. 102. Item Iconii a Paulo Chriſti doctrina imbuta. 103. *n. 1.*

Theſſali a Paulo inſtituti. 194. Martyriis, & virtute celebres. 195. Schiſma Græcorum ſequuntur. *ibid.*

Theſſalonicenſes a Paulo inſtituti 167.
Tiphernates. 240.
Thomæ S. Inſula. 325.
Thomas a Seſtri Ord. Præd. Vic. Apoſt. in regno Tonquin. 457.
Thraciæ provinciarum diviſio, in eiſque Chriſtianiſmi primordia. 170. *ſqq.*
Thyatirenorum Eccleſia primo ſeculo floruit. 135. *ſeq.* Illius fata. 136. Inſcriptio antiquiſſima in medio foro. *ibid. n.* 3.
Tiberius Imp. a Senatu petit, ut Chriſtus in diis poneretur. 246.
Tiburtini. 238.
Ticinenſes. 243. *n.* 4.
Timotheus Patriarcha Neſtorianorum. 410.
Titus Imp. 247.
Toloſani. 274.
Tonquinenſes a quibus adducti ad Chriſtianam religionem. 451. *ſqq.* Ab his Miſſionarii pelluntur. 452. Tres Epiſcopi galli ad eos accedunt. 453. Inter Miſſonarios diſſenſiones oriuntur. 454. *ſeq.* Chriſtiani pecunia multantur. In exilium eorum aliqui mittuntur. 456.
Tonquinenſium rerum ſcriptores. 458.
Torres Balthaſar Martyr in Japonia. 369. *n.* 1.
Tournonius Card. S. R. E. in Sinenſi imperio Rom. Pontificis legatus. 385. *in not.* conatur ut Chriſti Catholica religio propagetur. *ibid. ſq.* vexatur. 386. in arctiſſima cuſtodia moritur. 387. in *not.* Idem Turnonius ritus Malabaricos damnat. 445.
Touronus Antonius Ord. Præd. 112. *n.* 3.
Trajanus Imp. inferni pœnis fuerit ne ſolutus. 247. *n.* 2.
Trallenſium Eccleſiæ Epiſcopus Philippus diaconus. 142.
Tranſylvani. 206.
Tripolitana Eccleſia Martyriis illuſtrata. 78.
Troadenſium Eccleſia. 157.
Trophimus S. Arelatenſium inſtitutor. 265. *ſq.* Teſtimonium de hac re deſumptum ex antiquiſſimo codice Ms. 166. *n.* 2.
Tudertini. 239.
Turrianus Conradinus Ord. Præd. hoc anno 1750. Niniven miſſus euangelium prædicatum. 97. *in not.*
Tuſculum. 238.
Tyri Epiſcopus Caſſius, Paulinus, aliique. 74. *ſeq.*, & *in not.* Celebre templum ibidem a Paulino extructum. *ib.* Maronitarum Epiſcopus, qui Tyrius appellatur. 75. *n.* 1. Tyrus a Chriſtianis latinis expugnata. *ibid.* Templa ut noſtris reſtituantur Conſtantinus Magn. poteſtatem facit. 74.
Tyriorum Eccleſiam quis conſtituerit incertum eſt. 74. Chriſtiani tamen non pauci Tyrii erant ætate Apoſtolorum. *ibid.*

V

Valens Imp. LXXX. presbyteros in medio mari exuri fecit. 122. *n.* 6.
Veliterni. 238.
Veronenſes. 244. *n.* 1.
Veſpaſianus Imp. 247.
Vilela Jeſuita. 351. *ſeq.*
Vilnæ Epiſcopatus. 206.

Vin-

Vincentius a Cruce Ord. Præd. in Japonia acerbiſſimis ſuppliciis cruciatus martyr obit. 367. *ſeq.*
Vindelici . 201. *ſeq.* & *not. p.* 202.
Ulphila a Theophilo Gothiæ Epiſcopo diſcrepare videtur . 206. *n.* 4.
Ulpiana urbs . 197.
Uniti Monachi inſtitutum Fratrum Prædicatorum profitentur . 114. in Ruſſia plurimi. 181. in *not.*
Urſula cum ſociis martyrium paſſa . 296.
Walachorum religionis ſtatus . 178. *n.* 5.
Wandali in Africam invadunt, Orthodoxos necant, ac 400. Epiſcopos in exilium pellunt . 320. Ejiciuntur a Juſtiniano Auguſto. *ibid.*
Wolodomiriæ Epiſcopus . 182.

Z

Zenobia Palmyræ regina . 83.
Zichia provincia, in eaque Chriſtianiſmi primordia . 188. *ſeqq.*
Zocomus princeps Saracenorum, cum Monachi cujuſdam precibus prolem a Deo impetraſſet, Chriſti religionem ampleſtitur . 84.

FINIS.

Digitized by Google

ERRATA		CORRIGE
Pag. 15. *l.* 2. *n.* 2.	ſyondis	ſyoodis
20. *l.* 3. *n.* 4.	in quæ	in quas
23. *l.* 10.	incoecolas	Incolas
28. *l.* 34. *n.* 1.	diſſidere	diſſidere
34. *l.* 1. *n.* 4.	Meoeæ	Meoea
36. *l.* 19.	inductis	ioductl
42. *l.* 2.	quorum fiac	quorum non fiat
45. *l.* 8. *in not.*	illæ	ille
48. *l.* 19.	cauſſæ	cauſſa
67. *l.* 10. *in not.*	Othomarum	Orthomarus
ibid. *l.* 18.	Carnotencam	Carootenſem
71. *l.* 25.	dem poſſum	quidem poſſum
73. *l. ult.* *n.* 2.	Commeuæ	Comoenæ
113. *l.* 27.	an. circ. 356.	1356.
ibid. *l.* 1. *in not.*	Antonius Touronus	Antonium Touronum
114. *l.* 2. *n.* 3.	l. 111.	l. IV.
131. *l.* 9.	interdicerint	intereiderios
150. *l.* 1.	Cicladibus	Cyeiadibus
188. *l.* 8.	Auguſtino Pipiæ Ordin. Præd. Magiſtro	Guillelmo Molo Procuratori Generali Ordin. Præd.
ibid. *l.* 11.	Neſcio quo caſu contigerit	Sed Petri Regis morte factum eſt
216. *l.* 18. *in not.*	Ignatium Groppium Benedictinum	Ignatius Groppius Benedictinus
311. *l.* 10.	miſiſſent.	miſiſſent, tum ab Apoſtolo quopiam introductam in eas religionem fuiſſe defenderent.
408. *l.* 46.	le nomme	le nom
457. *l.* 33.	eodem Gilio	eidem Gillo

Cetera, quæ aut minoris momenti ſunt, aut noſtrum fortaſſe diligentiam fugerunt, ipſe per ſe Lector deprehendet, & corriget.

EXCUDEBANT ROMAE
NICOLAUS ET MARCUS PALEARINI
BIBLIOPOLAE ET TYPOGRAPHI ROMANI
AD THEATRUM POMPEII
ANNO cIↃ. IↃ. CC. L. MENSE AUGUSTI
SEDENTE
BENEDICTO XIV. PONT. OPT. MAX.
PONTIFICATUS EJUS
ANNO XI.

A01 1475765

Digitized by Google

Digitized by Google